CODEX APOCRYPHVS
NOVI TESTAMENTI

E LIBRIS EDITIS ET MANVSCRIPTIS, MAXIME GALLICANIS, GERMANICIS ET ITALICIS, COLLECTVS, RECENSITVS NOTISQVE ET PROLEGOMENIS ILLVSTRATVS

OPERA ET STVDIO

IOANNIS CAROLI THILO

PHIL. ET THEOL. DOCTORIS HVIVSQVE IN ACADEMIA FRIDERICIA HALENSI PROFESSORIS.

No more publ.

TOMVS PRIMVS.

LIPSIAE MDCCCXXXII.

SVMPTIBVS FRID. CHRIST. GVILIELMI VOGEL.

VIRO CELEBERRIMO

CAROLO BENEDICTO HASE

INSTITVTI REGII FRANCIAE SOCIO
IN BIBLIOTHECAE REGIAE PARISIENSIS PARTE CODD. MSS.
COMPLECTENTE CONSERVATORI ADIVNCTO ETC. ETC.

GRATI ANIMI TESTIFICANDI CAVSA

D. D.

IO. CAROLVS THILO.

PRAEFATIO.

Quanquam non is ego sum, qui temere opiner res meas privatas fataque domestica ad publicam pertinere notitiam, quasi aliorum multum *intersit* nosse, quid ego egerim passusve sim, justis tamen de causis non possum quin in evulgando hoc volumine illius generis nonnulla edisseram. Nonus enim cum effluxerit annus, ex quo novam Codicis apocryphi Fabriciani editionem professus sum ejusque specimen Acta Thomae viris doctis exhibui, verendum profecto mihi est, ne qui per tot annos frustra exspecta-

runt promissum opus, observatum esse putent Horatianum illud: *nonumque prematur in annum*, et propterea iniqui in me fiant judices, cui minime licuit mora a sapientissimo poeta commendata uti. Ut igitur disjiciam exspectationem, cui satisfacere nequeo, et excusationem habeam eorum, quae jam nunc ipse video retractanda esse, oportet me significare, quibus curis negotiisque tempus illud distractum occupatumque fuerit, et quibus intervallis opus hoc interceptum sit.

Inchoatum id est anno hujus seculi vicesimo quarto, postquam annum ab edito specimine praemisso in historia ecclesiastica tractanda primumque theologiae studiosis tradenda consumsi. Illo tempore libelli Arabici duo eidemque Graeci, quos primos hic tomus lectoribus offert, parati et conversi sunt. Vix autem hi typis descripti erant, cum per ferias autumnales anni

spatio ab opere continuando avocatus sum inexspectata Knappii, dilectissimi soceri, morte, cui aliquot ante mensibus collegarum nomine semisaecularia academici muneris sollemnia gratulatus et ex vegeta senectute longiorem vitam auguratus eram. Etenim academiae nostrae rationes id tum postulabant, ut scholas in omnes Novi Testamenti libros biennii spatio absolvendas, quas vir ille beatus ad vitae exitum habere solitus erat, profiterer. Itaque quod est officium doctoris publici necessarium, ei cedere debere arbitratus sum alterum honorarium, libros apocryphos editioni destinatos seposui, et scholis illis commentandis et conscribendis per integrum paene biennium vacavi. Subsecivi vero temporis quantum fuit, ejus magnam partem publicandis Knappii praelectionibus dogmaticis tribui. Extremis anni vicesimi septimi mensibus studia diu intermissa repetii, sperans fore ut in poste-

rum iisdem gnaviter persequendis adhaerere et quidquid mihi esset otii, impertire possem. Aliquamdiu haec spes rata fuit, atque licuit mihi opusculis Latinis de nativitate Mariae et de infantia Salvatoris continuam impendere editoris operam. Mox tamen ubi admovi manum evangelio Nicodemi, ad irritum illa cecidit. Domesticae quaedam me affixerunt calamitates, ut valetudine affectus animoque depresso vix par essem scholis habendis, nedum apocryphis tractandis, quibus nec divina illa librorum sacrorum inest vis ad animum erigendum, nec humanae artis suavitas in scriptoribus Graecis Romanisque conspicua ad eundem oblectandum. His accessit alius casus adversus. Haud exigua pars textus evangelii Nicodemi et commentariorum manu scriptorum sub exitu anni undetricesimi in officina typographica intercidit. Igne absumtae sint chartae, an in alienum locum

lebae, nescio. Id vero praeclare memini, me a taedio iterandi laboris per totum annum trioe-simum abhorruisse. Quanquam is annus etiam alia de causa literarum studiis periit. Nam cum a viro amicissimo, Hermanno Agathone Niemeyero, Aedium Frankianarum Directore, in consortionem hujus muneris me passus essem cooptari, tot implicatum me sensi negotiis nihil cum literis commune habentibus totque curis perturbatum, ut non prius quam me illo munere ipse abdicassem, ad otium literatum, quo *nihil* optabilius novi, redire possem. Nimirum ut singularia taceam quae tum rei gerendae afferebantur impedimenta causasque aegritudinum sive indignationis extraordinarias, defuit mihi cum corporis nervorumque firmitate illa animi facilitas et aequitas, qua qui carent aegri mortales, in morositatem facile incidunt inutilem et de statu suo dejiciuntur. Sed quid plura? Su-

periori anno chartas illas amissas restitui et reliqua deinceps omnia absolvi.

Has igitur per intermissiones tantaque intervalla ad nonum annum productum est opus; id quod intelligentes et aequos existimatores, quos mihi exopto, nolui ignorare. Ceterum illa de mora nescio utrum sit quod querar, an potius quod gratuler mihi. Traxit opus inde, quod non uno tenore id peractum est, vitia quaedam: quae tamen minora sunt in ejusmodi collectione variorum scriptorum faciliusque feruntur. Contra tempore procedente librorum rariorum apparatu et lectionis doctrinaeque copia auctus sum, ut hoc et superiori anno commentarium in evangelium Nicodemi, qui est liber hoc in volumine principalis, multo uberiorem et prolegomena multo pleniora possem conscribere, quam quinque annis ante potuissem.

est, ut haeresium historiae studiosis nunc lectio ejusdem plus profutura sit. Secundum volumen, quod non despero proximo anno absolvi posse, si deus annuat coeptis, complectetur Actus Apostolorum, Epistolas et Apocalypses apocryphas; qui libri maximam partem hactenus sunt inediti. Prolegomena ei praemittentur, qualia huic primo tomo praemissa vides. Tractatur autem ibi historia literaria externa librorum apocryphorum, quam nullusdum vir literatus pleniorem et accuratiorem instituit; simulque indicatur, quibus subsidiis usus sim in *recensendis* textibus, et quid in adnotationibus ad singula scripta praestare voluerim. Materiae, qua constat illa historia, colligendae quanta fuerit difficultas et quantus labor, non est quod viros usu peritos moneam. Mihi tamen aliqua ejus laboris pars minuta est eo, quod dudum consueveram aliquantum operae subsecivae im-

De opere ipso ejusque descriptione pauca mihi licet exponere. Omnino tribus id absolvetur voluminibus. Primo, quod nunc prodit, comprehenduntur evangelia quae supersunt apocrypha eo ordine disposita, quo evangelicae historiae respondent. Medium locum, quem illa vacuum relinquunt, occupat evangelium Marcionis a S. R. Hahnio ex auctoritate veterum monumentorum descriptum. Quae accessio quin grata futura sit lectoribus plerisque, maxime exteris, non dubito. Idem spero de duplici appendice. Etenim de origine et aetate codicis Joannei Parisiis in sacro Templariorum tabulario asservati, in quam viri doctissimi frustra inquisiverunt, ad liquidum veritatem mihi videor explorasse. Alter vero liber S. Joannis apocryphus, cujus prima editio in Germania est rarissima, non solum denuo typis descriptus, sed etiam edita meis adnotationibus illustratus

pendere legendis operibus bibliographicis et catalogis librorum, sive per auctiones divendendorum, sive in bibliothecis publicis servatorum. Denique in tertio tomo duabus partibus distincto locus erit reliquis disquisitionibus, quales nunc in libris isagogicis ad scripturam sacram institui solent. Itaque in prima parte de libris apocryphis generatim dicetur; ubi praecipue diversa eorum genera ex diversitate argumenti, formae et consilii, quod auctores secuti esse videntur, definientur, ac de causis, origine et fontibus diversorum generum disputabitur. *Altera pars* commentationes historicas et criticas continebit de singulis scriptis tum deperditis, quorum fragmenta ibi proponentur, tum ad nostrum tempus servatis. Indices verborum et rerum secundo et tertio volumini subjicientur.

Haec igitur est descriptio Codicis apocryphi haud exigua impensa a me parati. Qui

quid differat a Fabriciano quibusque copiis praestet, nolo ambitiose enarrare. Judicium est penes doctos lectores, quorum indulgentiae et benevolentiae me meumque opus jam commendatum velim.

Scribebam Halae
a. d. XV. Calendas Septembris
MDCCCXXXII.

Jo. Car. Thilo.

INDEX EORVM,

QVAE IN HOC TOMO PRIMO COLLOCATA SVNT.

PROLEGOMENA

DE

CODICIBUS, EDITIONIBUS ET VERSIONIBUS

EVANGELIORUM APOCRYPHORUM.

PROLEGOMENA

DE

CODICIBUS, EDITIONIBUS ET VERSIONIBUS EVANGELIORUM APOCRYPHORUM.

§. 1.

De collectionibus librorum apocryphorum.

Antequam de singulis libris, qui hoc volumine continentur, disseramus, accommodatum videtur consilio nostro recensere eorum opera, qui ante nos apocrypha in unum corpus collegerunt et notitiam eorum historicam ac literariam dederunt. Primus autem, quod sciam, hoc nomine de literis theologicis mereri studuit vir praestantissimus Michael Neander Soraviensis. Is enim *Catechesi M. Lutheri parvae Graecolatinae* iterum editae Basileae a. *MDLXIII.* et tertium ibidem a. MDLXVII. subjunxit apocryphorum collectionem, cujus hic est titulus:

Apocrypha: hoc est, narrationes de Christo, Maria, Joseph, cognatione et familia Christi, extra Biblia: apud veteres tamen Graecos scriptores, Patres, Historicos et Philologos reperta (inserto etiam Protevangelio Jacobi Graece, in Oriente nuper reperto, necdum edito hactenus) ex Oraculorum ac Sibyllarum vocibus, gentium etiam testimoniis, denique multorum veterum auctorum libris descripta, exposita et edita Graecolatine, a Michaele Neandro Soraviense. Postrema editio a priori nihil fere differt, nisi quod, sicut in titulo notatum est, *accessit divi Prochori (qui ex*

septem ministris unus fuit et Stephani protomartyris consobrinus) de Joanne evangelista et theologo historia Graecolatina nunquam antea in lucem edita, Sebastiano Castalione interprete. Utraque libelli editio nobis ad manum est. Indicem eorum, quae lectoribus offert, dederunt Thomas Ittigius *de Bibliothecis et Catenis Patrum* p. 775. sq. et Fabricius in *Bibliotheca Graeca* Tom. XIII. p. 473. sq. Si protevangelium Jacobi, epistolas Pilati et Lentuli atque Prochori historiam excipias, reliqua pleraque e Josepho, Eusebio, Sozomeno, Nicephoro, Suida aliisque auctoribus et ex oraculis Sibyllinis excerpta sunt nec apocrypha recte dici possunt nisi propter dubiam auctoritatem et fidem. Similis argumenti opusculum est:

Apocrypha; paraenetica, philologica cum versione Nicolai Glaseri, Thuringi, Walterhusani. Hamburgi. a. MDCXIV. Inter apocrypha ibi primo loco comparet relatio de Jesu ex Suida depromta. Sequuntur deinde Josephi de Christo testimonium, Abgari et Christi epistolae ex Eusebio, descriptio formae Jesu ex Nicephoro, relatio de eclipsi, quae passionis Dominicae tempore contigit, ex Suida et ex Dionysii Areopagitae epistola ad Polycarpum, relatio de stella Magis visa ex Chrysostomo et narratio de Juliano apostata, Christi haemorrhousam curantis imaginem evertente, ex Sozomeno. Ultimum tenent locum Pilati et Lentuli ad Tiberium epistolae Eusebiique de Pilati ad Tiberium epistola narratio. Praeter relationem de stella Magis visa nihil est, quod in Neandri libello desideres. Contra omissa vides protevangelium Jacobi et Prochori historiam, ut vix restent, quae *apocryphorum* titulo respondeant. Majori igitur jure huc referre liceat alias monumentorum ecclesiasticorum collectiones, velut *Orthodoxographa* ab Jo. Heroldo Basileae a. MDLV. et *Monumenta S. Patrum orthodoxographa* in eadem Basileensi urbe a. MDLXIX. a Jo. Jacobo Grynaeo edita. Nam in his non tantum illae

Abgari et Christi, Pilati ac Lentuli epistolae, sed etiam Jacobi protevangelium et Nicodemi evangelium occurrunt, et praeterea in altero opere Prochori historia. Pariter in *Historia Christiana veterum Patrum*, *Laurentii de la Barre labore et industria castigata atque per ordinem digesta*, Parisiis a. MDLXXXIII. evulgata, Prochori ista narratio, Abdiae historia certaminis Apostolici aliaque scripta apocrypha ad vitas et res Apostolorum spectantia reperiuntur, quae partim inde in Bibliothecas Patrum Parisienses, Coloniensem et Lugdunensem translata sunt.

Omnes vero opera diligentiaque libris apocryphis N. T. colligendis impensa longe superavit Joannes Albertus Fabricius, vir ingenii, doctrinae et industriae laudibus cumulatissimus. Opus ejusdem, *Codex apocryphus Novi Testamenti*, qui primum prodiit Hamburgi a. MDCCIII. iterumque ibidem a. MDCCXIX. addito tomo tertio, postea a. MDCCXLIII. separatim typis repetito, ad nostram usque aetatem a viris doctis jure meritoque celebratum est. Nam profecto, quae immensa fuit Fabricio lectionis et eruditionis copia atque mirabilis studiorum assiduitas, in Codice illo adornando et conficiendo id praestitit, quod pro consilio ipsi proposito, operis perficiendi praesidiis atque illius aevi doctrina theologica summum fuisse quivis intelligens et aequus hujus rei aestimator fateri debet. Etenim quod ipse in praefatione profitetur, id potissimum efficere voluit vir pius, ut libri commenticii sanctisque nominibus suppositi, quorum major pars jam pluries in vulgus sparsa esset, in unum fasciculum collecti simul semelque proscriberentur atque ecclesiae veteris pariter ac recentioris suffragio repudiarentur. Quanquam ita minime infitiatus est, ex illis partim pervetustis monumentis praecipue veterum haeresium historiam et antiquae ecclesiae doctorum scripta passim illustrari posse. Hac igitur mente non tantum textus apocryphorum, quae e biblio-

thecarum umbra in lucem jam protracta erant, ad optimas editiones accurate expressos, diligenter recognitos, ad aptum ordinem dispositos notisque brevibus instructos edidit, atque fragmenta deperditorum ejusdem generis librorum undique conquisita subjunxit; sed etiam de singulis scriptis scriptorumque reliquiis patrum ecclesiae testimonia et judicia, ac recentioris aevi theologorum censuras cum locupletissima notitia literaria incredibili labore congessit, quibus auctores inanium fabularum castigati, notati et mendacii convicti omnium oculis exponerentur. Continet autem Codicis apocryphi pars prima evangelium nativitatis Mariae Latinum, protevangelium Jacobi, evangelii Thomae fragmentum, evangelii infantiae Arabici interpretationem Latinam et evangelium Nicodemi Latine cum duabus Pilati epistolis et Lentuli literis. His accedunt commentatio de scriptis, quae ad Christum tanquam auctorem relata sunt; collectio dictorum Christi, quae in evangeliis canonicis non exstant, fragmenta et notitia evangeliorum quinquaginta apocryphorum. Secunda pars complectitur Abdiae Babylonii historiam certaminis Apostolici, fragmenta et notitiam actuum Apostolicorum sex et triginta apocryphorum, epistolas Mariae virginis tres, Pauli ad Laodicenses, ejusdem Pauli et Senecae mutuas, Petri ad Jacobum et Joannis ad Hydropicum quendam ac notitiam aliarum epistolarum et apocalypseon duodecim apocrypharum. Denique tertiae parti insunt liturgiae variae Jacobi, Petri, Joannis, Matthaei, Marci et duodecim Apostolorum sive Lucae, canones synodi Apostolorum Antiochenae, symbolum Apostolicum, Pilati relatio ad Tiberium Graece et Latine, Mellitus de passione Joannis evangelistae, Marcellus de actibus Petri et Pauli, epistola Pauli tertia ad Corinthios et Corinthiorum ad Paulum ex Armenica in Latinam linguam translatae et Hermae Pastor. Alia additamenta ad priores tomos silentio praetermittimus. Apparet ex hoc indice, Fabricium justam libri apocryphi

N. T. definitionem secutum prius sola scripta sub Apostolorum nominibus falso jactata, scriptis N. T. quadruplicis generis, evangeliis, actibus Apostolicis, epistolis et apocalypsi respondentia colligere voluisse, quod ipse in praefatione tertio tomo praemissa disertis verbis pronuntiat. Postea vero cum hoc veluti spicilegium Codici apocrypho N. T. subjiceret, plura de industria olim omissa recepit, quae utpote rarius obvia aliisve de causis emtoribus libri et lectoribus grata fore sperabat. Ejus generis sunt liturgiae, canones et symbolum Apostolorum et Pastor Hermae, quae non possunt referri inter apocrypha N. T. Alios libros illo tempore jam typis descriptos, quos desideres, veluti Prochori historiam atque Pauli et Theclae acta, nescio an Fabricius omiserit propter fabulas, quas continent, putidas omnino et sine ullo ingenio aut fronte excogitatas. Mirari etiam possis, quod idem non plura apocrypha in bibliothecis latentia, quorum ipse notitiam dedit, sibi comparare et evulgare studuerit. Etenim unum modo libellum antea ineditum in Codice deprehendis, illam *ἀναφορὰν Πιλάτου*, quam Gustavus Schroederus, Danorum regis ad Christianissimum regem legati tunc a sacris, postea pastor ecclesiae *Glueckstadiensis*, cum editore communicaverat. Sed noluit ille apocryphis scripturis aliam dare operam, quam ut eas, quae jam divulgatae essent, quasi in unum locum seponeret easque pretio inepto raritatis exueret simulque omni praeclara existimatione. Inde etiam non curavit de textibus librorum, quos edebat, ad codicum fidem restituendis, nec de origine et causis, forma et indole atque fatis eorum accuratius ipse disquisivit.

Cum Fabriciano Codice quodammodo componi potest *Nova et plena methodus probandi canonicam Novi Testamenti auctoritatem*, quae Anglice auctore Jeremia Jonesio primum prodiit Londini a MDCCXXII. iterum-

que Oxonii a. MDCCXCVIII. tribus tomis [1]). Etenim Jonesius quoque, qui inter adversarios Tolandi fuit, id potissimum egit, ut canonem N. T. tueretur et scripturas divinas quasi ex comparata apocryphorum fuligine et obscuritate illustraret [2]). Primus libri tomus apocryphorum deperditorum notitiam et fragmenta comprehendit, alter vero scripta integre servata haec: Abgari et Christi epistolas, Pauli ad Laodicenses et ad Senecam epistolas una cum hujus ad illas responsoriis, evangelium nativitatis Mariae, protevangelium Jacobi, evangelium infantiae ex Arabico Latine, evangelii Thomae fragmentum, evangelium Nicodemi atque acta Pauli et Theclae a Grabio primum edita. Graecis et Latinis textibus apposita est interpretatio Anglica. Quae utrisque tomis insunt de singulis libris disquisitiones et cen-

1) Titulus libri in Germania rarioris, quem nos ex Anglico itinere possidemus, hic est: *A new and full method of settling the canonical authority of the New Testament. To which is subjoined a vindication of the former part of St. Matthew's Gospel, from Mr. Whiston's charge of dislocations. In three volumes. By the Rev. Jeremiah Jones. Oxford: at the Clarendon Press.* 1798. Primam libri editionem illo, quem supra significavimus, anno prodiisse docuit nos Walchii Bibliotheca Theologica selecta Tom. I. p. 236.

2) Nota sunt impia Tolandi conamina, qui canonis N. T. fidem et auctoritatem multitudine suppositorum per prima secula librorum notata dubiam reddere volebat. Vid. Moshemius in comment. *de vita, fatis et scriptis Jo. Tolandi*, quae praemissa est ejus *Vindiciis antiquae Christ. disciplinae adversus Tolandi Nazarenum.* Hamburgi 1722. ed. II. Ibi pag. 97. laudatur Tolandi *Amyntor*, in quo continetur: *A catalogue of books attributed in the primitive times to Jesus Christ, his Apostles and other eminent persones.* Plenior est index eorundem scriptorum a Moshemio non memoratus, qui invenitur in libro: *Collection of several pieces of Mr. John Toland.* London. 1726. Vol. I. p. 350 — 403. *A catalogue of books mention'd by the Fathers and other ancient Writhers, as truly or falsely ascrib'd to Jesus Christ, his Apostles and other eminent persones.* Conf. Schroeckhius in *Hist. eccles. recentioris* Vol. VI. p. 182.

curae, illi, quod significavimus, consilio unice inseruimus. Tertius tomus alieni est argumenti. Continet is vindicias canonicae auctoritatis quatuor evangeliorum et actuum Apostolicorum atque disputationem contra Whistonum. Totum vero opus maximam partem ex Fabricii copiis constat, nec multum utilitatis nobis attulit. Nam auctor neque libellos ineditos e bibliothecarum scriniis protulit, neque jam editorum textum ad codicum manuscriptorum fidem denuo recensuit, neque commentationes suas et disquisitiones ita instituit, ut, qualia nostra nunc solent esse in pervestigandis antiquitatis ecclesiasticae monumentis studia, nobis satisfacere queant. Et omnino alienus operis suscepti finis effecit, ut non caperetur res, quam late patebat, neque ea, qua per se fieri debebat, ratione ageretur.

Post istas Fabricii et Jonesii curas inchoatas tantum nec, ut ita dicam, integras usque ad recentissima tempora libri apocryphi fere neglecti jacuerunt, et a nemine plenior eorum editio parata est. Unus modo Andreas Birchius, episcopus Arhusiensis, in *Auctario Codicis Apocryphi N. T. Fabriciani*, cujus fasciculus primus lucem vidit Havniae anno hujus seculi quarto, plura inedita publicavit atque collationibus codicum *futuri omnium* apocryphorum editoris apparatum criticum auxit. Ex illo genere ibi exhibentur exemplar Graecum evangelii Nicodemi mutilum, rescripta Tiberii ad Pilatum, *παράδοσις Πιλάτου*, narratio Josephi ab Arimathaea et apocalypsis Joannis apocrypha. Codices collati sunt protevangelii Jacobi, evangelii Nicodemi Latini, *ἀναφορᾶς Πιλάτου* et primae particulae historiae Prochori. De singulis infra dicetur et in prolegomenis ad secundum volumen. Sed hoc auctarium non multum contulit ad studia librorum apocryphorum commendanda fructusque inde percipiendos, propterea maxime quod textus primum editi tot mendis omnis generis scatent, ut vix intelligi possint. Aliud opusculum eodem anno Hada-

mariae typis descriptum nullius prorsus pretii est et vi commemoratu dignum, dico *Corpus omnium veterum apocryphorum extra biblia*, cujus editor Car. Christ Lud. Schmidius. Nihil id continet praeter Latinos textus evangelii de nativitate Mariae, evangelii infantiae interprete Sikio et evangelii Nicodemi plurimis typothetae erroribus deformatos.

Quod vero post Fabricium per totum hoc seculum, quo nostrates praecipue in crisi et interpretatione scripturae sacrae et in dogmatum veteris ecclesiae historia plurimum profecerunt, nullus libris apocryphis idoneus auctor et cultor contigit, id nemo peritus in contemtum eorum trahet, ut subditicia ista et fabulosa scripta propterea neglecta esse dicat, quod indigna judicarentur, in quibus multum temporis et operae consumeretur. Nam a Semleri aetate iterum iterumque nova nostroque usui accommodata Codicis apocryphi editio a viris doctis exoptata est, et pluribus consilium fuit talis operis suscipiendi, velut Henkio et Kleukero [3]). Haud dubie hos

3) Vid. Schmidtius in libro: *Bibliothek fuer Kritik und Exegese des N. T.* Vol. I. fasc. 1. p. 180. et Kleukerus in praef. ad librum de apocryphis N. T. scriptum p. XII. Semlerus in *hist. eccles. capp. selectis* Tom. I. p. 33. *Videtur sane*, inquit, *operae pretium, si quis diligentius recenseat atque in ordinem quasi redigat tot scriptiones, quae a scriptoribus seculi II. III. et IV. satis frequenter excitantur* etc. Loquitur de libris apocryphis. Haec dum scribimus, literae viri doctissimi nobisque amicissimi, Ludovici de Sinner, Lutetiae Parisiorum Nonis Januariis h. a. datae ad nos perferuntur, ex quibus cognoscimus, Illustrissimum Comitem Jacobum Leopardi Recanatensem aliquando de supplemento sive auctario Codicis apocryphi Fabriciani edendo cogitasse. Indiculus libellorum, quos e Naniana potissimum bibliotheca publicare voluit, nobiscum communicatus nihil continet, quod nos desideremus. Nostratibus studia illius Comitis innotuerunt ex *Itinere Italico* Friderici Blume, dilecti olim collegae nostri, Tom. III. p. 135. et e praefatione b. Niebuhrii ed. Bonn. carminum Merobaudis praemissa.

viros a consilio exsequendo cum summa taediosi laboris molestia et difficultas, tum id maxime, quod se idoneis et necessariis praesidiis destitutos viderent, absterruit. Etenim si in scriptis antiquis edendis prima haec esse debet cura, ut textus ad severa artis criticae praecepta emendatus exhibeatur, quoniam ex eo omnis explicationis et commentationis fides pendet; libris apocryphis librariorum licentia et incuria nimium quantum corruptis, interpolatis et mutilatis nemo operam suam dicare recte potuit, nisi cui codices veteres eosque satis multos et probatissimae notae in consilium adhibere liceret, quorum copiam in nostris regionibus non esse omnes norunt. Id quod nos quoque movit, ut itinere in Galliam et Angliam suscepto nobis comparare studeremus, quibus ad editionem Codicis apocryphi auctiorem et emendatiorem quam maxime opus esse intellexeramus.

De collectionibus apocryphorum in recentiores linguas translatorum paucis possumus defungi. Singulorum quidem librorum, potissimum evangelii Nicodemi, versiones exstant plurimae variisque de causis, ut infra videbimus, notatu dignae. Illarum vero collectionum exiguus est et numerus et usus. Certe quae nobis innotuerunt, *collectio evangeliorum antiquorum* Gallice *edita Londini* a. MDCCLXIX. et Anglica librorum N. T. apocryphorum interpretatio falso et impio titulo commendata, ibidem a. MDCCCXX. evulgata, nihil prodesse possunt docto lectori [4]). Praeter has quae Germanicis

4) Prioris libelli, quem nobis S. R. Haasenritterus, sacrorum apud Martisburgenses antistes, commodavit, hic est titulus: *Collection d'anciens evangiles, ou monumens du premier siècle du Christianisme, extraits de Fabricius, Grabius et autres savans. Par l'Abbé B****. In praefatione p. I—XXIV. editor varia de evangeliis canonicis et apocryphis e Fabriciano Codice repetit resque in actis Pauli et Theclae traditas refert. Liber ipse continet notitiam L. evangeliorum a Fabricio recensitorum et Gallicam interpretationem quinque evangeliorum ab eodem editorum, epistolarum et relatio-

Bibliis pentaplis adjecta leguntur *Apocrypha Novi T stamenti*, falso hunc titulum prae se ferunt, si excipi epistolam ad Laodicenses, quam saepius in excusis B bliis Latinis, Germanicis aliisque inter Pauli epistol deprehendi alibi notabimus [5]).

Restat nunc, ut syllabum exhibeamus scriptorun qui apocrypha percensuerunt et de iisdem commenta sunt. Inter hos alii majoribus operibus occupati hu tanquam παρέργῳ operam tantum subsecivam et secu dariam impenderunt ac satis habuerunt plerique notitia historicas et literarias colligere. Alii singulari studi de apocryphis disquisiverunt, quorum maxima pars i habuerunt propositum, ut ista scripta probarent ess supposita, nugis referta, Apostolis eorumque discipuli indigna. Nimirum quales nunc requiruntur et de anti quissimis evangeliis apocryphis jam inchoatae sunt dis

---

nis Pilati, et Marcelli de actibus Petri et Pauli. Alteram interpre tationem apocryphorum Anglicam ipse olim Londini vidi. Eadem si fallor, offert lectori, quae in Jonesiano opere Anglice reddit habes. Versio Suecica, quae Holmiae a. 1818. prodiit, utrum so lius evangelii Nicodemi sit, an plurium apocryphorum nescio Obiter eam memoravit beatus Muenterus in libro: *Archiv fuer alt und neue Kirchengesch. von Stäudlin und Tzschirner* B. V. St. 1 p. 319. in not. Nec inspexi *Vitam Christi* Londini a. 1818. Sher woodii bibliopolae impensis editam ab anonymo e libris apocry phis, etiam manuscriptis, ut perhibetur, concinnatam.

5) Ad manum est liber: *Das Neue Testament — nach den ge braeuchlichsten 4 hochdeutschen Uebersetzungen nebst der hollaendischen Wandsbeck* 1710. Huic appendicis loco addita sunt: *Novi Testa menti Apocrypha; oder etlicher Lehrjuenger des Herrn und Apostoli schen Maenner Sendbriefe* etc. Prima ibi epistola ad Laodicenses reliquae sequentes sunt epistolae PP. Apostolicorum. Biblia ist pentapla edidit Jo. Otto Glusingius. Idem vir postea opusculo *Der erste Tempel Gottes in Christo*, Hamburgi a. 1720. inter ali protevangelium Jacobi Germanice versum inseruit. Conf. etiam *Abgesonderte Bibliothek oder zulaengliche Nachrichten und unpartheiisch Gutachten von Buechern und gelehrten Materien*. Halle 1719. fasc. IX p. 761. et *Curiositaeten* (Weimar 1825.) Vol. X. fasc. 5. p. 470.

quisitiones criticae et historicae, eae ab ingenio et studiis theologorum superioris aetatis alieniores fuerunt nec nisi a perpaucis institutae sunt. Prioris autem classis sunt, qui vel universam ecclesiae veteris historiam enarraverunt [6]), vel de solis scriptoribus ecclesiasticis commentarios scripserunt [7]), vel librorum supposititiorum censuram fecerunt [8]), vel denique commentationes isagogicas

---

6) Praeter Baronium et Casaubonum, Fr. Spanhemium, (hist. eccles. sec. I. cap. 15. Opp. tom. I. p. 578.) Jac. et Sam. Basnagios, Weismannum, Jo. Georg. Walchium, Moshemium et Schroeckhium, qui passim apocryphorum mentionem faciunt, praecipue notandi sunt: Sandius in *nucleo hist. eccles.* p. 1—28. Natalis Alexander *hist. eccles.* Tom. III. p. 25. 39. sqq. 85. sqq. Tillemontius in *Mémoires pour servir à l'hist. eccles.* Tom. I. plurimis locis, Pertschius *Versuch einer Kirchenhistorie* Tom. I. p. 581—624. Cotta *Versuch einer ausfuehrl. Kirchenhistorie* Tom. II. p. 1107. sqq. et Schmidtius *Handbuch der christ. Kirchengesch.* Tom. I. p. 389. sqq. Semlerus hanc materiam non singulari opera tractavit, si excipias, quae in isag. hist. ad Baumgartenii *Untersuchung der theol. Streitigkeiten* Vol. I. p. 108. sqq. leguntur; sed plura in numerosis scriptis, quibus antiquum Christianorum statum et praecipue canonis historiam illustravit, de eadem acute observavit. In amplissimo alius generis opere, *Actis Sanctorum*, multa reperiuntur, quae ad fabulas apocryphas enarrandas conferunt.

7) Post Sixtum Senensen in *Bibliothecae sanctae* libr. II. apocrypha pleraque percensuerunt Lud. Ell. du Pin *Nouvelle Bibliothèque* Tom. I. p. 1—28. ed. Paris. III. Caveus in *hist. liter. script. eccles.* p. 1—18. 27. 37. sq. 51. 82. ed. Basil. Oudinus in *comment. de script. eccles.* Vol. I. p. 1—19. Rem. Ceillier *Hist. gener. des auteurs sacrés* Tom. I. p. 474. sqq. ac Roesslerus *Bibliothek der Kirchenvaeter* T. IV. p. 319—384. et Tom. X. p. 363—380. Idem fecit Fabricius in *Biblioth. Gr.* Tom. III. (ed. Harl. Tom. IV.) et in extremo tomo varia additamenta ad cod. Apocr. attulit.

8) Ex horum numero sunt Varenius in *rationario theol. de script. eccles. sec. I.* Rostochii 1669. evulgato; A. Rivetus in *critico sacro* p. 96—136. ed. V. Lips. et Rob. Cocus in *censura quorundam scriptorum* etc. p. 2—28. ex ed. Meieri Helmstad. Inter opera promissa a Leone Allatio, Bibliothecario Vaticano, sed nun-

in N. T. libros ediderunt [9]). Ex alterius classis scriptoribus Thomas Ittigius, Christoph. Theod. Chueden vel potius Jo. Andr. Schmidius et Ern. Grabius Fabricium aetate antecesserunt, quorum illi nihil suppeditant, quod in Codice apocrypho Fabriciano desideres [10]). De

---

quam edita memoratur *opus de libris apocryphis* inscriptum. Vid. Fabricii *Biblioth. Gr.* Tom. X. p. 413. ed. pr. Haud dubie haec non fuit commentatio de solis N. T. apocryphis, sed potius censura librorum scriptoribus veteris ecclesiae suppositorum. Inde enim diatriba L. Allatii de Joanne Damasceno et ejusdem scriptis, quam Michael le Quien primo operum Damasceni volumini praemisit, petita esse dicitur. Vid. ibi pag. I.

9) Respicimus Rich. Simonis *hist. crit. du texte du N. T.* capp. III. VII. VIII. XII. XIV. XV. et *nouvelles observv.* p. 1—10. Lud. Ell. du Pin *proleg. sur la bible* Tom. II. p. 87—126. Millii *proleg. ad N. T.* p. V. sqq. XV. sq. XXXI. sq. XXXIV—XL. LXVIII. sq. ed. Oxon. Aug. Calmeti *proleg. ad Matthaeum et dissert. in V. et N. T.* Tom. III. p. 1—20. et 286—294. ed. nov. Wirceb. Pritii *introd. in N. T.* ex ed. Hofmanni c. II. et XI. Rumpaei *comment. crit. ad libros N. T.* p. 17. 33. sqq. Hagemanni *histor. Nachricht von den canon. und apocr. Schr. des A. u. N. T.* p. 646—690. Qui recentiori tempore commentationes isagogicas ad N. T. scripserunt, Michaelis, Haenleinius, Schmidtius, Hugius, Eichhornius, de Wettius et Schottius, eos potissimum de evangeliis antiquissimis disquisivisse constat. Bertholdtius singularem de apocryphis N. T. tractatum promiserat in praef. ad Tom. V. part. 2., sed promisso non stetit. His scriptoribus adjicere liceat Lardnerum, cujus in libro *de fide historiae Evangelicae* passim de apocryphis disseritur, velut Tom. II. p. 595. sqq. III. 294. sqq. IV. 717. sqq. et Tom. V. parte II. p. 283. sqq. vers. Germ., et Jo. Lamium *de eruditione Apostolorum* Florentiae 1738.

10) Th. Ittigii dissert. *de pseudepigraphis Christi, Virginis Mariae et Apostolorum* legitur in ejusd. appendice dissert. *de haeresiarchis aevi Apostolici.* Lips. 1696. Conf. etiam dissert. *de patribus Apost.* p. 12—71. praemissam Bibliothecae PP. Apost. et *hist. eccles. primi sec. selecta capp.* passim. — Chuedenii *Pseudo-Novum Testamentum exhibens Pseudo-Evangelia, Acta, Epistolas, Apocalypses*, prodiit Helmstadii 1699. A plerisque hujus commentationis auctor dicitur J. A. Schmidius, quo praeside ea defensa est. Idem

Fabricio ipso, item de Tolando et Jonesio supra jam diximus. Post hos Bellosobrius curiosam et elegantem dissertationem de scriptis apocryphis historiae Manichaei et Manichaeismi inseruit, ut illos haereticos de libris fictis et adulteratis injuria accusari argueret. Denique recenti memoria Kleukerus idem argumentum in singulari libro tractavit, nec tamen effecit, ut ista literarum monumenta in clariori luce ponerentur. Nam paucis exceptis vir beatus modo repetiit, quae a Grabio, Fabricio et Bellosobrio disputata invenerat [11]).

§. 2.

De historia Josephi, fabri lignarii.

Quae familiam in hoc nostro volumine ducit historia Josephi, fabri lignarii, ea ex cod. ms. Bibliothecae regiae Paris. primum Arabice edita est nec non versione Latina et notis illustrata a Georgio Wallin, Sueco, prodiitque Lipsiae a. MDCCXXII. Textum Arabicum nemo, quod sciam, postea recudendum curavit, Latinam vero versionem Fabricius secundo Codicis pseudepigraphi V. T. volumini, quod Wallino dedicatum est, adjecit p. 309—336. Notas Wallini is non reddidit, nec

---

plures similis argumenti scriptiones edidit, velut dissert. *de historia sec. I. variis fabulis maculata* et *de epistolis coelo et inferno delatis.* — In Ern. Grabii *Spicilegio SS. Patrum ut et haereticorum* leguntur, quae hic respicimus, Tom. I. p. 1 — 128.; item plura Tom. II. p. 117. sq. aliisque locis.

11) Bellosobrii dissert. legitur in *Hist. de Manichée* Tom. I. p. 337 — 425. et 438 — 464. Alteram hanc particulam argumenti apologetici Latine reddidit Frid. Guil. Roloffius. Berol. 1734. Versio ejusd. Germanica exstat in Crameri *Beitraegen zur Befoerderung theol. Kenntnisse.* Kiel. 1777. Tom. I. p. 251. sqq. — Kleukeri liber *Ueber die Apokryphen des N. T.* prodiit Hamburgi 1798. Post Kleukerum Birchius in proleg. ad Auctarium supra memoratum de libellis in eo editis disseruit. Quae Schmidius in praef. ad Corpus apocryphorum laudat a se disputata in *Repertorii* Vol. I. fasc. 2., ea non publicata esse bibliopolae nobis nuntiaverunt.

ipse quidquam adjecit ad librum illustrandum. Notitiam libelli ipsius sive fabulae, quam offert lectori, ducentis annis ante Wallinum dederat Isidorus de Isolanis[12]) in *Summa de donis S. Josephi* parte IV. cap. 9., ut videre licet ex Actis Sanctorum d. XIX. Martii Tom. III. p. 7. „Kalendaria Coptica ad XX. diem Julii festum Josephi referunt: et in eo quidem quod apud Seldenum est, libro de Synedriis Hebraeorum ad calcem, expressum additur, *Fabri lignarii.* Testatur autem Isidorus de Isolanis, ex ordine S. Dominici ante annos 140. scriptor, in *Summa de donis S. Josephi* parte 4. cap. 9. Orientis Catholicos consuevisse eum diem ingenti cum veneratione agere, suisque in ecclesiis quandam S. Josephi vitam legere, cujus de Hebraeo in Latinum a. 1340. translatae nactus exemplar, illius epitomen tradit;

---

12) Baronius in Martyrol. ad XIX. Martii p. 203 hunc Isidori commentarium ad Hadrianum VI. scriptum esse refert; itaque circa a. 1522. Scriptoribus de Josepho ad *hist. de nativ. Mariae* c. XIII. p. 375. a nobis memoratis praeter Isidorum adde Car. Stengelium Ord. Bened., qui suum *Josephum* Monachii a. 1616. cum iconibus Raphaelis Sadelarii excusum ex Isolano compilavit; Philippum de Vliesberghe des Champs, cujus *Josephus gemma mundi* Gallice Duaci 1621. prodiit; Carolum a S. Paulo Ord. Bernardin., cujus sunt *Tabulae eminentium S. Josephi qualitatum*, item Gallice Paris. 1629. E societate Jesu eandem materiam tractarunt Stephan. Binet, Paul. de Barry et Claudius Dausquejus in Gallia, Jac. Reiss in Bavaria et Petrus Biverus in Belgio, cujus liber *de Joachimo, Anna et Josepho* Antwerp. 1638. editus est. Inter Hispanos vitam Josephi soluta oratione descripsit Andr. de Soto, (*Vida y Excellencias del glorioso San Josef.* Bruxellis 1600.) et oratione ligata Josephus de Valdiviesso, presbyter Toletanus, cujus poëma in XXIV. libros divisum *La Vida, Excellencias y Muerte de san Joseph* primum Tolet. 1607. in lucem prodiit. Melioris frugis est Aug. Calmeti diss. *de Sancto Josepho* in ejus *dissert. in V. et N. T.* Tom. III. p. 194—206. ed. Wirceb. Notante Baronio l. l. etiam in *Thesauro Concion.* Tom. II. vita Josephi habetur ex diversis autoribus collecta. E nostratibus Mayerum et Goezium laudavimus pag. 361. et Crausium p. 351., ubi falso *et Anna* pro *et Maria.*

multis omissis, quae ab sanctae Romanae ecclesiae cultoribus, cujus deficere nequit veritas, Christo conservante, minime reciperentur. In hac autem Christus ipse, cui in monte Oliveti ad discipulos loquenti tota illa de Josepho narratio tribuitur, sic concludere fingitur: *Et posuerunt corpus Joseph patris mei in sepulcro juxta corpus patris sui Jacob. Mortuus est autem die XX. Julii.*" Conf. hist. Josephi cap. XXIX.

De codice et de opera edendo libello impensa Wallini ipsius verba ex praefatione apponamus. „Codex, inquit ille, unde eam desumsimus, inter Arabicos est CCCCXXXII. quinque complectens diversos tractatus. 1) Disputationem monachi et celebris philosophi cum Viziro quodam Africano. 2) Dicta Patrum de doctrina Christiana, imprimis Joannis Chrysostomi. 3) Miracula Virginis Mariae in loco quodam (fortasse Aegypti) dicto Banha'l Asali. Numerus miraculorum est XII. 4) Historiam Josephi. 5) Preces et hymnos. Illam igitur quarta occurrentem classe describi summo cum studio, manu cujusdam Arabis, curavimus, descriptam saepius cum eo perlegimus, menda passim in archetypo obvia, ut ex notis patebit, emendavimus, et Latine in nostrum usum et exercitium primum transtulimus. Jam vero translatam in capita et versus, ut melius cum textu Arabico ab imperitioribus conferri versio possit, divisam, punctis etiam vocalibus et apicibus, non in eruditorum, sed illorum gratiam, ut omnibus inserviremus, vestitam, ac qualibuscunque tandem observationibus auctam aliis eorundem studiorum cupidis officiose et bona mente offerimus. — Subinde in notis artes auctoris et fallacias deteximus, hoc officium rati esse editoris. Nec inutile aut ingratum fore existimavimus, ubi ferebat occasio, Judaicae, Muhammedicae, aliquando etiam Romanae ecclesiae, sine ullius tamen personae praejudicio, cum Orientalium Christianorum dogmatibus, ritibus modisque loquendi harmoniam ostendere."

Hic continuo subjicere placet notationem eorum, quae in hac nostra editione mutata sunt et quibus ea a Walliniana differt. Primum quod ad textum Arabicum attinet, doctissimus collega Aem. Roediger, qui nostro rogatu curam errorum typotheticorum corrigendorum susceperat, passim scripturam codicis restituit. Etenim Wallinus, licet omnino recte judicasset de sermonis Arabici, quo libellus conscriptus est, impuritate deque naevis ejusdem et soloecismis, plures tamen formas in lingua vulgari usitatas perperam menda esse arbitratus ex textu in marginem rejecerat et correxerat. Has igitur correctiones Wallini nunc textui subjectas vides in adnotationibus uncis inclusis; quo signo quae Roedigerum nostrum auctorem habent, a primi editoris notis distingui voluimus. Deinde in externa textus dispositione capitum quidem divisionem retinuimus, commatum vero seu versiculorum partitionem propter imperitiores a Wallino factam omisimus ejusque signa delevimus. Nimirum nostra aetate qui Historiam Josephi Arabice legent, non desiderabunt hoc versionis facilius conferendae subsidium. Denique notarum Wallini hunc habuimus delectum, ut intactas suo loco relinqueremus, quae verbis loquendique formulis illustrandis inserviunt, contra resecaremus, quibus ille recens ex itinere Parisiensi potissimum fabulas, superstitiones et caeremonias ecclesiae Romanae cum figmentis et erroribus nostri auctoris composuit et exagitavit. Fecit hoc ex suae aetatis more, scilicet ne quid periculi redundaret ex isto libello in lectorem minus cautum; quod nobis non metuendum est. Praeterea alia passim de ritibus Judaicis, de dogmatibus ecclesiae Orientalis et de commentorum apocryphorum dissensu observata propterea noluimus repeti, quod partim nunc sunt in vulgus nota, partim a nobis hoc ipso in opere alibi plenius et accuratius exponuntur.

Quae in reliqua Wallini praefatione de aetate hu-

jus libri disseruntur, ea non operae pretium est ad verbum omnia transscribere. Paucis sine lectorum detrimento possunt comprehendi. Primo autem loco haec proponit ille, omnes quidem primorum seculorum patres Josephi historiam ignorare, nec in externa codicis facie antiquitatis notam deprehendi, cujus charta et characteres a reliquorum codicum Arabicorum etiam recentiorum indole parum differant; interiora vero si respicimus, res et dogmata ac scribendi modum, tantum non omnia cum antiquis potius quam hodiernis Orientalium moribus doctrinaque convenire videri, velut quod auctor de convivio mille annorum cap. XXVI. dicat, contra nullam extremae unctionis mentionem faciat nec reliquiarum cultum noverit. Conf. id. cap. XXVI. Censet igitur libellum seculo IV. priorem esse et ad prima N. Test. tempora referri posse, si modo nonnullas locutiones novitatem spirantes, quae ab initio et fine historiae occurrant, posterioribus temporibus ab aliis additas esse dixeris. Posthaec sententiam fert de dicendi genere seu stilo et de lingua, quibus hoc scriptum exaratum sit. „Stilus, inquit, per omnia humilis est et simplicissimus, a flosculis et metaphoris ut plurimum longe petitis recentiorum Arabum procul remotus, idem *fere cum eo*, quo scriptum est pseudevangelium infantiae Christi. — Arabice libellum primitus conscriptum esse vix putamus. Ita conjiciendi primam nobis ansam dedit sermonis Arabici impuritas: naevis enim et soloecismis quam saepissime scatet: quam culpam non tam auctori suae utique linguae ejusque genii gnaro, quam translatori potius minus accurato tribuendam forte non immerito censemus. Accedit judicium Henrici Sike, credentis evangelium etiam infantiae ex Graeca, Syriaca vel alia quacunque Orientalium lingua in Arabicum idioma translatum esse. Si reliquos libros apocryphos hic nominare velimus, lingua Hebraea illorum non pauci scripti feruntur: v. g. evangelium Nicodemi, evangelium

juxta Hebraeos, item historia Apostolica Abdiae etc. Et quid multis te moramur, lector benevole? Paucis omnia accipe: Historia Josephi, fabri lignarii, lingua Hebraea contexta est.“ Postremo coronidis loco addidit epistolam Maturini Veyssiere La Croze, in qua is, quid sibi de patria et origine istius scripti visum sit, significat. Cum S. Josephi nomen apud Orientales non ita fuerit celebratum, initio se suspicatum esse scribit, hoc opus in Hispania, in qua amor seu devotio Josephi imprimis vigeat, elaboratum fuisse ab aliquo eorum Christianorum, quos olim Mozarabas appellabant. Siquidem tamen judice Wallino stilus illius idem plane sit atque in evangelio infantiae, potius Christiani alicujus Nestoriani foetum esse opinatur. Ab ejusmodi enim homine evangelium infantiae Arabicum profectum esse, antea jam probare conatus erat La Croze in epistola ad Fabricium data, quam in paragrapho sequente reperis.

Haec sunt quae ex praefatione Wallini hodie lectorum interest nosse. Vix autem est quod moneamus, de origine et aetate istius historiae non ita a viro docto disquisitum et disceptatum esse, ut in sententia lata acquiescere liceat. Plura insunt libello recentioris aetatis indicia a Wallino, qui inter medios itineris tumultus hoc doctrinae specimen edidit, neglecta, nec potest ei, qualem nunc habemus, toti illa vetustatis gloria vindicari; quanquam pars libelli a cap. II. ad cap. IX., cujus idem est argumentum cum protevangelio Jacobi et evangelio de nativitate Mariae, prae his simplicitate narrationis non tot fictitiis miraculis exornatae commendatur et ex antiquissimo ejusmodi pseudevangelio hausta esse videtur. Nos istam Josephi historiam eo consilio conscriptam esse putamus, ut lectioni ecclesiasticae in festo Josephi inserviret et celebrationem ejusdem Salvatoris ipsius auctoritate commendaret; quod cum ex introitu et clausula, tum ex capp. XXVI. et XXX. colligimus. Hoc autem festum eo die, quo Josephus in

prologo et capp. XV. ac XXIX. mortuus esse traditur, die XXVI. mensis Abib sive Epèp (Ἐπιφί) a Coptis primum singulari pompa celebratum esse videtur: pluraque nos invenimus documenta, quibus hos potissimum Monophysitas Africanos nostro opusculo usos esse probatur [13]). Primum huc facit memorabile Synaxarium sive Martyrologium, Acta SS. per anni circulum juxta ritum ecclesiae Alexandrinae Coptorum continens, quod in Bibliotheca Palatina Medicea reperitur et a Steph. Evod. Assemano in *Biblioth. Medic. Laurent. et Palat. codd. mss. Orientalium catalogo* (Florentiae a 1742.) p. 164—187. descriptum est. Ibi p. 185. ad d. XXVI. m. Abib notatur *Requies sancti senis justi Josephi, fabri lignarii, Deiparae Virginis Mariae sponsi, qui pater Christi vocari promeruit.* Codex Arabicis literis et sermone exaratus est a Michaële episcopo Meligensi in Aegypto circa a martyrum 1141., Christi 1425. [14]) Apparet enim respici ad historiam Josephi, fabri lignarii. Deinde codex Parisiensis ipse, quo Wallinus usus est, haud dubie in Aegypto scriptus est. In *Catalogo Codicum mss. Bibliothecae Regiae* Tom. I. (Paris. 1739.) p. 111. is inter Arabicos numero CIV. notatur, et anno

---

13) Vide locum supra citatum ex actis SS., ubi Bollandus Kalendaria Coptica ad d. XX. Julii (h. e. ad d. XXVI. mensis Abib Julio respondentis) festum Josephi referre notat. Post Bollandum Tillemontius *Mémoires* Tom. I. p. 79. *On pretend que les Cophtes et les autres Orientaux en font une feste fort solennelle le 20. de juillet, auquel ils mettent sa mort sur l'autorité d'une vie pleine de fables. Bollandus croit que les Carmes ont apporté d'Orient cette feste en l'Eglise d'Occident et que les Cordeliers l'ayant receue en 1399, elle s'est ensuite repandue dans toutes les Eglises latines.*

14) Aliud ejusdem Synaxarii exemplar in Bibliotheca Vaticana repositum ab Assemano Biblioth. Orientalis Tom. III. P. I. p. 642. indicatum observavimus. Codex Mediceus fortasse est ille, quem Vanslebius ex Aegypto se apportasse scribit. Vid. *Sammlung der merkw. Reisen in den Orient.* Tom. III. p. 76.

Chr. 1299. exaratus atque Cairo in Bibliothecam Regiam Vanslebii opera illatus esse dicitur; quae notitia Wallinum fugit. Vanslebium autem bis Coptos visitasse notum est et ideo probabile, eum a Coptis ipsis vel ab Arabibus, Coptorum spoliatoribus, librum emisse. [15]) Alterum exemplar historiae Josephi Arabicae continet codex Vaticanus, Syriacis literis anno Graecorum 1933. (Christi 1622.) exaratus, quem Assemanus *Biblioth. Orient.* Tom. I. p. 585. primo loco inter Beroeenses codices recensuit, h. e. a Gabriele S. Maurae Abbate ex urbe Beroea (Alepo) Romam asportatos. Vid. Praef. Assemani §. IX. Documento id est, hanc narrationem etiam aliis Christianis Orientalibus placuisse et cum ipso Josephi festo inter eos propagatam esse. Denique Aegyptum esse patriam libelli inde conjicias, quod is non tantum Arabice exstat, sed etiam Coptice, et quidem utraque dialecto, Memphitica et Sahidica. Memphiticum exemplar Georg. Zoega in *Catalogo Codd. Copticorum mss., qui in Museo Borgiano Velitris adservantur*, Romae a. 1810. edito p. 33. recenset [16]):

Cod. XXV. ex volum. Vatic. LXVI. „*Die XXVI Epèp. = Hic est exitus e corpore patris nostri Josephi, fabri lignarii, patris Christi secundum carnem, qui natus erat annorum CXI. Narravit Salvator noster omnem vitam ejus Apostolis in monte Oliveto, Apostoli*

---

15) Vid. Vanslebii ipsius *Relazione dello stato presente dell' Egitto.* Paris. 1671. et *Nouvelle relation en forme de journal d'un voyage fait en Egypte en* 1672 *et* 1673. Paris. 1676. De codice nostro nihil legitur in altera hac relatione, quam in S. R. Pauli *Sammlung der merkw. Reisen in den Orient.* Tom. III. Germanice redditam habes, ubi etiam prioris exemplar lingua vernacula a Vanslebio scriptae publicatum est.

16) De monumentis Musei Borgiani post mortem Cardinalis Borgia dissipatis maximamque partem Neapolin translatis vid. Fr. Blume *Iter Italicum.* Tom. II. p. 246. sq.

autem scripserunt eam et intulerunt Bibliothecae quae Hierosolymis est. Etiam quod dies quo sanctus senex deposuit corpus, fuit XXVI. mensis Epèp. In pace dei amen." Continet historiam de vita et morte S. Josephi, cujus fragmentum infra sistimus ex codice Sahidico CXXI. Subscriptio: „*Mementote mei minimi miseri peccatoris, qui in Scjihèt lateo cum peccatis meis, ut dominus misereatur mei. amen. = Die* XXVIII. *mensis Epèp, anno martyrum* DCCLXXXIII." (Vulgaris aerae a. 1067.) — Notandum est codices Memphiticos in Museo Borgiano servatos, quos Zoega *patristicorum* nomine complexus est, omnes Romae transscriptos esse a Tukio (auctore *Rudimentorum linguae coptae* Rom. 1778.) e libris Vaticanis ab Assemano ex Oriente advectis, qui in hodierno bibliothecae Vaticanae indice numeris LVII. usque ad LXIX. signantur, ab Assemano autem numeris VI—XVIII. Hic igitur codex, qui *S. Joseph sponsi B. Virginis Mariae vitam* continet, ab Assemano *Biblioth. Orient.* Tom. I. p. 618. inter codd. Copticos sub num. XV. commemoratur. Accepit Assemanus istos libros mss. a Copticis monachis vetustissimi coenobii S. Macarii in Nitriae solitudine siti, ut ipse narrat in praef. §. XI.

Fragmentum alterius codicis Sahidici foliis octo constans num. CXXI. inter codd. Sahid. describitur p. 225. sqq. Auctor libri judice Zoega ad Gnosticorum somnia ablegandi fingit Jesum narrare Apostolis suis, quae in morte Josephi patris sui evenere. „*Haec*, inquit, *est summa vitae dilecti patris mei Joseph: annos natus XL. uxorem duxit, cum qua vixit annis IX.* (scrib. XLIX.) *Post mortem ejus annum unum viduus mansit, duobus autem annis in domo ejus vixit mater mea, antequam ipsi nuberet; siquidem a sacerdotibus eam custodire jussus erat usque ad tempus nuptiarum. Peperit autem me Maria mater mea initio anni tertii, quo fuit in domo Josephi, anno aetatis suae* XV. *Genuit me Ma-*

ria mater mea in spelunca[17]), *quam nec nominare licet nec quaerere, neque est in tota creatione homo qui eam noverit praeter me et patrem meum et spiritum sanctum. Omnes autem dies patris mei Josephi benedictae senectutis sunt anni CXI., secundum voluntatem patris mei. Dies mortis ejus est XXVI. mensis Epèp.*" Josephus aegrotans in Nazareth terrore et luctu afficitur, exclamatque super peccatis suis. Venit Jesus eum consolaturus. Supplicat Joseph Jesu, dominum suum appellans, regem verum, salvatorem, redemptorem, deum verum et perfectum; veniamque petit, quod aliquando cogitasset de matre ejus domo pellenda, donec ab angelo certior factus de conceptione ejus e Spiritu sancto; pariterque quod olim ipse Jesum puerum, qui parvulum a ceraste morsum in vitam revocaverat, dextra aure traxisset, monens ut ab operibus invidiam sibi conflantibus abstineret. Haec audiens Jesus plorat, secum reputans amaritudinem mortis et diem, quando Judaei eum pro salute totius mundi in crucem essent sublaturi. Mox vocat matrem suam, considuntque ipse ad caput, illa ad pedes Josephi agonizantis. Advocat etiam filios filiasque Josephi, in quibus natu maxima Lysia purpu-

---

17) Vereor, ne Zoega Coptica h. l. male interpretatus sit. Nam cap. XIV. Hist. Josephi, ubi haec leguntur, Jesus Mariam dicit se peperisse super terram *mysterio, quod nec penetrare nec capere potest ulla creatura, nisi ego paterque meus et spiritus sanctus, unam mecum constituens essentiam.* Antea vero cap. VII. extr. spelunca, in qua Maria Christum peperisse fertur, proxima esse traditur sepulcro Rachel. Eadem dat fragmentum Sahidicum, quod infra habes; unde apparet, hos auctores minime sic statuisse de spelunca illa. Conf. not. ad hist. de nativ. Mariae cap. XIV. p. 381. sqq. hujus tomi. Sepulcrum Rachelis Genes. XXXV, 19. 20. tribus milliaribus distat Hierosolymis in via, quae ducit Bethlehemum. Vid. Antoninus Martyr *Itiner.* p. 21. Delineatum illud dat Eugen. Roger *Description de la Terre sainte* p. 193. Exstare prope integrum, forma pyramidis e vivo saxo excisum refert N. Ch. Radzivil *Peregrinat. Hieros.* p. 82.

aria[18]). Omnes flent super patre moribundo. „*Tunc respexi ad latus portae meridionale et vidi Mortem, quam comitabantur Orcus consiliarius et Diabolus veterator ab initio, cum innumeris Decanorum monstris igne indutis oreque sulphur et flammas spirantibus.*" His terrefacta anima Josephi exclamat et quaerit refugium. Jesus expellit Orcum et comites. Mors timore perculsa pone portam se abscondit. Jesus invocat patrem suum coelestem, ut mittat Michaelem et Gabrielem cum choro angelorum, qui custodiant animam Josephi et conducant per VII. aeonas tenebrarum et vias caliginosas juxta flumen igneum et locum carnificum. Veniunt angeli. „*Surrexi portamque egressus inveni Mortem solitarie sedentem in magno timore. Et dixi ei: O tu quae venisti a plaga meridionali, ingredere statim et perfice quae pater meus tibi praecepit. Sed custodi Josephum ut lucem oculorum tuorum: nam ille est pater meus secundum carnem. — Tunc Abbaton* (scr. Abaddon) *intravit et sumsit animam patris mei Josephi et emisit eam e corpore. — Michael autem apprehendit lacinias duas mappae holosericae, Gabriel reliquas lacinias duas; et amplexi animam patris mei Josephi de-*

---

18) Sunt in his excerptis, quae non prorsus concinunt cum Josephi hist. cap. XIV—XX. Hic e. c. Josephus dicitur Jesum puerum dextra aure traxisse, ut in ev. Thomae cap. V. Aliter in hist. Josephi cap. XVII. legis patrem manum pueri prehendisse; quae est ibi species increpationis loco vellicatae auris. Pro Lysia purpuraria cap. XX. nominatur Asia, filia Josephi natu maxima, quae etiam cap. II. antecedit Lydiam. Neque haec ibi appellatur purpuraria, quod Sahidicus scriptor ex Act. App. XVI, 14. huc transtulit. Quae sequuntur commenta de adventu Mortis ad Josephum deque anima ejus ab angelis deducta sive deportata, ea si comparaveris cum Arabici scriptoris narratione cap. XXI-XXIII., facile animadvertes, hanc esse simpliciorem istis a Coptico fabulatore mythice exornatis. De personis Mortis et Inferni satellitumque ejus ad extr. ev. Nicodemi passim nos enarravimus veterum Christianorum mythos.

posuerunt eam in mappa. Et praecepi eis, ut eam custodirent a furibus in viis, et jussi angelos hymnos canere ei, donec recepta esset in caelum." Ejusdem codicis Sahidici, ex quo Zoega haec partim ad verbum reddidit, partim excerpsit, suspicor esse fragmentum folii unius sub num. CXVI. p. 223. memoratum. Referente Zoega narrat ibi Jesus, *quomodo eum concepit Virgo Maria et peperit in Bethlehem prope monumentum Rachelis.* Conf. hist. Josephi cap. VII. extr. Vides, ex accuratiori hac, quam dedimus, codicum notitia, quantum lucis capiat historia libelli ipsius literaria.

§. 3.

De evangelio infantiae Servatoris.

Secundum locum occupat evangelium infantiae Arabicum vel liber apocryphus de infantia Servatoris, quem hoc titulo inscriptum Henricus Sike primus ex Manuscripto edidit Trajecti ad Rhenum a. MDCXCVII. In praefatione de codice et de occasione libri edendi notisque ei subjunctis haec lectoribus tradit. „Mohamedem ejusque asseclas apocryphum hoc evangelium varie compilasse, e notis nostris abunde patebit: nequaquam tamen inde conjicias, textum hunc Arabicum, qualis hic tibi exhibetur, ante Mohammedis tempora jam exstitisse. Neque enim stilus ei, quo Nov. Test. Arabice versum et ab Erpenio editum habemus, haud multum dissimilis eam prae se ferre antiquitatem videtur. Fieri potest, ut sive ex Graeca sive ex Syriaca lingua aut alia quacunque Orientalium aliquot post seculis in Arabicum idioma liber sit translatus. Caeterum is, quo usi sumus, codex est ex libris clarissimi Golii, publica nuper auctione Lugduni Batavorum divenditis [19]): quo

---

19) An codex iste ad nostrum tempus servatus sit, et qua in bibliotheca nunc lateat, nescio. Sikius ipse Trajecto ad Rhenum cum Huntington Anglo, qui iter in Orientem suscepturus eum sibi

cum ad alia quaedam comparanda me contulissem, hunc quoque librum negligere non potui, cum duo ejus loca, quae in praefatione Alcorani allegaverat Hinckelmannus ὁ μακαρίτης, legissem. Et licet tunc Alcorano vertendo (quem propediem, si Deo placuerit, cum scholiis utriusque Gialaloddini, laudatissimorum interpretum, nostroque commentario in lucem edemus) acriter insudarem; inspecta tamen exigua libri hujus mole commodius judicavi, ejus versionem, tanquam animi quandam relaxationem, taediose et prolixo labori interponere, et hunc quasi futuri operis prodromum praemittere: quod eo lubentius feci, quia praeter apocrypha alia innumera et Judaeorum Pandectas ex hoc quoque libello aliquid veneni Mohammed delibavit. Quo anno exaratus sit codex noster, nequeo dicere, cum id librarius non adscripserit: suum vero anno Christi 1442. in Oriente descriptum fuisse Hinckelmannus testatur. Idem evangelium istud confundit cum circumlato olim Petri evangelio; sed hoc in decreto Gelasii ab eodem distinguitur. Nihil vero notarum adjicere initio constitueram, quippe cum narrationes nugacissimae nullo commentatore egere viderentur; sed postea animadvertens Abu-Mohammedem Abd-Allam, Kessaei nomine eruditis jam notum, auctorem hactenus non editum, (qui religione Mohammedanus vitas patriarcharum ac prophetarum ex sententia magistrorum suorum descripsit) partem earum fabularum, mutatis tamen circumstantiis, excerpsisse ac pro

---

adjunxerat Orientalium linguarum magistrum et interpretem, primum in Italiam profectus est et dein itinere illo impedito in Angliam, ubi postea in Academia Cantabrigiensi Orientalium linguarum professoris munere ornatus est et a 1712. sibi ipse manus intulit faucesque laqueo constrinxit. Vid. *Journal des Savans* a. 1713. p. 328. et *Bibliothèque Anglaise* (par Mich. de la Roche) Tom. I. p. 354. Suspiceris inde in Anglia codicem illum quaerendum esse. Schnurrerus in *Biblioth. Arab.* p. 477. editionem Sikianam recensens de codice nihil refert.

veris venditasse, non potui non illas quoque seorsim exhibere, ut cum pseudo-evangelistae nostri verbis conferrentur, sicque *Κρῆς Κρῆτα* mendax mendacem mutuo dissidio convinceret et refutaret."

De editionibus Sikianam secutis deque nostra hac paucis possumus defungi. Solam enim versionem Latinam [20]) Fabricius, Jonesius et Schmidius repetendam curaverunt; quorum ille libellum, cujus textum Sikius continua serie describi jusserat, in capita LV. divisit brevibusque adnotationibus, quae maximam partem e Sikianis excerptae sunt, illustravit. Istam capitum divisionem in allegando usurpari solitam satisque commodam nos quoque retinuimus et secundum eandem etiam Arabicum exemplar distinximus. Adnotatiunculas vero a Fabricio ipso ad marginem sparsas itemque aliquot Sikianas, quae in hoc nostro opere nullius esse videbantur momenti, omisimus. Reliquas Sikii notas prolixiores, quibus Mohammedicae fabulae referuntur, ad calcem libelli p. 132—158. subjectas legis ex ordine numerorum singulis locis, ad quos pertinent illae, adscriptorum. Textus Arabici versionisque Latinae vitia aliquot doctissimus collega Roedigerus emendavit in speciminibus typographicis ab ipso correctis.

Jam vero ut codices istius evangelii manuscriptos, qui nobis innotuerunt, recenseamus, primum de codice Hinckelmanni a Sikio commemorato ipsius possessoris verba transscribamus. Is in praefatione Alcorani Hamburgi a. 1694. editi (p. IX.) „Circumferebatur, inquit, eo tempore libellus de miraculis Christi infantis, vulgo

---

20) Ex hac versione nescio quis evangelium Arabicum Germanice reddidit: *Das Evangelium der Kindheit Jesu aus dem Arabischen*, *Jerusalem* a. 5738. h. e. a. Ch. 1789. 8. Idem evangelium Germanice interprete H. A. v. R. publici juris factum erat sine loci notatione a. 1699. 8. Vid. Fabricii Biblioth. Gr. Vol. XIV. p. 270.

sub titulo evangelii a Petro conscripti, satis celebris. Titulus integer est: *Miracula et res gestae Domini nostri et Servatoris Jesu Christi, filii dei vivi, vulgo evangelium infantiae dicta.* In hunc infelici suo et alierum fato cum adjutoribus suis incidit impostor (Mahomedes) et passim praecipue cap. tertio multa ex eodem in Coranum suum transscripsit magno suo opprobrio et novae religionis detrimento. Si quis enim liber fabulosus reperiri potest in Christiano orbe, certe quintum hoc est evangelium." Post haec plura affert, ut librum non Petri, sed alius nugivenduli auctoris esse probet; velut quod is ab initio ad testimonium *Josephi pontificis* provocet [21]), sanctam virginem semper *Dominam Mariam* vocet, ipsasque res in Scriptura sacra traditas fabulis contaminet. Specimen datur in historia Magorum cap. VII. et VIII. Denique addit: „Liber ipse molis non adeo magnae est. Certe exemplar meum a. Christi 1442. in Oriente descriptum 24. tantum pagellas in octava, quam vocant, forma implet. De hoc evangelio praeterea vide Eusebium lib. VI. hist. eccles. cap. 12., ubi a Serapione episcopo Antiocheno, qui a Doce-

---

21) Hinckelmannus ab initio libelli de Josepho historico dici *putat*, quem auctor pontificem maximum fuisse somniaverit. Asserit enim locum hunc non contemnendum suppeditare argumentum de antiquitate testimonii Josephi Christo dati. Sikius vero in nota, quam omisimus, et cum hoc Fabricius Josephum esse statuunt Caipham, quem Christi vitam descripsisse hic fabulator cum aliis crediderit. Nobis hic respicienda videtur communis Syrorum opinio, Caipham impium illum pontificem, qui Christum mortis damnavit, ad Christianam fidem postea conversum et Josephum appellatum, eum fuisse celeberrimum scriptorem, qui de bello et antiquitatibus Judaicis erudita volumina reliquit. Sic Georgius Mosulanus apud Assemanum Biblioth. Orient. Tom. III. P. I. p. 522. et Salomon Bassorensis in libro *Apis* cap. 44. ibid. p. 317. Contra ibid. Tom. II. p. 165. error iste a Dionysio Bar-Salibi notatur. Alios Syrorum de scriptis Josephi errores Assemanus in notis ad Catalogum Ebedjesu Tom. III. P. I. pag. 7. tangit.

tis id acceperat, refutatum fuisse refert: item Ahmed Ibn-Edris apud Hottingerum diss. III. p. 197. 198. Baronium ad a. Ch. I. sect. 46. Rich. Simonium Hist. crit. N. T. cap. 3. p. 29. 30. Ludov. de Dieu in notis ad Historiam Christi a Xaverio Persice scriptam p. 588. Ludov. Maraccium p. I. Prodromi p. 59." Evangelium hoc infantiae in Oriente Petro tributum esse Hinckelmannus credidit Ahmedo Ebnedrisio, cujus verba Arabice et Latine dat Maraccius Prodromi parte I. p. 12. ed. Patav. *Quintum evangelium illud est, quod inscribitur de infantia; in quo enarratur id, quod pertinet ad infantiam Christi. Petro tribuitur, qui illud scripsit ex relatione Mariae Sanctae Mem. Multa in eo abundant, multa desunt: et referuntur ibi mirabilia, quae operatus est Christus* (infans:) *et adventus ejus cum Matre sua et Joseph Carpentario in Thebaidem Aegypti et reditus illius in Nazareth.* Conf. Jo. Henr. Hottingerus hist. eccles. sec. XVI. parte II. p. 76. sq. Utrum Ahmedus, praeter quem nemo, quod sciam, id tradidit, memoria lapsus sit, an vere inter Christianos Orientales fuerint, qui a Petro opusculum scriptum esse dicerent, nihil nunc curamus. Quod huc facit e verbis Ahmedi dubitare non licet, quin evangelium infantiae, a quo illud *κατὰ Πέτρον* veteribus memoratum diversum fuit, in Oriente late fuerit divulgatum et a multis eodem paene loco habitum cum evangeliis canonicis. Pluribus testimoniis hoc infra confirmabitur peracto codicum recensu. Exemplaris igitur Hinckelmanniani quis nunc sit possessor, nusquam indicatum vidi. Id tantum cognovi, Sebast. Godofr. Starckium, Hinckelmanni in edendo Corano socium [22]) et postea conservatorem codd. mss. Orientalium Bibliothecae Berolinensis, cui praepositus fuit, cum a. 1710. diem obiret, ex illo codice evan-

22) Vid. Hinckelmanni praefationem extremam ad Corani editionem.

gelium infantiae publicare voluisse. Ipse ad finem praefationis praemissae libro: *Specimen Sapientiae Indorum* Berol. 1697. promisit *pseudo-evangeliorum veterum corpus, quibus insereremus* (inquit) *Arabice et Latine Evangelium Infantiae, quod D. Petro a quibusdam attributum est.* Inde conjicias codicem nunc inter Berolinenses latere.

Praeter codices Sikii et Hinckelmanni nobis innotuerunt hi:

1) Bibliothecae Mediceae Palat. cod. XXXII. in forma octava, bombycinus, paginis 47. constans, Arabicis literis et sermone exaratus ab Isaac filio Abulpharagii, ben Medici Presbyteri in urbe Mardin (quae hodie, inquit Assemanus, post Edessam, Amidam et Bagdadum omnium fere Mesopotamiae civitatum est frequentissima) anno Graecorum 1610, h. e. anno Christi 1299. Continet evangelium infantiae Jesu Christi, imaginibus variis Christi prodigia repraesentantibus ornatum. Vid. Steph. Evod. Assemani Catalogum supra laudatum p. 72. sq., ubi ipsa epigraphes verba Latine reddita habes. Hic codex omnium, quos novimus, vetustissimus esse videtur.

2) Bibliothecae Vaticanae codex, quem Assemanus *Biblioth. Orient.* Tom. I. p. 585. inter Beroeenses primo loco recenset, bombycinus, Syriacis literis exaratus a. Graecorum 1933. In hoc evangelium de infantia Christi Syriace et Arabice legitur [23]).

3) Bibliothecae Regiae Parisiensis codex inter Syriacos numero CXXXIII. notatus, bombycinus, Constantinopoli in Biblioth. regiam illatus. In hoc tertium lo-

---

23) Fortasse codex iste accuratius describitur pluresque Syriaci recensentur in Assemani *Catalogo codd. mss. bibliothecae Apostolicae Vatic.* Tom. II. et III., quibus notitia codd. Syriacorum continetur. Catalogum hunc rarissimum, cujus exemplar in Germania Bibliotheca Rostochiensis possidet, non licuit inspicere.

cum occupat evangelium infantiae Christi domini. Conf. infra §. 9. horum Proleg. de isto cod. monita.

4) Ejusd. Biblioth. codex inter Syriacos n. CLIV. notatus, Arabice scriptus, verum charactere Syriaco, decimi quarti, quantum conjicere licet, seculi, itidem bombycinus, Constantinopoli in Biblioth. regiam illatus. Ibi evangelium infantiae quarto loco legitur.

Sicut ex hoc codicum syllabo discimus, libellum non tantum Arabice, sed etiam Syriace exstare, (quem Sikius suspicatus est ex Syriaca fortasse lingua in Arabicam translatum esse) ita plura reperiuntur, quae hoc evangelium infantiae a Syris potissimum Nestorianis lectum esse testentur. Ex his enim Salomon Bassorensis episcopus circa a. Ch. 1222. in libro *Apis* inscripto, cujus argumentum Assemanus Biblioth. Orient. Tom. III. P. I. pag. 309. sqq. descripsit, hoc evangelio infantiae usus est. Praeterquam quod ibi cap. 37. *de vaticinio Zaradostae seu Zoroastri de domino nostro*, cap. 38. *de stella, quae apparuit in Oriente in die Nativitatis Domini nostri*, et cap. 39. *de adventu magorum ex Perside* fabulas nostri auctoris tangit [24]), plurima ab

24) Ad cap. 37. Assemanus scribit: „Mira de hoc Zoroastro Syri Arabesque tradunt. Ejus discipulos fuisse Gusnasaphum Regem, Sasanem et Mahaimadum Persas, affirmat Bassorensis, quibus ille Christi nativitatem praenunciaverit, ipsorumque posteros adhortatus sit, ut munera ad ipsum deferrent, ubi stellam ejus oriri vidissent. Id et Gregorius Barbebraeus refert lib. 5. Dynastiarum in Cambyse, cujus verba describit Ecchellensis in notis ad Catalogum Ebedjesu pag. 266. Sed quod addit Bassorensis, Zoroastrum non alium fuisse, quam *Baruch scribam*, id vero singulare ipsius commentum est.“ Conf. Sikii not. p. 139. sq. hujus tomi, et quae nos ad p. 391. dedimus. De numero ac dignitate Magorum Bassorensis cap. 39. *Duodecim Reges, filii Persarum, quorum haec sunt nomina. Zarvandades filius Artabani. Hormisdas filius Sitruchi. Gusnasaphus filius Gunaphari. Arsaces filius Miruchi. Quatuor isti aurum attulerunt. Zarvandades filius Varzudi. Orrhoes filius Chosroae. Artaxestes filius Hulaiti. Estunabudanes filius*

eadem mutuatur cap. 40. *de descensu domini nostri in Aegyptum.* „Multa, inquit Assemanus, hic ex ápocryphe infantiae evangelio et ex historia de fuga Christi in Aegyptum mutuatur Bassorensis: de duobus scilicet latronibus, in quos Josephus cum Beata Virgine et puero Iesu in itinere incidit, qui demum in crucem cum

---

Sirvui. Quatuor isti myrrham attulere. Maruchus filius Chuami. Ameru filius Asbani. Sardalachus filius Baladani. Merodachus filius Baldad. Hi quatuor thus attulere. Teste Assemano eadem Magorum nomina, nonnullis apicibus mutatis, occurrunt in pluribus mss. codd. tum Syriace, tum Arabice: qui etiam a Mahir-Sapore, Persarum rege, ad Christum adorandum missi dicuntur in cod. XXX. Biblioth. Orient. Tom. II. p. 504. recensito. Duodenarium numerum confirmat etiam Jacobus Edessenus apud Barhebraeum in Horreo mysteriorum, commentar. in ev. Matthaei: *Venerunt Magi ab Oriente. Nonnulli affirmant tres principes cum mille viris advenisse. Jacobus vero episcopus duodecim ait principes eos fuisse, qui relictis septem millibus ad Euphratem cum mille viris Hierosolymam advenerint.* Aliam fabulam caeteris Nestorianis probatam de illis Magorum muneribus ab Adamo in spelunca thesaurorum, ut ajunt, olim repositis, Bassorensis rejecit. *Quidam ajunt, inquit, munera ab Adamo in spelunca thesaurorum reposita fuisse; Adamum vero Setho praecepisse, ut ab uno ad alterum ea transferenda curaret, usque ad Christi adventum. Verum id nequaquam ab ecclesia receptum est.* Contra idem dum causam caedis Infantium describit, inepte Longini nescio cujus mentionem facit: *Scripsit Longinus sapiens ad Augustum Caesarem in haec verba. Venerunt Magi filii Persarum tuumque imperium ingressi puero cuidam in Judaea nato munera obtulere. Quis autem ille sit aut cujus filius, nobis incompertum. Cui Augustus Caesar: Sapienter, inquit, egisti haec nobis significando. Ad Herodem autem scribens de puero praecepit ut se certiorem faceret. Quum itaque Herodes de puero scrutatus fuisset seque a Magis delusum vidisset, iratus est et mittens occidit omnes pueros* etc. *Pueri numero fuere bis mille; vel juxta alios mille octingenti.* De Magis Syrorum et Chaldaeorum Apostolis vid. Assemani Biblioth. Tom. III. P. II. pag. 3. Addenda sunt haec illis, quae pag. 388. sq. narravimus, coll. Bellosobrii not. ad Matth. II, 1. et ejusd. Hist. Manich. Tom. I. p. 323. sqq. Poetis Christianis mysticam munerum a magis oblatorum significationem enarrantibus adjice Synesium hymn. VII. v. 20. sqq.

Christo Domino acti sunt: de Hermopoleos idolo, quod Christum praesentem demonstravit: de Lazaro regis Aegyptii, ut dicitur, amico, qui pro eodem Christo fidem suam obligavit: denique de balsamo, quod in Aegypto natum perhibetur in loco, ubi Beata Virgo abluti Christi pannis aquam effundebat. Horum quaedam apud graves auctores legere est, ut notat Baronius ad a. I a num. 43." Deinde etiam Nestorianos Malabarenses sive Christianos S. Thomae, evangelium infantiae legisse observant Diamperienses Patres sess. III., Possevinus in *Apparatu s.* Tom. II. pag. 467. et Thomas a Jesu Carmelita, *Thesauri sapientiae div. in conversione omnium gentium* lib. III. pag. 354. Inde conjectura Maturini Veyss. la Croze in literis Berolini IV. Id. Dec. a. 1718. ad Fabricium datis et ab hoc Cod. apocr. Tom. III. p. 421. editis. „Evangelium infantiae, scribit, liber est ab homine Nestoriano scriptus, quod duplici argumento confirmo. 1) In actione III. decreto XIV. synodi Diamperanae ab Alexio de Menezes archiepiscopo Goano in dioecesi Angamala in montibus Malabaricis a. Ch. 1599. habita damnatur hic liber his verbis: *Item liber qui dicitur Infantiae Salvatoris, vel historia Dominae nostrae, jam ab antiquis sanctis damnatus, quod multas blasphemias et haereses contineat plurimasque historias fabulosas sine ullo fundamento* etc. Ubi nonnullae historiae ex hoc libro strictim proferuntur, quae ut plurimum in exemplari Sikii Arabico occurrunt. Habebatur autem liber ille, ut aliunde ex eadem Synodo constat, et passim legebatur apud Nestorianos Malabarenses. 2) In editione Arabica Sikii, quotiescumque Christi nomen solum occurrit, toties vocatur السيد المسيح ὁ δεσπότης Χριστός, ubi vero Jesu nomen vel additur vel solum profertur, tunc dicitur الرب يسوع ὁ κύριος Ἰησοῦς. Quod et observavi in homilia Arabica Eliae, patriarchae Nestoriani, edita a Golio ad calcem Gramm. Arab. Erpenii p. 250. Fuit autem mos perpe-

tus Nestorianorum jam inde deductus a Diodoro Tarsensi et Theodoro Mopsvesteno ad distinguendas contra Apollinarii discipulos Domini nostri Jesu Christi naturas, ut quoties Christum solum dicerent, toties eum ἰδικῶς τὸν Χριστόν appellarent, Jesu vero Christo reservarent denominationem τοῦ κυρίου. Quam magni momenti observationem ego primus omnium erui illiusque fontem mihi feliciter deprehendere visus sum in epistola Athanasii ad Epictetum sub finem. De toto autem hoc negotio fuse egi in historia mea Christianorum Orientalium, quae ut edatur, unam in praesenti limam exspectat et tranquilliorem rerum mearum statum." Respicit *historiam Christianismi Indorum* Hagae Com. a. 1724. Gallice editam, praeter quam de illis Nestorianorum formulis etiam epistola ejus ad Moshemium conferenda est in *Bibliothecae Bremensis* Classe V. p. 656. sqq. [25]). Denique Persas quoque, inter quos olim Nestorius plurimos habuit sectatores, librum de infantia Christi apocryphum habuisse, Angelus de la Brosse in Lexico Persico ad vocem *Tinctoria ars* notavit. Vide tamen not. Sikii p. 150. Idem docet Jo. Chardin in *Itinere Persico* Tom. X. p. 26. (recentioris ed. a Langlesio curatae Tom. IX. p. 124.) ubi nescio utrum ex *conjectura* an ex traditione vel notitia literaria evangelium infantiae dicatur *fabula Armenica* [26]). Nam nec

25) Quanam lingua liber ab homine Nestoriano scriptus sit, (potuit autem scribi Graece, Syriace, Persice, Arabice) id la Croze dubium relinquit. Potuisset ad conjecturam suam confirmandam alia simili observatione uti, quae librum e Syriaca lingua in Arabicam translatum esse probat. Scilicet vox مرت qua passim Maria salutatur, Syrorum est ܡܪܬܝ Arabibus alias ignota. Eadem observatione usum esse infra §. 9. videbimus illustrissimum Silv. de Sacy.

26) *Le Calendrier des Persans marque la naissance de Jesus Christ au troisieme jour du septieme mois: et quant à sa vie leurs*

Armenis displicuisse hoc evangelium colligas e verbis Isaaci Orobii de Castro, Hispani Judaei, in scripto tertio adversus veritatem religionis Christianae pag. 145. „Sed non a toto Christianismo explosa fuere, (sc. evangelia apocrypha,) quia a Thoma conscriptum in plurimis Africae et Asiae ecclesiis perseverat ut unica suae fidei regula: quod et ego vidi et Latine mihi interpretabatur archiepiscopus nescio cujus Armeniae civitatis, qui Romae latinitatem didicerat, cum quo per aliquot menses in hac civitate (Amstelodami) consuetudinem habui: et vere testor me tot errores, superstitiones et haeretica dogmata ibi legisse, ut valde mirarer evangelii nomine insigniri. Quod ipse constanter affirmabat esse verbum dei a caeteris Occidentalibus Christianis nunquam falsificatum [27]).

Praeter Nestorianos nemo mirabitur imprimis Christianos Aegyptios, licet oppositam illis probarent doctrinae formulam, his fabulis delectatos esse, cum major earum pars miracula Christi cum B. Virgine in Aegy-

---

Légendes contiennent non seulement ce qui s'en trouve dans les Evangiles, mais encore tous les contes qu'il y a dans les légendes des Chrétiens Orientaux, et notamment dans une légende Arménienne intitulée l'Evangile enfant etc. Sequentia descripsimus ad ev. Thomae cap. VI. p. 291. sq., ubi vides in fabula de Jesu literas discente notas literae primae ibi indicatas referri ad figuram ejusdem Armenicam. Omnino Monophysitas quoque, quibus annumerantur Armeni, evangelio infantiae usos esse, dubitare non licet.

27) Iste Orobius in Hispania cum adhuc commoraretur, dictus est *Balthasar*, deinde cum inquisitionem evasisset, *Isaacum* se vocavit. Obiit Amstelodami a. 1687. Philippus a Limborch, insignis Remonstrantium theologus, *de veritate religionis Christianae amicam collationem cum erudito Judaeo* (cum isto Orobio institutam) in lucem emisit Goudae a. 1687. (iterum Basil. a. 1740.) Ibi tria scripta Orobii integra adduntur et confutantur. Scriptores de Orobio deque hac collatione indicant Fabricius in *Delectu argumentorum et syllabo scriptorum pro veritate rel. Christ.* p. 614. et Walchius *Biblioth. Theol. sel.* Tom. I. p. 872.

pto commorantis enarret. Evangelium infantiae, quod Arabice Copti potuerunt legere, etiam in linguam eorum translatum esse testatum quidem non est, sed verosimile. Suspicor enim particulam ejusdem contineri fragmento duorum foliorum, quod inter codd. Sahidicos Musei Borgiani sub num. CXIX. Zoega p. 223. recenset cujusque argumentum indicat his verbis: *Magnum miraculum a Deipara editum, dum idola in oppido quodam adorata ea jubente procidunt et in abyssum detruduntur: terra hiscente conspicitur abyssus, prodeunt mortui, apparent angeli.* Eadem fortasse haec est narratio novis miraculis aucta, quam ev. inf. cap. X. (ubi de Alexandria deque idolo et templo celeberrimo Serapidis dici videtur) vel cap. XXIII. extr. legis. Conf. not. ad p. 399. Quanquam fatendum est plures exstare similis argumenti libellos haud dubie olim in Aegypto potissimum celebratos, ex quibus Copticus auctor sua haurire potuit. Ejus generis sunt *Historia fugae Deiparae et S. Joseph in Aegyptum Theophilo Alex. falso inscripta*, cujus Arabicos codices Assemanus Biblioth. Orient. Tom. II. p. 517. et Tom. III. P. I. p. 286. et 643. indicat, aliudque opusculum anonymi auctoris hactenus ineditum *de miraculis B. Virginis*, quod aliquot Parisienses libri mss. offerunt. Praeterea Itineraria, quae de Coptorum sacris et superstitionibus agunt, nos docent, haud paucas illarum fabularum vulgi ore traditas circumferri, earumque memoriam locorum, quibus miracula contigisse dicuntur, ornamentis et signis servari festisque diebus recoli [28]).

---

28) In Itinerario Thevenoti, *Les voyages de Mr. de Thevenot liv. II. chap. 75. Des Coftes*, haec narrantur: *Ils ont plusieurs histoires fabuleuses tirées des livres apocriphes qu'ils ont encore parmi eux. Nous n'avons rien d'écrit de la vie de Nôtre Seigneur durant son bas âge, mais eux ils en ont bien des particularitez, car ils disent que tous les jours il décendoit un Ange du Ciel, qui lui apportoit à manger, et qu'il passoit le tems à faire avec de la terre des petis oiseaux,*

Inter ipsos Aegypti episcopos Cyriacus, episcopus Behensae sive Bahnesae, (i. e. Tabennae,) sedulus commentorum apocryphorum fautor fuisse pluresque fabulosos libros scripsisse vel ex Syriaca in Arabicam linguam transtulisse videtur. In Bibliotheca reg. Paris. duae reperiuntur ἐκδόσεις historiae Pilati Arabice ab eo scriptae vel e Syriaco exemplari redditae in cod. Syr. 133. et in Arab. 160., quarum notitiam ab illustrissimo Silv. de Sacy cum Birchio communicatam et ab hoc Havniae a. 1815. editam nos infra in extrema Prolegomenorum sectione exhibebimus. Huc pertinent duo Cyriaci sermones sive narrationes in Bibl. Par. cod. Arab. 143. [29]), quo-

---

puis il souffloit dessus, et les jettoit après en l'air, et ils s'envoloient. Ils disent qu'au jour de la Cene on servit à Nôtre Seigneur un coq rôti, et qu'alors Judas étant sorti pour aller faire le marché de Nôtre Seigneur, il commenda au coq rôti de se lever et suivre Judas; ce que fit le coq, qui rapporta en-suite à Nôtre Seigneur que Judas l'avoit vendu, et que pour cela ce coq entrera en Paradis. Alteram ex eodem itinerario fabulam Sikius jam contulit ad ev. inf. cap. 23., de qua etiam Vanslebius in Pauli *Sammlung merkw. Reisen* Tom. III. pag. 256. sqq. (Conf. hujus Viri S. R. comment. ad Matth. II, 15.) Idem Vanslebius in prioris itineris descriptione ibid. p. 79. sqq. e vetusto libro ms. Abyssinico recenset XXXII. festos dies Mariae dicatos, inter quos nota: *Den 22. 23. 24. May, Mariae Ankunft in Oberägypten. Den 25. May, der Tag, an welchem der Herr Christus einen dürren Stab in die Erde gesteckt habe, aus welchem alsbald ein Olivenbaum herausgewachsen sey. Er grünt noch heutiges Tages in Buk, nicht weit von Moharrak. Den 8. Juni, weil bei der Maria grossem Durst durch Christi Allmacht eine Quelle entsprungen, von welcher alle Kranken, die aus derselben getrunken, gesund geworden sind.* Conf. ev. inf. c. 24.

29) Male in Catalogo edito duo sermones sub tribus numeris recensentur. No. 9. *S. Cyriaci episcopi Behnen* [sic] *in Aegypto homilia.* No. 10. *Quomodo B. Virgo monacho cuidam morti vicino in urbe Behnen se conspiciendam praebuerit.* No. 11. *S. Cyriaci episcopi Behnen oratio de ingressu Christi in Aegyptum.* Nam no. 9. et 10. unius ejusdemque sunt sermonis. In eodem cod. reperitur etiam *Theophili Alex. Patriarch. oratio de ingressu B. V. in Aegyptum.*

rum de argumento et indole Silv. de Sacy in literis ad Birchium datis ibidem haec retulit:

Le premier de ces deux discours a pour objet de célébrer le jour, où J. C. enfant accompagné de la s. Vierge, de Joseph et de Salomé, sort de sa fuit en Egypte, s'arrêta au lieu nommé aujourdhui le monastere de Baisous, situé à l'est de Bahnésa الدير القديس المعروف بيبسوس شرق مدينة البهنسا *ce jour est le 25. du mois de Paschous. Suivant cette legende l'enfant Jesus fit en ce lieu un grand nombre de miracles; entre autres choses il planta en terre les trois bâtons d'un berger et de ses deux fils, et sur le champ ces batons devinrent trois arbres couverts de fleurs et de fruits, qui existoient encore du temps de Cyriaque. Cyriaque prétend avoir appris toutes ces particularités de diverses visions, qu'eut un moine nommé Antoine, en conséquence des quelles il fit faire des fouilles en cet endroit: on y trouva un grand coffre fermé contenant tous les vases sacrés d'une eglise, avec une inscription, qui apprit, que le tout avoit été caché au commencement de la persécution de Diocletian, par le prêtre Thomas, qui desservoit cette eglise, l'ordre lui en ayant été donné dans un songe. Le coffre ouvert, on y trouva les vases sacrés, et un écrit, que l'on lut et qui contenoit toute l'histoire de l'arrivée de l'enfant Jesus avec ses parens en ce lieu le 25. du mois de Paschous, et le récit de tous les miracles, par lesquels il y avoit manifesté sa divinité. Cette relation étoit écrite de la main de Joseph époux de la s. Vierge* [30]. *Elle est fort longue. Après l'avoir lue Cyriaque fut bâtir en ce lieu une eglise, dont la construction fut encore accompagnée de visions et la desserte confiée au moine Antoine. Cyriaque raconte en*

30) Animadverte evangelii Arabici fontem ab initio fingi Josephi pontificis librum. Graecum exemplar Thomae nomen prae se fert.

finissant, comment un homme, qui avoit souillé cette eglise et y avoit commis des dégâts, fut tué a peu de distance de là par un monstre envoyé de Dieu. — Le second discours de Cyriaque a pour objet l'arrivée et le séjour de l'enfant Jésus et de ses parents en un lieu de la province de Kous, lieu nommé aujourdhui le couvent brulé الدير المحرق *Ce discours est fait, pour être lu le 7. de Barmondi, jour anniversaire de l'arrivée de la sainte famille en ce lieu. Le tissu de cette legende est tout à fait semblable à celui de la précédente."* Eaedem narrationes continentur cod. Vat. XLII. ap. Assem. *Bibl. Orient.* Tom. III. P. I. p. 643. sq. Inter varia opuscula ad fabulosam Mariae historiam pertinentia sexto loco ibi legitur: *Theophili Alexandrini de fuga B. V. M. in Aegyptum ejusque mora in monte* قصقام *Cascamo, qui hodie* دير المحرق *Dair-al-Moharrak, hoc est coenobium combustum.* Nono loco ibidem: *Cyriaci episcopi Behensae, hoc est Tabennesiotarum, de adventu B. M. V. in Aegyptum, ejusque mora in loco qui dicitur* باى ايسوس اى بيت يسوع *Bai Jesus, hoc est, domus Jesu, ad orientem civitatis Tabennae: ubi Biral-Gernus, hoc est, Puteus Gernos, qui Nili fluminis Aegypti indicium est.* In eodem codice etiam sermo ejusdem Cyriaci *de assumtione corporis B. V. M.* reperitur, et in cod. Vat. XVIII. ibidem p. 639. recensito homilia *de laudibus B. V. M. ejusque planctu ad sepulcrum filii sui unigeniti.* His igitur documentis satis credo demonstratum est, evangelium infantiae vel certe quae prior ejus pars continet, in Aegypto plurimos habuisse cultores summamque celebritatem.

Extra coetum Christianorum istae fabulae de infantia Christi olim etiam inter Muhammedanos et Judaeos circumferebantur. Quod ad illos attinet, Sikius in notis plurimos Corani ejusque interpretum locos allegavit id affatim testantes. Aliud documentum exhibent scripta

suppositítia prope Granatam, sicut mentiti sunt impostores, effossa, quae nisi ab homine Saraceno fortasse Christianum simulante ficta sunt, certe e commercio Christianorum cum Mauris istis originem traxerunt. Nam in catalogo *membranarum et laminarum, quae ex Arabico versae Latine traduntur repertae a. 1595. in cavernis Granatensibus*, apud Papebrochium [31]) Apologiae contra Sebastianum a Paulo part. II. artic. 15. §. 29. memoratur inter alia commenta apocrypha *Liber rerum praeclare gestarum D. N. Jesu et miraculorum ejus et matris ejus Mariae sanctae Virginis*, quem verosimile est eadem continuisse, quae evangelium infantiae Arabicum praebet. Conjicere id licet ex articulo *Biblioth. Orient.* D'Herbeloti p. 73. col. 1. ed. Par. (Tom. I. p. 127. sq. ed. Hag. et Tom. I. p. 212. vers. Germ.) quem Latine redditum transscribimus. „Ahmed Ben Cassem al Andalusi, Muhamedanus Granatensis, qui vixit anno Christi 1599. meminit manuscripti codicis Arabici Sancti Caecilii, Granatensis archiepiscopi, reperti una cum XVI. laminis plumbeis, quibus Arabici characteres insculpti erant, in crypta prope civitatem. D. Petrus de Castro y Quinones, tunc Granatensis archiepiscopus, rem esse veram testimonio suo confirmavit. Hae laminae Granatenses Romam postea translatae sunt, ubi post examen per plures annos productum ut apocryphae damnatae sunt, tempore Alexandri VII. papae. Historiae complures fabulosae illis continentur de infantia et educatione Jesu Christi et de vita B. Virginis. Inter alia ibi etiam narratur, a Christo puero elementa Arabica in schola discente praeceptorem de significatu singulorum interrogatum esse; et cum is de vi et potestate grammatica

---

31) Conf. W. E. Tentzelii dialogos menstruos Germanice editos an. 1698. p. 285. Obiter notamus, in Casiri *Bibliotheca Arabico-Hispana Escurialensi* nos frustra codices evangelii infantiae Arabici quaesivisse.

respondisset, ab illo significatum cujusvis literae mysticum traditum esse. Hic codex ms. est in Bibliotheca Regia, numero 1043.“ Conf. ejusd. Biblioth. Orient. pag. 360. col. 1. sub voc. *Garvathah* et pag. 953. col. 2. sub voc. *Kekilios* [32]). Ceterum notandum est, id quod passim in Corano appellatur *Engil* sive *Ingil*, non esse nostrum infantiae evangelium, sed imaginarium librum, in quo inesse tradunt Muhammedani, quae ipsis placent. Docet id D'Herbelotus op. cit. p. 315. sub voc. *Engil*, ubi inter alia haec leguntur: „Reperimus in libro *Kafsch al dhonun* inscripto lepidum commentum (*une plaisante rêverie*) Muhammedanorum, qui dicunt, evangelium incipiens a verbis *Bismilab* etc. h. e. *in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, non esse id, quod deus Jesu Christo tradiderit; hoc enim incipere a verbis *Bismillah* etc. *in nomine dei clementis et misericordis*, nec continere quidquam praeter praecepta, cum contra in priori sola vitae Christi historia a quatuor ejus discipulis scripta exhibeatur.“ Opinari possis his respici evangelium infantiae Arabicum, cui illa verba praemissa esse vides. Sed solemnis est ea formula, quam Arabes Christiani in fronte codicum etiam biblicorum ponere solent; quare potius quatuor evangelia canonica intelligenda sunt. Inter Judaeos vero quae percrebruerunt commenta de infantia Christi, fortasse a Muhammedanis ad hos manarunt. Sic plastici illius operis Jesu pueri, avicularum inquam e luto formatarum et postea vita ab opifice donatarum meminit liber Judaeorum blasphemus תולדות ישוע apud Raymundum Martini *Pugionis fidei* part. II. c. 8. Conf. Wagenseilius in confutatione libri *Toldos Jeschu* ab ipso editi pag. 5., ubi et consulere jubet Schickardum in *Deo orbo Saracenorum* p. 18. et in *Tarich seu serie*

---

32) De commentis prope Granatam effossis conf. Franc. Bivarius in comment. ad Dextri Chronicon p. 109. sq., la Croze in *Vindiciis veterum script.* p. 177. sqq. et *Acta SS.* Maji Tom. VII. p. 285. et 393.

regum *Persarum* p. 100. ac Guadagnolum (Ord. Minor. Arabicae linguae in Lyceo Romano Professorem) in *apologia pro rel. Christ. adversus objectiones Ahmed filii Zin Alabedini* (Romae 1631.) tract. II. c. 2. sect. 1. p. 158. Locos Corani et interpretum Sikius dedit in not. ad cap. 36. p. 148. sq. [33]). In eodem libro illo blasphemo etiam traditio de Jesu literas docente respicitur, ejusque praeceptor pag. 5. appellatur Elchanan. *Succrescente puero mater ei magistrum conducit Elekananem nomine, qui doceret puerum: erat vero illi ingenium bonum ad res intelligendas.* Aliter in Gemara Babyloniae ad tit. Sanhedrin cap. 11. fol. 107. b. nominatur Josua, filius Perachia. *Descendit Rabbi Josua Ben Perachia et Jesu Alexandriam, quae est Aegypti.* Vid. Wagenseilii *Sota* p. 1049. sqq. Quamquam ibi plures negant de Jesu Servatore nostro dici. Conf. Jo. Wulferi adnot. ad Theriacam Judaicam c. I. §. 7. p. 30. sq. aliosque scriptores a nobis laudatos ad ev. Nicod. p. 528 [34]).

Quae hactenus de codicibus et de libello ipso a variis Christianorum Orientalium familiis recepto et lectitato disseruimus, ea quivis attentus lector facile intelliget plurimum conferre ad illustrandam ejusdem originem. Exemplo sit quod inde probabilis redditur conjectura textum Arabicum esse versionem Syriaci exemplaris [35]),

---

33) Verba Bocharti, quae ibi respicit, leguntur *Hierozoici* parte II. lib. II. c. 32. Formula autem a Saraceno fidem Christianam amplectente pronuntianda reperitur in Sylburgii Saracenicis pag. 82.

34) Conf. etiam Jo. Frid. Mayeri diss. *de praeceptoribus Christi* Gryphiswaldae 1704. edita et Pauli Christ. Hilscheri *Schediasma de Jesu Christi, cum versaretur inter homines, studiis ἄτερ γραφῆς.* Legitur in Miscellaneis Lipsiensibus Tom. V. p. 23. sqq. et inde a Fabricio translatum est in Cod. apocr. Tom. III. p. 424. sqq.

35) Praeter errorem de Josepho pontifice et titulum Mariae, de quibus supra monuimus, etiam hoc Syriacum auctorem prodit,

quod etiamnum exstat, fortasse in Aegypto a fabularum patrono, qualis ille Cyriacus fuit, procuratam. Confirmatur etiam id, quod miramur neminem dum observasse, hoc non esse evangelium infantiae, sed potius sermonem vel narrationem inde depromtam atque e duabus partibus constantem. Scilicet libelli ipsius inscriptio et clausula illud docent, itemque verba, quae in fine prioris partis cap. 25. leguntur; ubi auctor monet, *Jesum plurima in Aegypto fecisse miracula, quae neque in evangelio infantiae neque in evangelio perfecto* [36]) *reperiantur.* Priori autem parte nonnullis e protevangelio praemissis narrantur fuga Christi cum parentibus in Aegyptum et miracula ibi ab ipso patrata, quae a Christianis istius provinciae separatim celebrata esse vidimus et quorum pleraque ab iisdem ficta esse per se verosimile est ac Sozomeni hist. eccles. V, 21. testimonio probatur. Vid. ibi not. Valesii. Altera parte comprehenduntur *τὰ παιδικὰ τοῦ κυρίου* in Graeco Thomae evangelio tradita, quorum nonnulla secundo jam seculo divulgata ingenium et superstitionem Christianorum e Judaeis redolent. Sed animus non est de origine et aetate horum commentorum hic accuratius disquirere. Ceterum hiscum componenda sunt, quae infra de codicibus Graecis et Latinis evangelii infantiae proferentur.

---

quod Christus anno 309. epochae Graecorum natus esse dicitur cap. II. Haec enim communis fuit Syrorum sententia. Vid. Assemani Biblioth. Orient. Tom. I. p. 387. et 389. Tom. II. p. 163. Ebedjesus ex accuratiori computo natalem Christi ad a. 311. ejusd. aerae refert. Vid. ibid. Tom. III. P. I. p. 354. Alius vero Nestorianus scriptor, Georgius Arbelae metropolita, ad a. 306. Ibid. p. 521. sq.

36) Hoc nomine notari videtur evangelium κατ' ἐξοχήν, h. e. quatuor evangelia canonica. Conf. cap. 30. extr. Nam quod Epiphanius haer. XXVI. num. 2. commemorat εὐαγγέλιον τελειώσεως, non potest respici nec imaginarium illud evangelium, quod supra vidimus solum a Muhammedanis pro divino haberi.

§. 4.
De Protevangelio Jacobi.

Accedimus ad opuscula ejusdem argumenti Graeca, quae haud dubie antiquitate praestant Arabicis. Nam quod primum sibi vindicavit locum protevangelium Jacobi, uti nunc appellari solet, id ab Origene, Epiphanio, Gregorio Nyss. aliisque ejusdem aetatis scriptoribus commemoratum legimus. Quid? quod seculo jam secundo Justinus dial. cum Tryph. cap. 78. et Clemens Alex. *Stromat.* lib. VII. p. 889. ed. Potter. fabulas ibi narratas tangunt; quas tamen ex traditione vel ex alio libro potuerunt haurire *). Recentioribus vero seculis plurimi historiarum, homiliarum et legendorum auctores, de quibus infra dicemus, protevangelio usi sunt. Dignus igitur nobis visus est hic liber, cujus textus accuratissime ad codicum fidem recenseretur, tum illa de causa, tum quod plurimum is conferre potest ad crisin atque interpretationem N. T. et grammaticam et historicam. Praesidiis ad novam textus διόρθωσιν sive recensionem instructi fuimus plurimis optimisque, quae nunc sic indicabimus, ut omnino notitia codicum typis impressorum et manuscriptorum, versionum et auctorum, qui locos singulos fabulasve protevangelii retulerunt, exhibeatur.

Primum autem libellus prodiit Latine in opusculo rarissimo: *Protevangelion s. de natalibus Jesu Christi et ipsius matris virg. Mariae, sermo historicus divi Jacobi minoris. Evangelica historia, quam scripsit b. Marcus. Vita I. Marci evangelistae collecta per Theodorum Bibliandrum. Basil. ap. Oporinum.* 1552. (iterum Argentor. 1570.) In censura et judicio huic editioni praefixo Bibliander de auctore interpretationis

---

*) Temere Barthius *Advers.* lib. LVI. cap. 16. aliique protev. a monachis effictum esse opinati sunt. Vid. Tentzelii *animadvers. ad Hieron. de viris illustr.* p. 27. ed. Fabr.

haec tradit: „Guilielmus Postellus [37]) in Oriente apud Christianos librum Graecum et quidem pervetustum est nactus, quem latinum fecit et commentariis adornatum editioni paravit cum aliis quibusdam minime contemnendis libris. Quos dum Oporinus differret imprimere, rogavi ut mihi copiam faceret legendi eos. Caeterum hujus sermonis historici lectio ita me affecit, ut inique tulerim diutius eo frustrari homines Christianos, qui latinae linguae habent commercium. Testatur autem Postellus hunc libellum in ecclesiis Orientalibus Christianorum publice legi, neque dubitari de auctore, sed constanter inscribi, *sermonem historicum divi Jacobi fratris Domini de admirabili nativitate et incunabulis Virginis matris Mariae et ipsius Jesu.* Addit etiam *πρωτευαγγέλιον* h. e. primum evangelium vocari et inter authenticos libros haberi apud Orientales Christianos. Ipse autem Postellus aestimat ut gemmam inter libros theologicos et basin atque fundamentum totius historiae evangelicae, et caput evangelii secundum Marcum [38]). Ejus verba si quis requirat haec sunt: *Petrus Romae*

---

37) De vita, fatis memorabilibus et scriptis hujus Postelli vid. Niceronius Vol. VIII. p. 347. sqq. vers. Germ. Schroeckhius in libro *Lebensbeschreibungen berühmter Gelehrten* Vol. I. p. 267. sqq. et praecipue Desbillons *sur la vie et les ouvrages de Guillaume Postel à Liège.* 1773. Vir fuit mira ingenii facilitate excellens et doctissimus, sed idem superstitiosus paradoxorum et incredibilium fautor et vanissimus admirationis hominum affectator. Nostrum libellum Niceronius p. 379. falso narrat primum a Postello Latine editum esse et aliquot post annos denuo a Bibliandro cum hujus adnotationibus. Nec titulum recte indicat idem.

38) In alio libro Basil. 1553. apud Oporinum edito, cui titulus *De originibus s. de varia et potissimum orbi latino ad hunc diem incognita aut inconsyderata historia*, idem Postellus cap. 2. p. 10. ait: *Evangelica hac Jacobi historia Pontificatum maximum Justi*, (h. e. Jacobi justi,) *ac Mariae Virginis matris Christique incunabula ita proponi, ut absque illa historia evangelium ad rationis examen de sua origine discussum sit ob Atheos periclitaturum.*

ss edidit evangelium, sed alteri Venetiarum duci [39]) *Marco commendavit sine capite mysteriose scribendum: ut olim illi adesset hoc caput quod nunc vertimus, totius Vet. Testamenti appendicibus Christum quovis modo praedicantibus necessarium, nedum Marco aut Lucae.* Ac rursum: *Evangelii ad hunc diem desiderata basis et fundamentum, in quo suppletur summa fide, quicquid posset optari.* Et in sermone, quo Reip. Venetae opus dedicat, ita scribit: *Quod autem evangelium quo ad hunc diem utimur, nunquam possit, ut debet ac necesse est, potissimum apud Judaeos esse in pretio sine hac, quam tuo nomine mundo offero, basi, Jacobi historia de Salvatoris et ejus matris Virginis Mariae incunabulis fide publica munitis in corpore ecclesiae Judaicae, his rationibus clarum erit.*" Futiles has Postelli rationes, quas deinde affert Bibliander ad auctoritatem libro fabuloso conciliandam, nolumus huc transscribere, nec eorum producere agmen, qui contra Postellum olim pugnaverunt. Nemini vero temeritas Postelli vehementius, quam Henrico Stephano, movit bilem, quam is pleno stomacho effudit in famoso scripto: *Introduction au traité de la conformité des merveilles anciennes avec les modernes, ou traité préparatif à l'apologie pour Hérodote.* 1566. Ibi enim cap. 33. non tantum in protevangelium, cujus narrationes cum fabulis Corani componit, invehitur, sed etiam Postellum ipsum totius fraudis architectum fuisse arguit [40]). Nec incastigatum

39) Inepte Postellus Marcum Evangelistam, patronum Venetiarum urbis, appellat alterum Venetiarum ducem. Fabula de sacro corpore Marci Alexandria sub Justiniano Venetorum duce Venetias allato ibique in ecclesia majori, quae ejus nomine consecrata est, condito satis nota est.

40) Animi causa vehementissima viri summi verba p. 406. sq. cum lectoribus communicare placet: Je prieray le lecteur de considerer comment le Diable s'est moqué evidemment de la Chrestienté en faisant publier ce livre et à aveugler les yeux de plu-

dimittit Jo. Heroldum, qui in Orthodoxographis Basil. a. 1555. praeter alia apocrypha etiam Latinam Postelli versionem recudendam curaverat. Graeci exemplaris illo jam tempore editi notitia ad H. Stephanum Apologiam scribentem nondum videtur pervenisse.

Primus enim, ut §. 1. docuimus, Michael Neander Basil. a. 1564. protevangelium Graece evulgavit inter

---

sieurs. Car il l'a publié par le moyen d'un qui apertement s'est efforcé par ses ecrits de faire une meslange de la religion Mahometique, Judaique, (si religions se doivent nommer,) avec celle des Chrestiens: par un qui a presché publiquement et soutenu des heresies, lesquelles ne sont seulement pleines de blaspheme, mais repugnantes à l'honnesteté naturelle, voire des payens. Qui est cestuy là? Guillaume Postel. Et comment (dira quelcun) a-il esté possible, que le livre venant de la main de ce monstre execrable, n'ait point esté tenu pour suspect, qui de soymesme le devoit estre, quand il fust sorti de la main d'un ange? C'est en quoy nous devons congnoistre que le Diable s'est evidemment mocqué de la Chrestienté, comme j'ay dict, et a bouché les yeux à plusieurs de ceux mesmement qui devoyent estre les plus clairvoyans. Il est vray que je confesseray bien, que la meschanceté du susdict n'estoit pas alors si bien desconverte, qu'elle a esté depuis: mais elle l'estoit assez pour cognoistre qu'il se faloit donner gard de luy. — Quant au contenu, il est certain qu'il a esté forgé par un tel esprit que celuy du dict Postel, (si d'avanture luy mesme n'en est l'auteur) en derision de la religion Chrestienne. Mais pour faire la fourbe meilleure, on y a inseré par forme de rapsodie quelques propos des Evangelistes: item on y en a mis quelques uns ausquels on a vû qu'on pouvoit donner couleur par quelques passages du vieil Testament, comme ce qui est dict des eaux de redargution. Or si quelcun est curieux de voir plusieurs escrits semblables ainsi supposez par la cautele et astuce de Satan, il en trouvera un grand amas en un livre appellé *Orthodoxographa* et orné de plusieurs autres titres, qui semblent estre totalement mis en despit de la religion Chrestienne! Notitiam literariam simulatae hujus apologiae pro Herodoto dederunt Floegelius *Geschichte der komischen Literatur*. Vol. II. p. 504. sq. aliique a literatissimo Eberto in Lex. bibliograph. univers. Tom. I. col. 551. laudati.

apocrypha catechesi Lutheri Graeco-latinae subjuncta, et quidem ex officina Jo. Oporini, ex qua duodecim annis ante prodierat Bibliandri opusculum. De libello Jacobi vir doctus in ep. nuncupatoria p. 331. haec tantum praemonuit: Extat autem et Jacobi evangelium, quod Graece et Latine una nunc damus. Id vero Guilhelmus Postellus, natione Gallus, professor linguarum peregrinarum regius Parisiis, (qui) studio cognoscendi plurima et investigandi libros, quibus regnum Christi posset commodius propagari, multas regiones peragravit, etiam mare non semel transgressus, in Oriente apud Christianos reperit. An vero ipsum quoque debeat censeri cum caeteris aliquot apocryphis, quae commemoravimus, lectoribus judicium relinquimus. Postellus certe testatur, hunc libellum in ecclesiis Orientalibus Christianorum publice legi: ac aestimat ipse Postellus ut gemmam inter libros theologicos et basim atque fundamentum totius historiae evangelicae et caput evangelii secundum Marcum.“ Eadem repetita sunt in altera editione a. 1567., quae omnino, si pauca Graeci textus vitia correcta excipias, nihil differt a priori. Itaque non resciscimus, quonam codice usus sit editor. Suspiceris eundem fuisse, ex quo Postellus librum Latine dederat, vel potius apographum ab Oporino bibliopola cum Neandro communicatum; praesertim cum inscriptio Latina, quam infra p. 161. legis, Graecae ibidem propositae ad verbum respondeat, et ab aliis, quas ex codd. notavimus, valde discrepet. Sed contextus versionis Postellianae plurimis additamentis et omissionibus a Graeco exemplari dissentit, ut vix dubitare liceat de fontibus diversis. Grynaeus vero, qui protevangelium Graece tertium edidit a. 1569. in Orthodographis, alium librum ms. non adhibuit, nec Fabricius in Codice apocrypho. Scripturae, quibus textus horum discrepant, a Birchio in Auctario Cod. apocr. proleg. p. LXV. notatae, maximam partem sunt errata typographica. Istis exemtis

quae relinquuntur, inde derivari possunt, quod Grynaeus Neandri editionem posteriorem, quae emendatior est, Fabricius priorem prelo subjecit pluraque passus est excidere verba in *ὁμοιοτελεύτοις* [41]. Ceterum ille notulas Bibliandri et Neandri omisit atque in praefatione de nostro libro paucis defunctus est his: Protevangelion Jacobi Justi multa habet, quae narrationibus quatuor Evangelistarum (quorum authoritas sacrosancta est) pulchre consentiunt: plura autem, quae ab illis velut *πάρεργα* sunt, praetermissa. De hoc scripto ut et de

---

41) Fabricius ipse in Biblioth. Gr. Vol. IX. p. 112. ed. pr. dicit, se protevangelium post Neandrum edidisse, neque ibi meminit Grynaei. Idem vero in Cod. apocr. solam priorem illius edit. laudat. Ad inscriptionem *Ἰακώβου τοῦ μείονος* notat: *male in prioribus editt. μείζονος.* Sed hoc vitium in una priori N. ed. reperitur. Cap. IV. N. ed. pr. et Fabr. *φέρετέ μοι ὧδε δέκα ἀμνάδες* (Fabr. corr. *ἀμνάδας*) *κυρίῳ τῷ θεῷ μου*, ubi N. ed. post. et Gryn. *φέρετέ μοι ὧδε δέκα ἀμνάδες ἁπάλους καὶ ἀμώμους καὶ ἔσονται δέκα ἀμνάδες κυρίῳ τῷ θεῷ μου.* Cap. VI. N. ed. pr. et Fabr. *διεπλήνων*, ubi N. ed. post. et Gr. *διεπλάνων.* Cap. VIII. N. ed. pr. et Fabr. *καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας*, ubi ed. N. post. et Gr. *καθ' ὅλης τῆς περιχώρου τῆς Ἰουδαίας.* Cap. XI. extr. N. ed. pr. et Fabr. *ἐν γήρει*, ubi N. ed. post. et Gr. *ἐν γήρᾳ.* Cap. XV. N. ed. pr. et Fabr. *ἀνατροφεῖσα*, N. ed. post. et Gr. *ἀνατραφεῖσα.* Cap. XVII. N. ed. pr. et Fabr. *ὅτι οὐκ ἐστί μου θυγάτηρ. Αὐτὴ ἡ ἡμέρα*, N. ed. post. et Gr. *ὅτι οὐκ ἐστί μου θυγάτηρ αὐτή. ἡ ἡμέρα.* Typographi errore in ed. Fabr. omissa sunt cap. III. *οἴ μοι, τίνι ὡμοιώθην ἐγώ; οὐχ ὡμοιώθην ἐγὼ τοῖς ἀλόγοις ζώοις, ὅτι αὐτὰ ἄλογα ζῶα γόνιμά εἰσιν ἐνώπιόν σου, κύριε.* et ibid. *οἴ μοι, τίνι ὡμοιώθην ἐγώ; οὐχ ὡμοιώθην ἐγὼ τοῖς κύμασι τῆς θαλάσσης, ὅτι καὶ τὰ κύματα γαληνιῶντα καὶ σκιρτῶντα, καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς ἰχθύες εὐλογοῦσί σε, κύριε.* Cap. VI. *οὐ* ante *μὴ περιπατήσεις.* Cap. IX. *τὰς* ante *ῥάβδους αὐτῶν* et *τοῦ* ante *προσεύξασθαι.* Cap. XIII. post *γινώσκω* om. *Καὶ εἶπεν Ἰωσήφ· πόθεν ἐστὶ τὸ ἐγγάστριόν σου;* Male additum est in ed. Fabr. cap. XI. *δὲ* post *ἐξῆλθε.* Ex conjectura Fabr. cap. VI. dedit recte *κοινὸν* pro *καινόν.* Id. cap. VIII. *μιανθῇ* pro *μιάνῃ.* Cap. XVII. *ἀπογράψομαι* pro *ἀπογράφομαι.* Cap. XXIV. *κλήρους αὐτῶν*, ubi edd. N. et Gr. vitiose *κλήρῳ αὐτῶν.*

caeteris ejus ordinis judicabunt lectores. Mihi non videtur illud esse evangelium, quod se vertisse in linguam Latinam Hieronymus in vita Jacobi Justi testatur. Plura autem evangelia illa aetate esse scripta author est Eusebius." Grynaei exemplar Jonesius, ut ipse Tom. II. p. 99. significat, reddere voluit. Attamen, quod textus ejus docet, illud cum Fabriciano contulit pluraque scribarum vel typothetarum vitia ipse correxit [42]). Birchius vero, qui Neandri et Jonesii editiones ne noverat quidem, nimis religiose Fabricianam cum omnibus vitiis recudendam curavit [43]). Quae igitur ante nostram hanc prodierunt Graecae protevangelii editiones, omnes ex uno fluxerunt libro ms., nec praeter hunc primum prelo

---

42) Jones. Tom. II. p. 99. *The Protevangelion of St. James, in Greek and English, published out of the Orthodoxographa of Jac. Grynaeus* p. 71. Ibi igitur quae e Fabriciano textu excidisse notavimus, non desiderantur. Peculiaria vero ed. Gryn. vitia e Fabr. emendata sunt. Sic cap. IX. καταγελως, ubi Gr. καταγελος. Cap. X. καὶ τὴν βύσσον, ubi Gr. καὶ περὶ βύσσον. Cap. XV. τῶν ὕμνων αὐτῶν, ubi Gr. τῶν ὕμνων αὐτῷ. Cap. XXI. ἕως οὗ ἐλθὼν ἔστη, ubi Gr. ἐλθὼν om.. Cap. XXIV. ἀπήντησεν αὐτοῖς, ubi Gr. αὐτοῖς om. Ibid. Χριστὸν κυρίου, ubi Gr. Χριστὸν κυρίον. (sic) Uno tantum loco cap. VII. post ἐπιζητήσει πατέρα secundum Gr. male om. ἢ μητέρα, quae verba in edd. N. et Fabr. leguntur. Praeterea Jon. cum Fabr. scripsit cap. VI. κοινὸν. Ibid. minus recte διεκλήνων contra cod. auctoritatem. Ibid. ᾆσμα κυρίῳ, ubi solus Gr. e Post. vers. vel ex seqq. add. τῷ θεῷ Cap. VIII. μιανθῇ, cujus loco in edd. N. et Gr. μιάνῃ. Ibid. om. τῆς περιχώρου. Cap. IX. ῥάβδους pro τὰς ῥάβδους. Cap. XI. ἐξῆλθε δὲ, ubi edd. priores δὲ om. Cap. XVII. ἀναγράψομαι, ubi pr. edd. e cod. ἀναγράφομαι. Etiam vitiosam scripturam ἐξηλειφθήσεται cap. XXIV. e Fabr. recepit, ubi edd. N. et Gr. recte ἐξαλειφθήσεται.

43) Velut in titulo ἡ pro ἤ. Cap. I. εἰς ἱασμὸν pro ἱλασμὸν. Ibid. τὴν σκεύην pro σκήνην. Cap. II. ἐκόπετο (quod etiam in edd. N. legitur, unde in Gr. ed. ἐκέπετο) pro ἐκόπτετο. Cap. IX. τοὺς ῥάβδους. Cap. XX. διενοήθη pro διενοήθη. Cap. XXIV. προσδοκοῦντες pro προσδοκῶντες etc.

commissum alius ad textum rectius constituendum in auxilium vocatus est. Qualis fuerit is et unde, nescimus: minime vero fuisse ex antiquiorum numero nec optimae notae, facile nunc cuivis nostrum textum perlustranti persuadebitur. Quare ad recensendam scripturae varietatem non opus fuit nobis, si paucos exceperis locos, singulorum textuum editorum collatione, sed omnes recte potuimus nomine vulgati sive Fabriciani, qui latissime divulgatus fuit, comprehendere. Latinam Postelli versionem, quam noluimus desiderari, sicut ab auctore profecta vel primum publicata est, typis exscribendam dedimus, ut repraesentaret codicis, ad quem facta est, scripturam. Fabricius enim ubi plura in Graeco reperit, ea Latine alio tamen charactere addidit, contra ubi Postellus quaedam adjecit, ea signis parentheseos inclusit. Etiam nonnulla verba verborumque interpunctiones passim non monito lectore mutavit et addidit. Commode hoc fecit vir doctus in suo Codice. Sed nobis non licebat ejus exemplum imitari. Etenim Postelli interpretationem a Graeco textu, quem nos exhibemus, plurimum differentem non eo consilio recepimus, ut lectores hujus intellectu quippe facillimi adjuvaremus. In adnotationibus autem de consensu illius cum Graecis codd. aut dissensu ex instituto monuimus, unde nunc de fide Postelli interpretis rectius poterit judicari. Alia in re Fabricium sumus secuti, in divisione capitum, quam is primus instituit.

Sed nunc dicendum est de apparatu critico, cujus ope protevangelii formam, quantum nunc quidem fieri potest, antiquissimam restaurare studuimus. Maximam partem debemus illum Bibliothecae regiae Parisiensi. Hujus enim sex libros manuscriptos historiam Jacobo apostolo vulgo tributam continentes evolvimus; quorum jam sequatur indiculus e literarum, quibus singulos in notis indicavimus, ordine dispositus. Praeter numeros

Catalogi editi eos quoque, quibus illi antea signati fuerunt, notabimus.

A) Cod. Catal. 1454. olim Colbertinus 427. tum regius 2014. membranaceus seculi X. Continet is homilias et vitas SS., in quibus quinto loco fol. 24. v. legitur *Διήγησις καὶ ἱστορία, πῶς ἐγεννήθη ἡ ὑπεραγία Θεοτόκος εἰς ἡμῶν σωτηρίαν.* A recentiori manu appicta sunt verba *Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου.* Propterea in Catalogo hic liber dicitur *Anonymi narratio de nativitate beatae Virginis;* quanquam in fine libelli cap. XXV. Jacobi auctoris nomen reperitur. Hujus antiquissimi et praestantissimi codicis textum integrum nos loco vulgati proposuimus.

B) Cod. Catal. 1215. antea Colbert. 4504. deinde reg. 2983. membr. manu Neophyti [44]) cujusdam a. 1068. exaratus protevangelium altero loco foliis 18. formae quadratae exhibet hoc titulo praefixo: *Ἱστορία Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου εἰς τὴν γέννησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.*

C) Cod. Catal. 1468. antea reg. 1833. membr. sec. XI. accurate et nitide scriptus, ex Oriente in Biblioth. reg. a. 1669. illatus. Inter opuscula hoc volumine comprehensa quadragesimum nonum est *Γέννησις Μαρίας τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ὑπερενδόξου μητρὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ*, quod exstat a fol. 358. r. ad fol. 364. v. formae maximae. Scripturam istius et praecedentis libri accurate cum nostro textu collatam habes.

D) Cod. Catal. 1190. olim Colbert. 5108. tum reg. 2356. chartaceus a. 1567. exaratus. Inscriptio protevangelii quarto loco positi haec est: *Λόγος τοῦ ἁγίου, ἐνδόξου καὶ πανευφήμου ἀποστόλου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου· ὅτι εἶπε περὶ τῆς ἀτεκνίας Ἰωακεὶμ καὶ τῆς στειρώσεως Ἄννης, καὶ περὶ θρηνήσεως καὶ προσευχῆς αὐτῶν, καὶ περὶ*

---

44) Plures Neophytos Calligraphos commemorat Montfaucon in Palaeographia Gr. lib. I. cap. 8. p. 104.

τῆς συλλήψεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ περὶ τῆς γεννήσεως αὐτῆς, καὶ περὶ τῆς συγχαρίας [45]) *καὶ ἀναθρέψεως αὐτῆς ἕως τριετῆς·* (fort. *τριετοῦς·*) *καὶ περὶ τῆς ἐν τῷ ναῷ εἰςόδου αὐτῆς καὶ ἀνατραφείσης καὶ μέχρι δωδεκαετοῦς αὐτῆς ἐν τῷ ναῷ ὑπαρχούσης καὶ μετὰ ταῦτα δοθείσης τῷ Ἰωσὴφ· καὶ συνέλαβεν ἐν γαστρὶ ἐκ πνεύματος ἁγίου· καὶ* (add. *περὶ*) *τῆς ἐλέγξεως Ἰωσὴφ καὶ αὐτῆς ὑπὸ τοῦ ἱερέως, καὶ περὶ τῆς ἀπογραφῆς Καίσαρος, καὶ τῆς γεννήσεως Χριστοῦ, καὶ τῶν μάγων, καὶ Ζαχαρίου τὸν φόνον.* (scr. *τοῦ φόνου.*) Exordium libelli inepta Graeculi otiosi linguaeque veteris ignari verbositate prorsus deformatum est. Incipit: *Ἐν τῇ σοφίᾳ Σολομῶντος λέγει· Δίκαιοι εἰς τὸν αἰῶνα ζῶσιν. Οὕτως οὖν καὶ οἱ δίκαιοι ὅ τε Ἰωακεὶμ καὶ ἡ Ἄννα· ἀμφότεροι δίκαιοι ὄντες καὶ ἄτεκνος ἦν Ἄννα. Καὶ προςέφερον τὰ δῶρα αὐτῶν ἐνώπιον κυρίου ἐν τῷ ἱερῷ τοῖς ἱερεῦσιν, καὶ οὐ δέχονται, διότι Ἄννα ἦν ἄτεκνος καὶ οὐκ ἔτικτεν. Καὶ στραφέντες ἐκ τοῦ οἴκου κυρίου καὶ ἐκόψαντο ἑαυτοῖς κοπετὸν μέγαν ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ ἐν νηστείᾳ καὶ προςευχῇ καὶ ἐν στεναγμοῖς καὶ ἐν δάκρυσιν οὐκ ὀλίγοις· καὶ ἔλεγον ἐν ἑαυτοῖς· οἴ μοι, οἴ μοι, τοῖς ἀθλίοις· ὄνειδος ἐγεννήθημεν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ καὶ οὐκ ἐσμὲν ἄξιοι, ἵνα δέξηται καὶ ἡμῶν κύριος ὁ θεὸς τὰ δῶρα, καὶ δεκτὴν γενέσθαι την θυσίαν ἡμῶν ἐνώπιον αὐτοῦ, καθὼς ἐδέξατο τὴν θυσίαν τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ· καὶ ἔτεκε Σάῤῥα ἐν τῷ γήρᾳ αὐτῆς καὶ ἐγέννησεν υἱὸν τὸν Ἰσαὰκ τὸν πατέρα ἡμῶν. κτλ.* Nolo plura huc transscribere. Ab altera capitis primi parte scriptura ad textum reliquorum codd. propius accedit et passim digna est, quae recognoscatur, plurimas tamen habet interpolationes per totum libellum et omnino specimen dat licentiae, qua librarii monachique in hoc scriptorum genere ad mentem suam conformando grassati sunt.

---

45) Verba *περὶ τῆς συγχαρίας* refer ad argumentum cap. VI. Voc. *συγχαρία* in Lexicis desideratur. Graecis recentioribus *συγχαριάρια, συγχαρίκια,* etiam *συγχάρια* praemia nuntiatae laetitiae dicuntur.

E) Cod. Catal. 1174. olim Colbert. 2838. postea reg. 2032. membr. sec. XII. In hoc a fol. 7. v. ad fol. 16. v. secundum locum occupat *Ἱστορία Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.* Scripturam ejus selectis locis cap. I. II. III. IX. X. et XXV. notavimus.

F) Cod. Catal. 1176. olim Mazarinaeus, tum reg. 1832. membr. sec. XIII. Tertio loco a fol. 12. v. ad fol. 18. v. legitur *τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου λόγος ἱστορικὸς εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.* Hunc quoque paucis tantum locis cap. I. II. III. V. XVIII. XXI. XXII. XXIV. et XXV. adhibuimus. Potuissemus plures ex eo proferre lectiones singulares, sed nullam nostro textu praestantiorem. Sic cap. XII. verba sacerdotis ad Mariam *καὶ εἶπεν· Εὐλόγησέ σε κύριος ὁ θεός, καὶ τὸ ὄνομά σου εὐλογημένον ἐστὶν ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς τῆς γῆς.* Cap. XX. consentiens cum vulgata (quam lin. 11. ab extr. pag. 253. habes) post *Ἅψομαι αὐτοῦ;* haec dat *τοῦτο γὰρ ὑπενόησε Σαλώμη τοῦ προσκυνῆσαι τῷ παιδίῳ* [46]).

Praeter hos codices inspeximus duos alios non insignes propria textus indole. Prior est cod. Catal. 897. olim 2429. et 1045. partim chart. sec. XV. partim membr. sec. XII., in quo a fol. 9. chart. ad fol. 22. (quae reliqua membranacea) reperitur *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν, πατριάρχου Ἱεροσολύμων, Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.* Alter est cod. Catal. 1173. antea 205. et 1820. membr. Fonteblandensis, olim monasterii Cryptae ferratae, scriptus sub finem sec. XII. Ibi fol. 1. ad fol. 4. legitur *Τοῦ μακαρίου Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου καὶ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου περὶ τῆς γεννήσεως τῆς ἁγίας Θεοτόκου.* In summa

---

46) Hunc librum et sequentem 1173. sub numeris 1832. et 1820. memorat Rich. Simon *Nouv. Observ. sur le texte et les vers. du N. T.* p. 4.

margine primi folii scriptum: *Μαχ. Ἰακώβου τοῦ ἀπ. καὶ ἀδ. τοῦ κυρ. περὶ τῆς συλλήψεως τῆς ἁγίας Ἄννης.* Inde notandus error Catalogi, in quo hoc opusculum sub num. 1. sic describitur: *Extrema pars homiliae in conceptionem beatae Annae, Virginis matris, cujus auctor in summa margine dicitur Jacobus Apostolus, frater Domini.* Deest enim in Ms. primus quaternio seu octo foliorum fasciculus, et in primi folii parte restat homiliae nescio cujus peroratio, quam subsequitur protevangelium totum ab initio ad finem. Cap. XXV. ibi his verbis absolvitur: *Ἐγὼ δὲ Ἰάκωβος ἔγραψα τὴν ἱστορίαν ταύτην ἐν Ἱερουσαλήμ· ὅτι τῷ Χριστῷ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.*

Parisiensibus libris accesserunt duo Vaticani, quorum collationes ab Engelbrethio Dano subministratae sunt Birchio et ab hoc in Auctario cod. apocr. editae. Unus signatus no. 455. membr. sec. XI. egregia textus indole se commendat; observatur tamen in eo lacuna unius folii a verbis cap. XII. *Χαρὰν δὲ λαβοῦσα* ad cap. XIX. *ὑπήντησεν αὐτῷ γυνὴ*, quam recentior manus ex mss. bonae notae supplevit. Alter no. 654. membr. sec. XII. minoris licet pretii, longe tamen vulgatum textum antecellit. In illo a nobis lit. A. indicato inscriptio est *Ἱστορία Ἰακώβου εἰς τὴν γένεσιν τῆς παναγίας Θεοτόκου.* In hoc lit. B. *Λόγος ἱστορικὸς τοῦ ἁγ. Ἰακώβου ἐξηγούμενος ὅπως τὴν ἐξ ἐπαγγελίας γέννησιν ἔσχεν ἡ Θεοτόκος· καὶ περὶ τοῦ μνηστῆρος αὐτῆς Ἰωσήφ* [47]). Utriusque codicis scripturas a nostro textu discedentes in notis recensuimus, sicut etiam tertii cujusdam Vindobonensis in usum b. Birchii a viro docto A. C. Gierlew descripti,

---

47) Fortasse hic codex est, quem ex Bibl. Sfortiana commemorat Montfaucon *Bibl. Bibliothecarum* Vol. I. p. 701. *Jacobi Ap. narratio historiae de ortu Mariae Virginis secundum promissionem, et de sponso ejus sancto Joseph.* In eod. opere plures notantur codd., in quibus Jacobi sermo, velut p. 498. e Bibl. Ambros. Mediol.

quem nobiscum ille per b. Muenterum communicavit. Est autem in cod. theol. Gr. CXXIII. chart., in quo a fol. 154. ad fol. 159. legitur Λόγος ἱστορικὸς εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας. Vid. Nesselii *Catal. Bibl. Caes. Vindob.* P. I. p. 205. Extrema protev. pars in hoc cod. desideratur. Finitur verbis, quae p. 267. legis, παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. Sequuntur uno tenore haec a nostro libello prorsus aliena nec scio unde arrepta: Εὑρὼν δὲ καὶ τὰς ἁλύσεις [48]) τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Πέτρου κατέθετο αὐτὰς ἐπὶ τὸν βαθμὸν τοῦ κίονος, τοῦ ὀπισθίου μέρους τῆς στήλης. Ἡ οὖν εὐσεβεστάτη βασίλισσα δόγματα πολλὰ ποιήσασα εἰς διακονίαν τῷ ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ ἐν εἰρήνῃ ἐκοιμήθη, ἐντειλαμένη μνήμην τελεῖν τῆς ἀναστάσεως ἐν τῷ ναῷ τοῦ τιμίου σταυροῦ, μηνὸς Ἀρτεμισίου, εἰς δόξαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. Codex negligenter exaratus est vitiisque scripturae scatet, quae nos pleraque tacite correximus. Auctor apographi eum sec. XI. vel XII. tribuit. Nobis recentioris esse videtur aetatis, fortasse sec. XIV. Praeter istum cod. Bibliotheca Vindob. alios quatuor possidet narrationem nostram complectentes. Sunt autem codd. hist. Graeci LXI. XCVI. CXIV. et CXXVI. apud Nesselium *Catal.* P. V. p. 119. 148. 159. et 176. In Lambecii *Commentariis* iidem codd. quinque diversis numeris notati recensentur lib. IV. p. 300. et lib. VIII. p. 110. 801. 808. et 821. ed. Kollar. Uno cod. CXIV. excepto omnes

---

48) Gierlew in apographo scripsit *αλλυασης* vel *αλλυατας*, quam vocem ait se in Lexicis frustra quaesivisse. Ego dedi *ἁλύσεις* e conjectura. Fortasse haec petita sunt e narratione de catenis Petri vel festo ejus ad vincula, qualis legitur in Breviario ad Calendas Augusti. Graeca oratio in venerationem Catenae S. Petri Latine exstat apud Surium I. Aug. Praeterea *στήλης* scripsi pro *στιλης*, *βασίλισσα* pro *βασιλευσα*, *ἐντειλαμένη* pro *εντειλαμεινη*, *τιμίου σταυροῦ* pro *τιμιουςροῦ*, quod auctor apographi perperam conjicit esse nomen proprium loci.

sunt chartacei, nullusque eorum antiquitate aequiparat nostros Paris. A. B. C. Nec, quod sciam, reperitur usquam codex protevangelii ante sec. X. exaratus [49]). Propterea despero, textum unquam prolatum iri nostro meliorem et antiquitatis nota commendabiliorem. Id enim nemo profecto vir doctus pronuntiaverit, e diversis codd. scripturis a nobis seligendas fuisse, quae veteris auctoris Judaeochristiani vel, si placet, Gnostici manum referre viderentur, ut ex his libellum ejus, quoad fieri posset, restitueremus. Nimirum ejusmodi textus a nobis compositus nullam prorsus fidem habuisset et auctoritatem.

Huic codicum notitiae continuo subjicere placet aliquot observationes inde derivatas ad historiam libelli illustrandam. Primum autem observetur, illis codicibus omnino contineri doctorum ecclesiae Graecae homilias Sanctorumque vitas et martyria [50]), partim e Synaxariis sive Martyrologiis Graecis unius pluriumve mensium. Quare in nonnullis etiam dierum ordo notatur, quibus ab ecclesia memoria Sanctorum recolitur. Sic in cod. Selden. 53. exstat Synaxarium mensis Septembris referturque protevangelium ad d. VIII. Sept., qui Mariae nativitati a seculo VI., ut videtur, in ecclesia Graeca dicatus fuit. In cod. vero Paris. C. titulo libelli addita est haec nota ecclesiastica: *Μηνὶ Νοεμβρίῳ καʹ*, quo die inde a sec. VIII. celebratur a Graecis ἡ ἐν τῷ ναῷ εἴσοδος τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου h. e. *festum praesenta-*

49) Etiam Bibl. Bodlejanae cod. Baroco. 180., quem nos manu versavimus, cod. Cromwell. 106. et cod. Selden. 53. recentioris sunt aetatis. Vid. *Catal. Bibl. Angliae et Hiberniae* Tom. I. P. I. p. 23. 41. 163.

50) Magnus est numerus librorum mss. Parisiensis Bibliothecae, in quibus vitae et elogia Sanctorum ad usum ecclesiasticum descripta sunt. Plurima iisdem nos debemus apocrypha hactenus inedita, quibus pro re paulum immutatis Graeci recentiores nihil veriti sunt uti.

tionis Mariae. Ad alium diem festum respicere videtur exordium protev. in Paris. D. supra positum: Ἐν τῇ σοφίᾳ Σολομῶντος λέγει· Δίκαιοι εἰς τὸν αἰῶνα ζῶσιν. κτλ. Agitur enim secundum Menaea [51]) μηνὸς Ἰουλίου κέ. festum τῆς κοιμήσεως τῆς ἁγίας Ἄννης τῆς μητρὸς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, in quo σοφίας Σολομῶντος τὸ ἀνάγνωσμα ab illis fit verbis, quibus hac occasione monachus aliquis historiam de nativitate Mariae sermonis vice recitari solitam exorsus est. Inde jure colligere possumus, olim e protevangelio in ecclesiis Orientalibus publice lectum esse, non tanquam e Scriptura sacra, sed tanquam ex sermone doctoris alicujus vel e legenda quadam; quod a Postello, sicut supra vidimus, testatum Fabricius *Cod. apocr.* T. I. p. 57. Jonesius Vol. II. p. 161. aliique addubitaverunt [52]). Confirmatur idem pluribus argumentis. Primum est, quod in aliquot codd. libello inscribitur λόγος (λόγος ἱστορικός vel ἱστορία) εἰς τὸ γενέσιον (γενέθλιον) τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Constat enim *festum nativitatis Mariae* Graece appellari τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Vid. Jac. Goar *Euchol. Graec.* p. 904. Idem etiam sermonum in hoc festum est titulus, velut Joannis Damasceni λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Alterum est, quod in codd. Paris. 897. et 1215. aliisque titulo subjiciuntur formulae εὐλόγησον πάτερ et κύριε εὐλόγησον, quae in libris homiliarum post titulum vulgo ponuntur vice Latinorum: *Jube Domne benedicere*, quibus verbis a Chori praeside petitur benedictio. Vid. Ferrarius *de*

---

51) Vid. *Βιβλίον τοῦ Ἰουλίου μηνὸς — Ἐντετύπωται παρὰ Νικολάῳ τῷ Γλυκεῖ τῷ ἐξ Ἰωαννίνων. ͵αχοβ'.* p. 121.

52) Male quidem Postellus scripsit protevangelium *inter authenticos libros haberi apud Orientales Christianos*, si voluit intelligi authenticos libros Scripturae sacrae. At fortasse id tantum aliis verbis repetiit, quod antea posuerat, *in ecclesiis Orientalibus non dubitari de auctore*, h. e. de Jacobo apostolo. Quanquam ne hoc quidem veritati consentaneum est.

vet. Christ. concionibus p. 42. et Montfaucon *Palaeogr. Gr.* p. 304. Accedit tertium, quod in omnibus libris mss. protev. finitur vocibus illis *εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν*, notissimo homiletico epilogo. Quartum suppeditant codices Arabici, in quibus infra monstrabimus protev. homiliae locum obtinere. Denique pro fide Postelli facit, quod in permultis oratorum Graecorum sermonibus in festa Joachimi et Annae atque Mariae fabula nostra vel potius singula quaedam ejus capita tanguntur et tanquam textus enarrantur.

Non aeque comprobatur codicum auctoritate nomen *protevangelii* a Postello libello huic inditum et hinc fortasse in fronte ed. vulg. positum. Nos enim id in nullo codice reperimus. Nec Postellus ipse diserte tradit sic illum inscribi, sed potius vulgo appellari; quae quidem appellatio ipsi congrua visa est opusculo, quod caput evangelii secundum Marcum esse censebat. Antiquissima vero est supra e pluribus codd. notata inscriptio *ἱστορία* vel *διήγησις καὶ ἱστορία*, quam Gregorius Nyss., Epiphanius, Eustathius Antioch. et Georgius Nicomed. norunt, exhibetque index apocryphorum N. T. e cod. Coislin. CXX. sec. X. a Montefalconio p. 194. descriptus, ubi *ιέ. Ἰακώβου ἱστορία.* Eadem in *Opere imperfecto in Matth. homil.* II. et in codd. Arab. reperitur. Immo etiam Jacobi Apostoli et fratris Domini tanquam auctoris titulum a Postello commendatum in pluribus mss. iisque antiquissimis velut Paris. A. et C. desiderari videmus. Sane ibi quoque cap. XXV. Jacobus aliquis Hierosolymitanus se profitetur historiae scriptorem, qui in codd. A. et B. deo gratias agit pro mysteriis his sibi revelatis vel Christo pro facultate scribendae historiae sibi data, et praeterea in reliquis codd. tempore tumultus ab Herode excitati se vixisse significat. Minime vero sibi arrogat nomen Jacobi Apostoli et fratris Domini, quo monachi demum et scribae recentiores libellum videntur ornasse. Nec scriptores ve-

teres illum jactant fuisse auctorem, sed *Ἰακώβου* simpliciter (sicut in Vatic. A.) vel *Ἰακώβου τινός* vel *Ἰακώβου Ἑβραίου* opus esse tradunt. Inter hos fortasse jam Origenes Tom. XI. Comment. in Matth. p. 223. *Τοὺς δὲ ἀδελφοὺς Ἰησοῦ φασί τινες εἶναι, ἐκ παραδόσεως ὁρμώμενοι τοῦ ἐπιγεγραμμένου κατὰ Πέτρον εὐαγγελίου ἢ τῆς βίβλου Ἰακώβου, υἱοὺς Ἰωσὴφ ἐκ προτέρας γυναικὸς συνῳκηκυίας αὐτῷ πρὸ τῆς Μαρίας.* Conf. protev. c. IX. Haud dubie vero Eustathius Antiochenus vel quisquis auctor est *commentarii in Hexaemeron*, qui p. 70. ed. Allat. excerpto e Jacobi historia haec verba praemittit: *Ἄξιον δὲ τὴν ἱστορίαν, ἣν διέξεισι περὶ τῆς ἁγίας Μαρίας Ἰάκωβός τις, ἐπελθεῖν* [53]). Item Epiphanius monachus et presbyter sec. XII., cujus *λόγον περὶ τοῦ βίου τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου* Jo. Aloys. Mingarellius in *Anecdotis litterariis* Vol. III. (Romae 1774.) p. 39. sqq. primus edidit. Duobus is locis nostrum scriptorem appellat Jacobum Hebraeum. Prior pag. 40. legitur: *Ἐγκωμιασταὶ δὲ αὐτῆς ἐκ τῶν ἁγίων πατέρων* (add. *πολλοὶ*) *γεγόνασιν· οὐδεὶς δὲ ἐξ αὐτῶν περὶ τῆς βιώσεως αὐτῆς καὶ τῶν χρόνων ἢ τῆς ἀνατροφῆς ἢ τοῦ τέλους ὀρθῶς καὶ εὐαποδέκτως ἐσήμανεν· ἀλλὰ καὶ οἱ ἐπιχειρήσαντες καὶ μέρη τινὰ εἰπόντες οὐκ ὠρθοτόμησαν, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐγένοντο κατήγοροι, οἷον Ἰάκωβος ὁ ἑβραῖος καὶ Ἀφροδισιανὸς Πέρσης* [54])

---

53) Fabricius in notis ad protev. passim epitomen hanc allegavit. Nos integram, sed particulatim p. 162. 163. 166. 170. 178. 180. 187. 206. 210. 217. 218. 264. 267. lectoribus proposuimus, ut facili opera eam cum textu conferre possent. Eustathium vero Antiochenum, qui synodo Nicaenae interfuit, Commentarii sive chronici libri non habendum esse auctorem Tillemontius, Natalis Alexander, Caveus, Fabricius aliique recte judicaverunt pluribusque argumentis id demonstravit Oudinus *Comment. de script. eccles.* Tom. I. p. 318. sq. Nec Diodoro Tarsensi ille adscribendus est e conjectura M. V. la Crose, quam Fabricius *Bibl. Gr.* Tom. X. p. 291. commemorat.

54) De hoc scriptore leg. Fabricius *Bibl. Gr.* Tom. XI. p. 578. ed. Harl.

καὶ ἄλλοι τινὲς μόνον περὶ τῆς γενέσεως αὐτῆς εἰπόντες. Altero loco testimonio utitur Jacobi ad παρθενίαν γέννησιν asserendam p. 57. οἷον Ἰάκωβος ὁ ἑβραῖος τότε παρὼν καὶ τὰ περὶ αὐτῆς γράψας λέγει, ὅτι διὰ τὸ γενέσθαι ξένον καὶ παρηλλαγμένον κατὰ πάντα τοκετὸν ψηλαφηθεῖσα ὑπὸ τῆς μαίας εὑρέθη παρθένος ὡς πρὸ τοῦ τόκου, καὶ Ῥουβὶμ [55]) ὁ ἱερεὺς τοῦτο αὐτὸ ἀπεργασάμενος διὰ τῆς μαίας ἐπληροφορήθη. Mingarellius quidem in adnot. ad h. l. arbitratur, ab Epiphanio hic alium libellum deperditum citari, cum exploratio ab obstetrice facta in protev. cap. XIX. aliis verbis narretur nihilque de sacerdote Rubim obstetricis exploratione convicto ibi legatur. Mihi vero videtur haec e memoria exposuisse et narrationem Jacobi nostri, in qua cap. I. et VI. Ruben sacerdos memoratur, confudisse cum illa apud Suidam sub v. Ἰησοῦς, ubi sacerdotibus obstetricum testimonio de virginitate Mariae post partum persuasum esse perhibetur: nisi forte alia usus est ἐκδόσει protevangelii, quod non semel, sed saepius interpolatum esse satis exploratum habemus. Jacobum igitur etsi *tunc adfuisse deque Maria scripsisse* referat Epiphanius, haud dubie ad clausulam libelli respiciens, minime tamen apostolum et fratrem Domini fuisse statuit. Id enim si credidisset, neque Jacobum Hebraeum appellasset, nec contemtim de ipso locutus esset. Quare haud prorsus improbanda est Combefisii in Bibl. PP. Nov. Auct. Tom. I. p. 1224. observatio, quam a Fabricio aliisque neglectam esse mireris. „Liber est, inquit, Jacobi ἀδελφοθέου nomine, quo Graeci imprimis patres etiam antiquissimi passim utuntur: utque apocryphus sit, pleraque tamen probata habet, ut non videatur scriptus ab haereticis, sed a pio quodam Hebraeo, cui forte nomen Jacobus esset, ut erant apud Judaeos atque adeo in ipsis Domini

---

55) De varia scriptura hujus nominis, quam ad protev. c. I. p. 166. notavimus, conf. Cotelerius ad PP. Apost. Vol. I. p. 628. ed. Cler. 2.

discipulis multi Jacobi teste Hegesippo; qui vel Jacobi fratris Domini nomine finxerit, vel potius eo titulo ab aliis auctus sit, cum ipse magis alium se insinuet ac distinguat a Jacobo, Josephi filio, quem vocat, qui est ipse Domini frater."

Sed censura codicum peracta, quam ad originem libelli indagandam haud parum conferre sic docuimus, jam indicandi sunt auctores, qui protevangelio usi sunt ita ut aut verba allegarent aut historiam repeterent. Plerique sunt oratores sacri.

1) Gregorius Nyssenus *orat. in diem nat. Christi.* Opp. ed. Par. Vol. III. p. 346. sq. ἤκουσα τοίνυν ἀποκρύφου τινὸς ἱστορίας τοιαῦτα παρατιθεμένης τὰ περὶ αὐτῆς (sc. *Μαρίας*) διηγήματα. κτλ. Narrantur de Mariae parentibus et nativitate deque eadem deo in templo oblata et deinde Josepho desponsata, quae in priori protev. parte legimus [56]). Praeterea p. 342. et 344. sq. mentio fit caedis Zachariae, Joannis Baptistae patris, inter tem-

56) Dubitari possit de hujus orationis authentia. Praeterquam enim quod quaedam ex apocryphis sunt hausta narrationibus, alia reperiuntur ex magno sermone catechetico petita, et nonnulla iisdem propemodum verbis ad finem libri Cyrilli contra Anthropomorphitas leguntur. Vid. Tillemontius *Memoires* Tom. IX. p. 612. ed. Paris. et Schroeckhius *Kirchengesch.* Tom. XIV. p. 125. sq. Attamen Simeon Metaphr., ubi de nativitate et educatione Mariae tradit, illam disertis verbis Gregorio tribuit: αὐτίκα γοῦν ὁ θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ, ὅς εἰς τὴν γέννησιν αὐτῷ συνετάχθη, τοιάδε περὶ ταύτης διαλαμβάνει· Ἤκουσα, λέγων, ἀποκρύφου τινὸς ἱστορίας κτλ. Observandum vero est Gregorium a nostro dissentire de loco orationis Annae, quem hic cap. II. ait fuisse παράδεισον, *hortum*, ille templum vel sanctum sanctorum, quod imitata Samuelis matrem, ut deo supplicaret, ingressa sit. (καὶ ἐντὸς τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων γενομένη ἱκέτις γίνεται τοῦ θεοῦ.) Errorem Gregorii de ingressu mulieris in sancta sanctorum notat Fronto Ducaeus in not. ad h. l. p. 62. Quomodo consensus cum nostro possit restitui, exponit Combefisius in Auct. Novo Bibl. PP. Tom. I. p. 1227. sq.

plum et altare, de qua protev. cap. 23 [57]). Illam fabu-

57) Plures ex antiquissimis scriptoribus hanc caedem commemorant, dissidentes tamen de causa ejusdem et modo. Alii cum protev. auctore Zachariam ab Herode interfectum esse tradunt, quod ei Joannem filium prodere noluerit. Sic Petrus Alex. can. XIII. in Routhii *Reliq. sacr.* Vol. III. p. 341. sq. et Syri, de quibus infra dictum. Origenes vero mortem Zachariae illatam esse scribit ab iratis Judaeis, quia Mariae Servatorem enixae in quodam Templi loco virginibus destinato consistere permisisset et dixisset *prohibentibus eam, quoniam digna est virginum loco, cum sit virgo.* Vid. *Tract.* XXVI. *in Matth.* (qui Latine tantum exstat) coll. *Tom.* XI. *in Matth.* p. 225. ed. Huet., ubi Jesum verbis Matth. XXIII, 35. confirmare dicit scripturam ἐν ἀποκρύφοις φερομένην. Origenem sequuntur Basilius *hom.* 25. *de humana Christi generatione* Opp. ed. Morell. Tom. I. p. 509. sq. Gregorius Nyss. l. l. et ex hoc fortasse Cyrillus Alex. *adv. Anthropomorphitas* Tom. VI. p. 397. sq. Hiscum conf. Theophylactus, Euthymius Zigab. et scholia apud Matthaeium ad Matth. XXIII, 35., inter quae scholium Origenis, ac Menaea ad d. V. Septemb. p. 81. Tertiam Gnosticorum fabulam blasphemam de caede Zachariae e libro Γέννα Μαρίας refert Epiphanius haer. XXVI. n. 12. Hieronymus ad Matth. XXIII, 35. Origenis, ut videtur, traditionem improbat: *Alii Zachariam patrem Joannis intelligi volunt, ex quibusdam apocryphorum somniis approbantes, quod propterea occisus sit, quia Salvatoris praedicarit adventum.* Idem paulo infra: *Simpliciores fratres inter ruinas templi et altaris sive in portarum exitibus, quae Siloam ducunt, rubra saxa monstrantes Zachariae sanguine putant esse polluta.* Ejusdem rei jam meminit Tertullianus *adv. Gnost.* c. VIII. *Zacharias inter altare et aedem trucidatur perennes cruoris sui maculas silicibus adsignans.* Conf. etiam Pseudo-Athanasius *homil. in Patres et Patriarchas* Tom. II. p. 697. ed. Lips. et vetus scriptor Itinerarii a Valesio ad Theodoreti *hist. eccles.* IV, 8. citatus. Sed hi, certe priores, non cogitarunt de sanguine Zachariae, Baptistae patris, quem Jacobus cap. XXIV. instar lapidis factum fabulatur; quod Fabricius ad protev. l. l., Calmetus in *Diction. Bibl.* aliique putarunt. Nam Judaei quoque, sicut Postellus jam animadvertit, ejusmodi nugas de sanguine Zachariae, Jojadae filii, deque poenis ejusdem commenti sunt. Vid. tract. *Gittim* fol. 57. col. 2. *Sanhedrin* fol. 96. col. 2. *Taanith* fol. 69. col. 1. 2. aliosque locos ex Judaeorum Midraschim, quos exscriptos legis in Lightfooti *Hor. Hebr.* ad Matth. XXIII, 35. et Luc. XI, 51. Eisenmengeri *Entdecktes Judenthum*

lam de Maria in templum deducta ibique educata habes etiam in Gregorii Naz. sive alius auctoris *Christo patiente* v. 1356. sq.

2) Epiphanius *haer.* LXXIX. §. 5. *Εἰ γὰρ ἡ τῆς Μαρίας ἱστορία καὶ παραδόσεις ἔχουσιν, ὅτι ἐῤῥέθη τῷ πατρὶ αὐτῆς Ἰωακεὶμ ἐν τῇ ἐρήμῳ κτλ.* Ibi de Joachimo et Anna et de Maria ab angelo quidem parentibus annuntiata, sed non *ἄνευ σπέρματος ἀνδρὸς* concepta. Alia de Josepho viduo et sene Mariam ducente leguntur haer. LXXVIIII. §. 7. sq. Pseudo-Epiphanius *encom. in s. Deiparam* p. 292. ed. Petav. et in *vitis prophetarum* cap. XXIII. aperte protev. cap. I. II. et XXIII. respicit.

3) Andreas Cretensis sec. VII. in *oratt. in diem natalem Mariae* plura repetit ex primis protev. capp. Vid. Combefisii Nov. Auct. Bibl. PP. Tom. I. p. 1299. sq. 1319. sq. Pariter in orat. ejusd. argumenti post Riccium a Gallandio edita Bibl. PP. Tom. XIII. p. 175. sqq. Etiam in *orat. in ramos palmarum* Opp. ed. Combef. p. 77. ad protev. alludit. In canone in concept. S. Annae Ode 3. *ἐν παραδείσῳ εὐχομένης σου τῆς φωνῆς ἀκούει ὁ ὕψιστος, Ἄννα θεόφρον, καὶ καρπὸν τῆς κοιλίας σου δίδωσι παραδείσου τὴν ἀνοίξασαν τὴν θύραν τῆς χάριτος.*

4) Germanus patriarcha Constantinop. sec. VIII. ineuntis *homil. in praesent. S. Mariae* et *in annuntiationem S. Mariae* in Combefis. Auct. Novo Tom. I.

Tom. I p. 469. et Wetstenii not. ad Matth. l. l. De corpore ejusdem Zachariae integro reperto temporibus Valentiniani Imp. fabula narratur a Sozomeno *hist. eccles.* IX, 17. quo in loco mentio fit *Ἑβραίας καὶ παλαιᾶς γραφῆς, οὐ τῶν ἐκκλησιαζομένων*, e qua constitit scilicet, puerum, cujus cadaver repertum est prope Zachariam, fuisse Joasi regis Judaeorum filium, qui septimo post interfectum Zachariam die morte fuerit exstinctus. Traditionem Mohammedanorum Zachariam prophetam cum patre Baptistae confundentium, quae prorsus opposita est illi Origenianae, refert D'Herbelotus *Biblioth. Orient.* p. 722. (vers. Germ. Tom. IV. p. 625).

p. 1411. sqq. Is totus pendet ex Jacobi historia, qualem etiamnum habemus. Asserit Mariam in sancto sanctorum depositam et Zachariam summo sacerdotio ornatum fuisse.

5) Joannes Damascenus *orat.* I. *et* II. *in nativ. Mariae* Tom. II. p. 841. sqq. ed. Le Quien. parentes Mariae laudat, orationem Joachim et Annae *ἐν τῷ οἰκείῳ παραδείσῳ* enarrat, rationes, cur Maria nata ex Anna sterili, affert deque illius in templo praesentatione verba facit. Conf. etiam *de fide orthod.* lib. IV. cap. 14.

6) Georgius metropol. Nicomediensis sec. IX. extr., cujus *oratt. in concept. et nativ. S. Deiparae, in praesent. ejusd. et ingressum in templum* Combefis. l. l. pag. 995—1135. edidit, non tantum probat ubivis Jacobi narrationes, sed et ipsa ejus verba tanquam textum sacrum exponit et fuse interpretatur, adeo ut diversam codicum scripturam respiciat. Vid. p. 1000. sq. 1033. 1036. 1052. sq. 1057. 1120. Quae p. 1025. leguntur verba Annae, non sunt protevangelii, cujus in codd. ea desiderari notat Combefisius, sed oratoris locum cap. II. *καὶ ταῦτα οὐκ ἐποίησα κτλ.* amplificantis. Libellus ab eodem appellatur simpliciter *ἱστορία.* Sic p. 1000. *Οὕτω γὰρ ἡ τὰ περὶ αὐτῶν διηγουμένη ἱστορία κτλ.* et pag. 1120. *τοῦτο τοιγάρτοι δηλοῦσαν τὴν ἱστορίαν κατανοοῦμεν κτλ.* Nos Georgii hujus et Germani textum passim in notis allegavimus.

7) Photius patriarcha in *orat. in nativ. Mariae* ibid. p. 1583. sqq. Leo imper. in *oratt. in nativ. et praesent. Mariae* ibid. p. 1605. sqq. et praecipue Nicetas Paphlago sec. IX. in *orat. in natalem Mariae*, quae in Auctario Novissimo Combefis. Tom. I. p. 437. sqq. legitur. Ibi omnia e protev. sumta.

8) Jacobus monachus ex monasterio Coccinobaphi sec. XI. vel XII. *orat. in nativ. Mariae* a Combefisio Auct. Novi p. 1247. publicatam totam propemodum e Jacobi historia corrogavit. Plura ex eadem conceptis ver-

bis reddit, velut p. 1272. e cap. VI. *Ζῆ κύριος ὁ θεός μου, οὐ μὴ περιπατήσῃς ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἕως ἂν ἀπάξω σε ἐν τῷ ναῷ κυρίου.* et *ἐποίησεν ἁγίασμα ἡ μήτηρ αὐτῆς ἐν τῷ κοιτῶνι, καὶ κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον οὐκ εἴα διέρχεσθαι δι' αὐτοῦ.* p. 1276. *δὸς αὐτῇ ὄνομα αἰώνιον ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς, καὶ εὐλόγησον αὐτὴν εὐλογίᾳ, ἥτις διαδοχὴν οὐχ ἕξει.* et *ὁ θεὸς τῶν ὑψωμάτων, ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν παῖδα ταύτην, καὶ εὐλόγησον αὐτὴν εὐλογίαν, ἥτις διαδοχὴν οὐχ ἕξει.* et in eadem pag. extr. *ᾄσω δὴ ᾠδὴν κυρίῳ τῷ θεῷ μου· ὅτι ἐπεσκέψατό με, καὶ ἀφείλετό μου τὸ ὄνειδος, καὶ ἔδωκέ μοι καρπὸν δικαιοσύνης αὐτοῦ μονοούσιον καὶ πολυπλούσιον αἰώνιον.* Haec quippe discedentia a nostro textu capitis VI. exscripsimus. Alium sec. XII. auctorem, Epiphanium monachum, supra citavimus. Plures vero infimae aetatis Graeculos non est quod respiciamus. His enim antiquiores sunt codices nostri.

9) Ex historicis sive chronicis scriptoribus praeter Eustathium Antioch. huc pertinent potissimum Mich. Glycas in *Annal.* pag. 207., Cedrenus *Compend. hist.* pag. 185. sq. ed. Paris. et Nicephorus *hist. eccles.* lib. I. c. 7. et lib. II. c. 3., ubi ex Pseudo-Evodio et ex Hippolyto Thebano, quem cum Portuensi confundit, excerpta dat.

10) Denique nec libri Graecorum ecclesiastici silentio sunt praetermittendi, in quibus ad festa Joachimi et Annae IX. Sept. et XXV. Jul., item conceptionis, nativitatis et praesentationis Mariae VIII. Dec. VIII. Sept. et XXI. Nov. plura ex protevangelii auctoritate vel traditione proferuntur. Vides, quanta fuerit historiae istius apud Graecos auctoritas et celebritas.

Protevangelium vero etiam inter reliquos Orientales Christianos divulgatum fuisse docent tum translationes ejusdem in linguas Orientales, tum scriptores, qui fabulas in isto libello narratas retulerunt. Etenim plura exstant in Bibliothecis exemplaria mss. versionis Arabicae, velut

1) Cod. Paris. CLIV. inter Syriacos, (Arabice scriptus est, verum charactere Syriaco,) in quo post alia apocrypha duodecimo loco legitur opusculum *de nativitate b. Virginis*. Sic in codicibus protevangelium Jacobi inscribi solere supra vidimus.

2) Cod. Paris. LXXIII. inter Arabicos, bombycinus, olim Colbertinus. Ibi nonum occupat locum *Homilia de nativitate b. Virginis et domini nostri Jesu Christi* apostolo Jacobo falso adscripta.

3) Cod. Paris. CLIV. inter Arab., olim Colbert., quo continentur variorum operum collectiones e Graeca lingua in Arabicam a Joanne quodam conversorum. Septima ibi est *Jacobi fratris domini de nativitate b. Virginis homilia.* Antecedit eam anonymi libellus *de miraculis b. Virginis*, cujus §. 3. mentionem fecimus. Fortasse ejusdem argumenti est etiam *historia nativitatis Christi* in cod. Arab. CLI.

4) Cod. Vaticanus Arab. LV. ab Assemanio in Biblioth. Orient. Tom. III. P. I. p. 286. ad catalogum Ebedjesu memoratus. In hoc legitur *Historia nativitatis B. Virginis Mariae ex Anna.*

5) Cod. Arab. Bibliothecae Collegii Maronitarum de Urbe ibid. p. 287. indicatus, qui continet *Historiam nativitatis et Genealogiae B. Virginis Mariae*, Jacobo apostolo fratri Domini adscriptam.

Arabica translatione prior fortasse fuit aetate Coptica, cujus notitiam dant fragmenta codd. Sahidicorum num. CXVII. et CXVIII. a Zoega in Catalogo supra laud. p. 223. recensita. Prioris fragmenti foliorum quatuor hoc est argumentum: *De vita Beatae Virginis. Genus ejus e prosapia Davidis; pater Cleopas, qui postea Joakim dictus; mater Anna. Sterilitas Annae et somnia utriusque parentis. Apparitio angeli ad Annam. Nativitas Mariae die XXV. mensis Hathòr. Apparitio angeli ad Zachariam. Ode quam eo die cecinit David rex.* Alterum tribus foliis constans ejusdem ar-

gumenti esse dicitur. Narratur *praesentatio Virginis in Templo et vita, quam ibi agere instituit. Gabriel archangelus ad eam missus. Somnium Josephi. Profectio ad Bethlehem et nativitas Domini.*

E scriptoribus Orientalis ecclesiae, qui fabulas protevangelii susceperunt, unum laudasse sufficiat Syrum illum Nestorianum, Salomonem Bassorensem. Is in *libro Spicilegii* parte II. cap. 34. (apud Assem. Biblioth. Orient. Tom. III. P. I. pag. 315.) *de annunciatione Angeli ad Jonachir* [58]) *de nativitate Mariae* tradens *Hic*, inquit, *Sadoch, qui et Jonachir dicebatur, cum Dina uxore sua justus erat coram Deo: nec filios habebat .... Quare idem Jonachir in desertum perrexit .... Angelus autem ipsi annuntiavit .... et reversus est Sadoch in domicilium suum, et concepit Dina uxor ejus, et peperit Mariam: et ex illa die Anna pro Dina vocata est, quod dominus misertus ejus esset.* Pergit Mariae praesentationem in templum educationemque referre usque ad tempus, quo angelo nunciante Christum Dominum concepit. Sexto, inquit, ab ejus ortu mense cum victimis oblata est sacerdoti: biennio autem expleto cum ablactata fuisset, in templum a parentibus praesentata est, et a sacerdotibus educanda matronis commendatur, quae apud templum habitabant, ubi una cum aliis virginibus usque ad annum aetatis duodecimum mansit. Tum vero ab iisdem sacerdotibus Josepho viduo nuptui traditur, postquam super virgam ejusdem Josephi, quae cum virgis aliorum plurium viduorum probitate insignium in templo posita fuerat, candida columba requievisset. Oranti denique in templo Mariae archangelus Gabriel specie viri apparens de Verbi incarnatione annuncia-

58) Qui in protevangelio Joachim appellatur Mariae pater, hunc Bassorensis Jonachirum et Sadochum nuncupat; Annam autem ejusdem matrem alio nomine Dinam dictam fuisse affirmat.

vit [59]). Cap. 35. scriptum est *de annunciatione Gabrielis ad Mariam de conceptione Domini nostri.* Hanc contigisse ait feria prima die 25. Martii, vel juxta alios Kalendis Aprilis, anno Graecorum 307. Subditque fabulam de aquis Zelotypiae seu probationis, ut Syri vocant, a sacerdotibus Josepho et Deiparae propinatis, ut conceptum virgineum experirentur [60]). Cap. 36. *de nativi-*

---

59) Assemanius his subjicit verba: *Haec videtur Bassorensis ex libro, qui de Genealogia Beatae Virginis inscriptus a Jacobo Edesseno citatur, descripsisse.* Haud dubie is hausit e protevangelio Jacobi, a quo fortasse non differt liber *de Genealogia Beatae Virginis.* Alibi Tom. I. p. 492. Assemanius notat Jacobum Edessenum de genere Deiparae et parentibus eadem fere tradere, quae apud Joannem Damasc. *de fide orthod. lib.* IV. c. 15. (sec. al. c. 14.) legantur. Haec autem ex protevangelio Jacobi potiorem partem petita sunt. Pertinet huc etiam memorabile scholion Jacobi Edess. in Joan. XIX, 25., ubi asserit sororem Deiparae vocari, quae Josephi uxor fuerit. „*Quod autem scripsit Joannes: Stabant juxta crucem Jesu mater ejus et soror matris ejus, nemo opinari debet aut intelligere, Sanctam Virginem habuisse sororem aut fratrem corporalem: votorum enim filia erat et unica parentum suorum; sed ita intelligi debet hic sermo, quemadmodum doctores ecclesiae et sacrorum librorum interpretes eum intellexerunt. Stabant nimirum juxta crucem Jesu Maria mater ejus et Maria altera senior, uxor Josephi sponsi putativi S. Virginis, illa, inquam, mater Simonis et Josi et Jacobi et Judae, qui ab omnibus fratres Christi putabantur. Haec erat, quae soror matris Jesu vocabatur.*“ Ex hoc scholio intelliges, quomodo factum sit, ut nonnulli dicerent Joachimum antea vocatum esse Cleopam; sicut in fragmento cod. Sahidici legitur. Nam apud Joan. l. l. altera Maria appellatur *ἡ τοῦ Κλωπᾶ.*

60) Conf. protev. c. XVI. In censura scriptorum Ephraemi Syri ab Assemanio Biblioth. Orient. Tom. I. p. 139. sq. notatur sermo *de Virginis annunciatione* falso ei adscriptus, incipiens a verbis: *Exiit rumor in Israel Mariam Virginem concepisse.* In hoc idem commentum de aquis illis Deiparae traditis. Fingit enim auctor, Judaeos virginei conceptus fama concitos concilium convocasse, et in publico isto sacerdotum et seniorum synagogae conventu coactam fuisse Mariam aquas zelotypiae sacerdote propinante ebibere. Irrepsit etiam in Officium Syrorum Dominicae II. ante Na-

tate Domini nostri in carne narrat Josephum Bethlehem una cum Beata Virgine petentem, cum cerneret partus ejus tempus imminere, obstetricem quandam Hebraeam, Salomen nomine, arcessisse: ingressos tamen in spelaeum reperisse puerum a matre virgine jam in lucem editum, pannis involutum et in praesepe positum. Cap. 39. extr. quae de Joanne Baptista leguntur, ex protev. hausta sunt. Hunc Bassorensis ait a Zacharia patre, postquam in templo per manus impositionem sacerdotium accepisset, in desertum vitandae caedis causa amandatum ibidem vixisse usque ad trigesimum aetatis annum, quo in Jordane baptizare coepit: Zachariam vero patrem ea de re, ob occultatum scilicet filium, inter templum et altare Herodis jussu interemtum fuisse; quae communis est Syrorum opinio. Conf. protev. c. XXII. et XXIII.

Observavimus etiam artis opus antiquissimum ex Oriente allatum, in quo protevangelii traditionem quandam respici putamus. Tabulas dico Syriacas XXVI., quibus ornatus est antiquissimus codex Syriacus IV. evangeliorum a. Chr. 586. in urbe Mesopotamiae Zagba exaratus, in Bibliotheca Medicea asservatus. Aere excusas conspicere licet has tabulas in Steph. Ev. Assémani Catalogo codd. mss. orientalium illius Bibliothecae pone pag. 49. et in altero Biblioth. Mediceo-Laurentianae Catalogo ab Ant. Maria Biscionio (Florent. 1752.) edito ad calcem Tom. I. praemissis p. 171—199. doctis animadversionibus in XXVI. Syriacas tabulas. Etenim in tab. V., quae annuntiationem B. Mariae Virginis sistit, a tergo ejusdem posita est rubra sedes instar episcopalium; ad sedis autem sinistrum latus super suppedamento locatum est vas lato ore. Super caput Mariae Syriace

---

tivitatem Domini; quod hanc ob causam a theologis Romanis explosum est et quo minus typis cum caeteris Maronitarum officiis ederetur, interdictum.

scripta sunt verba id Latine sonantia: *Ecce ego ancilla domini.* Angelus sinistra virgam tenet, quod forsan est nuntii insigne. Illud igitur vas conjicio esse κάλπην sine hydriam, de qua protev. c. XI., exprimique fabulam ibi et in hist. de nativ. Mariae cap. IX. narratam. Quod verba *Ecce ego ancilla Domini* Mariae capiti superscripta sunt, id obiter notamus repetendum esse e communi veterum Theologorum, etiam Nestorianorum, sententia, unionem Verbi cum humanitate factam esse eo temporis momento, quo Maria illa verba pronuntiaverit. E Nestorianis, quos aliter docere de hac re Jacobitae olim affirmarunt, testem habes Jesujabum Nisibenum apud Assem. Tom. III. P. I. p. 300. Ex his tamen Ebedjesus de verbi incarnatione ibid. p. 354. sic scripsit: *Simul cum voce angeli ad Beatam ajentis, Dominus noster tecum, benedicta inter mulieres, procul dubio unitus est Deus Verbum ei, quem in utero sanctae Virginis extemplo absque humano semine formavit.* Conf. notata a nobis ad p. 367. et 838 sq. et Pseudo-Chrysostomum Tom. XI. p. 839. ed. Montf.

De historia Jacobi in ecclesiam occidentalem sive Latinam translata ibique varie retractata infra §. 6. et 7. dicendi erit locus. Eandem etiam Germanice, Gallice et Anglice recentiori aetate redditam esse supra §. 1. jam indicavimus. Restat igitur id unum, ut qualis sit nostra ad hunc librum adnotatio, significemus; id quod paucis absolvi potest. Etenim cum plurimum spatii occuparet variantium scripturarum copia, non potuimus observationes nostras de grammatica indole deque proprietatibus dictionis Graecae, quales aliquot legis ad priora capita, cum lectoribus communicare. Nec hoc magnopere dolemus: quippe facile et pronum nunc est cuivis attento lectori, hoc qualecunque damnum sibi supplere. Significationem vero et sensum verborum obscuriorum exposuimus. Item de rebus ad antiquitatem potissimum Judaicam pertinentibus passim disseruimus notasque Nean-

dri ac Fabricii repetiimus. Alia ex hoc genere, quae silentio praetermissa esse mireris, commodius illustrabuntur in commentatione isagogica tertii voluminis. De fabulis denique, quae traduntur hoc libello partimque variatae referuntur in aliis similibus, diligenter disquisivimus ad *Historiam de nativitate Mariae* p. 339. sqq.

§. 5.

De Evangelio Thomae Israelitae.

Fabulis apocryphis de parentibus Christi ejusque nativitate haud recentiores sunt istae, quibus homines ingenii Judaici variaeque perversitatis haereticae infantiam sive pueritiam Christi illustrare et historiam fide dignam supplere voluerunt. Graece unus tantummodo libellus ejus argumenti exstat Thomae nomine inscriptus, cujus de codicibus et editionibus nunc agemus.

Primus hoc, quod vulgo appellatur, evangelium Thomae sive potius fragmentum ejus e codice regio Paris. 2279. evulgavit Cotelerius in notis ad *Constitut. Apostol.* lib. VI. c. 17. Tom. I. p. 348. ed. Cler. 2. Codex, quem denuo nos evolvimus [61]), chartaceus est, sec. XV. vitiose exaratus, olim Boistallerianus, tum regius 2279. et 2908., nunc in Catalogo no. 239. signatus. Continet Andreae, archiepiscopi Caesareae Cappadociae, commentarium in Apocalypsin, cui in fine fol. 118. v. et fol. 119. tribus paginis Thomae libellus subjicitur mutilus, ita ut duo vel tria folia excidisse videantur. Titulus ejus est: *Λόγος εἰς τὰ παιδικὰ (καὶ μεγαλεῖα) τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Meminit istius codicis sub priori numero antiquato Phil. Labbeus in *Nova Bibliotheca Manuscriptorum* p. 306. Alterum numerum itidem anti-

---

61) Diligens hujus codicis cum textu edito collatio docuit nos eum accuratissime a Cotelerio descriptum esse. Id unum notavimus, in inscriptione a scriba deleta videri verba *καὶ μεγαλεῖα*. Praeterea cap. 1. dubia esse potest lectio v. *ἐξιστάμενος*.

quatum indicant Massuetus ad Irenaei *adv. haer.* lib. I. c. 20. p. 91. et Rich. Simon *Nouv. Observ. sur le texte du N. T.* p. 5. [62]). Idem vir doctus diu ante Novas Observationes editas in libro: *Histoire critique des principaux Commentateurs du N. T.* p. 194. scripserat, duplex ejusmodi evangelium ms. sub Thomae nomine exstare in Bibliotheca regia, quorum alterum Gnosticos, alterum Manichaeos agnoscat auctores. Sed haud dubie ibi lapsus est memoria vel Periodos Thomae confudit cum evangelio. Nam in Observationibus nonnisi unius fragmentum inspectum a se profitetur, nec in Catalogo alterius mentio fit. Illud etiam Cangius in *Gloss. med. et inf. Graec.* s. v. παιδικὰ laudat. Conf. ejusd. Indicem Auctorum p. 33. et 63. Textum vero a Cotelerio editum cum Latina ejusdem interpretatione recudendum curavit Fabricius, eumque in septem capita divisit et aliquot notis illustravit. Jonesius loco Latinae interpretationis Anglicam Graeco

62) *Je mets au nombre de ces faux Evangiles un discours attribué à S. Thomas, dont j'ay trouvé un assez long fragment dans la Bibliotheque du Roy avec ce titre: Λόγος εἰς (τὰ) παιδικὰ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Observa omissas esse voces καὶ μεγαλεῖα. Initio libelli allato vir doctus pergit: *Quoique le Ms. de la Bibliotheque du Roy ne soit pas vieux, on ne peut douter cependant que cette piece ne soit ancienne, et qu'elle n'ait été fabriquée par quelques Gnostiques.*" Respicit fabulam Marcosiorum de Jesu literas discente non prorsus concinentem cum ev. Thomae cap. VI. Quare p. 9. haec ille subjicit: *L'Histoire des Marcosiens, rapportée par S. Irenée, n'est pas tout à fait la même que celle du prétendu Evangile de S. Thomas: ce qui vient apparemment de ce que toutes ces sortes d'Heretiques avoient pris des dogmes et des fables des premiers Gnostiques: toutes lesquelles choses avoient été changées, alterées et interpolées par ces Sectes qui étoient opposées entre elles sur plusieurs chefs, chacun prenant plaisir à inventer quelque nouveauté. Cela me fait croire que cet evangile de S. Thomas n'est pas le même livre que celuy que S. Irenée cite; outre que S. Cyrille de Jerusalem a attribué cet ouvrage à un disciple de Manés. Son témoignage a d'autant plus de vraisemblance, qu'il a vécu environ 70 ans après celuy qu'il fait auteur de ce livre apocryphe.*

textui apposuit et Fabricii notas omisit. Mingarellius denique Fabriciana repetiit integra.

Praeter Parisiensem codicem, ex quo hae editiones fluxerunt, olim alter exstitit Vindobonensis Thomae librum continens. In Lambecii *Comment. de Bibl. Caes. Vindob.* memoratur in lib. VII. p. 270. ed. ant. p. 579. sq. ed. Kollar. Est ibi inter philosophicos Graecos cod. CXLIV., in quo Lambecius quarto loco a fol. 180. r. usque ad fol. 187. v. refert legi *Thomae Israelitae librum de infantia Christi* mutilum et lacerum, cujus titulus: *Παιδικὰ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Conf. Dan. de Nessel *Catal. Bibl. Caes. Vindob.* P. IV. p. 93., ubi cod. philos. Gr. CLXII. numeratur. Kollarius autem haec adnotavit: Frustra in posterum liber de infantia Christi in hocce codice quaeretur; furisne alicujus scelere an recentioris bibliopegi incuria perierit, dicere non habeo. Cum anno 1687. hoc ipso codice uteretur Jacobus Tollius, adhuc in cod. salvus supererat. Vid. Epist. itiner. IV. p. 100. Tenzel *Monatliche Unterredungen* a. 1697. p. 554.“ Scripturam hujus codicis a textu Parisiensi multum fuisse differentem testatur principium libelli a Lambecio descriptum, quod nos in notis ad cap. I. et II. cum illo composuimus.

Majus etiam discrimen intercedit inter fragmentum *Cotelerianum* et integrum libellum, quem nos Io. Aloysio Mingarellio praeeunte e duobus codicibus, Bononiensi et Dresdensi, lectoribus offerimus. Hujus editio exstat in collectione variorum opusculorum, *Nuova Raccolta d'opuscoli scientifici e filologici*, tomo duodecimo, qui Venet. a. 1764. duodenaria forma prodiit. In epistola ad Thom. August. Ricchinium, sacri palatii apostolici magistrum, ibi p. 75—91. praemissa Mingarellius de occasione libelli edendi ad excusationem suam haec scribit: Legebam nuper, clarissime vir ac praesul amplissime, Augustini Antonii Georgii doctissimi hominis Alphabetum Tibetanum: idque dum facerem, illud animum non me-

diocriter perculit meum, quod in Xaca, celeberrimo illo numine seu monstro potius, quod Tibetani colunt, scelestissimum Manetem latere comperit. Noveram enim Manetis discipulum Thomam in Indiam profectum doctrinae suae virus in eam regionem evomuisse, quod gravissimus auctor Theodoretus lib. I. haeret. fabul. cap. 26. scriptum reliquit: itaque haud aegre adducebar, ut crederem, facili negotio Manichaeismum in Tibetum irrepere potuisse. Neque vero inani aliqua ac futili conjectura Georgii opinio confirmatur, ut nosti: etenim quae de Xaca illo suo Tibetani credunt, pleraque aut ipse de se Manes, aut de nequissimo praeceptore nequiores discipuli commenti sunt. Testes hujus rei locupletissimos habemus veteres ecclesiae patres ac praesertim magnum illud ecclesiae lumen Augustinum: nec enim impudentissimum Beausobrium moror, qui maximi hujus viri sanctissimique doctoris auctoritatem flocci faciens ac Manetis Manichaeorumque se veluti patronum ac vindicem praestans negare ausus est, ea opinionum portenta, de quibus meminit Augustinus, praedicasse Manichaeos ac rudi plebeculae venditasse. Sed hominis impudentiam merito redarguit Georgius, ac illa ipsa Manichaeorum dogmata, quae Beausobrio incredibilia visa sunt, Augustino autem caeterisque Patribus non credibilia modo, sed vera, illa, inquam, ipsa aut maxime affinia Tibetanorum magistros nostra quoque tempestate docere demonstrat. Quo magis vero suam illustret vir clarissimus atque confirmet opinionem, apocryphum quendam libellum saepius citat, qui *Thomae evangelium* aut *de infantia Salvatoris* vulgo inscribitur, ac praecipuas fabulosae Manetis vitae historiaeque periodos resque ab eo gestas ex commentitiis vitae Servatoris nostri periodis atque prodigiis, quae in mendacissimo eo libello describuntur, confictas esse suspicatur. Haec dum in Georgio legerem, dolebam Graeci illius pseudoevangelii fragmentum duntaxat typis impressum hactenus prodiisse: quod viderem ex impio

etiam libello utilitatem aliquam tanquam antidotum ex veneno posse comparari; — Hanc igitur ipsam duntaxat utilitatem, quantulacunque est, prae oculis et ipse habens illud nunc integrum edo, quale exstat in chartaceo codice ms. seculi XV. quem a clarissimo viro Joanne Chrysostomo Trombellio, Abbate Exgenerali, emptum servat nostra S. Salvatoris Bononiae Bibliotheca. Sed priusquam ad pseudoevangelium ipsum deveniam, pauca de illo praefari necesse est.“ Reliquam praefationem non est quod huc transscribamus. Recitat enim Mingarellius nomina eorum, qui evangelii Thomae vel libri de infantia Salvatoris meminerunt, a Fabricio collecta, partimque ipsa scriptorum verba ex eodem repraesentat. Deinde ex auctoritate Gelasii pontificis et Timothei presbyteri duos fuisse disputat libros Thomae evangelium et de infantia Salvatoris inscriptum, simulque monet plura ejusmodi opuscula etiamnum exstare, velut Arabicum a Sikio evulgatum, a quo alterum illud a Malabarensibus Nestorianis receptum differre videatur. Postremo contra Beausobrium asserit, evangelium Thomae non tantum Marcosios habuisse, sed etiam Manichaeos finxisse; atque de suo libello hanc proponit opinionem: Quod si quis, inquit, ex me quaerat, Marcosiorumne an Manichaeorum sit, quod nunc edo, nihil ausim equidem certi statuere. Quum tamen nostrum hoc et Thomae nomen ab Origene commemoratum praeferat, et fabellam ab Irenaeo prolatam de puero Jesu literas graecas discente habeat, non vero hebraicas, ut est in fragmento Coteleriano, nostrum hoc potius, quam Coteleriannum fragmentum respexisse putaverim Irenaeum.“ Huic epistolae sive praefationi subjiciuntur fragmentum Cotelerianum cum Fabricii notis p. 92—105. et integrum pseudevangelium Mingarellii translatione brevibusque notis illustratum p. 106—155.

De opera nostra in hunc libellum collata paucis nunc lectores certiores faciamus. Mingarellius textum, uti in

cod. Bonon. vitiose scriptus erat, prelo commisit. Multa quidem vitia ad marginem emendavit, nec tamen omnia: passim etiam erravit. Nos illum, quantum fieri potuit, emaculavimus; ita vero ut quae fatiscenti Graecitati peculiaria sunt, relinqueremus intacta. Adjumento fuit codex Dresdensis, qui in Bibliotheca regia ibi servatur Mss. scrinio A. num. 187. Chartaceus est formae quadratae, sec. XVI. exaratus variaque continet opuscula Graeca ecclesiastica. Nostrum fol. 523. sqq. reperitur hoc titulo: *Τοῦ Θωμᾶ Ἰσραηλίτου φιλοσόφου ῥητὰ εἰς τὰ παιδικὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Scriptura cum Bononiensi plerisque locis sic consentit, ut utramque ex uno eodemque fonte derivatam esse credas. Notitiam hujus codicis debemus Eberto, celeberrimo Bibliothecae Dresdensis praefecto, collationem vero Phil. Wagnero, Gymnasii in eadem urbe florentis collegae meritissimo nobisque a condiscipulatu Portensi carissimo. Vellem licuisset mihi pluribus codicibus uti vetustioribus. Restant enim loci affecti et prorsus depravati velut cap. VI., quos desperes ex conjectura probabiliter restitutum iri. Sed in Catalogis codd. mss., quos ego evolvi, nullum praeter illos, de quibus dixi, memoratum vidi. Haud dubie libellus inde a primis seculis usque ad sec. XV., cujus sunt codices nostri, per haereticorum manus servatus et a monachis mediae aetatis propterea raro descriptus est, quod fabulae istae de infantia Salvatoris a mythologia ecclesiastica alienae esse viderentur partimque blasphemae. Horum igitur codd. scripturae varietatem ipsaque vitia manifesta, e quibus indolem eorum pretiumque cognoscas, curiose recensui in notis atque textus a me constituti rationem reddidi. Etiam loquendi formulas, sententias et res usu postulante ibi illustravi neque observata a Fabricio et Mingarellio neglexi. De evangelio infantiae Latino, cujus verba saepius cum Graecis contuli, vide §. 7. Prolegom. Latinam interpretationem Mingarellii aliquot locis correctiorem restitui.

Ad antiquitatem et historiam libri in hac codicum notatione illud maxime animadversione dignum est, quod ab omnibus mss. abesse videmus inscriptionem *evangelii* et titulum Thomae *apostoli*. Quaeritur enim, an hoc opusculum sit τὸ κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον, quod veteres scriptores norunt. Primus inter hos Origenes homil. I. in Lucam ex veteri versione: *Scio evangelium, quod appellatur secundum Thomam, et juxta Matthiam, et alia plurima legimus, ne quid ignorare videremur, propter eos qui se putant aliquid scire, si ista cognoverint.* Similia tanquam ex Origenis commentariis petita in prologo praemisso Scholiis Mss. Graecis ad Lucam legi testatur Rich. Simon. *Histoire crit. des principaux Commentateurs du N. T.* p. 81. sq. τὸ μέντοι ἐπιγεγραμμένον τῶν δώδεκα εὐαγγέλιον οἱ συγγράψαντες ἐπεχείρησαν· φέρεται δὲ καὶ τὸ κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον· ἤδη δὲ ἐτόλμησε καὶ Βασιλείδης γράψαι κατὰ Βασιλείδην εὐαγγέλιον· πολλοὶ μὲν οὖν ἐπεχείρησαν, καὶ τὸ κατὰ Ματθίαν καὶ ἄλλα πλείονα· τὰ δὲ τέσσαρα μόνα προκρίνει ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία [63]). Origenem sequuntur Ambrosius

---

63) Rich. Simon l. l. p. 430. ex alio cod. Bibl. regiae hoc scholion ad v. ἐπεχείρησαν Luc. I, 1. Tito Bostrensi et Origeni ibi adscriptum affert his tantum verbis: τὸ μέντοι ἐπιγεγραμμένον τῶν δέκα (leg. δώδεκα) εὐαγγέλιον οἱ συγγράψαντες ἐπεχείρησαν· πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα φέρονται· ἀλλὰ τέσσαρα μόνα ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία προσδέχεται. In Titi Bostr. aliorumque PP. ἑρμηνείᾳ in Lucae ev. a Combefisio Biblioth. PP. Graecolat. Tom. II. p. 762. edita idem scholion, quatenus huc pertinet, sic legitur: τὸ μέντοι κατ' Αἰγυπτίους εὐαγγέλιον καὶ τὸ ἐπιγεγραμμένον τῶν δώδεκα εὐαγγέλιον οἱ συγγράψαντες ἐπεχείρησαν. πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα φέρονται· ἀλλὰ κτλ. Inde Theophylactus in limine comment. in Luc. hausisse videtur. Satis constat compilatores ἑρμηνειῶν textus veterum interpretum ad libitum interpolasse, alia addidisse, alia omisisse. Quare dubitare possis, an Origenes mentionem fecerit evangelii Thomae, cum etiam homiliae in Lucam, quae Latine tantum exstant Hieronymo interprete, illi abjudicentur a Dallaeo *de scriptis Ignatii* p. 439. sq. aliisque. Sed rationes, quibus

initio Commentariorum in Lucam, *(Fertur etiam aliud evangelium, quod scribitur secundum Thomam.)* Hieronymus prooemio in Comment. super Matthaeum, Beda Venerabilis initio Comment. in Lucam, et e Graecis Eusebius hist. eccles. III, 25. atque auctor appendicis ad Synopsin sacrae Scripturae Athanasio adscriptam Tom. II. p. 202. ed. Benedict.[64]). Isti omnes simpliciter ev. Thomae cum aliis apocryphis rejiciunt, nec fortasse ullus eorum praeter Origenem id legit. Inde nullius momenti foret quaestio, an falsum Thomae *apostoli* nomen, de quo videntur cogitasse, in codicibus repererint. Apud Origenem vero id in medio relinquendum est. Alia auctorum classis Manichaeos cum veteres tum recentiores evangelio Thomae usos esse tradit, parsque id a Thoma, Manetis discipulo, compositum esse opinatur. Princeps est Cyrillus Hierosolymitanus Catech. IV. pag. 66. sq. ed. Oxon. *τὰ δὲ λοιπὰ* (sc. *εὐαγγέλια*) *ψευδεπίγραφα καὶ βλαβερὰ τυγχάνει. ἔγραψαν καὶ Μανιχαῖοι κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον, ὅπερ ὥςπερ εὐωδίᾳ τῆς εὐαγγελικῆς προςωνυμίας διαφθείρει τὰς ψυχὰς τῶν ἁπλουστέρων.* Idem Catech. VI. p. 98. *μηδεὶς ἀναγινωσκέτω τὸ κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον· οὐ γάρ ἐστιν ἑνὸς τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ἀλλ' ἑνὸς τῶν κακῶν τριῶν τοῦ Μάνη μαθητῶν.* Temere sic evangelium Thomae, quippe ab Origene jam commemoratum, cognomini Manetis sectatori

---

isti utuntur, non esse idoneas demonstravit Natalis Alexander hist. eccles. Tom. III. p. 606. sq. Thomae vero ev. ab Origene commemoratum fuisse docent sequentia testimonia auctorum, qui sua ab Origene mutuati sunt. *Prologos Origenis in Ev. S. Matthaei, Lucae et Joannis* gr. ac lat. e codd. Paris. regio, Coisliniano et Carnotensi edidit notisque illustravit Magn. Crusius in progr. Goetting. 1735. praemissa comm. inscripta *γέννησις τοῦ ἀγεννήτου.*

64) Etiam in epistola Innocentii I. ad Exsuperium damnantur apocrypha *sub nomine Thomae.* Vid. *Epp. Rom. Pontificum.* ed. Coustant. Tom. I. p. 796.

adjudicari verissime observarunt Beausobrius, Lardnerus et Walchius, nec audiendus est, qui contra disputavit, Mingarellius critica facultate parum pollens [65]). Cyrilli vero auctoritas pluribus inferiorum seculorum scriptoribus eundem errorem offudit. Ex his

1) Leontius Byzantinus initio sec. VII. clarus *de sectis* actione sive lectione [66]) tertia p. 432. ed. Leunclav. *Οὗτοι (Μανιχαῖοι) καὶ βιβλία τινὰ ἑαυτοῖς καινοτομοῦσι. Λέγουσι γὰρ εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶν καὶ Φίλιππον, ἅπερ ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν. Δι' οὓς καὶ ἐκάλεσαν οἱ ἅγιοι πατέρες, ποῖα βιβλία δεῖ δέχεσθαι ἡμᾶς.*

2) Concilium Nicaenum II. a. 787. celebratum actione VI. tomo 5. *Καὶ τὸ κατὰ Θωμᾶν Μανιχαῖοι παρεισήγαγον εὐαγγέλιον, ὅπερ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ὡς ἀλλότριον εὐσεβῶς ἀποστρέφεται.* Vid. Acta Concil. ed. Harduin. Tom. IV. p. 392. Affertur hoc ibi exemplum *κιβδήλων καὶ παρεγγράπτων συγγραμμάτων.*

3) Petrus Siculus in *historia Manichaeorum* circa a. 870. scripta p. 30. ed. Raderi. *Μαθηταὶ δὲ τούτου τοῦ Ἀντιχρίστου Μάνεντος γεγόνασι δώδεκα. Σισίνιος, ὁ τούτου διάδοχος, καὶ Θωμᾶς ὁ τὸ κατ' αὐτὸν Μανιχαϊκὸν εὐαγγέλιον συντάξας. — Μηδεὶς ἀναγινωσκέτω τὸ κατὰ*

---

65) Vid. Beausobrius *Hist. crit. de Manich.* Vol. I. p. 344. sq. et 366. Lardnerus *de fide hist. evang.* Tom. II. Vol. III. p. 731. vers. Germ. et Walchius *Historie der Kezereien* Tom. I. p. 742.

66) Vulgo reddunt *actione*, quasi de actis concilii cujusdam ageretur. Sed Leontius hoc libro digessit, quae studiosus ex ore abbatis Theodori exceperat. Itaque *πράξεις* sunt pensa lectionum, quantum nempe una tractatione inter docendum praelegendo absolvisset Theodorus. Sic Olympiodori commentarius in Alcibiadem Platonis, qui ms. exstat tum alibi tum in bibliotheca hujus urbis Johannea, digestus est in *πράξεις* sive lectiones. Vide quae notavi ad vitam Procli scriptam a Marino c. 22. (ed. Boissonad. p. 114.) Haec est adnotatio Fabricii Cod. Apocr. Tom. I. p. 142. Leontii librum reperis etiam in Auctario Biblioth. PP. Paris. 1624. Tom. I. p. 493. et in Gallandii Biblioth. PP. Tom. XII. p. 623.

Θωμᾶν εὐαγγέλιον· οὐ γάρ ἐστιν ἑνὸς τῶν δώδεκα Ἀποστόλων, ἀλλ' ἑνὸς τῶν δώδεκα κακῶν τοῦ Ἀντιχρίστου Μάνεντος μαθητῶν. Animadverte haec esse Cyrilli verba, quae supra legisti.

4) Photius *περὶ τῆς Μανιχαίων ἀναβλαστήσεως* libr. I. cap. 14. in Wolfii Anecdot. Gr. Tom. I. p. 53. sq. *Μαθηταὶ μέντοι τοῦ δυσωνύμου Μάνεντος γεγόνασι δώδεκα· Σισίννιος ὁ καὶ τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ τῆς δυσσεβοῦς διδασκαλίας ἀναδεξάμενος, καὶ Θωμᾶς ὁ τὸ κατ' αὐτὸν ὀνομαζόμενον συνταξάμενος εὐαγγέλιον.* Photii opus hoc aliisque locis multum similitudinis habet cum Petri Siculi historia, ut alterutrum scriptorem alterius opera usum esse vel utrumque ex communi fonte hausisse probabile sit. Conf. Schroeckhius *hist. eccles.* Vol. XX. p. 364. sq. Ex eodem libro I. cap. 12., ubi Photius de Scythiano et quatuor ejus libris tradit, huc pertinent ista: *Οὗτος ἐκ τῶν Ἀριστοτελικῶν παρακουσμάτων ἐντριβὴς τὴν γλῶσσαν γεγονὼς τέσσαρας συντάττει βίβλους, ὧν τὴν μὲν εὐαγγέλιον ἐπωνόμασεν, ἐν ᾗ πράξεις Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν φθοροποιοί τινες καὶ ἀποτρόπαιοι θεομάχῳ γνώμῃ διαπλάττονται.* Ejusmodi acta Christi pueri perniciosa et abominanda relata legis in nostro Thomae libello [67]. Suspicor igitur Photium oscitantem Scythiani evangelium confudisse cum isto, quo Manichaeos uti comperisset. Etenim qui ex *Archelai disputatione cum Manete* cap. LII. p. 268. ed. Routh. quatuor Scythiani vel Terebinthi libros recensent, Cyrillus Catech. VI. p. 92. ed. Oxon., Epiphanius haer. LXVI. §. 2., Socrates hist. eccl. I, 22., Petrus Siculus l. l., Suidas s. v. *Μάνης* et Cedrenus *Compend. Histor.* p. 213., eorum nullus

67) Manichaeis ejusmodi dirae et supplicia, qualia in ev. Thomae e. c. cap. XIV. legimus, valde placuisse videntur. Vide similem de occiso pincerna fabulam in Actis Thomae §. 6. et 8., quam Augustinus iterum ac tertio illis exprobrat locis a me p. 81. Vol. II. indicatis.

illius argumenti a Photio indicati meminit. Contra Cyrillus et qui verba ejus reddit Petrus Siculus, diserte negant in illo evangelio quidquam legi de Christi rebus et actis [68]).

5) Anathematismi Manichaeorum haereseos a Cotelerio ad *Recognitionum Clementis* lib. IV. c. 24. et a Jac. Tellio in *insignibus itineris Italici* editi p. 126. sqq. *Ἀναθεματίζω — Σισίννιον τὸν διάδοχόν τῆς τούτου μανίας, Θωμᾶν τὸν συνταξάμενον τὸ κατ' αὐτὸν λεγόμενον εὐαγγέλιον κτλ.* Supra jubentur anathematizare *εὐαγγέλιον, ὅπερ ζῶν καλοῦσι.* Isti Graecorum anathematismi post Paulicianorum demum ortum compositi ipsoque Photio recentiores esse videntur. Breviores Latinorum anathematismi in Opp. Augustini Tom. VIII. Append. p. 37. sq. et in Opp. Hippolyti ed. Fabric. Tom. II. p. 196 — 204. nullam mentionem injiciunt Thomae evangelii.

6) Timotheus, presbyter Constantinopolitanus initio sec. VI., in libro *περὶ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ* inter Meursii *Varia Divina* edito p. 117. censurae errorum Manetis catalogum librorum Manichaicorum subjicit hunc: *Οἱ δ' ἀπ' αὐτοῦ θεοστυγεῖς Μανιχαῖοι καινοτομοῦσιν ἑαυτοῖς δαιμονιώδη βιβλία, ἅπερ εἰσὶ τάδε· ά. τὸ ζῶν εὐαγγέλιον. — θ'. τὸ κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον. — ιγ'. τὰ παιδικὰ λεγόμενα τοῦ κυρίου, ἃ συνέταξαν οἱ αὐτοὶ, θέλοντες δόκησιν ἀποφῆναι τὴν σάρκωσιν αὐτοῦ καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ.* Eadem in Combefisii *Historia Monotheletarum* sive *Auctarii Novi Bibl. PP.* Tom. II. p. 454. e Meursii ed. repetita. Verum in codice Parisiensi, e quo Cotelerius opusculum Timotheanum evulgavit, ille catalogus prorsus desideratur. Vid. *Monumenta eccl.*

---

68) Conf. Beausobrius l. l. Vol. I. p. 48. et Lardnerus l. l. p. 497. sq. Hi Scythiani evangelium Maneti vindicant neo diversum fuisse putant ab *evangelio vivo.* Id vero Millius in *Prolegomenis* p. LXVIII. fuisse censet evangelium Thomae; quem viri docti errorem alibi refutabimus.

Gr. Tom. III. p. 383. Inde nullus dubito, quin recentioris sit interpolatoris, qui eum ex Petro Siculo vel Photio et ex Anathematismis compilasse videtur. Nimirum quoniam totus tractatus partem Ritualis constituit, hinc factum est, ut immutaretur ad usum variarum ecclesiarum, modo augeretur, modo minueretur [69]). Hanc ob causam nec pro testato habuerim, duos fuisse Manichaeis vel omnino Graece exstitisse ejusdem argumenti libros, Thomae evangelium et *τὰ παιδικὰ τοῦ κυρίου* Docetarum errori faventia. Facillime enim fieri potuit, ut compilator ab evangelio Thomae, quod ab antiquioribus contra Manichaeos scriptoribus damnatum reperisset, nec tamen ipse vidisset, diversum esse putaret librum *τὰ παιδικὰ τοῦ κυρίου* ab aliis notatum, licet unus idemque esset [70]). Memoratur autem sub hoc titulo a

---

69) Conf. Cotelerii adnot. l. l. p. 626. Praeter Graecas, quas indicavimus editiones duae exstant Latinae ab illis et a se invicem differentes, de quibus vid. Combefisius l. l. p. 461. et Fabricius Biblioth. Gr. Vol. VII. p. 491. (Vol. VIII. p. 359. ed. Harl.) Reperiuntur etiam codices mss. plures ab editis discrepantes, inter quos collatione dignissimus videtur Mediceus a Bandinio *Catal. codd. Graec.* Tom. I. p. 401. recensitus.

70) Ex eo, quod compilator scribit Manichaeos *τὰ παιδικὰ* composuisse, ut Christum tantum specie tenus, non vere incarnatum esse comprobarent, conjicere liceat librum ab eo lectum esse. Sed fortasse haec ipsius fuit conjectura, quam excitare potuit fama de libro isto a Paulicianis vel Bogomilis recepto, aut confusio ejusdem cum narrationibus de nativitate Christi, inter quas fabula de Maria post partum ab obstetricibus explorata Docetis haud dubie debetur. Vid. not. ad pag. 378. In nostro exemplari nihil facile reperias, quod Docetarum opinionem aperte tueatur, nisi forte huc referendi sunt loci cap. VII. *τοῦτο τὸ παιδίον γηγενὴς οὐκ ἔστι κτλ.* et cap. XVIII. *τοῦτο τὸ παιδίον οὐράνιόν ἐστι·* vel respicienda universa prodigiorum, quae narrantur, indoles quippe testantium, Jesum puerum humanitatis fuisse expertem. Certe qui olim contra Docetas pugnarunt, inter alia contenderunt, Christum divinitatem suam mundo comprobasse per miracula triennio illo post baptismum patrata, humanitatem vero triginta illis annis ba-

Georgio Syncello sec. VIII. extr. in Chronographia p. 601. ed. Bonn. Ἰστέον ὅτι διάφορα εὐαγγέλια γέγραπται, ἐξ ὧν τέσσαρα μόνα κέκριται τοῖς μακαρίοις ἀποστόλοις ἐκκλησιάζεσθαι, καὶ ἄλλοις παιδικὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν συγγέγραπται, ἐν οἷς αἱ μέχρι δωδεκαετοῦς χρόνου τῆς κατὰ σάρκα ἡλικίας αὐτοῦ τούτων αἰώνων ποιητοῦ ἐμπεριφέρονται θαυματουργίαι· τὰς γὰρ ὅλας ὑπ' αὐτοῦ τελεσθείσας δυνάμεις ἀδύνατον ἦν γραφῆναι, διὰ τὸ μηδὲ τὸν κόσμον ὅλον δύνασθαι χωρεῖν καὶ αἰσθητῶς καὶ νοητῶς τὰ γραφόμενα βιβλία κατὰ τὴν θεολόγου μαρτυρίαν. Λουκᾶς δὲ ὁ σοφώτατος ἐν μέρει ταῦτα σημαίνων οὕτω φησί· τὸ δὲ παιδίον κτλ. Apparet ab isto fabularum amatore (de quo legas Bredovii dissert. p. 30. sqq. Vol. II.) libellum a nobis editum indicari nec prorsus improbari argumentum. Eundem respicit Anastasius Sinaita in *Hodego* cap. XIII. pag. 260. ed. Gretser., qui allatis Melitonis Sard. verbis observat, τὰ λεγόμενα παιδικὰ θαύματα τοῦ Χριστοῦ ψευδῆ εἶναι καὶ ἀπόβλητα. Ante hunc Epiphanius haer. LI. §. 20. alludit ad ea, quae de infantia Salvatoris circumferebantur, his verbis: Τοῦτο πρῶτον σημεῖον πεποίηκε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τοῦ κηρύγματος ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας. οὔτε γὰρ πρὸ τοῦ πειρασμοῦ ἐν γάμῳ φάσκει τὸν Χριστὸν ἡκέναι· οὐ γὰρ ὅλως τι τῶν θεοσημείων καὶ τοῦ κηρύγματος πρὸ τοῦ πειρασμοῦ ὁ Χριστὸς εἰργάσατο, εἰ μή τι ἃ ᾄδεται περὶ αὐτοῦ ἐν παιδὶ πεποιηκέναι ὡς ἐν παιγνίῳ, ὥς τινὲς φάσκουσι. καὶ ἔδει τῷ μὲν ὄντι καὶ παιδαρικὰ αὐτὸν ἔχειν, ἵνα μὴ πρόφασις γένηται

---

ptismum antegressis, ἐν οἷς διὰ τὸ ἀτελὲς τὸ κατὰ σάρκα ἀπεκρύβη τὰ σημεῖα τῆς αὐτοῦ θεότητος. Sic Melito Sardensis vel alius vetus auctor apud Anastasium Sinaitam in *Hodego* c. XIII. Vid. Routhii *Reliquiae sacrae* Vol. I. p. 115. sq. Perperam vero Beausobrius de Timothei loco conjicit l. l. p. 366. *Le témoignage du prêtre Timothée n'est d'aucun poids: je soupçonne aussi, que par les Manichéens il faut entendre les Monophysites, à qui les Grecs donnent fort injustement un nom si odieux, et qui recevoient et reçoivent encore l'evangile de l'enfance.*

ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι ταῖς λεγούσαις, ὅτι ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου ἦλθε Χριστὸς εἰς αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶν ἡ περιστερά [71]). Chrysostomo judice homil. XVI. in Joan. manifestum est, *ὅτι καὶ τὰ σημεῖα ἐκεῖνα, ἃ παιδικὰ εἶναι φασὶ τοῦ Χριστοῦ, ψευδῆ καὶ πλάσματά τινων ἐπεισαγόντων ἐστίν.* Conf. homil. XX. et XXII. ad Joan. II, 11. Hujus vero sententias rationesque summatim, ut solet, comprehendit Euthymius Zigabenus ad Joann. II, 11. *Οὐ μόνον ἀνέγραψε τὸ θαῦμα, ἀλλὰ καὶ ἐδίδαξεν, ὅτι τοῦτο ἦν ἀρχὴ τῶν σημείων. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἄχρηστον ἦν εἰδέναι καὶ τοῦτο, λοιπὸν ὡς παρασιωπηθὲν τοῖς ἄλλοις ἱστόρησεν αὐτὸ, χρησιμεῦον εἰς τὸ μὴ πιστεύειν τοῖς λεγομένοις* [72]) *παιδικοῖς θαύμασι τοῦ χριστοῦ. τοῦτο γὰρ ἀρχὴ τῶν σημείων· ἐκεῖνα δὲ πλάσμα ἐστὶν ἀνδρὸς λυμαινομένου τῇ ἀληθείᾳ. εἰ γὰρ παῖς ὢν ἐθαυματούργει, πᾶσιν ἂν ἐγένετο γνώριμος αὐτίκα* [73])· *παραδοξότερα γὰρ τὰ παρὰ μειρακίου θαυματουργούμενα· καὶ οὐκ ἂν ἐδεήθησαν οἱ Ἰσραηλῖται τοῦ Ἰωάννου φανερώσαντος αὐτόν.* (Joan. I, 31.) *εἰκότως οὖν ἀνέμεινε τὴν ἀνδράσι πρέπουσαν ἡλικίαν, ἵνα μὴ νομίσωσι φαντασίαν εἶναι τὰ γινόμενα. εἰ γὰρ ἐν τελείᾳ*

---

71) Memorabilis locus. Discimus etiam in catholicorum coetu fuisse homines male sanos et credulos, quibus puerilia Christi miracula placerent, ut horum scilicet ope haeresin Cerinthianam refutare possent. Inter hos ipsum Epiphanium fuisse nemo demirabitur.

72) Matthaeius, qui saepius personam obtrectatoris Origenis capit, ad h. l. notat: Aliter de his videtur sensisse Origenes, contra quem, ut arbitror, disputat Chrysost. Tom. VIII. p. 121. D. sqq. Origenis ad hunc locum commentarius intercidit." Equidem non crediderim Origenem longe secus sensisse de *παιδικοῖς* quam Chrysostomum. Etenim *contra Celsum* lib. I. §. 38. 68. lib. II. §. 48. sqq. lib. III. §. 27. sq. aliisque locis sic disserit de fine et effectu miraculorum Christi a praestigiis magicis plurimum differentium, ut animus a puerilibus istis miraculis abhorruisse videatur.

73) Similiter Theophylactus ad Joan. II. p. 584. ed. Par. *παῖς γὰρ ὢν οὐδὲν ἐθαυματούργησεν, ἢ γὰρ ἂν ἐπίσημος πᾶσιν ἦν.* Conf. etiam Mich. Glycas in *Annalibus* p. 212.

ἡλικίᾳ θαυματουργοῦντος πολλοὶ τοῦτο ὑπώπτευον, πολλῷ μᾶλλον ἐν ἀτελεῖ. καὶ θᾶττον δὲ καὶ πρὸ τοῦ προςήκοντος καιροῦ ὥρμησαν ἂν ἐπὶ τὸν σταυρὸν, τῇ βασκανίᾳ τηκόμενοι, καὶ λοιπὸν ἤμελλεν οὐ μόνον ἀπιστηθῆναι ἡ οἰκονομία τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἀλλὰ καὶ ἐμποδισθῆναι τὸ εὐαγγέλιον. Confirmari videtur hoc loco quod supra ad marginem significavimus, haereticos miraculis praecipue puerilibus abusos esse vel certe abuti potuisse, ut Christum omnia *κατὰ φαντασίαν*, quasi spectro sensusque spectatorum ludificando gessisse arguerent [74]). Itaque non desunt auctores, quibus Pseudo-Timotheus adduci potuit, ut *τὰ παιδικὰ* non tantum praeter Thomae ev. temere in catalogo suo recenseret, sed etiam a Docetis ficta et composita esse statueret. Fidem vero Timothei non vereor ne quis tueri conetur auctoritate notissimi illius *decreti de libris apocryphis*, quod in codd. mss.

---

74) Idem docet Manuel Caleca sec. XIV. *de principiis fidei catholicae* Parte II. Auctarii novissimi Bibl. PP. p. 251., ubi disquirit, quare Christus non prius miracula fecerit, quam cum jam esset triginta natus annos. Hoc quidem judice est *φανερὸν, ὅτι ὡς μὲν θεὸς ἐδύνατο καὶ παιδικὴν ἡλικίαν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἔχων ταῦτα τὰ σημεῖα ποιεῖν.* Nec dictum Lucae II, 52. *νοητέον, ὅτι κατ' ὀλίγον ηὐξάνετο καὶ ἀπὸ τοῦ* (fort. *τότε*) *δυνάμει εἰς ἐνέργειαν ἐντελεστέραν ὡς οἱ ἄνθρωποι προήει*, sed *ὅτι κατὰ μικρὸν διὰ τῶν ταῖς ἡλικίαις ἀναλογουσῶν ἐνεργειῶν ἡ τούτου παρεγυμνοῦτο θεότης, ὡς Γρηγόριος ὁ Θεόλογος φησίν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ τελειότης τῆς ἀνθρωπίνης ἡλικίας καὶ γνώσεως ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μάλιστα τελειοῦται, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος γεγονὼς, ὥσπερ τ' ἄλλα ἀνεδέξατο πάντα· — εὔδηλον ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ σημεῖα προείλετο πράττειν οἰκείως καὶ προσηκόντως τῇ ἕξει τῆς ἡλικίας τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως καὶ τελειότητι· ἵνα καὶ ἡμᾶς διδάξῃ μὴ ἐπιδεικτικοὺς εἶναι, — καὶ ἵνα μὴ δόξῃ κατὰ φαντασίαν ἀνειλῆφθῆναι τὸν ἄνθρωπον. εἰ γὰρ καὶ τούτου γενομένου πάλιν τινὲς ἐτόλμησαν τοῦτο εἰπεῖν, εἰ μὴ δὲ ταῦτ' οὕτως ᾠκονομοῦντο, τί οὐκ ἂν εἶπον;* In eandem sententiam plura sequuntur. Hiscum compara si placet S. V. Schleiermacheri librum: *Der christl. Glaube nach den Grundsätzen der evangel. Kirche* Tom. II. p. 37. sq. ed. 2.

jam ad Damasum, jam ad Gelasium, jam ad Hormisdam papam refertur variisque patuit interpolatoribus; unde magna exemplarium ejusdem diversitas. Ibi quidem in editione vulgari, qualis exstat in Jure Canonico distinct. XV. can. 3. primum rejicitur *evangelium nomine Thomae Apostoli, quo utuntur Manichaei, apocryphum*, et deinde pluribus interjectis *liber de infantia Salvatoris apocryphus*. Sed in aliis exemplaribus, velut in *Conciliis Regiis* Tom. X., hujus libri mentio est omissa, in aliis alio loco legitur. Conf. *Acta Conciliorum* ed. Harduin. Tom. II. col. 941. Nec licet dubitare, quin interpolator Latinum librum de infantia Salvatoris notare voluerit, quales infra monstrabimus plures aliorum Apostolorum nominibus inscriptos. Quare ex hoc decreto minime probari potest, duos olim exstitisse Graecos libros diversos *εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶν* et *τὰ παιδικὰ τοῦ κυρίου*. Notitiam evangelii Thomae, quod Manichaeis acceptum fuisse veteris Latinae ecclesiae doctores ignorant, auctor decreti fortasse hausit e Cyrillo Hierosolymitano [75]).

His igitur veterum scriptorum testimoniis curiose perlustratis nobis quidem id exploratum est, *Θωμᾶ Ἰσραηλίτου ῥητά* sive *λόγον εἰς τὰ παιδικὰ τοῦ κυρίου* idem

75) Observandum est in antiquissimo cod. Palatino Vaticano decreti Gelasiani legi *Evangelia nomine Thomae, quibus utuntur Manichaei, apocrypha*. Desideratur igitur nomen *apostoli*. Pluralem *evangelia* pro singulari etiam codex Jurensis aliique libri habent; unde temere Mingarellius p. 87. conjicit, Manichaeos usos esse duobus infantiae evangeliis, altero, quod Marcosiis fuerit, altero ab ipsis ficto. Nam in codice illo semper pluralis evangelia loco singularis positus est. Codicem Palatinum edidit Justus Fontaninus ad calcem operis *de antiquitatibus Hortae colon. Etruscorum* Rom. 1723. et in *Thesauro antiq. et hist. Ital.* Burmanniano Tom. III. P. 3., ubi etiam Petri Franc. Chifletii contulit editionem, qui idem decretum e cod. Jurensi vulgavit in notis ad Vigilium Tapsitanum p. 149. Caeterum nos in tertio hujus operis volumine diligentius de origine, auctoritate et fide decreti Gelasiani disquiremus.

eae opusculum, quod ab illis plerisque *evangelium Thomae* nuncupatur: licet hic titulus in nostris codicibus non reperiatur. Constat enim ejusmodi titulos non ab ipsis auctoribus librorum profectos esse, et propterea facillime fieri potuit, ut hic libellus, quem haeretici pro evangelio venditassent vel doctores catholici ex haereticorum scilicet arbitrio hoc titulo notassent, rectius ab aliis *τῶν παιδικῶν* nomine e cap. I. insigniretur et sic inscriberetur a monachis, qui sanctum evangelii nomen solis quatuor canonicis proprium esse vellent. Maxime vero confirmatur sententia nostra ipso libelli argumento et tenore sic comparato, ut reliqua infantiae Salvatoris evangelia, quae Arabice et Latine legimus, inde derivata esse appareat [76]. Quid? quod fabella de Jesu literas Graecas discente cap. XIV. coll. cap. VI. eadem prorsus reperitur, quam Irenaeus ex Marcosiorum apocrypho adv. haer. I, 20. refert, cujus verba ad pag. 292. transscripsimus. Unde probabilis fit conjectura, libellum cum aliis pluribus e Gnosticorum latibulis translatum esse ad Manichaeos atque sensim in ipsa ecclesia divulgatum, ut quo magis crescerent et serperent *ἀκρισία*, superstitio et fabulositas, eo plures haec quoque commenta nanciscerentur fautores. Qua in re et per se intelligitur et satis testatum est documentis, quae habemus, illum saepius interpolatum et recusum esse. Praeterquam enim quod evangelia infan-

76) E notis Sikii ad ev. Arab. p. 148. sqq. discis, etiam Mohammedo ejusque sectatoribus fabellas easdem innotuisse, quas Graecum exemplar habet, velut de passeribus cap. II. Graeca verba a Sikio p. 149. allata *Ἀναθεματίζω τὴν τοῦ Μωάμεθ φλυαρίαν κτλ.*, quae supra in Sylburgii Saracenicis legi monuimus, nunc vidimus petita esse e Nicetae Choniatae *Thesauro orthodoxae fidei* libro XX., cujus fragmentum de ordine observando ab iis, qui a Saracenica superstitione ad Christianam fidem transeunt, Graece et Latine in Bibl. PP. Paris. a. 1654. editae Tom. XII. p. 527—583. reperitur, antea omisso Nicetae nomine in illis Saracenicis publicatum.

tiae Latina et Arabicum multum differunt a Graeco, hujus ipsius discrepant ἐκδόσεις in tribus quatuorve codicibus nostris, idque non tantum verbis, sed etiam rebus. In fragmento Coteleriano cap. VI. Zacchaeus ludimagister literas docet Hebraicas, contra in nostra edit. Graecas [77]). Illic cap. VII. legitur fabula de pannis in eandem cortinam conjectis et vario tamen colore imbutis, quae hic prorsus desideratur [78]). Omnino plura in nostro exemplari omissa esse docet etiam vetus stichometria ad calcem Chronographiae Nicephori patriarchae, in qua εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶν στίχων ͵ατ', versuum 1300. esse dicitur. Vid. Georgii Syncelli ed. Bonn. p. 788. Aeque certum est ex tota Graecae orationis indole, textus, quem nos evulgamus, conformationem mediae esse aetatis: quanquam non negligendum est, auctores horum librorum non usos esse doctiorum sermone, sed magis populari et quotidiano, qui prioribus jam seculis barbarismis et soloecismis inquinatus fuit, nec ad illius normam aestimandus est. Vellem Theodosius, Grammaticus Alexandrinus, qui mentionem fecit evangelii Thomae, exemplis inde petitis criticam rationem suam confirmasset [79]).

---

77) In ev. inf. Arab. cap. XLVIII. et XLIX. Zacchaeus itidem traditur docuisse Jesum literas Hebraicas. Nec tamen debebat Beausobrius l. l. p. 368. sq. Irenaeum reprehendere, quod in exponendo Marcosiorum commento Alphabetum Graecum in locum Hebraici substituerit. Videmus nunc id sibi Irenaeum minime indulsisse. Ceterum bene is observat, commentum hoc redolere ineptam Judaeorum περιεργίαν magna in literis quaerentium mysteria.

78) De voce τζόχαι pannos et soccos e pannis significante, de qua pag. 289. dixi, vid. etiam Gloss. med. et inf. Graec. et Latin. s. v. τζάγγαι et *tzangae*, Petavium ad Themistii Orat. II. p. 378. ed. Harduin., Lindebrogium ad Codicem legum antiquarum p. 1492. et Sirmondum ad Ennodium Opp. Tom. I. p. 1577.

79) Locus non uno nomine memorabilis exstat in Scholiis ad Dionysii Thracis Grammaticam in Bekkeri *Anecdotis* Vol. III. p.

Haec habui, quae de externa sive literaria evangelii Thomae historia dicerem.

§. 6.

De evangelio de nativitate S. Mariae.

Commenta de rebus Jesu gentilitiis, natalitiis et puerilibus, quae modo vidimus in ecclesia Graeca sive Orientali longe lateque diffusa fuisse, superstitione ingravescente Latinis quoque innotuisse et celebrata esse, non est quod miremur. Ab antiquioribus quidem patribus rejiciuntur, librique, ex quibus manarunt, tanquam haereticorum fraudes damnantur; a sexto autem seculo inconsulta et praepostera monachorum potissimum pietas cooperantibus oratorum, poetarum et pictorum [80]) stu-

---

1165. *Κρίσις ποιημάτων μὲν ἡ ἀκριβὴς γνῶσις τῶν ποιημάτων λέγεται. ταύτῃ τῇ ἠκριβωμένῃ γνώσει χρώμενος ὁ γραμματικὸς δεῖ γινώσκειν τὰ βιβλία τῆς ἐκκλησίας πάντα, τουτέστι τὴν παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην, ἵνα ὅταν ἀκούσῃ φωνὴν ξένην καὶ σύγγραμμα ἢ ποίημα ψευδὲς, μὴ δέξηται αὐτὸ ὡς ἀληθινὸν, ἐπειδὴ ἔστιν εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶν λεγόμενον. δεῖ δὲ διαγινώσκειν τὸν γραμματικὸν τὰ ὀνόματα καὶ τὰς φωνὰς τῶν εὐαγγελιστῶν, ἵνα μὴ ἀλλότριον καὶ ψευδὲς εὐαγγέλιον δέξηται. ἀλλὰ καὶ ὁμωνύμως ψευδῆ συγγράμματά εἰσιν, οἷον ἡ λεγομένη ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου Παύλου. οὐ γάρ ἐστι τοῦ ἁγίου Παύλου, ἀλλ' ἑτέρου αἱρετικοῦ, τοῦ Σαμωσατέως, ὅθεν οἱ Παυλινιανοὶ* (scr. *Παυλικιανοὶ*) *κατάγονται. καὶ ἑτέρα ἀποκάλυψις ἡ λεγομένη τοῦ Θεολόγου. οὐ λέγομεν δὲ τὴν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ· μὴ γένοιτο· αὕτη γὰρ ἀληθεστάτη ἐστίν· ἀλλὰ τὴν ψευδώνυμον καὶ ἀλλότριον. δεῖ δὲ τὸν γραμματικὸν καὶ τὰ Ἑλληνικὰ βιβλία ἀναγινώσκειν. κτλ.* Sumta haec e cod. Vat. 1356. de quo Bekkerus ibid. p. 1161. in nota. Eadem in cod. Barocc. 57. Grabium legisse docet adnotatio in *Spicilegii* Tom. I. p. 375. ed. 2. Partem etiam Fabricius Cod. apocr. Tom. II. p. 954. e cod. Hamburgensi dedit, de quo Bekkerus p. 1137.

80) Exemplo sit, quod Anastasius bibliothecarius in vita Leonis III. refert, ejus jussu in Basilica S. Pauli pictam fuisse historiam S. Joachim et S. Annae. Vid. ed. Paris. an. 1649. pag. 27. In ecclesia Orientali jam Justinianus I. anno 550. templum in honorem S. Annae Constantinopoli aedificasse dicitur. Vid. Procopius

diis id effecit, ut homines Latini non minus quam Graeci veris fideque dignis non contenti fabellas undecunque colligerent et ipsa scripta apocrypha varie licet retractata in vernaculum sermonem transferrent. Ex patribus ecclesiae Latinae, qui illarum rerum veritatem ad certos historiae evangelicae calculos exigi volunt, praecipue memorabiles sunt Augustinus et Hieronymus. Ille libro XXIII. contra Faustum Manichaeum cap. IX. Quisquis itaque, inquit, dicit Mariam ad consanguinitatem David non pertinuisse, manifestum est, quod istarum Scripturarum tam excellenti auctoritati obluctetur: ipse vero convincat non eam pertinuisse ad semen David, et hoc ostendat non ex quibuscunque literis, sed ecclesiasticis, canonicis, catholicis. Aliae quippe non habent ad has res ullum pondus auctoritatis: ipsae sunt enim quas recipit et tenet ecclesia per totum orbem diffusa, quae per illas est etiam prophetata, et quemadmodum promissa sic reddita. Ac per hoc illud quod *de generatione Mariae* Faustus posuit, quod patrem habuerit ex tribu Levi, sacerdotem quendam nomine Joachim, quia canonicum non est, non me constringit: sed etiam si hoc crederem, ipsum potius Joachim dicerem aliquo modo ad David sanguinem pertinuisse. — Hoc ergo potius vel tale aliquid crederem, si illius apocryphae scripturae, ubi Joachim pater Mariae legitur, auctoritate detinerer, quam mentiri evangelium, in quo scriptum est, et Jesum Christum filium dei, salvatorem nostrum, et ex semine David secundum carnem et per Mariam virginem procreatum [81]). Alter Hieronymus

---

de aedificiis Justiniani lib. I. c. 3. p. 12. Aliam aedem illi dicatam a Justiniano II. memorat Codinus in *Originibus Constantinopolitanis* p. 49. ed. Par.

81) Vid. not. ad pag. 374. sq. Librum *γέννα Μαρίας* inscriptum ab Epiphanio haer. XXVI. num. 12. memorari supra jam indicatum est.

contra Helvidium et ad Matth. XII, 46. velut ex *deliramentis apocryphorum* petita rejicit, quae de priori Josephi conjugio et de obstetrice protevangelium Jacobi habet.[82]), atque ad Matth. XXIII, 35. improbat, quae ibi de nece Zachariae parentis traduntur; praeterea etiam fabulae de parentum Mariae sterilitate miraculose sublata adversatur [83]). Quarto igitur seculo et quinto ineunte summae auctoritatis viros commentis illis fidem denegasse videmus. Eodem tempore Innocentius I. in epist. ad Exsuperium Tolosanum pag. 796. ed. Constant. apocrypha sub Jacobi minoris et Thomae nomine damnavit. „Cetera autem, quae vel sub nomine Matthiae sive Jacobi minoris, vel sub nomine Petri et Johannis, quae a quodam Leucio scripta sunt, [vel sub nomine Andreae, quae a Nexocharide et Leonida philosophis [84]], vel sub nomine Thomae, et si qua sunt alia, non solum repudianda, verum etiam noveris esse damnanda." Pariter Gelasius in decreto non tantum Thomae evangelium (etiam ab Ambrosio, Hieronymo et Beda eliminatum) librumve de infantia Salvatoris, ut §. 5. monuimus, inter scripta a catholicis vitanda recensuit, sed etiam *librum de nativitate Salvatoris et de S. Maria*

82) Vid. not. ad pag. 364. et 378.

83) Conf. Jac. Hyac. Serry *Exercit. hist. de Christo ejusque matre Virgine* XVIII. Alias fabulas velut de spelunca, loco nativitatis Christi, deque bove et asino, Hieronymus ipse non ex auctoritate apocryphorum recipit, sed ex patrum traditione vel V. T. vaticiniis. Vid. not. ad pag. 382. et 384. Ad easdem alludit Prudentius hymn. XI. in natalem Christi v. 80. sq. et 97. sq., ubi etiam obstetricis mentio fit. Conf. Paulinus Nolanus epist. XXXI. *ad Severum.*

84) Haec uncinis inclusa omittit Quesn., neque exstant nisi in exemplaribus coll. Dion. Hisp. et Isid. Sub depravatis nominibus Leonidae et Nexocharidis eundem Leucium Charinum, cujus antea mentio facta est, latere alibi docebimus in singulari commentatione de famoso hoc apocryphorum architecto, tertio volumini inserenda.

et de obstetrice (al. add. *ejus*, al. *Salvatoris*), quem Jac. Tolandus in *Amyntore* p. 21. et Jo. Henr. Majus in *Examine Historiae criticae N. T. a Simonio scriptae* p. 37. recte judicarunt a protevangelio Jacobi nihil differre. In codice Jurensi aliisque exemplaribus decreti ejusdem apud Vincentium Bellovacensem et in Conciliorum Actis etiam diserte legitur: *evangelium* sive *evangelia nomine Jacobi minoris apocrypha*; quae fortasse est interpolatio similis illi supra §. 5. notatae.

Longe vero secus de Jacobi libello jam seculo, ut videtur, sexto vel septimo pronuntiavit auctor *operis imperfecti in Matthaeum*, Opp. Chrysostomi ed. Montfauc. Tom. VI. p. XXIV. Cui, inquit is, inventa est in utero habens de Spiritu sancto? Sine dubio a sponso suo Joseph, qui zeloso amore semper se admonente vitam circumspiciebat Mariae. Nam sicut historia quaedam non incredibilis neque irrationabilis docet, quando gesta sunt quae refert Lucas, Joseph absens erat. Nec enim conveniens est putare praesente Joseph introisse angelum ad Mariam, et dixisse quae dixit, et Mariam respondisse quaecunque respondit." Hoc enim ab auctore protevangelium cap. IX. extr. coll. cap. XIII. respici observatio est Rich. Simonii nunc eo probabilior, quo certioribus argumentis nos §. 4. demonstravimus, illi olim nomen *historiae* e cap. XXV. inscriptum fuisse: nec dubito, quin ab auctore, homine licet Latino, protevangelium Graece lectum sit, cum videam eum ex pluribus apocryphis Graece scriptis varia in homilias suas transtulisse [85]). Quanquam commenta ista eodem

85) Operis imperfecti auctor pluribus nominibus perquam memorabilis est et dignissimus, de cujus aetate, patria, codicibus biblicis doctrinaeque formula denuo disquiratur. Montfauconius in diatriba praemissa primum retulit Erasmi, Joan. Mahusii, Sixti Senensis, Baronii et Tillemontii de eodem sententias. Tum demonstrat opus non esse Chrysostomi, sed Latini scriptoris circa finem sexti vel septimo seculo viventis Arianaeque haeresi addicti, ejusque erro-

fere tempore coepta sunt etiam Latine divulgari. Etenim evangelium de nativitate Mariae sub nominibus scriptoris Matthaei evangelistae et Hieronymi interpretis, quod ejusdem est cum protevangelio argumenti, sexto seculo verisimiliter adsignatur. Postea vero plures historiae apocryphae de nativitate Mariae et de infantia Salvatoris Latine prodierunt e Graecis redditae, de quibus infra dicetur. Occurrit etiam in Operibus Roswithae, monialis Gandeshemensis sec. X. clarae, versibus hexametris descripta *historia nativitatis laudabilisque conversationis intactae Dei genitricis*, quam scriptam reperit Roswitha sub nomine sancti Jacobi, fratris Domini. Vid. ed. Schurzfleisch. p. 73. sq. coll. Leyseri *hist. poet. med. aevi* p. 287 [86]). Ex iisdem fontibus

---

res notat. Conf. etiam Caveus *Hist. liter.* Tom. I. p. 316. sq. ed. Basil., Oudinus *Comment.* Tom. I. p. 753. sqq. et praecipue Rich. Simonius *Hist. crit. des principaux commentateurs du N. T.* pag. 191 — 206. Ex apocryphis auctor ille diserte commemorat librum Seth p. XXVIII. unde mutuatus esse videtur, quae de Magis deque monte Victoriali narrat, a nobis in not. p. 391. allata. Paulo infra de mystica significatione munerum a magis oblatorum dicit p. XXXI. Aliam narrationem de rege Hiskia p. XXI. desumtam esse suspicor e libro *διαθήκη Ἐζεκίου*, cujus mentionem facit Cedrenus *Compend. hist.* p. 68. Conf. Talmudici in Gemara Berachot cap. I. p. 106. sq. ed. Edzardi. Nomina filiarum Adami, *Rifa* et *Edocia*, quae p. XXIV. leguntur, itidem ex apocrypho petita, qualis fuit illa *λεπτογένεσις*. Conf. Epiphan. haer. XXXIX. §. 6. et Georgii Sync. *Chronographia* p. 15. et 17. ed. Bonn. Praeterea p. XLII. *in secretioribus libris manifeste hoc scriptum esse* tradit, Joannem Baptistam a Christo baptizatum fuisse. Utitur etiam Hermae Pastore p. CXLII. et Clementinis p. CCXIV. Alias nugas de Christo in valle Josaphat omnes gentes judicaturo p. LXI. et de gigantibus filios Seth persequentibus p. CXCIV., unde hauserit, non est quod dispiciamus. Satis enim id apparet auctorem ad ineptias Judaicas (etiam in interpretandis Hebraicis nominibus) proclivem plures legisse libros Graece scriptos; sive is fuerit Gallus judice Bernardo, sive Hispanus, ut visum Tillemontio.

86) Obiter commemoro, fabulam protev. cap. XI. de Maria

hausta narratio *de nativitate, conversatione et morte beatae Virginis Mariae*, quam hactenus ineditam codex Senkenbergianus in bibliotheca Gisensi membranformae quadratae sec. XIII. vel XIV. scriptus continet. Notitiam ejus et excerpta habes in libro Jo. Ern. Christ. Schmidtii: *Bibliothek für Kritik und Exegese*, Tom. II. fasc. 4. p. 481—495 [87]). Plurimum tamen contulit ad fabulas illas longe lateque propagandas, quod seculo XIII. extr. evangelium de nativitate Mariae totum fere in *Lombardicam historiam, quae a plerisque aurea legenda sanctorum appellatur*, transscriptum est. Reperitur ibi in Legenda CXXVI. *de nativitate gloriosae virginis Mariae* a verbis: *Historiam autem nativitatis beatae virginis beatus Hieronymus ut in prologo refert adolescentulus in quodam libello legit. Sed post multum temporis ut se ibidem legisse recoluit, primo rogatus transscripsit. Joachim namque ex Galilaea et civitate Nazareth sanctam Annam ex Bethleem duxit uxorem. Ambo autem justi erant* etc. Extrema sunt: *In diebus autem illis Angelus Gabriel ei oranti apparuit et de ea nasciturum dei filium nunciavit.* Conf. Leg. L. *de annuntiatione dominica* [88]). Legendam hanc auream olim avidissime lectam et frequentissime cum manu, tum typis exscriptam, atque in plures etiam linguas Italicam, Gallicam, Anglicam, Germanicam et Hispanicam versam esse satis constat, ut facile credas scriptores et pictores inferioris aetatis plerosque

---

purpuram nente, cum salutaretur ab angelo, etiam respici ab Otfrido, monacho Wissenburgensi, in hist. evang. lib. I. c. 5. v. 17. sq. in Jo. Schilteri *Thesauro Antiquitt. Teuton.* Tom. I.

87) Cujus argumenti sint libelli sec. XV. editi: *Historia SS. Joachim, Joseph et SS. mulierum Mariae Jacobi et Salomae, et Historiae tres de S. Anna, de S. Joachim et de S. Joseph*, nescio. Vid. Lud. Hain *Repertorium bibliogr.* Vol. II. P. 1. p. 73. sq.

88) Utor edit. Argentin. a. 1496., quae nullos habet paginarum numeros.

ex hac potius pependisse quam ex ipsis apocryphis 89).
Verum hujus non est loci ulterius progredi et scripturas artisque opera, quibus fabulae nostrae exprimuntur, recensere. Exempli causa unius tantum mentionem injicere liceat carminis Germanici, de quo olim Ulmae in bibliotheca Raymundi de Krafft servato Schelhornius in *Amoenitatibus literariis* Tom. III. p. 110. „*De parentibus B. Virginis Mariae, ejus desponsatione cum Josepho ac nativitate Christi tractatus Germanicus cum figuris.* Scriptus esse videtur a. 1492. vel 1493. Ultima enim in pagina Friderici III. imp. ac Alexandri VI. pont. max. nec non schismatis illius, quo tres simul de papatu contenderunt, mentio fit. Forte author protevangelium Jacobi minoris carmine Germanico exprimere voluit: plus tamen simplici viee ad Hebraicum Matthaei evangelium provocat.“ Equidem inde potius colligo evangelium de nativitate Mariae cum praefixis epistolis auctori ad manum fuisse, quam protevangelium Jacobi.

Quod autem ad priora medii aevi secula attinet, probe fatendum est, Latinos veterum patrum dictis et pontificum Romanorum decretis adhuc obtemperantes

89) Evangelio de nativitate Mariae usus est etiam Ludolphus Saxo, Prior Argentinensium Carthusianorum, clarus circa a. 1330. Scripsit is vitam Christi ex quatuor evangeliis aliisque monumentis ecclesiasticis conflatam, cui accessit vita s. Annae. Liber olim celebratissimus fuit plurimaeque exstant ejusdem editiones sec. XV. et XVI. et haud paucae versiones, de quibus vid. Fabricii *Biblioth. Lat. med. et infimae aetatis* Vol. IV. p. 847. sq. et Eberti *Allgemeines Bibliogr. Lexicon* Tom. I. p. 1035. sq. coll. Tom. II. p. 1029. De Pseudo-Bibliis Germanicis sec. XIV. vel XV. exaratis vir doctus in libro *Curiositäten* (Weimar. 1825.) Vol. X. fasc. 5. p. 470. refert: *Das N. T. ist ganz zusammengeflickt aus den Pseudo-Evangelien*, *als dem* Evangelio S. Jacobi, Ev. Mariae, libro de infantia Christi, Ev. Nicodemi *u. a. Gleichsam als Vorrede steht erst das Leben Joachim's, des Vaters unserer lieben Frau, der Mutter Anna u. dergl.* Hussius in historia gestorum Christi Opp. Tom. II. p. 1. ed. Norimb. ab istis nugis abstinuit.

parciores fuisse in apocrypha Mariae et Christi historia pro concione enarranda scriptisque amplificanda. Testis prodeat primus Alcuinus vel quisquis auctor homil. *de nativitate Mariae* e cod. Paris. a Frobenio editae Opp. illius Tom. II. p. 540. „Nec nos lateat, quod de ejus sancta nativitate liber legatur a quibusdam, ubi describitur meritum genitoris atque genitricis ejusdem virginis, et vocabulum utriusque *Heli* (Joachim?) videlicet atque Anna. Quod opusculum apochrifum, sicut etiam de transitu ejusdem virginis alterum habetur; ne recipiatur ab ecclesia certum pro incerto, dubium pro vero.“ Hunc sequatur celeberrimus doctor, Fulbertus Carnotensis, episcopus sec. XI. initio. Is serm. I. *de nativitate Mariae* Biblioth. PP. Lugd. Tom. XVIII. p. 38. Hac itaque, inquit, die peculiariter in ecclesia recitandus esse videtur ille liber, qui de ortu ejus et vita scriptus inveniebatur, si non judicassent eum patres inter apocrypha numerandum.“ In altero tamen sermone [90]) plura ad verbum ex ev. de nativitate Mariae repetit ibid. p. 39. „Nata est autem juxta relationem et scripturas sanctorum Patrum in civitate Nazareth, patre nomine Joachim ex eadem urbe oriundo, matre vero Anna nomine oriunda ex civitate Bethleem. Vita quorum simplex et recta ante Dominum, apud homines irreprehensibilis et pia erat.“ etc. Contra in serm. III. iterum cautiorem se praestat p. 40. „Sane si qui sollicita mente et studiosa investigatione perquirant, cur sanctorum praecedentium memoriae hujus praefatae Virginis temporanea initia suis fidelibus sequacibus enucleatim non exornaverunt, ut ad omnium notitiam vulgarent; noverint non ignaros eos exstitisse haereseos, quae pro insigni et admirando hujus sacrae puellae

90) Videtur hoc potius fragmentum esse sermonis. Nescio an idem sit, quod referente Caveo habetur apud Johannem a Bosco in Bibliotheca Floriacensi p. 516.

praeconio exoritura erat, et ob id, si quid ex ejus ortu protulerint, sagaci industria celandum aemulis et infidelibus decreverunt, ne inveniret caeca garrulitas perfidorum, unde maternum sinum ecclesiae verberaret sua multiplici fallacia. Nam et hoc quod levi et subtili relatione aut forsitan conscriptione de Matris Domini nativitate et infantia ejusdem Domini perceperunt, ita versuta et argumentosa fallacia deturparunt, ut nec vera deinceps a quibusdam ecclesiasticis doctoribus recitentur, quamvis minime repudiantur. Exstat vero quaedam non usitata relatio, quae clarissimi interpretis Hieronymi praenotatur nomine, referens beatum Matthaeum post editum evangelium ortum praefatae Virginis atque initiamenta puerilia Jesu Christi ita obscuris manu propria obsignasse literis Hebraicis, ut nullis infidelium illud vellet patere superfluis et mordacibus rictibus (*fort.* ictibus); quae tunc a praelibato interprete feruntur transportata, quibusdam obnixe petentibus, ad linguae Latinae notitiam. Et quia haec relatio inter sacrae scripturae canones non habetur inserta, ideo unanimis ecclesiae conventus in recitando aperte nec omnino eligit, nec in non recipiendo rejicit: cum nonnulla reperiantur dicta vel facta, quae in praefata serie impossibilia videantur, quae tamen volentibus et amantibus legere non denegat fidelium industria. Nobis autem et omnibus ecclesiae filiis satis superque sit fides et devota credulitas, qua vere eam confitemur virginem et in ortu et in omni sua operatione.“ Haec moderatio Fulberti eo notabilior est, quo ardentior is fuit beatae Virginis cultor, quem ferunt etiam primum nativitatis ejus festum in Galliis celebrasse. Idem prorsus valet de Petro Damiani, episcopo Ostiensi ejusdem sec. XI., qui inanem operam nomina parentum B. Virginis quaerentium serm. III. *de nativitate* his improbat verbis: Nonnulli cum plus sapere, quam oportet sapere, gestiunt, quis pater vel quae mater B. Mariae fuerit, studio superfluae cu-

riositatis inquirunt. Sed aliquis lector nimis inutiliter quaerit, quod evangelista narrare superfluum duxit. Si enim huic notitiae utilitatem esse cognosceret, nequaquam nobilis historicus rem necessariam silentio praeteriret.“ Similiter Eadmerus monachus in libro *de excellentia Virginis Mariae* cap. II. (Opp. Anselmi Cantuar. ed. Paris. 1721.) p. 135. „Illud conjicio apud me, nativitatem ejus magna quaedam atque miranda divinorum signorum indicia praecurrisse. Quae tamen illa fuerint, solus ipse sine scrupulo novit, qui eam sibi antequam nasceretur, in matrem elegit: — Nec enim ecclesia dei inconcussae auctoritatis ducit ipsam scripturam, quae ortum illius ab angelo praenuntiatum refert. Nam licet beatus Hieronymus juxta alterius cujusdam scripturae materiam, quam in adolescentia sua legisse, et cujus auctorem se fatetur ignorare, eam fecerit: (*al.* refecerit): dicit tamen non eo pacto se scripsisse quod scripsit, ut aliquam descriptae rei certitudinem ecclesiis vellet inferre, sed hoc solo ut rogantibus amicis simpliciter morem gereret. Unde, quemadmodum dixi, scriptum illud in auctoritatem ecclesia recipere noluit.“ Conf. etiam Bernardi Claraevall. ep. 174. Omnino hactenus verissima est Combefisii observatio de differentia panegyricorum in Mariam Graecorum et Latinorum, quae in Auct. Novo Tom. I. p. 1287. legitur: Huic (protevangelio Jacobi) perinde nituntur doctores (Graeci) alii, qui de Mariae exordiis aliquid tradiderunt velut ex monumentis, non licentia tantum rhetorica ex conjecturis, matris Dei privilegio fultis; quomodo plures nostratium procedentes videas; haud item Graecos, vulgatiori apud eos historia ejusmodi ac vera habita.“ Graeci enim oratores protevangelio Jacobi, uti supra ostendimus, confidentius usi historiam Mariae enarrare amant, contra Latini potius desudant in virtutibus ejusdem et laudibus praedicandis, quippe dubitantes de fide apocryphorum; id quod praeter laudatos auctores con-

firmat Vincentius Bellovacensis sec. XIII., qui in prologo ad *Speculum naturale* c. 9. Quaedam, inquit, reputantur apocrypha, quia veritati adversantur, ut sunt libri haereticorum: quaedam vero quia auctores eorum ignorantur, licet puram veritatem contineant, ut est evangelium Nazaraeorum. Quaedam etiam quia de veritate eorum dubitatur, ut est liber de ortu et infantia beatae Virginis Mariae et liber de infantia Salvatoris [91]), liber quoque de assumtione beatae Virginis etc. Vincentius tamen ipse *Specul. histor.* lib. VI. c. 64. 65. et 66. plura ex *Hieronymi historia Joachim et Annae* et ex *Jacobi, filii Joseph, libro de infantia Salvatoris* repetiit.

De editionibus hujus evangelii Latini, quod a Matthaeo evangelista scriptum et ab Hieronymo suasu Chromatii et Heliodori episcoporum in Latinam linguam translatum esse fingitur, pauca dicenda habemus. Reperitur id in Hieronymi operum editionibus, Desiderii Erasmi Tom. IV., Mariani Victorii Tom. IX., Adami Tribbechovii Tom. IV., Joan. Martianaei Tom. V., et Domin. Vallarsii [92]) Tom. XI. P. II. Inde collectionibus apocryphorum a Fabricio, Jonesio [93]) et Schmidio

---

91) Hunc librum eodem sec. XIII. respici a Martino Polono notavimus ad pag. 396. Antea quod *evangelium Nazaraeorum* dicitur, fortasse est evangelium Nicodemi, quod media aetate a nonnullis cum illo confusum esse videtur.

92) Vallarsii Tom. XI. P. II. col. 380. haec est admonitio: „Nemo non sentit istam et quae subsequitur epistolam ipsamque adeo *de nativitate S. Mariae* subnexam narrationem unius ejusdemque esse fabularum architecti. Adito, ne te diutius argumentis recitandis moremur, qui eas falsi arguunt refelluntque, Baronium ad a. 388. num. 101. Joan. Molanum lib. de picturis cap. 21., e recentioribus Fabricium in Cod. apocr. Tom. I., cujus etiam recensione et notis utemur, ne actum agere videamur." Notas Fabricii Vallarsius pontificiorum more castratas reddidit. Ceterum falso lectores ablegavit ad Baronii l. l., ubi de aliis Chromatii, Heliodori et Hieronymi epistolis agitur.

93) Jonesius Tom. II. p. 93. sqq. epistolas evangelio nostro praefixas ex edit. opp. Hieronymi Romana sec. XV. repetere vi-

insertum est. . Textus editi nihil differunt, nec verosimile est manuscriptos exstare, qui ab his discedant. Solus Fabricius, qui ed. Martian. usus est, textum libelli et epistolarum ei praefixarum aliquot locis emendavit notisque illustravit. Nos textum a Fabricio recognitum exhibemus et plerasque ejusdem adnotationes, paucis nimirum praetermissis, quibus res tractabantur alibi in hoc opere plenius et accuratius a nobis expositae. Alias quasdam a nobis adjectas reperies. Illarum vero epistolarum haec sunt exemplaria: *Dilectissimo fratri Hieronymo presbytero Chromatius et Heliodorus episcopi salutem in Domino.* — Ortum Mariae Reginae Virginis, simul et nativitatem atque infantiam domini nostri Jesu Christi in apocryphis invenimus libris; in quibus multa contraria nostrae fidei considerantes scripta, recusanda credidimus universa, ne per occasionem Christi laetitiam antichristo traderemus. Ista igitur nobis considerantibus, exstiterunt viri dei Armenius et Virinus, qui dicerent sanctitatem tuam beatissimi Matthaei evangelistae manu scriptum volumen Hebraicum invenisse, in quo et Virginis matris et Salvatoris infantia esset scripta; et idcirco tuam charitatem per ipsum dominum nostrum Jesum Christum expetimus, quatenus et illud ex Hebraeo Latinis auribus tradas, non tantum ad percipiendum quae sunt Christi insignia, quantum ad haereticorum astutiam excludendam, qui ut doctrinam malam instituerent, bonam Christi nativitatem suo mendacio miscuerunt, ut post dulcedinem vitae mortis amaritudinem occultarent. Erit ergo purissimae pietatis,

---

detur. In his enim Romanis editionibus pars quaelibet in sectiones, quae *tractatus* vocantur, divisa est. Quare scribit: *They are to be found in Jerome's works, Par. II. Tract. II. epist. XXIV. epist. XXV. epist. XXVI. fol. XXXVIII. and XXXIX. I find the last of these epistles in another place of Jerome's works, viz. Par. II. Tract. VI. epist. LXXXII. fol. CXL.* Nobis nulla editionum illarum, quae rarissimae sunt, ad manum est.

vel ut rogantes fratres exaudias, vel episcopos exigentes charitatis debitum, quod idoneum credideris, recipere facias. Vale in domino et ora pro nobis [94]).

Dominis sanctis et beatissimis Chromatio et Heliodoro episcopis Hieronymus exiguus Christi servus in Domino salutem. — Qui terram auri consciam fodit, non illico arripit quicquid fossa profuderit lacerata, sed priusquam fulgens pondus vibrantis jactus ferri suspendat, interim vertendis suspendendisque cespitibus immoratur, et specialiter qui nondum lucris augetur [95]). Arduum opus injungitur, cum hoc fuerit mihi a vestra beatitudine imperatum, quod nec ipse sanctus Matthaeus apostolus et evangelista voluit in aperto conscribi. Si enim hoc secretum non esset, evangelio utique ipsius quod edidit, addidisset: sed fecit hunc libellum Hebraicis literis obsignatum, quem usque adeo edidit, ut ex

---

94) Chromatium, Aquilejae episcopum, et Heliodorum, Altini episcopum, amicitia et epistolarum commercio cum Hieronymo junctos fuisse satis constat. Item notum est, illos hunc ad varia literarum sacrarum studia excitasse. Sic circa a. 390. auctores ipsi fuerunt, ut librum Chaldaicum Tobiae Latinitati donaret. Paulo post iidem ab Hieronymo flagitarunt commentarios in prophetas Oseam, Amosum, Zachariam et Malachiam; quorum loco misit nominibusque eorum nuncupavit versionem Proverbiorum, Ecclesiastae et Cantici Canticorum. Praeterea duos commentariorum libros in Habacuc et versionem Paralipomenon Chromatio dedicavit. Haec haud dubie respexit spuriarum, quas supra habes, epistolarum auctor. Simillima isti imposturae est altera, quam non debebant ignorare vel negligere viri docti de evangelio Latino disquirentes. Exstat enim epistola Chromatii et Heliodori ad Hieronymum de opere Martyrologii colligendo hujusque ad illos responsoria, quam utramque Baronius in disputatione Martyrologio Romano praemissa p. XI. sqq. descripsit et spuriam esse demonstravit. De Chromatii vita scriptisque vid. Justus Fontaninus in *Historia liter. Aquil.* lib. III. c. 3. sq. et Andr. Gallandius in Prolegg. ad Tom. VIII. *Biblioth. PP.* p. XXVIII. sq.

95) Haec verba *Qui terram — augetur* in ed. Jones. desiderantur.

manu ipsius liber scriptus Hebraicis literis a viris religiosissimis habeatur, qui etiam in suis prioribus per successus temporum susceperunt. Hunc autem ipsum librum nunquam alicui transferendum tradiderunt, textum ejus aliter atque aliter narraverunt. Sed factum est, ut a Manichaei discipulo nomine Seleuco, qui etiam *apostolorum gesta* falso sermone conscripsit, hic liber editus non aedificationi sed destructioni materiam exhibuerit, et quod talis probaretur in synodo, cui merito aures ecclesiae non paterent. Cessent nunc oblatrantium morsus: non istum libellum canonicis nos superaddimus scripturis, sed ad detegendum haereseos fallaciam, apostoli atque evangelistae scripta transferimus; in quo opere non tam piis jubentibus episcopis obtemperamus, quam impiis haereticis obviamus. Amor igitur est Christi cui satisfacimus, credentes quod nos suis orationibus adjuvent, qui ad *Salvatoris nostri infantiam* sanctam per nostram potuerint obedientiam pervenire.

Hanc Hieronymi epistolam sequitur altera ad eosdem episcopos tanquam praefatio libri de nativitate Mariae, qui continuo subjunctus est.

„Petitis a me, ut vobis rescribam, quid mihi de quodam libello videatur, qui de nativitate S. Mariae a nonnullis habetur. Et ideo scire vos volo, multa in eo falsa inveniri. Quidam namque Seleucus, qui *passiones Apostolorum* conscripsit, hunc libellum composuit. Sed sicut de virtutibus eorum et miraculis per eos factis vera dixit, de doctrina vero eorum plura mentitus est, ita et hic multa non vera de corde suo confinxit. Proinde ut in Hebraeo habetur, verbum ex verbo transferre curabo, siquidem sanctum evangelistam Matthaeum eundem libellum liquet composuisse, et in capite evangelii sui Hebraicis literis obsignatum apposuisse [96]);

---

96) Ita recte Fabricio videtur legendum pro *opposuisse*.

quod an verum sit, auctori praefationis et fidei scriptoris committo: ipse enim ut haec dubia esse pronuncio, ita liquido falsa non affirmo. Illud autem libere dico, quod fidelium neminem negaturum puto, sive haec vera sint, sive ab aliquo conficta, sacrosanctam sanctae Mariae nativitatem [97]) magna miracula praecessisse, maxima consecuta fuisse; et idcirco salva fide ab his qui deum ista facere posse credunt, sine periculo animae sue credi et legi posse. Denique in quantum recordari possum, sensum non verba scriptoris sequens et nunc eadem semita, non iisdem vestigiis incedens, nunc quibusdam diverticulis ad eandem viam recurrens, sic narrationis stylum tentabo [98]), et non alia dicam quam quae aut scripta sunt ibi, aut consequenter scribi potuerunt."

De occasione, consilio et aetate istius fictionis agemus in commentatione de scriptis Leucii Charini, quam tertium volumen suppeditabit, ibique demonstrabimus, auctorem Davidicam Mariae progeniem contra Manichaeos asserere voluisse.

§. 7.

De historia nativitatis Mariae et infantiae Salvatoris.

Plures libros de infantia Salvatoris mss. etiamnum *in bibliothecis* latere, viros doctos non fugit: sed a nemine eorum post sec. XV. ejusmodi opusculum in lucem protractum est. Ut enim de Catalogis codicum mss. nunc taceamus, Sixtus Senensis in opere olim celebratissimo *Bibliothecae Sanctae* lib. II. p. 87. ed. Lugd. notitiam talis libelli dedit his verbis: Matthaeus evangelista fingitur esse auctor duorum librorum, quorum alter *de ortu sive stirpe Mariae*, alter *de infantia Salvatoris*

97) Male in editt. ante Fabricium: *sacrosancta sanctae Mariae magna miracula.*

98) Non opus est Fabricii conjectura *temperabo* pro *tentabo.*

inscribitur, qui Valentinorum et Gnosticorum commenta sunt. His libris inepti quidam auctoritatem asserere cupientes, praefationes addiderunt sub nomine Chromatii et Heliodori episcoporum ad Hieronymum et Hieronymi ad ipsos confictas, quae utrumque opus testarentur ab Hieronymo in gratiam eorundem episcoporum ex Hebraico Matthaei volumine translatum et ab haereticorum falsationibus expurgatum [99]). Sed cum in his libris eaedem nunc exstent aniles fabulae, quas Irenaeus in primo adversus Valentinorum haereses, et Epiphanius primo Panarii sectione tertia ex iisdem voluminibus refellunt, palam apparet impostorum deceptio. Gelasius dist. 15. inter libros ab ecclesia damnatos utrumque abjicit." Post hunc Cotelerius in notis ad *Constitutt. Apostol.* lib. VI. c. 17. „Non enim unus duntaxat nebulo circa Servatoris infantiam comminisci sibi permisit, sed ejusdem (h. e. Regiae Paris.) Bibliothecae codice 2276. legitur: *Incipit Historia de Joachim et Anna et de nativitate B. Dei genitricis semperque Virginis Mariae et de infantia Salvatoris. Ego Jacobus filius Joseph* etc. finitoque opere: *Explicit liber de infantia Salvatoris.* Codice vero 1697. exstat liber tanquam *Matthaei evangelistae de infantia Salvatoris,* narrationis cum praecedentibus partim similis partim dissimilis; ineptus quidem instar illorum, in eo tamen consideratione dignus, quod etiam continet, non tamen absque interpolatione, responsionem Christi pueri literas discentis ad magistrum, relatam ex falsa scriptura ab Irenaeo lib. I. c. 17. Sed et in eodem apocrypho refertur quoque fabella de passeribus etc. Similiter Grabius ad Irenaeum lib. I. c. 17. (quod est in

99) Supposititias Chromatii et Heliodori atque Hieronymi epistolas, quas modo legimus, partim etiam libris de infantia Salvatoris praefigi, eosque sic ad Matthaeum auctorem referri, notitia codicum infra exhibenda docebit.

edit. Massuet. c. 20.) refert, illud ῥᾳδιούργημα, fabellam scilicet de Jesu puero literas discente, etiam legi in pseudo-evangelio Leucii, quod ms. Oxonii exstet in Bibliotheca Collegii Corporis Christi, ubi cap. *Quomodo Jesus discendus erat literas*, haec legantur: *Et coepit magister impiose* (leg. *imperiose*) *eum docere dicendo: Dic Alpha. Jesus vero dixit ei: Tu mihi dic prius, quid sit Beta, et ego dicam tibi, quid sit Alpha; et ob haec magister iratus percussit Jesum, et postquam percussit eum, mortuus est.* Conf. Massuetus ad l. l. Haud dubie hos aliosque viros eruditos, quibus codices mss. evangelii infantiae ad manum venerunt, ab editione absterruit anilium et putidarum fabularum taedium. Nos vero non potuimus parcere nobis, et hoc quoque taedium devorare debuimus, ut, quantum fieri posset, cumulatissime suscepto muneri satisfaceremus [100]).

---

100) Quicunque ad hunc diem apocryphis cognoscendis et recensendis operati sunt, eorum nemo, quod sciam, memoravit, libellum de infantia Salvatoris typis jam exscriptum esse. Me nuper demum id docuit Lud. Hain *Repertorium bibliographicum*, cujus vol. II. part. 1. p. 130. tres enumerantur illius libelli editiones sec. XV. evulgatae. Ibi n. 9178. *Infantia Salvatoris. Libellus de infantia Salvatoris a beato Hieronymo translatus.* S. l. a. et typ. nom. 4. 32 foll. N. 9179. *Infantia Salvatoris in lingua thoscana.* (Fol. 5. *Prologo diveto nel libro sequente della vita della gloriosa Vergine Maria.* In fine: *Qui finisce ellibro della vita della gloriosa Vergine Maria. Amen.*) S. l. a. et typ. nom. 4. (Florentiae.) N. 9180. *Infantia Salvatoris. Hic incipit tractatus qui intitulatur Infantia Salvatoris.* In fine: *Explicit infancia salvatoris.* S. l. a. et typ. nom. 4. char. goth. 18. foll. (Guil. Caxton.) Extremam hanc editionem Gottingae in biblioth. acad. servari testatur Panzerus *Annal.* Vol. III. p. 562. n. 73. Idem Panzerus, quod obiter referre liceat, Vol. I. p. 500. n. 280. recenset *Historiam sanctissimi Josephi, qui fuit pater putativus et nutricius Christi.* Char. goth. 4. s. l. et a. (Lipsiae.) Equidem cum nullam illarum editt. viderim, quales sint libri, nescio. Suspicor autem diversos esse a nostro, qui Jacobo, Josephi filio, tribuitur. Lutherus in *Homiliario* ed. Walch. Tom. XI. p. 386. in auctorem libri de infantia Salvatoris ejusque editores et le-

Evulgavimus igitur hoc volumine p. 339. seqq. *historiam de nativitate Mariae et de infantia Salvatoris*, quam nobis suppeditavit codex reg. Paris. in Catalogo no. 5559. A. notatus, antea 2276. et 4433., membran. sec. XIV., commemoratus olim a Labbeo in *Bibliotheca nova Mss.* p. 306. et a Cotelerio, sicut supra vidimus. Legitur ibi libellus a fol. 1. ad fol. 32. v. continua serie, quem nos in capp. XXIV. divisimus secundum distinctionem textus in altero codice factam. Etenim praeter hanc historiam alium librum hactenus ineditum *de miraculis infantiae domini Jesu Christi*, itidem Jacobo filio Josephi adscriptum, in nostrum usum transscripsimus e cod. Catal. 1652. olim Colbertino 4044. tum regio 4313. membran. sec. XV. In hoc praenotantur *capitula in libro de infantia Salvatoris* XLVIII. [101]). Ista capitula sequitur prologus idem, quem legis p. 339. Prologo subjicitur inscriptio libri: *Incipit libellus de miraculis infantiae domini Jesu Christi, et de patre et matre beatae Mariae.* Ad calcem scriptum est: *Explicit libellus de miraculis infantiae domini Salvatoris.* Est haec plenissima fabularum ejusmodi collectio. Prior pars usque ad cap. XXIV. ejusdem est argumenti cum historia illa a nobis edita, nec nisi additamentis et omissionibus minoris momenti ac varietate verborum differt, quae pleraque in margine nos indicavimus. Altera vero pars continet miracula infantiae domini, *τὰ παιδικὰ* (*θαύματα*) *τοῦ κυρίου*, in Thomae libro tradita. Olim sane nobis in animo erat, hanc quoque partem typis exscribendam dare; quare in adnotationibus ad ev. Thomae

---

ctores vehementer invehitur; ex quo loco colligas, etiam sec. XVI. illum denuo typis exscriptum esse. Praeterea idem in *Colloquiis mensalibus* cap. VII. ed. Walch. Tom. XXII. p. 396. cum libro de infantia Salv. simul damnat alterum *de vita Jesu*, qui fortasse est ille supra memoratus Ludolphi Saxonis.

101) In margine primi folii notatum est a recentiori manu, hoc opus esse Seleuci.

passim [102]) evangelii infantiae Latini capitula citavimus. Sed poenituit nos postea ejus consilii, cum videremus fabulas Graecas partim ab auctore sive interprete Latine ineptissime amplificatas esse, et insuper offenderemus haud paucos locos a librariis ita depravatos, ut sensum verborum ne divinando quidem assequi possemus. Ut tamen lectores cognoscant, quot et quasnam fabulas codex contineat, juvat argumenta capitibus singulis praefixa hoc loco exhibere, et indicare consensum partis alterius cum evangeliis infantiae Graeco et Arabico.

Cap. I. De patre et matre sanctae Mariae virginis. Cap. II. De recessu Joachim ab Anna. Cap. III. De regressu Joachim ad Annam. Cap. IV. De ortu beatae Mariae. Cap. V. De gratiarum actione Annae. Cap. VI. De commendatione beatae Mariae. Cap. VII. De voto virginitatis beatae Mariae. Cap. VIII. Quare beata Maria commissa fuit Joseph. Cap. IX. De annuntiatione dominica. Cap. X. De moestitia Joseph pro beata Maria gravida inventa. Cap. XI. De consolatione Joseph facta per angelum. Cap. XII. De calumnia Judaeorum in Joseph et beata virgine facta. Cap. XIII. De tempore ortus Christi et duabus obstetricibus et pastoribus et stella. Cap. XIV. De egressu beatae Mariae a spelunca in praesepio (*fort.* in stabulum). Cap. XV. De circumcisione domini et adventu magorum in Jerusalem. Cap. XVI. De Ypapanti [103]) domini. Cap. XVII. De nece puerorum et fuga Joseph in Aegyptum. Cap. XVIII. Quomodo Jesus sedavit dracones. Cap. XIX. Quomodo leones et pardi

102) Vid. pag. 293. et 295—301.

103) De vocabulo Hypapanti ex Graeco ὑπαπαντή vid. Cangius in Gloss. med. et inf. Latin. s. h. v. Donatur hac appellatione festum Purificationis B. Mariae ab *occursu* Simeonis senis et Annae viduae tunc facto. De diverso narrationis istius loco in historia a nobis edita vid. not. ad initium cap. XV.

Jesum sunt secuti. Cap. XX. De palma inclinata per Jesum aquam producente. Cap. XXI. De benedictione palmae et rami ejus translatione. Cap. XXII. De itinere per Jesum abbreviato. Cap. XXIII. Quomodo ingresso Jesu in Aegyptum idola corruerunt. Cap. XXIV. De honore Jesu exhibito per Afrodisium [104]). Cap. XXV. De pisce arido vitae restituto. Cap. XXVI. De risu Jesu propter passeres sibi invicem insidiantes [105]). Cap. XXVII. De egressu Jesu et Mariae de

---

104) Hoc caput extremum est historiae de nativitate Mariae et de infantia Salvatoris, ad quam in notis indicavimus fontes singularum fabularum. Caeterum vides plura eam continere quam protevangelium Jacobi, neque recte conjecisse de ejus argumento Schmidtium in *Bibliothek für Kritik und Exegese* Tom. II. fasc. 4. pag. 483.

105) Haec duo capita nec in evangelio Thomae, quod a miraculis Jesu pueri quinquennis incipit, nec in ev. inf. Arab. leguntur. Speciminis loco ea cum lectoribus communicemus. Cap. XXV. Et factus est Jesus annorum trium. Et cum vidisset ludificare pueros, coepit ipse ludere cum eis: cumque accepisset piscem aridum, qui erat sale jactatus, misit eum in pelvin cum aqua, et praecepit ei, ut palpitaret: et coepit palpitare. Et dixit iterum ad piscem: rejacta sal tuum, quod habes, et ambula in aqua. Et factum est ita. Videntes autem vicini, quod factum fuerat, nunciaverunt mulieri viduae, in cujus domo morabatur Maria mater ejus. Ut autem audita sunt talia, cum festinatione ejecit eos de domo sua. Cap. XXVI. Et deambulans Jesus cum Maria matre sua per medium fori civitatis illius, respiciens vidit magistrum quendam discipulos suos docentem. Et ecce septem passeres insidiantes inter se ceciderunt per murum in sinu magistri, qui docebat pueros. Jesus autem cum haec vidisset, hilaris factus est. Ut autem vidit eum doctor hilarem factum, cum furore magno ait discipulis suis: Ite et adducite eum ad me. Cum autem sustulissent eum, apprehendit amiculum ejus et dixit: quid vidisti, quia hilaris factus es? At ille dixit: magister, ecce manus plena tritici! — propter hoc passeres pugnaverunt, ut dividerent triticum inter se. etc. Seq. cap. XXVII. hujuscemodi: Angelus domini obviavit Mariae et dixit: Tolle puerum, et revertere in terram Judae; defuncti sunt ii, qui quaerebant animam pueri. Surrexit au-

Aegypto. Cap. XXVIII. De aqua pluviali clarificata, et decem passeribus de luto factis in sabbato [106]). Vid. ev. Thomae c. 2. et ev. Arab. c. 46. Cap. XXIX. De Pharisaeo mortuo ad vocem Jesu. Vid. ev. Th. c. 3. et ev. Ar. c. 46. extr. Cap. XXX. De puero, qui percussit Jesum, morti tradito et quibusdam caecitate perculsis. Cap. XXXI. Quod Jesus prohibuit Joseph, ne per iram ipsum tangeret. Vid. ev. Th. c. 4. et 5., et ev. Ar. c. 47. ubi sola narratio de puero verbo Christi prostrato. Cap. XXXII. De Zachaeo magistro Jesu et verbis eorum [107]). Vid. ev. Th. c. 6. 7. et 8. et ev. Ar. c. 48. Cap. XXXIII. Quod Jesus suscitavit puerum cum eo ludentem. Vid. ev. Th. c. 9. et ev. Ar.

---

tem Maria cum Jesu, et perrexerunt in civitatem Capharnaum, quae est *Tyberiadis*, [sic] in propriis rebus patris sui. Ut autem intellexit Joseph, quia venit Jesus de Egypto, post mortem Herodis talit eum in deserto, usque dum fieret tranquillitas in Hierusalem ab his, (qui) quaerebant puerum: et gratias egit domino, quod dedit ei talem intelligentiam, et quia invenit gratiam coram domino deo. — Ex clausula istius capitis conjicias, hunc finem fuisse libelli de commoratione Jesu et miraculis in Aegypto; praesertim cum quae sequuntur, petita esse appareat ex ev. Thomae. Conf. ev. *Arab.* c. 25. et 26. et historiae de nativ. Mariae cap. XXIV.

106) Initium capitis hoc est: „Cum autem esset Jesus annorum quatuor, facta est pluvia magna super terram; et ambulabat puer Jesus cum aliis pueris per pluviam et aquam, quae erat terribilis, congregavitque eam in piscinam, et verbo suo praecepit, ut fieret clarissima.“ Extremis his verbis confirmatur scriptura *καὶ λόγῳ μόνῳ ἐπέταξεν αὐτὰ* vel *αὐτοῖς*, quam p. 280. defendimus. Clausula ejusdem cap. hujusmodi: Jesus autem apertis manibus praecepit passeribus dicens: Ascendite in altum et volate, a nemine mortem invenietis. Et volabant passeres clamando ac laudando laudem dei omnipotentis. —

107) Notatu dignum est, quod hoc loco interpres Lat. usus esse videtur exemplari, in quo Hebraicas literas Jesu puero propositas esse legebatur. Scribit enim: Magister autem dulcibus sermonibus eum coepit dicere, et scripsit ei primum versiculum, qui est ab a, usque t. et coepit eum docere etc.

c. 44. Cap. XXXIV. Quod Jesus sanavit pedem findentis lingua. Vid. ev. Th. c. 10. Cap. XXXV. Quod Jesus attulit aquam beatae Mariae in pallio suo. Vid. ev. Th. c. 11. et ev. Ar. c. 45. Cap. XXXVI. De tritico a Jesu multiplicato [108]). Vid. ev. Th. c. 12. Cap. XXXVII. De ligno per Jesum distento. Vid. ev. Th. c. 13. et ev. Ar. c. 38. et 39. Cap. XXXVIII. De quodam magistro Jesu vita privato [109]). Vid. ev. Th. c. 14. et ev. Ar. c. 49. Cap. XXXIX. De quodam alio magistro Jesu, cujus benignitate Jesus suscitavit magistrum defunctum. Vid. ev. Th. c. 15. Cap. XL. Quomodo Jesus sanavit Joseph a veneno viperae. Vid. ev. Th. c. 16. et ev. Ar. c. 43. Ibi tamen loco Josephi Jacobus sanatus esse dicitur. Cap. XLI. De septem

---

108) Hanc et praecedentem fabulam cum caeteris plerisque reperis etiam in libro infantiae Domini Germanicis versibus sec. XIV., ut videtur, scripto, qui ms. in variis Bibliothecis e. c. in Gothana, occurrit. Vid. M. Frid. Beckius in notis ad *Martyrologium ecclesiae Germanicae* p. 64. sq., W. Ern. Tenzelii *Monatliche Unterredungen* a. 1697. p. 539 — 567. Magn. Dan. Omeis *Gründliche Anleitung zur deutschen Reim- und Dichtkunst* (Nürnberg 1704) p. 25. et Schmidtii *Bibliothek für Kritik und Exegese des N. T.* Tom. II. fasc. 4. p. 496. sqq.

109) Ex hoc cap. excerpta sunt, quae supra legimus a Grabio e cod. Oxon. prolata. Textus vero ms. Paris. multum differt ab illo et recentioris est aetatis. „Et cum vidisset Joseph, quod talem gratiam habebat et statim crescebat, consideravit eum tradere ad discendas literas. Tradit autem eum alii doctori, ut doceret eum; dixitque ille doctor ad Joseph: Qualem gratiam desideras primum ut doceam eum. Respondit Joseph et dixit ei: Primum doce eum literas gentilium, et postea Hebraeas. Et cum scripsisset ei primum versiculum, quod est a. et b., docebat eum per aliquantas horas. Jesus autem tacebat et nihil ei respondebat. Dixit ergo tandem ad magistrum: Si vere magister es et vere literas scis, dic mihi fortitudinem (τὴν δύναμιν) de a., et ego dicam tibi fortitudinem de b. Tum furore repletus magister percussit eum in capite. Jesus autem iratus maledixit eum et subito cecidit et mortuus est.“

leabus et duodecim passeribus et duobus pueris per Jesum traditis morti. Similis haec fabula illi, quam cap. XXVIIII. continet. Etiam in ev. Ar. c. 36. et 46. duae ejusmodi fabulae leguntur. Cap. XLII. De filio cujusdam mulieris per Jesum vitae reddito. Vid. ev. Th. c. 17. Cap. XLIII. Quomodo Jesus intravit in cryptam leaenae. Cap. XLIV. Quomodo aqua Jordanis divisa est ante eos. Cap. XLV. Quomodo defunctus resuscitatus est per sudarium Joseph. Cap. XLVI. Quomodo Zachias (scr. Zachaeus) rogavit Joseph et Mariam, ut traderent Jesum magistro nomine Levi [110]. Cap. XLVII. Quomodo Jesus sanctificabat et benedicebat convivantes. Cap. XLVIII. Commendatio Jesu et Mariae, matris ejus [111].

Haud diversa ab his offert liber de infantia Salvatoris in cod. Catal. 5560. olim Colbertino 3816. tum re-

---

110) Ex hoc cap. desumta sunt, quae p. 293. in notis ad ev. Thomae legis. Voc. *giaceratos* fortasse a Graeco verbo *χιάζειν* derivandum. In ipso Graeco textu nunc in mentem venit pro *ὑπαρκουχθὲν*, ut habet cod. Dresd., scribi posse *ὑπαρπαχθέντας* vel *ὑφαρπαχθέντας*, et pro *βαλεφεγιοῦντας* fortasse *φεγγοβολοῦντας*.

111) Clausula cap. XLVII. hujusmodi: Et quando volebat ad refectionem (*h. e.* ad coenam) accedere, accedebat Maria et Joseph *et* fratres Jesu: hi siquidem fratres ante oculos suos tanquam luminaria vitam ejus habentes observabant et timebant eum. Et quando Jesus dormiebat sive in die, sive in nocte, claritas dei resplendebat super eum. Cap. XLVIII. Scribae et Pharisaei dixerunt ad beatam Mariam: Tu es mater istius infantis? Quae dixit: Vere ego sum. Qui dixerunt ad eam: Beata es ergo tu inter omnes mulieres, quoniam benedixit deus fructum ventris tui, qui et tam gloriosum infantem dedit tibi. Tale enim donum sapientiae numquam vidimus nec audivimus in aliquo. Maria autem observabat in corde suo, quanta egit Jesus in populum Judaeorum, signa videlicet magna operando et infirmos sanando, mortuos suscitando et virtutes plurimas faciendo. Jesus autem crescebat in statura et sapientiae dono. Glorificaverunt ergo omnes, qui noverunt eum, deum patrem omnipotentem, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

gio 4318., qui fol. 1. incipit: *In diebus illis* etc. et fol. 19. finitur hac subscriptione: *Onesimus et Joannes evangelista hunc libellum scripserunt eundem signantes.* — *Et quod vidit dominus similiter quod sanctus apostolus et evangelista Joannes sua scripserunt* [sic] *manu hunc libellum literis Hebraicis obsignantes, qui a viris religiosis habeatur. Sed quod beatus Leucius, beati Matthaei discipulus, qui apostolorum gesta falso sermone scripserat, quaedam in hoc opere addidit superflua, Jeronimus* (Hieronymus) *ille doctor propitius episcopis cromatii* (Chromatio) *et leodorii* (Heliodoro) *de Hebraico sermone in Latinum deduxit. Et per hoc opus orta* (scr. ortus) *simul (et) nativitas beatae Mariae virginis atque infantia Salvatoris declaratur, et haereticorum astutiae obviatur, et eorum fallaciae excluduntur, atque Christi amor fidelibus augmentatur et crescit*[112]). *Jesu Christe, per tuam nativitatis gratiam, beata et gloriosa Maria virgine intercedente, sanctissima matre tua, ad resurrectionis gloriam pervenire mereantur* (mereamur), *ubi te facie ad faciem videamus dominum nostrum, qui cum patre et spiritu sancto vivis et regnas trinus et unus deus per infinita secula seculorum. Amen.* —

---

112) Manifestum est a scriptore respici illas supposititias epistolas, quas §. 6. proposuimus. Imprudens homo famosum haereticum Leucium *beatum* nuncupat. Praeterea animadvertant lectores in isto codice Joannis auctoritatem fraudi praetendi. Id igitur vere tradidit Adrianus Bailletus, opusculum de nativitate Mariae et infantia Salvatoris sub nominibus Joannis, Jacobi et Matthaei olim jactatum esse. Vid. *Discours sur l'histoire de la vie des saints* sect. I. §. 3., quae commentatio praemissa est operi inscripto: *Vies des saints* etc. Paris 1724. Ibidem meminit, illud etiam Cyrillo Alexandrino a quibusdam adscribi; id quod pariter Cardinalis Prosper de Lambertinis in Comment. *de festis B. Mariae Virginis* p. 198. ed. Mogunt. observat. In cod. Guelferbytano (num. 30. 12.) legitur *Vita Mariae edita a S. Epiphanio episc.*, et *liber de infantia Salvatoris ejusdem*, versibus Leoninis.

Praeter istos codices Bibliothecae regiae Paris. quemnam inspexerit Cotelerius tum no. 1697. notatum, nec potui indagare. Massuetus ad Irenaei lib. I. c. 20. librum ms., cujus meminerit Cotelerius, laudat sub no. 4316. Hunc quidem numerum inveni in cod. Catal. 5561., qui olim Colbertinus 4376., tum regius 4316. fuit. Sed is evangelium de nativitate Mariae cum epistolis vulgo praefixis continet. Ceterum etiam in codd. Catal. 614. 1772. et 6041. A. liber de infantia Salvatoris exstat. Cantabrigiae in Bibliotheca publica evolvi codicem recentissimae aetatis, signatum Ff. 6. 54., in quo eundem reperi librum de infantia Salvatoris XLVIII. capitibus distinctum, de quo supra dixi. Nullam ejus mentionem facit Catalogus librorum mss. Angliae et Hiberniae Tom. I. P. 3. p. 164.—173. Idem vero ibid. p. 136. docet, librum de infantia Salvatoris legi in Collegii S. Benedicti cod. 122. no. 15., cujus initium: *Ex Joachim*, atque in Bibliothecae Bodlejanae cod. 1053. no. 5. Vid. Tom. I. P. I. p. 64. Nec praetereundum est, quod catalogus ille Tom. I. P. 2. p. 13. testatur, in Collegii Mertonensis cod. 13. Latine exstare *Thomam Ismaelitam* (fort. *Israelitam) de infantia Christi. Imperf.* [113]). Fortasse hic unicus est liber ms. de infantia Salvatoris Latinus, in quo Thomae nomen servatum. Nescio an id fabulatores alii, qui Graecum libellum Latinae consuetudini tradiderunt, propterea eliminaverint, quod e jure canonico constaret, Manichaeos odio omnium catholicorum acerbissimo subjectos evangelio Thomae usos esse. E codicibus libri infantiae, qui in bibliothecis Italicis reperiuntur, duos tantum accuratius a Bandinio descriptos notare placet. Unus est biblioth. Mediceae plut. XIX. cod. 10. membran. sec. XV. nitidissimus, continens Hieronymi opuscula. Ibi p. 248. ad

113) Utrum hic liber Latine redditus sit ex Graeco exemplari imperfecto, quale est illud Parisiense, an ex hoc cod. aliquot folia exciderint, nescimus.

pag. 255. *Hieronymi epistola sive praefatio in libro de infantia Salvatoris ad Cromantium* [sic] *et Heliodorum.* Post inscriptionem *Dominis sanctis ac beatissimis* etc. incipit *Qui terram auri conscientia*[114]) *fodit* etc. et desinit *per nostram poterunt obedientiam pervenire.* Liber incipit *Una die admonitus est in somnis Joseph ab angelo Domini* etc. Desinit *ipse Jesus Christus, qui eum sanavit, sanet nos a peccatis, qui est benedictus* etc.[115]). Bandinius in *Catal. codd. Lat. Bibl. Medic.* Tom. I. p. 523. istum librum observat neque in Hieronymi opp. editis neque in Fabricii Cod. apocr. reperiri. Alter est biblioth. S. Crucis plut. XV. cod. 12., de quo Bandinius ibid. Tom. IV. p. 474. Ibi eadem Hieronymi epistola legitur. Primum caput libri est *de fuga Jesu in Aegyptum.* Extremum hanc habet epigraphen: *Quomodo, quando simul comedebant, Jesus mensae benedicebat, et quando dormiebat, claritas dei super eum fulgebat.* Desinit *in die sive in nocte, claritas dei resplendebat super eum, in saecula saeculorum. Amen.* Vid. supra cap. XLVII. cod. Paris. 1652. Hunc codicem respici puto a Jo. Lamio *de eruditione Apostolorum* p. 425. Diversus igitur est librorum mss. de infantia Salvatoris ambitus, sive principium spectemus sive finem. Nec consensus reperitur de ementito auctore, quem alii Matthaeum, alii Jacobum, alii Joannem, alii denique Thomam Israelitam fuisse tradunt.

Finita hac codicum notitia restat, ut paucis absolvam de copiosa adnotatione, quam subjeci historiae de nativ. Mariae et de inf. Salvatoris. Liber quidem per se ineptus est nec multa commentatione dignus. Cum vero

---

114) Textus epistolae hujus, quem supra §. 6. habes, dat *Qui terram auri consciam.*

115) Narrationis igitur initium fit a fuga Jesu in Aegyptum, de qua historiae a nobis editae cap. XVII. *Ante unum vero diem, quam hoc fieret, admonitus est Joseph* etc. Finis esse videtur cap. XL. cod. Paris. 1652.

fabulas plerasque de rebus Jesu gentilitiis et natalitiis complectatur, visum est mihi in margine ejusdem ab observationibus criticis et grammaticis vacuo de ipsis fabulis exponere; id quod ad praecedentes ejusdem argumenti libros non potuit commode fieri. Itaque non tantum apocrypha circa res illas commenta inter se contuli, sed etiam de origine eorum et antiquitate atque de diversis haereticorum et catholicorum studiis disserui, simulque enarravi, quomodo per seculorum decursum variata et aucta sint atque ad ritus et festa instituenda ansam dederint. Nonnulla ex his delibaverant Fabricius notis ad protevangelium Jacobi et Wallinus ad historiam Josephi, longe tamen plurima nobis e scriptoribus nunc sepositis ac reconditis impensa opera conquirenda fuerunt. Usum vero adnotationis meae non est quod commendem. Id unum monere liceat, me etiam studiis eorum providisse, qui de artis operibus, maxime picturis, historiam Mariae et Christi repraesentantibus disquirunt [116]).

---

116) Passim errores pictorum, qui ex scriptis apocryphis manarunt, notavi, velut p. 361. 362. 374. 384. 387. 388. Praeter scriptores ibi laudatos diligentissimus fuit in ejusmodi erroribus pictorum patefaciendis Jac. Hyac. Serrius in *Exercitationibus hist. crit. et polemicis de Christo ejusque matre Virgine.* Venet. 1719. Vid. Ex. XXV. §. 1. XXVIII. 4. XXXVII. 3. XXIX. 5. XXX. 4. XXXIII. 4. XXXIV. 7. XLV. 7. XLVII. 3. LI. 9. LII. 4. LIII. 5. LIV. 2. 4. 10. LX. 10. LXI. 10. LXII. 9. Desideratur etiamnum accurata artis Christianorum veteris et mediae aetatis historia, qualem animo informasse videtur intelligentissimus atque elegantissimus artis operum spectator, Car. Frid. de Rumohr in libro: *Italienische Forschungen* Tom. I. p. 173. sq. Nos fortasse, si deus vitam dederit otiumque, aliquando partem illius historiae illustrare studebimus edenda mythologia Christiana, in qua animus est etiam fabularum artis operibus expressarum originem et aetatem, significationem et connexum commonstrare. (In Biblioth. Acad. Lips. ms. exstat, quem supra neglexi, *liber de nativitate Christi et obstetricibus a Josepho adductis, item de infantia ejus usque ad a.* XII. Vid. *Bibliotheca Biblioth.* p. 595.)

§. 8.

De codicibus evangelii Nicodemi Graecis et Latinis cum manuscriptis tum editis.

Praeter Evangelistarum narrationes de passione, morte et resurrectione Jesu Christi haud exigua auctoritate in ecclesia olim fuit testimonium Actorum Pilati, quo utuntur Justinus *Apol.* I. c. 35. et 48., Tertullianus *Apologet.* c. 21., coll. c. 5., Eusebius *hist. eccl.* lib. II. c. 2., Quartadecimani apud Epiphanium *haer.* L. c. 1., Pseudo-Chrysostomus *hom. in Pascha* Tom. V. p. 942. ed. Savil., Orosius *Hist.* lib. VII. c. 4. aliique juniores [117]). Non est hujus loci diligentius inquirere, an Pilatus, quae circa Christum gesta erant, ad Tiberium referre debuerit, quid verosimile sit ipsum scripsisse, et quid de supposititiis Pilati Actis statuendum sit. Multum de his quaestionibus viri docti in contrarias partes disputaverunt. Nos quae maxime videantur probabilia, in tertio hujus operis tomo exponemus. Id modo interim praemonere hic liceat, omnia quae in Actis Pilati lecta esse auctores illi referunt, reperiri in libro, qui vulgo nunc evangelii Nicodemi nomine insignitur. Constat enim is duabus partibus diversis, quarum prior usque ad cap. XVI. continet narrationem de damnatione, supplicio, sepultura et resurrectione Christi ex evangeliis et Actis Pilati compilatam aliisque fabulis auctam; posterior vero a cap. XVII. ad cap. XXVII. miram illam filiorum Simeonis, Carini et Leucii, in vitam scilicet revocatorum relationem de descensu Christi

117) Hi sua repetunt ex Tertulliani vel potius Eusebii locis laudatis coll. Chronico ed. Scalig. p. 203., vers. Hieron. p. 159. Vid. Chronicon Paschale p. 229., Zonaras p. 269., Cedrenus p. 188. et 194. Nicephorus *hist. eccles.* lib. II. c. 8. et ante hos Chrysostomus hom. XXVI. in 2 ep. ad Corinth. E Latinis Haymo Halberst. *Hist. sacrae* lib. II. c. 9., Otto Frisingensis aliique. Verba Epiphanii et Pseudo-Chrysostomi habes in nota ad pag. 496. sq.

ad inferos rebusque ibi gestis, quam ex aliquo Leucii Charini scripto, fortasse evangelio Petri, excerptam esse Beausobrius *Hist. Manich.* Tom. I. p. 371. sq. suspicatus est. Totus autem liber, qualem nos habemus, ab homine e gente Judaica, ut videtur, oriundo compactus est eo potissimum consilio, ut Judaeis proavorum testimonio de Jesu Christo persuaderetur; qua in re similis est ei historia apud Suidam sub voce Ἰησοῦς. Quo seculo vixerit ille homo, quinto an recentiori; qua lingua primum usus sit, Graeca, an Hebraica vulgari, an Latina, dubitationibus obnoxium est et alibi a nobis disceptabitur. Graeci scriptores *evangelium Nicodemi*, nisi hoc vel certe priorem ejus partem confundere velis cum Actis Pilati, ignorant praeter unum Synaxarii auctorem vel interpolatorem, qui id veluti rem per rumorem tantum sibi compertam memorat p. 75. *Λέγεται μέντοι ὡς καὶ Νικόδημος οὗτος λεπτομερῶς τὰ κατὰ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνάστασιν συντάγματι διεσάφησε πρῶτος πάντων, ὡς τῆς συναγωγῆς ὢν καὶ ἀκριβέστερον καὶ τὰς βουλὰς τῶν Ἰουδαίων καὶ λόγους καὶ ἁπλῶς τὰ πάντα εἰδώς.* Conf. Leo Allatius *de libris eccles. Graecorum* p. 235. E Latinis primus fortasse evangelio isto usus est Gregorius Turonensis *Hist. Franc.* lib. I. c. 21. et 24. Fabulam enim, quam illo loco e *Gestis Pilati* ad Tiberium missis profert, a nobis ad extr. cap. XV. p. 650. sq. collatam, vix crediderim in Actis Pilati, qualia secundo seculo jam exstitisse dicuntur, locum habuisse. Media aetate magna fuit evangelii Nicodemi celebritas in ecclesia Latina, et sub hoc ipso nomine id laudatur a Vincentio Bellovacensi *Speculo historiali* lib. VII. c. 40. sqq. et Jacobo de Voragine *Lombardicae Hist.* sect. LII. de resurrectione Christi, aliisque quos nihil attinet nominare[118]). Praeterea vero mul-

---

118) In Vincentii Bellov. *Speculo Hist.* lib. VII. c. 40. (ed. Venet. a. 1494. pag. 75.) *de discussione causae ejus* (Christi) *coram*

tos utriusque ecclesiae doctores ad fabulam secunda parte comprehensam alludere, unumque Graecum, Eusebium dico Alexandrinum, eam ad verbum inde repetiisse, in notis ad singulos locos docui [119]).

Sed convertamur jam ad id, quod nunc propositum est. Recenseamus codices, editiones ac versiones, et historiam literariam hujus evangelii contexamus a nemine hactenus tentatam. Largissima vero est materiae operose conquisitae copia. Quare brevitati studebimus, ne nimiam in molem haec prolegomena excrescant. Initium faciamus a notitia codicum Graecorum, e quibus Graecum textum nunc primum integrum talemque, ut legi possit et intelligi, in lucem proferimus.

1) Codex Paris. Catal. 770. olim Colbert. 2493. tum regius 2356. membr. formae quadratae majoris, manu Georgii sacerdotis a. 1315. exaratus [120]). Inter homilias, vitas et martyria Sanctorum reperiuntur ibi haec

---

Pilato, ex *evangelio Nicodemi et Joseph* verba afferuntur cap. III. extr. *Respondit Jesus: Veritas de coelo orta est. Dicit Pilatus: In terris veritas non est? Respondit Jesus: Intende veritatem descendisse in terram: et nunc judicatur ab his, qui in terris habent potestatem* etc. Textus hoc loco praestat Einsidlensi. Alia plura cap. 41. 48. et praecipue c. 56.—63. sequuntur, ita ut totus paene liber a Vincentio in hoc speculum transscriptus sit. In Lombardica historia extrema tantum pars de descensu Christi ad inferos legitur.

119) De Eusebio Alexandrino, cujus verba passim in notis ad textum Graecum contuli, dixi in epistola critica ad S. R. Augustium his diebus Germanice a me edita. Adjecta est eidem Eusebii Alex. homilia quarta, qua fabulosa narratio de descensu Christi ad inferos absolvitur.

120) Hoc scribae nomen indicat nota in fine codicis fol. 263. r. obvia, quam lectu difficillimam exscripsimus. Postea vidimus eandem jam a Montefalconio in *Palaeogr. Gr.* p. 68. exhibitam esse, sed minus accurate. Sic ab illo omissa vox *γεράσιμον* sive *γεράσμιον* post voc. *μαρτυρικόν*. Tum non indicata lacuna longior post voc. *χρόνου*. Porro legendum *ἀπὸ ἀγνωσίας* loco vitiosi vocabuli *ἀγρωστίας*. Ante adv. *ἑκουσίως* excidisse videtur *ἐστιν*. Alia, quibus nostrum apographum differt, omittimus.

quatuor scripta apocrypha. 1) Ὑπομνήματα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἃ ἐπράχθησαν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ἡγεμονεύοντος τῆς Ἰουδαίας. 2) Ὑφήγησις Ἰωσὴφ τοῦ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, τοῦ αἰτησαμένου τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, παραδόσεως (omissum videtur τοῦ κυρίου), ἐν ᾧ καὶ τὰς τῶν δύο λῃστῶν αἰτίας ἐμφέρει. 3) Ἀναφορὰ Πιλάτου. 4) Παράδοσις Πιλάτου. Olim ὑπομνήμασι sive Actis Pilati ex hoc ms. tum Colbertino usus est Cangius in Glossario med. et inf. Graecitatis, sicut apparet ex Indice auctorum Tom. II. p. 34. et ex iis, quae afferuntur sub vocibus κατάπλωμα et πρεσπόκων. Conf. not. ad ev. Nicod. c. I. p. 506. sqq. Ἀναφορὰν Πιλάτου primus inde evulgavit Fabricius *Cod. Apocr.* Tom. III. p. 456. sqq. secum, ut ait, communicatam a Gustavo Schroedero. Reliquos tres libros a Birgero Thorlacio descriptos Codicis apocr. Auctario inseruit Birchius, ibique hiscum illam Ἀναφορὰν iterum edidit. Jure is questus est in Proleg. p. XXXII. de innumeris scripturae mendis, quae tot et tanta esse dicit, ut vix credere liceat librarium Graecae linguae (veteris) gnarum fuisse: verum ipse non tantum haec pleraque omnia intacta reliquit in editione plus justo festinata, sed etiam alia plurima passus est accedere errata ex incuria typothetarum vel ex apographo Thorlacii minus diligenter scripto, adeo ut textus vitiis omnis generis scatens, tonis et spiritibus vacuus ac male interpunctus hac deformitate sua quasi formido esset lectorum. Nostrum igitur fuit omnes exantlare molestias et labores, qui primum libri Graeci pessime scripti editorem vexare solent. Exhibemus autem p. 489 — 665. ex hoc codice ὑπομνήματα, Acta Pilati, quibus XVI. capita priora evangelii Nicodemi secundum Fabricianam capitum divisionem continentur. Clausulam Actis istis ab imperito scriba adjectam ad marginem p. 664. sq. posuimus, ne narrationis contextus interrumperetur, et ut Graeca Latinis continua responderent. Ad textum emendandum codex denuo dili-

gentiesimo a nobis collatus est aliique plures adhibiti, quos deinceps indicamus. Exceptis vitiis orthographicis manifestisque scribae erroribus, quos magno numero tacite correximus, sedulo omnes locos notavimus, quibus a scriptura codicis discedendum putavimus. Verba, quae in ipso textu e collatis reliquis mss. supplenda vel restituenda videbantur, parentheseos signo seu semicirculis circumdata vides, ea vero, quibus ordo turbatur, uncis inclusa. Ceterum crisin, quam huic scriptori impertiremus, admodum incertam et lubricam fuisse, cuivis facile persuadebitur ex orationis genere, quod non tantum barbarismis aliisque inferioris aetatis sordibus inquinatum est, sed etiam saepe a grammaticis praeceptis aberrat nec certis omnino constat regulis. E reliquis libellis, qui Actis Pilati hoc in codice subjiciuntur, nos fictitiam Josephi narrationem noluimus typis repeti, licet eam ex collato codice Paris. 929. multo emendatiorem edere potuissemus. Maximam enim partem ex evangelio Nicodemi ab insulso Graeculo miserrime compilata est, nec quidquam continet, quo doctis lectoribus commendari possit. An eadem sit *Josephi ab Arimathia narratio de duobus latronibus, qui cum Christo crucifixi sunt*, quam *Bibliotheca Bibliothecarum* p. 500. indicat Graece exstare in cod. membr. Bibl. Ambrosianae, nescio. *Ἀναφορὰν Πιλάτου* et *Παράδοσιν Πιλάτου* iteravimus, illam e cod. Vindobonensi 246., hanc e nostro, de quo diximus, descriptam. Vid. not. p. 803. et 812. Quid in emaculandis istis scriptionibus praestiterimus, docere potest textus Birchiani collatio [121]). Rescripta Tiberii

121) De cod. Vindob. vid. Lambecius *Comment.* lib. V. p. 23. et Nesselius *Catal.* parte I. p. 349. Praeter hunc et quatuor Pariss. codd. p. 803. notatos, quibus nos usi sumus, Pilati relationem exhibet cod. Mediceus Gr. 18. plut. VIII., de quo Bandinius *Catal.* Tom. I. p. 362. Incipit ibi *Πιλάτος ὁ τῶν τῆς ἀνατολῆς πόλεων ἄρχων μηνύσει κέχρηται.* Desinit *κεφαλὴν αὐτοῦ ὁ Πραίφεκτος· τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.* Conf. pag. 816.

Caesaris ad Pilatum ex eodem cod. Vindob. a Birchio p. 172—275. evulgata non veremur, ne quis desideraturus sit in hoc opere nostro.

2) Codex Catal. 929. olim Colbert. 5104. tum regius 2961. chart. formae quadratae majoris, sec. XIV. scriptus a librario, ut videtur, Graecae linguae imperito. Primo loco is offert Acta Pilati cod. 770., quorum tamen non tantum initium et finis desiderantur, sed etiam plures mediae narrationis particulae exciderunt, foliaque singula perverso ordine a bibliopega colligata sunt. In Catalogo id non notatum est, nec recte ibi hic appellatur *Sancti Joannis Theologi commentarius apocryphus de Jesu Christo*; qui est alius operis titulus in cod. 1021. Ista igitur fragmenta quaenam sint et ad quasnam nostrae editionis paginas collata sint, nunc indicabimus. Incipit Ms. p. 1. a verbis (τίμι)ε πάτερ Ἰωσήφ p. 636. lin. 6. et sequentia quatuordecim paginis continua serie continet usque ad verba εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ p. 665. lin. 31. Deinde p. 15. — 28. sequuntur, quae p. 540. lin. 8. ad p. 562. lin. 9. habes. Porro p. 29. et 30. scripta sunt, quae p. 504. lin. 2. ad p. 510. lin. 8. leguntur, ita ut verba extrema p. 30. cum primis p. 15. cohaereant. Tum p. 31. prima dat verba πάσῃ τῇ κτίσει p. 618. lin. 1., et p. 32. incipiens a vocibus (Ἀκού)σαντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι p. 614. lin. 2. desinit in verbo κηρύξατε, ubi prior pergit. Scilicet hoc folium ab inverso latere illigatum est. Denique p. 33. et 34. offerunt, quae in nostra ed. p. 632. lin. 1. ad p. 636. lin. 6. reperiuntur; quare hoc folium locum suum habere debebat ante id, quod nunc primum est. Apparet ita duos quaterniones adesse integros unumque folium; quibus continentur cap. I. initio mutilum usque ad cap. VIII. med. (p. 504. lin. 2. ad p. 562. lin. 9.), pars al-

---

Eadem exstat in cod. Naniano, quem infra notabo, et in quatuor codd. Bibl. Ambrosianae. Vid. *Bibliotheca Bibl.* p. 503.

tera cap. XIII. cum priori cap. XIV. (p. 614. lin. 2. ad p. 624. lin. 6.), et cap. XV. et XVI. (p. 632. lin. 1. ad p. 665. lin. 31.) Secundam evangelii Nicodemi partem ab hoc codice ms. abfuisse, colligas e verbis extremis cum clausula Actorum Pilati in cod. 770. consentientibus. Vid. p. 664. sq. ad marginem. Illis autem fragmentis ibidem p. 351. sqq. continua serie subjiciuntur Ἀναφορὰ Πιλάτου, Παράδοσις Πιλάτου et Ὑφήγησις Ἰωσήφ. Titulum tribus his libellis praefixum et principii verba ad marginem p. 803. sq. transscripsimus. Ad summam historiae iidem sunt, quos cod. 770. continet. Textus vero multum saepe discrepat. Exempla praebet adnotatio critica ad Pilati relationem 122).

3) Codex Catal. 1021. olim Colbert. 4530. tum regius 2899. chart. formae quadratae minoris, sec. XV. scriptus. Continet is loco vigesimo octavo inter homilias et martyria fol. 347—367. opusculum hujus tituli: Ὑπόμνημα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ (fort. add. διήγησις vel ἱστορία) εἰς τὴν ἀποκαθήλωσιν αὐτοῦ συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου (τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ). Incipit a verbis: Ἐν ἔτει ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, βασιλεύοντος Ἡρώδου τῆς Ἰουδαίας, ἐπὶ ὑπάτου Βικεντιανοῦ, ἐπὶ ἀρχιερέων τῶν Ἰουδαίων Ἰωσίππου καὶ Καϊάφα, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χρι-

122). Tertium locum hoc in cod. occupant p. 64—71. Pilati ad Herodem epistola, hujusque ad illum responsio. Utraeque literae male consutis verborum laciniis constant, nec dignae sunt editionis honore. Specimini esse potest initium prioris epistolae. Πιλάτος ἡγεμὼν Ἱεροσολύμων Ἡρώδῃ τετράρχῃ χαίρειν. Οὐδὲν ἀγαθὸν ὑπὸ σοῦ πεισθεὶς ἐτέλεσα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ προσήγαγον οἱ Ἰουδαῖοι Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν· ὡς ἐσταυρώθη καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν, ἀπήγγειλέ μοι καὶ ὁ ἑκατόνταρχος, ἀλλὰ καὶ ἐγὼ αὐτὸς πέπεισμαι· εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀποστέλλει [sic], καὶ ἑωράκασιν αὐτὸν ἐν τῇ αὐτῇ σαρκὶ καὶ τῷ αὐτῷ εἴδει, καὶ τῇ αὐτῇ φωνῇ καὶ τοῖς αὐτοῖς διδάγμασιν ἐνεφάνισεν ἑαυτὸν πλείοις (fort. πλεῖον) πεντακοσίοις ἀνθρώποις κτλ.

σας ἐσταυρώθη [123]). Post hoc exordium primo narrantur de duobus latronibus et de comprehensione Jesu Christi, quae reperis in Pseudo-Josephi narratione ed. Birch. p. 183 — 187. extr. Deinde transitus fit ad accusationem Christi a Judaeis factam et judicium a Pilato actum, ubi eadem fere traduntur, atque in Actis Pilati cap. I. — VIII. Denique sequitur relatio mortis, sepulturae et resurrectionis Christi perquam incondita; quae haud pauca quidem cum reliquis ejusdem argumenti apocryphis communia habet, sed tamen tantum ab iis discedit, ut eam totam describere cogeremur. Hoc autem extremae partis apographum nihil nobis profuit ad emendandum et illustrandum Nicodemi evangelium. Solam mediae illius particulae scripturam cum prioribus textus editi capitibus collatam ad marginem p. 500 — 529. et 551 — 563. indicavimus. Olim isto Pseudo-Joannis *libro* usus est Cangius in Glossar. med. et infim. Graec., cujus in Indice auctorum p. 28. recensetur. Ibi duplex erratum corrigatur: primum quod signatur codex Colbertinus 453., cum fuerit numerus ejus 4530., quo recte in eodem Indice p. 40. notatur; alterum quod in titulo omittuntur voces *καὶ* post *Χριστοῦ* et *Ἰωάννου τοῦ* ante *Θεολόγου*. In ipso Glossario inde plures loci sub vocibus *κούρσωρ*, *προτομή*, *συμβούλιον* [124]) et *φακεώλιον* allegantur. *Anonymus de passione Domini* a Meursio in Glossario Graeco-barbaro passim citatus, velut sub vocibus *κούρσορες*, *κομοδρόμος* et *κάτζιν*, a nostro auctore diversus est.

---

123) Nomine *Βικεντιανοῦ* recentiores Graeci Romanum designant, cujus proprium nomen ignorant.

124) Phrasis *συμβούλιον ποιεῖν* passim in his libris recentioribus in malam partem sumitur, cum de aliquo opprimendo consilium initur, idemque valet quod apud Latinos inferioris aetatis *consiliari* pro *conspirationem moliri*. Quae nos de vocibus *φακεώλιον* et *προτομή* p. 507. sq. et p. 513. disputavimus, iis adde Reiskium ad Constantinum Porphyrogen. *de ceremoniis aulae Byzant.* p. 584. et 673. ed. Bonn.

4) Codex Catal. 808. antea 2342. et 2351, [125]) chart. sec. XV. formae majoris. Praeter varia Chrysostomi scripta is loco decimo octavo a fol. 261. ad fol. 279. narrationem passionis et resurrectionis Christi complectitur, cujus titulus hujuscemodi: *Διήγησις περὶ τοῦ τιμίου πάθους τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ περὶ τῆς ἁγίας αὐτοῦ ἀναστάσεως, συγγραφεῖσα παρὰ Ἰουδαίου Ἐνναία ὀνόματι, ἣν μετήνεγκεν ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς γλώττης εἰς Ῥωμαΐδη* [126]) *διάλεκτον Νικόδημος τοπάρχης Ῥωμαῖος.* Incipit praefatio: *Μετὰ τὸ καταλυθῆναι τὴν βασιλείαν τῶν Ἑβραίων, τετρακοσίων χρόνων παραδραμόντων* (cod. *παραδραμοόντων*), *καὶ ὑπὸ τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων τελούντων καὶ τῶν Ἑβραίων, τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως βασιλέα αὐτοῖς χειροτονοῦντος· τοῦ Τιβερίου Καίσαρος ὕστερον τὰ Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα διέποντος, ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ βασιλέα χειροτονήσαντος ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ Ἡρώδην, τὸν υἱὸν Ἡρώδου, τοῦ πρὶν τὰ νήπια ἀποκτείναντος ἐν Βηθλεέμ, καὶ τὸν Πιλάτον ἐν Ἱερουσαλὴμ ἔχοντος ἡγεμόνα· τοῦ Ἄννα καὶ τοῦ Καϊάφα τὴν ἀρχιερωσύνην ἐχόντων τῆς Ἱερουσαλὴμ, Νικόδημος τοπάρχης Ῥωμαῖος Ἰουδαῖον προςκαλεσάμενος Ἐνναῖαν ὀνόματι, ἐζήτησε συγγράψασθαι τὰ κατὰ τοὺς καιροὺς Ἄννα καὶ Καϊάφα πραχθέντα ἐν Ἱερουσαλὴμ περὶ τοῦ Χριστοῦ· ὃ δὴ καὶ ποιήσας ὁ Ἰουδαῖος καὶ τῷ Νικοδήμῳ παραδοὺς, οὗτος αὖθις ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς συγγραφῆς μετήνεγκε ταῦτα εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν διάλεκτον. Ἔχει τὰ τῆς ἱστορίας οὕτως. Τοῦ κυρίου ἡμῶν*

τοῖς cod. δαίων cod. [εννaία cod.]

125) Hoc altero numero antiquato signatur in *Bibliotheca Bibliothecarum* p. 731.

126) *Ῥωμαΐδης* vel *Ῥωμαϊκὴ διάλεκτος* h. l. non intelligitur lingua Latina, sed Graeca recentior sive vulgaris. Nam post Justiniani aetatem Graeci Byzantini Romanorum nomine appellati sunt. Vid. Cangius in Glossariis s. vv. *Ῥωμανία* et *Ῥωμαῖος*, *Romania* et *Romaeus*. Inde Simonis Portii Grammatica linguae Graecae vulgaris *γραμματικὴ τῆς Ῥωμαϊκῆς γλώσσης* Graece inscripta est, et Graeci recentiores ipsi olim dicere consueverunt *εἶμαι Ῥωμαῖος*, *Graecus sum*, et *ὁμιλῶ* sive *μιλῶ Ῥωμαϊκά*, *loquor Graece*.

καί. Prior διηγήσεως pars exceptis quibusdam additamentis ejusdem est argumenti cum priori parte ev. Nicod. cap. I — XVI. sive cum Actis Pilati e cod. 770. editis: verba vero multum differunt. Quare diversae istius ἐκδόσεως textum particulatim ad marginem p. 500—661. descripsi [127]), ut cum illo conferri posset. Alteram autem evangelii Nicodemi partem c. XVII—XXVII. ex hoc ipso codice edidi; unde nunc primum id integrum Graece legitur. Mirari possis, quod non utramque partem ex eodem codice publicaverim. Sed quominus id facerem, prohibuerunt illa additamenta longiora [128]) etiam a Latinis textibus aliena, quibus narratio ab inepto Graeculo pessime interpolata est. Argumentum eorum passim in notis, velut p. 589. sq. 597. et 606., paucis indicavi, nec tamen ubivis. Partim ex evangeliis canonicis, maxime Joanneo, quod diserte laudatur, confuse illa compilata sunt; partim constant futilibus fabulis et declamationibus. Uno loco etiam commentitium Dionysii Areopagitae testimonium de tenebris die emortuali Christi toti terrarum orbi effusis profertur. Ceterum monendum est, hunc quoque codicem negligenter et mendose scriptum esse, ut saepe opus esset stilo verse.

Hos quatuor codd. Paris. literis A. B. C. D. in adnotatione critica signatos habes. Primum tamen, cujus est textus cap. I—XVI., saepius etiam simpliciter cod.

---

127) Paginae, quarum ad marginem particulas hujus textus descripsimus, sunt 500. 504. sq. 507. 510. sq. 519. 535. sqq. 538. sq. 540. sq. 544. sq. 548. sq. 555. sq. 558. sq. 560. 563. sq. 568. sq. 571. sq. 574. sq. 581. 589. sqq. 595. 597. 606. sq. 609. sq. 613. sq. 616. 618. 626. 628. sq. 634. sq. 637. 639. 644. 650. 655. 661. Quae a p. 519. ad p. 606 leguntur, ad ea simul cod. Venetum, cum hoc Paris. D. consentientem, collatum vides.

128) Ea sola, quae intra capitis I. spatium adjiciuntur de rebus et fatis Christi extremis deque Juda proditore, typis exscripta octo novemve paginas integras explerent.

vel cod. Paris. vel codicem nostrum nuncupavimus. Similiter in altera parte extremum. Praeter illos in bibliotheca regia Paris. alius exstat cod. Graecus sec. XVI. num. 947., in quo ex indicio Catalogi legitur *narratio prorsus fabulosa illorum, quae Christi passionis temporibus contigerunt, ex Hebraica lingua, si auctori fides in Graecam conversa.* Suspicor non diversam esse hanc narrationem ab ea, quam sub nomine evangelii Nicodemi evulgavimus.

5) Cod. Monacensis Graec. CXCII., a nobis lit. A. notatus, de quo vid. Ign. Hardt *Catal. codd. mss. biblioth. reg. Bavaricae* Tom. II. p. 262. Ibi fol. 305. sqq. leguntur *Ὑπομνήματα τῶν πραχθέντων εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ἡγεμόνος συγγραφέντα ὑπὸ Νικοδήμου ἄρχοντος συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς. Εὐλόγησον πάτερ.* Incipiunt prologo omisso *Ἐν ἔτει δεκάτῳ.* Conf. p. 494. Extrema sunt cap. XV. verba *Ἐπελάβετο δέ.* Vid. not. p. 645. extr. Caetera ibi desunt. Evangelium Nicodemi Monaci inter Mss. Graeca num. 32. ab extrema parte mutilum exstare, e Gretsero olim jam notaverat Sandius in *nucleo hist. eccles.* p. 10.

6) Cod. Monac. CCLXXVI. a nobis lit. B. notatus, de quo vid. Hardt l. l. Tom. III. p. 160. Ibi evangelium Nicodemi sive Acta Pilati initio et fine mutila incipiunt a verbis cap. I. *Οἱ λέγουσι* vel *λέγοντες πρὸς κούρσωρι.* Vid. p. 510. Ultima verba sunt cap. XVI. *τὴν πλευρὰν αὐτοῦ — στρατιώτης.* Vid. p. 664. Textus utriusque codicis plerisque locis praestat Parisiensi a nobis edito, et praecipue is, quem Monac. A. suppeditat, brevitate se commendat. Si alteruter integra continuisset Pilati Acta, fortasse hunc typis exscribendum curavissem. Quanquam in ejusmodi scriptis, quorum plures exstant *ἐκδόσεις* multum inter se discrepantes, ita ut de restituenda genuina forma desperandum sit, commodius est et consultius longiorem *ἔκδοσιν* textus loco

praponi et breviores ad marginem conferri. Apographum horum codd. Monac. sive potius collationem ad exemplar Birchianum factam debemus beato Muentero, quocum ea communicata erat a beato Hessio, antistite Turicensi.

7) Cod. Venetus, olim Nanianus CIX., chartaceus in octavo, sec. XV. scriptus, de quo vid. *Graeci codd. mss. apud Nanios asservati* Bonon. 1784. p. 209. sqq. Ibi fol. 227 — 255. continetur pars prior ejusdem διηγήσεως, quam cod. Par. D. exhibet, nec tamen integra. Multa enim ab initio omissa sunt. Vid. not. ad p. 500. 519. et 606. Titulus nihil differt ab eo, qui praenotatus est in cod. Par., nisi quod desunt voces *καὶ σωτῆρος* et subjectum eidem legitur *εὐλόγησον*. Incipit libellus *Τότε ἄγουσι τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα ἐπὶ ἡγεμόνα τὸν Πιλάτον, ὃ* (scr. *ὃς*) *ἦν Ῥωμαῖος· ἦν δὲ παρασκευὴ πρωΐ· καὶ ἰδὼν ὁ Ἰούδας, πῶς ἤγαγον τὸν Ἰησοῦν ἐνώπιον τοῦ Πιλάτου, ἐν τρόμῳ καὶ δειλίᾳ ἐκατεκρίθη* [sic] *διὰ τῆς αἰσχρᾶς ἐπιβουλίας αὐτοῦ.* Sequuntur plura de Juda proditore, quae iisdem verbis in Par. D. leguntur. Pauca tantum inde speciminis loco describamus, ut lectores videant, qualia sint illa additamenta cod. Par. D. et Veneti hujus a nobis praetermissa. *Μὴ θελόντων δὲ τῶν Ἰουδαίων δέξασθαι τὰ ἀργύρια, ῥίψας ταῦτα ἐν μέσῳ* (Par. *μέσον*) *αὐτῶν ἔφυγε. Καὶ ἀπελθὼν εἰς τὸν οἶκον αὑτοῦ ποιῆσαι ἀγχόνην διὰ σχοινίου, τοῦ κρεμασθῆναι· καὶ εὗρε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καθημένην καὶ πυρεάζειν ἀλέκτορα ἐν τῇ ἀνθρακιᾷ ἔστω ἐν τῇ σούβλᾳ* [129]) *πρὸ τοῦ γεύσασθαι αὐτὸν, καὶ λέγει αὐτῇ· ἀνάστα, γύναι, οἰκονόμησόν μοι σχοινίον, ὅτι βούλομαι κρεμασθῆναι, ὡς ἦν ἄξιος. Ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ ἔφη αὐτῷ· τί ἄρα λέγεις ταῦτα τὰ ῥήματα; Καὶ ὁ Ἰούδας λέγει αὐτῇ· γίνωσκε ἐν ἀληθείᾳ, ὅτι ἀδί-*

129) Vox *σοῦβλα*, *subula*, h. l. significat *veru*, et *πυρεάζειν*, quod infra rectius scribitur *πυριάζειν*, *assare* sive *torrere*, *ἐν τῇ ἀνθρακιᾷ*, *ad carbones*. Quod in utroque codice legitur *ἔστω*, nisi vitium est scripturae, videtur indicare *ἐπεξήγησιν*.

κως παρέδωκα τὸν διδάσκαλόν μου Ἰησοῦν τοῖς κακούργοις πρὸς Πιλάτον τοῦ θανατῶσαι αὐτόν· αὐτὸς δὲ μέλλει ἀναστήσεται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ οὐαὶ ἡμῖν. Καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ· μὴ λέγε μηδὲ νομήσας [130]) οὕτως· ὅτι ὥςπερ οὗτος ὁ ἀλέκτωρ πυριαζόμενος ἐν τῇ ἀνθρακιᾷ φωνῆσαι δύναται, οὕτως καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀναστήσεται, ὥςπερ λέγεις. Καὶ εὐθὺς ἐν τῷ λόγῳ αὐτῆς ὁ ἀλέκτωρ ἐκεῖνος ἔδωκε τὰς πτέρυγας αὐτοῦ, καὶ ἔκραξε τρίτον. Εἶτα πεισθεὶς ὁ Ἰούδας ἔτι πλεῖον, καὶ εὐθὺς ἐποίησε τὴν ἀγχόνην διὰ σχοινίου καὶ ἐκρεμάσθη καὶ οὕτως ἀπήγξατο. Apographum hujus codicis nobis obtulit beatus Birchius, qui id acceptum referebat Jacobo Morellio, bibliothecae S. Marci olim praefecto. Siquidem omnes codices Naniani, quos Mingarellius in catalogo supra memorato recensuit, in bibliothecam S. Marci translati sunt, potuisset Morellius facile plenum διηγήσεως exemplar, quale nos ex Par. D. descripsimus, Birchio procurare [131]). Ejusmodi enim exemplar videtur continere cod. Nan. CCX. chartac. in quarto, sec. XVII. Ibi p. 303—323. διήγησις

---

130) Cod. Par. *μὴ λέγειν μηδὲ νομήσας*. Fortasse scribendum *μὴ λέγειν μηδὲ νομίσαι οὕτως*. De verborum constructionibus, quibus lectores infimae Graecitatis imperiti offendi possint in hoc specimine, non vacat dicere. Cum fabula ipsa conferatur commentum Coptorum supra p. XXXVIII. ex Thevenotii itinerario memoratum.

131) E codicibus Nanianis haud pauci continent libros apocryphos, quorum alias mentionem injiciemus. Nunc obiter notare liceat, cod. LXIII. membran. sec. XII. vel XIII., fol. 130. sqq. legi *Ἀναφορὰν Πιλάτου* cum *Παραδόσει* ejusdem hoc titulo: *Ἀναφ. Πιλ. πεμφθεῖσα ἐν Ῥώμῃ πρὸς Τιβέριον Καίσαρα περὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρ. πραχθέντα.* [sic] *εὐλ. δέσποτα. λόγος κα.* Vid. Catal. p. 101. sqq. Alio cod. CLIII. chart. sec. XVI. p. 110—135. legitur *ἐπιστολὴ Πιλάτου πρὸς Κλαύδιον*, cujus initium *Πόντιος Πιλάτος Κλαυδίῳ χαίρειν. Ἔναγχος συνέβη, ὅπερ αὐτὸς ἐγύμνασα.* Haud dubie haec est interpretatio epistolae Latinae p. 796. sqq. a me editae, incipientis: *Nuper accidit et quod ipse probavi;* cui fortasse adjuncta est narratio de fatis extremis Pilati. Pro *ἐγύμνασα* scribendum videtur *ἐγύμνωσα*. Vid. Catal. p. 345.

περὶ τοῦ πάθους τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἁγίας αὐτοῦ ἀναστάσεως συγγραφεῖσα παρὰ Ἰουδαίου Αἰνέα ὀνόματι. Initium idem, quod in Par. D. *Μετὰ τὸ καταλυθῆναι τὴν βασιλείαν τῶν Ἑβραίων*. Vid. Catal. p. 407. sq. Praeterea altera pars narrationis, *de resurrectione Christi*, quam etiam in Par. D. a priori distinctam esse ad p. 606. notavimus, separatim exstat in cod. Nan. CLVII. chart. in octavo, sec. XVI., p. 260—271. Titulus est *Διήγησις τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ πάσχα περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ συγγραφεῖσα παρὰ Ἰουδαίου Ἐνναία ὀνόματι, ἣν μετήνεγκεν κτλ.* Initium *Τῆς κυριακῆς οὖν διαφασκούσης*. (scr. *διαφαυσκούσης*.) Vid. Catal. p. 357. sq. Item in cod. Nan. CLIV. chart. in quarto, sec. XVI. et XVII. Ibi p. 382—389. *Λόγος τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ πάσχα* ejusdem initii *Τῆς κυριακῆς οὖν διαφασκούσης*. Vid. Catal. p. 350. Ex his titulis et illis supra descriptis, quibus adjicitur *τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ* et *εὐλόγησον*, colligas in ecclesiis Graecorum recentiori aetate publice lectum esse ex evangelio Nicodemi, non tanquam e scriptura sacra, sed tanquam e legenda quadam vel sermone doctoris alicujus.

8) Codex Palatino-Vaticanus 269. chart. sec. XIII. vel XIV. non ineleganter scriptus. Praeter varia Ephraemi Syri et Joannis Chrysost. scripta complectitur fol. 145—149. fragmentum ev. Nicodemi, quod incipit a verbis cap. XVIII. extr. *ἔρχεται ο μονογενὴς τοῦ θεοῦ υἱὸς ὧδε* p. 682. Editum est a Birchio *Auctar*. p. 109—151. Nos textum ejusdem cum nostro Paris. accurate contulimus, ubi animadvertas in altera libri parte, cujus sermo est purior et tersior, non tantam esse scripturae varietatem, quantam in priori offendimus. Alterum Bibl. Vatic. cod. ev. Nicod. continentem data occasione jam in notis p. 491. indicavi. Tertium observavi in Assemani *Biblioth. Orient.* Tom. I. p. 601. inter codd. Gr. Abrahami Massad Maronitae. Ibi titulus Latine redditur

hujuscemodi: *Narratio de passione domini deque sancta ejus resurrectione conscripta a Juda* (fort. *Judaeo*) *nomine Aenea, et ex lingua Hebraica in Graecam traducta per Nicolaum* (fort. *Nicodemum*) *praefectum Romanorum.* Titulus iste concinit cum illo, quem supra e cod. Par. D. descripsi; unde suspicor eandem esse textus ἔκδοσιν.

Peracta codicum Graecorum censura nunc notitiam dabo Latinorum cum editorum, tum manuscriptorum. Illorum haud exiguus est numerus. 1) *Evangelium Nicodemi incipit feliciter. — Actum est nonodecimo Tyberii* etc. Expl. fol. 14. a. lin. 32. *vivit et regnat: per omnia secula seculorum. Amen.* S. l. a. et typ. n. (Aug. Vind., Gunth. Zainer) fol. min. Constat 14 foll., quorum singula 34 vel 35 lin. habent, char. goth. sine cust. sign. et pagg. num. Vid. Panzeri *Annales* Tom. I. p. 134. et Lud. Hain *Repert. bibliogr.* Vol. II. P. I. p. 486. — 2) *Historia sive evangelium Nycodemi de gestis a principibus sacerdotum de passione et resurrectione domini. que inventa est literis hebraicis a theodosio magno imperatore in iherusalem in pretorio pontii pylati in codicibus publicis.* Titulo subjecta imago Christi crucifixi. S. l. a. et typ. n. 4. char. goth. cum sign. 16. foll. 37 lin. Vid. Panzeri l. l. Tom. IV. p. 166. et Hain ibid. Ebertus *Allgem. Bibliogr. Lex.* Tom. II. p. 197. conjicit circa a. 1490. typis impressam esse. Non diversa esse videtur editio, quam Panzerus separatim ejusd. tom. IV. p. 126. recenset. — 3) *Evangelium* [132]) *Nicodemi domini nostri ihesu cristi discipuli. de ejusdem passione. In lege et prophetis fundatum ex antiquissimis libris extractum bene correctum et noviter impressum.* Haec in fronte fol. 1. a litt. missal. Fol. 2. a incipit *Evangelium Nicodemi* etc. In

---

132) Falso Panzerus Tom. IX. p. 323. et Hain l. l. p. 487. scribunt *Evangelii.*

fine nulla subscriptio. S. l. a. et typ. n. 4. char. goth. sine cust. sign. et pagg. num. 11 foll. 41 lin. Hanc ed. nobis suppeditavit bibliotheca ecclesiae Marianae Halensis. Laudavimus eam sub *ed. princ.* nomine, velut p. 789. — 4) *Evangelium Nicodemi* etc. In fine: *Impressum Liptzick In officina Melchiaris Lottheri Anno domini* MCCCCCXVI. Titulus et textus idem prorsus, qui in ed. antecedente. Constat 14 foll. 4. Scripturam hujus *ed. Lips.* a b. Birchio nobis oblatae passim notavimus. Id igitur ubicunque fit, credas eadem legi in *ed. princ.* Textus principium ibi hujuscemodi: *Factum est autem anno decimo nono imperii Tiberii Cesaris. tempore Herodis filii herodis regis galilee. octavo kalendas aprilis quod est vicesima prima die mensis Martii. consulatus filii Nestionis anno quarto. Sub ducentesima olimpiade. et principatu iudeorum Anne et Cayphe. post crucem et passionem domini nostri ihesu cristi. Historiatus est Nicodemus acta salvatoris ad principes sacerdotum et reliquos iudeorum litteris hebraicis. Theodosius autem magnus imperator fecit ea transferri de hebreo in latinum.* Conf. p. 495. 497. et 499. — 5) *Liber Gratiae Spiritualis Revelationum b. Mechtildis Virginis. Evangelium B. Nicodemi de passione Christi ac descensione ejus ad inferos. Epistola Lentuli ad Roman. de persona et effigie et moribus Christi. Visio Isaiae prophetae* etc. *Impressum Venetiis in officina Jacobi de Leuco* MDXXII. 8. Vid. Panzerus Tom. VIII. p. 473. Fabricius *Bibl. Gr.* Tom. XIV. p. 270. alteram Venetam ed. a. 1538. 12. memorat, cui titulus: *Gesta Salvatoris nostri Jesu Christi secundum Nicodemum, quae invenit Theodosius magnus Imp. in Jerusalem in praetorio Pontii Pilati.* Sed videtur esse sequens Antwerpiensis. — 6) *Gesta salvatoris nostri Jesu Christi secundum Nicodemum, quae invenit Theodosius Magnus in praeterio Pontii Pilati, ex hebr. lingua in lat. translata. Antwerp., Gu. Montanus,* 1538. 24. Hujus ed. memi-

nerunt Gesnerus *Bibl. univ.* fol. 517. et Ebertus l. l. — 7) Eadem *Paris.*, *Gualtherot*, 1545. 24. Vid. Ebertus l. l. Praeterea ut supra §. 1. indicavimus, ev. Nicod. Lat. reperitur in Orthodoxographis Jo. Heroldi et Jac. Grynaei, atque in collectionibus apocryphorum a Fabricio, Jonesio, Birchio et Schmidio evulgatis [133].

Harum editionum textus quibus e fontibus derivati sint, quantum omnino inter se consentiant aut differant, et quodnam pretium singulis sit statuendum, nos non possumus accurate et plene indicare. Nam ex septem edd. antiquioribus duas tantum inspeximus, nec reliquarum notitia ab aliis data est, e qua conjectura liceat assequi, quae hic refert cognovisse. Illae autem duae consentientes inter se, ut paulo ante diximus, multum discrepant a Fabriciana ἐκδόσει eaque in universum praestant. Fabricius ipse nusquam indicavit, ad quod exemplar textum exprimendum curaverit, et quas leges in eodem adornando secutus sit. Quantum ego suspicor, nullo usus est libro manuscripto, sed textum, quem nescio unde sumtum, Monumenta orthodoxographa praebent, passim conjectura et fortasse alterius editionis ope emendatum prelo commisit. Certe utraque ἔκδοσις, cujus idem titulus, initium et finis, plurima vitia habet com-

---

133) In Orthodoxographis et in Cod. apocr. Fabr. ad calcem cap. XXVIII. ev. Nicod. haec legitur subscriptio: *In nomine sanctae Trinitatis expliciunt gesta per Salvatorem Jesum Christum, quae invenit Theodosius Magnus imperator in Jerusalem, in praetorio Pontii Pilati in codicibus publicis, facta in anno decimo nono imperatoris Tiberii Caesaris Romanorum, et Herodis filii Herodis regis Galilaeae, anno decimo septimo principatus ejus, VIII. Calendas Aprilis, quod est* XXIII. *die mensis Martii, Consultatoriae Revelationis*, [sic], *in anno* CCII. *Olympiadis, sub principatu Judaeorum Josephi et Caiphae: quanta post crucem et passionem domini historiatus est Nicodemus literis Hebraicis.* In reliquis libris mss. et edd., quos nos vidimus, etiam in verss. antiquis haec vel similia his evangelio praemittuntur.

nuia, et aeque interpolationibus abundat [134]). Nos eam, quae haud dubie omnium est pessima, *Fabricianam* sive *vulgatam ed.* appellavimus, et selectis tantum locis ad textum nostrum contulimus.

Is autem textus Latinus, quem nos p. 495—788. e regione Graeci posuimus, antiquissimi codicis est Einsidlensis, cujus notitiam dedit Mart. Gerbertus, olim Monast. et Congreg. S. Blasii in Silva nigra Abbas, in *Itinere Alemannico* p. 78. „In codice antiquissimo, ex quo descriptionem regionum urbis Romae edidit Mabillonius, habentur etiam praeter varias inscriptiones urbis Romae Graecas et Latinas, quae ante sec. X. saltem Romae conspicuae erant, initioque codicis abbreviationes antiquorum vocabulorum, spuria quidem at antiquissima *Gesta Salvatoris Dni nri Ihu Xri inventa Theodosio magno imperatore in Jerusalem in praetorio Pontii Pilati in codicibus publicis*" [135]). Accuratam ejusdem collationem cum Fabriciana recensione Hessius exhibuit *Biblioth. hist. sacr.* T. I. p. 437—483., ex qua nos integrum textum rescripsimus. Ut vero hunc reliquis et

134) Nostrae sententiae olim fuit Hessius, *Bibliothek der heil. Geschichte* Tom. I. p. 436. Contra disputaverunt censor in *Biblioth. theol. Getting.* a Schleusnero et Staeudlinio editae Vol. I. p. 762. sqq., et Birchius in Prolegom. p. XII—XXIIII. Add. *Ephem. literar. Norimberg.* a. 1794. p. 745. sqq. Sed scripturae diversitas, quam Birchius notavit, partim ex conjecturae et alterius ed. usu explicatur, partim constat manifestis typothetarum vitiis. Verba Fabricii *Cod. apocr.* Tom. I. p. 299. Birchius falso intellexit et ad opinionem suam defendendam nullo jure adhibuit. Favent potius nostrae sententiae. Nec per se credibile est, Fabricio, cujus bibliotheca 29321 volumina complexa est, Monumenta orthodoxographa non ad manum fuisse. Ceterum Birchius ipse et Schmidius textum Fabricii reddiderunt, Jonesius vero Grynaei exemplar passim correctum.

135) Hic est titulus evangelii Nicodemi in isto codice, nec tamen integer. Omissa enim sunt ab initio verba: *In nomine sanctae Trinitatis incipiunt.*

editis et manuscriptis praeferremus, movit nos cum summa codicis vetustas, tum universa textus ipsius praestantia, ad quem reliquos vetustissimos et optimos libros proxime vidimus accedere. Passim tamen is quoque non tantum scripturae vitia habet et lectiones minus probabiles, sed etiam interpolationibus et omissionibus depravatus est: cujusmodi locos plerosque in ipso contextu notavimus et ex aliorum codd. fide vel conjectura nostra restituimus, ne in copiosa adnotatione ad Graecum textum observationes hujus generis delitescerent. Quae igitur resecanda videntur, uncis inclusimus, addenda vero lectionesque probabiliores et emendationes semicirculis circumdatas suis locis inseruimus. Syllogen variarum lectionum textus Latini p. 517. memoratam, quam olim animus fuit ad calcem voluminis subjicere, postea seposuimus. Nec enim virorum doctorum interesse potest, curiose cognoscere in tali libro Latino scribarum errores licentiamque vel insulsa monachorum oscitantium mendaciuncula et interpolamenta. Sufficit, credo, textum ad fidem codd. emendatum publicari. Codices vero, quibus praeter Einsidl. usi sumus, hi sunt:

1) Cod. Halensis Biblioth. Orphanotrophei membran. formae octavae, sec. XIV. vel XV. diligenter exaratus ad plura exemplaria, in quibus quae diversa reperit, praecipue additamenta et omissiones, scriba ipse haud paucis locis notavit [136]). Evangelio Nicodemi subjungitur epistola Pilati [137]) aliaque narratio affinis argumenti,

---

136) Praeter ev. Nicodemi ibi leguntur *Visiones Tundali*, *Visiones Caroli Calvi*, *De spiritu Guidonis* et *Institutio senioris et pueri.* In exordio ev. vitiose scriptum est *vicesimo primo die mensis marcii consulatu. Rufi vel. Leonis. in anno quarto. ducentesimo secundo olimpiadis.* Conf. p. 497. sq.

137) Vid. ad p. 796. Alterius Pilati epistolae, quam p. 801. sq. habes, nunc ipse possideo duplex exemplar ibi non memoratum, in rara collectione quorundam opusculorum a Christoph. Schurlo s. Scheurlo bis edita. Primum ea prodiit hoc titulo:

cujus initium est: *Hanc Pilatus Claudio direxit epistolam adhuc vivente Tiberio imperatore, licet gravissimo laborante morbo. Ipso enim Tiberio imperatore et Vitellio consulibus* etc. Explicit: *Dominus autem salutem contulit credentibus in se, quia ipsum credimus dei filium. Qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.* Commemoravit fabulam istam, quam in Ms. evangelio Nicodemi adjunctam invenit, Henschenius in Actis SS. ad d. IV. Februarii p. 450. ubi de S. Veronica agit, multaque in ea displicere fatetur. Simillima est historiola, quam Marianus Scotus in Chronico ad a. Ch. 39. e Methodio excerptam affert, cujus auctorem celebrem Tyri episcopum esse haud probabile videtur. Perantiquum vero esse libellum illum testatur cod. Paris. 2034. antea 128. olim sancti Martialis Lemovicensis, sec. IX. exaratus, in quo a fol. 151. v. legitur. In alio cod. Par. 5559. idem subjungitur, ut in Halensi nostro, evangelio Nicodemi. Primum, quod sciam, editus est a Fogginio in *Exercitt. historico-crit. de Romano divi Petri itinere* Florent. 1742. p. 38. sq. e cod. Vatic. sec. XI., et iterum a Jo. Dom. Mansi in *Steph. Baluzii Miscellaneis* Tom. IV. p. 55. sq. Lucae 1764. e cod. editoris, quem ipse exeunte sec. VIII. scriptum esse putat. Stili in hoc cod. major est barbaries quam in Vatic. et Halensi. Mansius in brevi praemonitione tractatum apocryphis

---

Epla D. Scheurli ad Charitatem Pirchameram. (scripta Bononiae a. 1506.) *Joannes Weyssenburger. Impressit. Landshut.* s. a. Alterius edit. titulus est: *Epistola Doctoris Scheurli ad Cahritatem Abbatissam Sanctae Clarae de laudibus familiae Pyrckheymer.* Ad calcem legitur: *Federicus Peypus Nurnbergñ. Librarius juratus imprimebat diligentia solita: Anno a partu virgineo.* 1515. *Mense Aprili.* Praeter alia ibi repeṙiuntur illa epistola Pilati, ep. Lentuli ad Tiberium et epp. Abgari atque Christi, quibus in ed. Norimberg. accessit altera Pilati ep. incipiens *Nuper accidit.*

N. T. annumerari vult. Nobis ab his alienus videtur [138]). Auctor fortasse vixit temporibus controversiae de imaginibus.

2) Cod. Havniensis biblioth. regiae, cujus sub finem haec nota legitur: *anno domini millesimo quadringen-*

---

138) Argumentum paucis e cod. Hal. referam. Narrat auctor, Tiberium vehementissime aegrotantem Hierosolyma misisse Volusianum, virum illustrem, ut Jesum Christum arcesseret, quem audivisset imperator mortuis vitam infirmisque salutem restituere. Hunc igitur post unum annum et tres menses Hierosolyma navi advectum ibi convenisse Judaeorum principes et Pilatum, atque de morte Christi certiorem factum hanc injustitiam et violentiam Pilato crimini dedisse. Deinde Josephum, Volusiani jussu vocatum, cum aliis viris, velut *Leucio* quodam, de Christi resurrectione testimonium dixisse; Pilatum vero causa cognita in carcerem conjectum esse. Hac occasione hominem nomine Marcum de Veronica, muliere illa sanguinis profluvio a Jesu liberata, quae ipsius imaginem grata manu sibi depinxisset, memoravisse; eamque a Tyro, ubi tum temporis habitaret, ad Volusianum ductam esse cum imagine illa. Sic Volusianum divinam hanc imaginem, quam ipse adoraret, et Veronicam nec non Pilatum Romam secum reportavisse. Itaque ibi eundem ad Tiberium retulisse et de Pilato et de Veronica: illum in exilium ejectum et in carcerem missum; hanc vero, cum Tiberius Christi imaginem intuitus e morbo convaluisset, multa pecunia donatam, ipsamque imaginem auro et pretiosis lapidibus inclusam esse. Hac de causa postea Tiberium credidisse in Christum, et vehementissime in senatum saeviisse, qui sacra Christiana detrectaret. Seriori tempore cum post Tiberium et Claudium imperium suscepisset Nero, Petrum et Paulum Romam venisse, atque utrumque de Christo testatum esse et Simeonem Magum improbitatis et malarum artium convicisse: etiam Pilatum testem provocatum literasque ejus ad Claudium publice lectas esse. Denique hunc propter circumcisionem, quam in Judaea passus esset, iterum exulatum semetipsum gladio transverberavisse, atque similiter Neronem manum sibi intulisse et misere periisse. — Compilata est fabula ex ev. Nicodemi, Actis Petri et Pauli aliisque libris apocryphis. De Veronica vid. not. ad p. 560. sq. Adde ibi Honorati a S. Maria *Animadversiones in regulas et usum Critices* Tom. II. lib. IV. dissert. VIII. p. 440. sq. Venet. 1738.

tesimo in bardesholm per bernardum kane. Apographum hujus cod. opera celeberrimi Broendsted a. 1805. factum nobis b. Birchius transmisit. Textus multo deterior est Einsidlensi. Specimini sit exordium: *Factum est autem in anno* XIX. *tiberii Cesaris romanorum. regni vero Herodis filii Herodis* XVIII. *calendas aprilis. consulatu scilicet bassi et tarquilionis. in anno ducentesimo secundo olympiadis. sub principibus sacerdotum Joseph Anna et Caipha. Passionem domini mandavit nychodemus principibus sacerdotum et reliquis judeis esse factam. Literis hebraicis ita dicens: Annas et Caiphas* etc.

3) Cod. in biblioth. principis Corsini Romae asservatus et no. 1146. signatus, chart. sec. XIV. Hunc Engelbrethius Danus ad Fabric. textum contulit et observatam scripturae diversitatem cum Birchio communicavit, quam is in Auctario suo publicavit. Textus ad summam non multum differt ab Einsidlensi. Scriba ad vitia declinanda attentior fuit.

4) Cod. Paris. 1652. supra §. 7. jam commemoratus. Is plura habet singularia nobisque suppeditavit praefationem, quam p. 491. 493. et 495. legis. Praemittuntur ei verba: *In nomine domini incipit liber de gestis domini nostri Salvatoris per Emaum hebraeum post Nichodemum. Incipit praefatio.* Liber ipse viginti capitulis argumento praenotatis distinctus est. Textus ev. Nicod. vulgati finitur cap. XVI., cui haec adduntur: *Epistola Pontii Pilati ad Claudium imp.* cap. XVII. *De testimonio Petri Apostoli et quomodo Jesus apparuit Neroni imp. in visione* cap. XVIII. *De signis, quae apparuerunt in eversione Jerusalem* cap. XIX. *De eversione Jerusalem per Vespasianum et Titum* cap. XX. Subscriptio: *Expliciunt gesta Salvatoris edita a Nichodemo, qui venit ad Jesum nocte.* Sequuntur epistolae Abgari et Christi amplificatae.

Reliquos Parisienses libros, quos examinavi, in Catal. numeris 5555. 5556. 5558. 5559. 5559. A. et 5561.

notatos, nolo singulos accuratius recensere [139]). Nullus eorum textus recensionem exhibet Einsidlensi antiquiorem vel praestantiorem. Ex codicibus vero duodecim a me non inspectis [140]), quos Catalogus indicat

139) In cod. 5556. membr. sec. XIV. ev. Nicod. inscriptum est: *Incipit epistola Pilati*; et altero loco: *Incipit epistola de Pilato et de Judaeis.* Adduntur plura de extremis Pilati et Judaeorum fatis atque de Hierosolymorum eversione, ubi memoratur Josephi narratio. In cod. 5558. additamentum hujuscemodi incipit: Cumque Claudius haec (sc. epistolam Pilati) suscepisset, et Neroni imperatori legisset, convocans ad se Nero imperator Petrum apostolum dixit ei: Dic mihi haec omnia, si per Christum facta sunt. S. Petrus dixit: Ita; sic enim per ipsum facta sunt, bone imperator. Et cum haec dicta essent, cecidit palatium Neronis. Haec videns Nero stupefactus, et admirans somno gravatus (est). Quo dormiente apparuit illi vir cruentatus sanguine dicens: Ego sum Jesus; de me tibi scripsit Pontius Pilatus, et testificatus est me esse regem. Vindictam passionis meae trades Vespasiano facere. Cum haec audisset in visione Nero rex, exsurgens de somno vocavit ad se Vespasianum, retulitque ei visionem et tradidit ei literas Pontii Pilati. — Quae sequuntur, non minus absurda sunt.

140) Signati sunt numeris 3214. 3338. 3431. 3454. 3628. 3784. 4999. A. 5265. 5266. 5327. 5557. 6041. A. In cod. 5557. ev. Nicod. inscriptum est: *Relatio de passione domini et actibus Judaeorum.* Praeter codd. regios in aliis Galliae bibliothecis plures reperiri ev. Nicod. offerentes docet Gustavi Haenel *Catal. libr. mss.* Lips. 1830. p. 102. 299. 385. et 445. Ejusdem ev. in bibliotheca Caes. Vindobonensi sex exstant exemplaria mss. et tria in Guelferbytana. Codicem biblioth. Gisensis descripsit b. Schmidtius in *Biblioth. fuer Kritik und Exegese* Tom. II. p. 508. sqq. Codex biblioth. Uffenbachianae recensetur in Catal. ejusd. Tom. II. p. 14. De cod. biblioth. Paulinae Lipsiensis vid. Montfaucon *Bibliotheca Biblioth.* p. 595. In eadem p. 45. 74. 482. et 521. codd. Vatic., Venet. et Mediolan. notantur. (In cod. Veneto biblioth. olim Tarvisianae Montfaucon p. 482. refert praeter *Passionem domini secundum Nicodemum* legi etiam *quaedam ex ev. secundum Thomam.*) Memorabilis est cod. Nanianus, de quo vid. *Codd. mss. Lat. biblioth. Nanianae a Jac. Morellio relati.* Venet. 1774. p. 16. Ev. Nicod. ibi ad modum sermonis incipit: *Audistis, fratres carissimi,* etc. Teste Morellio fabulae in hoc textu eaedem, quae in Fabri-

ev. Nicod. continere, memorabilis est cod. 3338. olim 451. et 3855., quibus numeris antiquatis a Labbeo *Biblioth. nov. MSS.* p. 276. et a Montfauconio *Biblioth. Bibliothecarum* p. 746. signatur. In hoc enim quod exstat *evangelium Nazaraeorum*, argumento nihil differt ab evangelio Nicodemi. Vid. illustrissimi Silv. de Sacy epist. ad S. R. Paulum ab hoc edita in libro: *Theologisch-exegetisches Conservatorium*, fasc. I. p. 192. sqq. Similiter id in cod. 13. bibliothecae collegii Mertonensis inscribitur *evangelium Nazaraeorum secundum Nicodemum.* Inde Sandii error, qui in *Nucleo hist. eccles.* p. 5. *Extat*, inquit, *Evangelium Nazaraeorum Parisiis in Bibl. Regia num.* 451. Quod ego supra not. 91. ad §. 6. conjeci, a Vincentio Bellov. sub nomine *ev. Nazaraeorum* intelligi ev. Nicodemi, id possis etiam ad similem Zachariae Chrysopolitani locum *Biblioth. PP. Lugdun.* Tom. XIX. p. 738. transferre, ubi allatis Bedae verbis ex initio comment. in Lucam tradit, ecclesiam quintum, quo utantur Nazaraei, evangelium recipere. Sed fortasse hos viros fefellit potius Hieronymi auctoritas, qui illud ev. Latine vertit. In aliis codd. ev. Nicod. Gregorio Turonensi falso adscribitur, sicut in cod. 8. Aulae Pembrochianae tituli loco praefiguntur haec verba: *Gregorius Turonensis de passione et resurrectione domini*, et in cod. 122. Collegii S. Benedicti: *Gesta Salvatoris Domini nostri Jesu Christi. Gregorius Turonensis in gestis Francorum de passione et resurrectione refert haec.* Conf. Gerh. Jo. Vossius *de Hist. Lat.* lib. II. c. 22. p. 265. et Theod. Ruinartus §. 76. praef. ad edit. opp. Gregorii Turon. Paris. 1699. Similis error in cod. Bodlej. 2513., in quo ev. Nicod. inscribitur *Passio domini a S. Ambrosio de Graeco in Latinum translata, quae reperta fuit in praetorio*

---

ciano; inter utrumque tamen non levis differentia est quoad dicendi rationem.

Pontii Pilati. Ceterum etiam in codd. Anglicis ev. Nicodemi, quorum insignis est numerus [141]), vix crediderim reperiri, qui vetustate superet Einsidlensem et ad originem libri illustrandam singulari textus conformatione vel argumento conferat. Certe quos ego in Biblioth. Bodlejana et Cantabrigiae in biblioth. publica (in hac. codd. Ff. 2. 8. Ff. 6. 54. et Gg. 4. 25. in Catal. edito p. 164—173. non notatos) evolvi, eorum nullus hoc nomine insignis fuit.

§. 9.

De versionibus evangelii Nicodemi Anglicis, Francogallicis, Italicis, Germanicis aliisque.

Praeter Graecos et Latinos ev. Nicod. textus multae exstant ejusdem versiones, quarum paucas tantum Fabricius obiter commemoravit. Nec qui post Fabricium de apocryphis scripserunt, Jonesius, Kleukerus et Birchius, alias plures indicarunt. Nos igitur nunc pleniorem earum notitiam literariam dabimus, quia in paranda operae plurimum studiique consumsimus. Apparebit inde, quantopere per mediam aetatem liber ille celebratus sit, maxime in Britannia.

1) *Versiones Anglicae.* Ex his antiquissima est

---

141) In Catal. libr. mss. Angliae et Hiberniae Tom. I. P. 1. Bodlejani recensentur tredecim secundum numeros generales 996. 1109. 1113. 1617. 1887. 1963. 2002. 2297. 2329. 2340. 2513. 3462. 3897. Parte 2. e bibliothecis collegiorum Oxon. notantur quatuor num. 481. (Merton. 13.) 1407. 2036. 2194. Parte 3. codd. Cantabrigienses quinque num. 334. 1399. (Coll. S. Bened. 122.) 1603. 1746. 1937. (Aulae Pembroch. 8.) Tom. II. Parte 1. ex aliis biblioth. Angliae publicis et privatis tredecim num. 895. 1347. 2506. 2951. 3213. 3614. 6393. 6597. 8199. 8235. (Liber de vita Jesu.?) 8712. 9435. 10017. His accedunt cod. Cotton. *Catal. Biblioth. Cotton.* p. 116. aliusque *Catal. Mss. Regis Angliae* (Lond. 1734.) p. 145. memoratus.

Anglosaxonica [142]), quae typis Anglosaxonicis impressa prodiit Oxoniae a. 1698. hoc titulo: *Heptateuchus, liber Job, et evangelium Nicodemi; Anglo-Saxonice. Historiae Judith fragmentum; Dano-Saxonice. Edidit nunc primum ex mss. codicibus Edwardus Thwaites, e collegio Reginae.* In praefatiuncula editor *Paucis*, inquit, *te morabor, amice Lector. Libellus iste tibi in manum dat insequentes tractatus. — Evangelium Nicodemi, ad exemplar D. Junii, ex bibliotheca Benedictina apud Cantabrigienses depromtum; cui ad oram adscripsit cl. Junius alterius cujusdam ms. codicis lectiones variantes* [143]). *Hoc nimirum pseudo-evangelium, primum Graece conscriptum, postea Latine redditum, a viro quopiam docto ex Latino Anglo-Saxonicum factum, cum a celeberrimo Junio in praelum paratum foret, tibi haud invidendum duximus.* Recte sic statuit ille, ev. Nicodemi e Latino exemplari in Anglosaxonicam linguam transfusum esse, id quod docet utriusque collatio. Idem enim est, qui in Latinis codd. titulus, et ad finem subjicitur eadem, quae in illis plerisque legitur Pilati ad Claudium epistola, quam codd. Graeci

---

142) Ev. Nicodemi etiam Wallice exstare docet Catal. Mss. Britannicorum ab Edvardo Lhuyd editus in *Archaeologia Britannica* p. 256. col. 1. Fortasse haec versio antiquior est Anglosaxonica.

143) Codicis Cantabrigiensis biblioth. S. Benedicti notitiam jam dederat Abr. Whelocus ad Bedae *hist. eccl. gent. Angl.* (Cantabr. 1644.) p. 77. sq. Exemplar Franc. Junii, quo usus est Thwaites, inter codd. ejusdem in biblioth. Bodlejana servatur et in Catal. no. 5185. notatur his verbis: *Nicod. Pseudo-Ev. distinctum in capita 34. Saxonice. Cujus potissima pars collata est cum cod. Cotton. Vitell.* A. 15. Alterum cod. Saxonicum possidet bibliotheca ecclesiae cathedr. Cantuariensis. Vid. Catal. Tom. II. P. 1. p. 223. extr. Editionem Edw. Thwaites in nostris regionibus rariorem ipse possideo. Conf. de hac edit. deque versione ipsa *Antiquae literaturae septentrionalis* librum alterum Humphredi Wanleji Oxon. 1705. p. 96. 152. 204. 218. (primus liber est G. Hickesii), et *Acta Eruditorum* Lips. a. 1698. m. Decembris p. 549. sq.

ignorant. Tota autem translatio non ita ad fidem verborum facta est, ut in emendandó archetypo multum inde proficere queas. Quare paucis tantum locis eadem usi sumus. Sic nobis quidem visum est, qui linguam illam nunc obsoletam non callemus, nec libellum Anglosaxonice ipsi legimus, sed ex Anglosaxonico ad verbum Latine redditum ab illustrissimo Grimo Joan. Thorkelin, sanctioris tabularii regis Daniae praefecto, qui beato Birchio hanc operam commodaverat [144]).

Plures versiones Anglicae, quarum auctores postremis mediae aetatis seculis, ut videtur, vixerunt, manuscriptae latent in bibliothecis, velut in Bodlejanae cod. 2021. *The Legend of Nicodemus. Christ's descent into Hell. Pilate's Exile* etc., in colleg. Sionensis cod. 17. *The Passion of our Saviour, out of Nicodemus's Pseudo-Gospel*, et in cod. Sam. Pepysii 37. *Nicodemus's Gospel in English Verse, of about the Year* 1300. *Pergam. fol.* Vid. Catal. Tom. I. P. I. p. 105. et Tom. II. p. 106. et 209. Etiam a Jo. Wiclefo ev. Nicod. in linguam Anglicam translatum esse ex Ms. Ducis Lauderdaliae testatus est Sellerus. Vid. Cave *Hist. litter. script. eccles.* Tom. I. p. 18. ed. Bas. Aliae typis exscriptae sunt, quarum has novi: *Nicodemus his Gospel. Imprinted at London by Julian Notary*. 1507. 4. char.

---

144) Inscriptionem sic Thorkelinus Latine reddidit: *In nomine sanctae Trinitatis hic incipiunt res, quae a Salvatore nostro gestae fuerunt, omnino sicut Theodosius magnus, gloriosus imperator, eas invenit Hierosolymis in praetorio Pontii Pilati a Nicodemo scriptas, quarumque multa sunt exemplaria literis Ebraeis exarata.* Conf. inscriptionem ev. Nicod. in cod. Einsidl. supra §. 8. Caput primum hujuscemodi: *Evenit hoc vere anno nono decimo, ubi Tiberius magnus imperator imperium habuit totius Romani orbis. Sub eo rex erat Herodes, regis Galilaeae filius: Herodis nomen illi quoque erat. Tunc anno decimo nonó illorum principatus, VIII. Kalendas Aprilis, id est XXV. die Martii, magnum illud malum populo Judaico accidit, quod* (ut) *Salvatorem caperent et cruce suspenderent, postquam Judas, ejus servus, eum tradiderat.*

goth. — *Nychodemus Gospel. Emprynted by Wynkin de Word.* London 1509. 4. Haec editio quater a. 1511. 1512. 1518. et 1532. ibidem repetita est. Vid. Panzeri *Annales* Tom. VII. p. 238. 239. 240. 243. et 252. — *Nichodemus his Gospel. By J. Cousturier (with a pref. by J. Warrin).* s. l. et a. 8. 3 foll. et 173. pagg. Vid. Ebert *Allgem. Bibliograph. Lex.* Vol. II. p. 197. — *Nychodemus Gospel. London by John Skot.* 1529. Vid. Lowndes *The Bibliographer's Manual. London* 1830. p. 1347. — *Nicodemus's Gospel. By Joseph Wilson. London: printed for the author.* 1767. 8. Haec interpretatio, cujus exemplar mihi comparavi, a Latino textu nostro multum discedit pluraque habet additamenta fabulosa et alia prorsus singularia. Specimini sit prologus: *It befel in the nineteenth year of the Seignory of Tiberius Caesar Emperor of Rome; and in the Seignory of Herod, who was King of Galilee, the eighth kalend of April, which is the 25th day of March, the fourth year of the son of Velom* [145]*, who was Counsellor of Rome, and Olympias had been afore two hundred years and two. At this time Joseph and Annas were Lords above all Justices of Peace, Mayors, and Jews. — Nicodemus, who was a worthy Prince, did write this blessed*

---

145) Nomina pleraque exceptis notioribus mirum in modum depravata leguntur in ista versione, e. c. *Damaliel* pro *Gamaliel*, *Nepthalam* pro *Nephthalim*, *Zarius* pro *Jairus*, *Garious and Levicious* pro *Charinus et Leucius.* Pilati uxor vocatur *Priscilla.* Longinus ille, lateris Christi perfossor, appellatur *Logenious;* de quo cap. VI. extr. haec fabula legitur: *And then the Jews commanded that a knight should be brought forth, whose name was Logenious; — and this Logenious was blind; and the princes of the law, made him to peirce our Lord; and there came out of his side both blood and water; and the blood ran down by the spear's shaft into Logenious's hand, and he, by adventure, wip'd his eyes with his hand, and he anon did see.* Conf. not. ad p. 586. Aliud commentum de *Syndonia* foemina (a sindone, cui involutum est corpus Christi a Josepho Arimath.) cap. VII. p. 28—31. reperitur.

history in Hebrew; and Theodosius, the Emperor, did translate it out of Hebrew into Latin; and Bishop Turpin did translate it out of Latin into French; and hereafter did ensue this blessed history called the Gospel of Nicodemus. Quotquot ego codd. Latinos evolvi, eorum nullus similem huic obtulit prologum, in quo mentio fieret Turpini illius archiepiscopi Rhemensis Caroli magni aetate, cujus nomini famosam historiam de gestis Caroli initio sec. XII. suppositam esse constat. Conjicias inde, quod continuo aliis documentis confirmabimus, evangelium Nicodemi aliquo modo cum fabulis mediae aetatis Romanensibus, quas dicunt, conjunctum esse. Wilsonus ipse in praefatione non indicavit, ad quodnam exemplar facta sit illa translatio vel unde accepta [146]. De duabus verss. ev. Nicod. Anglicis, quae in collectionibus apocryphorum deprehenduntur, diximus supra p. VIII. et XI. sq.

2) *Versiones Francogallicae.* Francogallice ev. Nicodemi veteri fabulae Romanensi insertum est, cujus titulus: *La très-élégante, délicieuse, melliflue et très-plaisante histoire du très-noble et victorieux roi Perceforest, roi de la Grande-Bretagne. Paris, par N.*

---

146) Memorabilia sunt in praef. haec: *But whatever period of time brought forth this trial (wrote by Nicodemus) of our blessed Saviour, 'tis certain it was received in a becoming manner by several churches; and at the beginning of the reformation it was almost every where; for in the year 1524., when Erasmus came to England, he informs us, that he saw a copy of the Gospel of Nicodemus affixed to one of the center areas of the great cathedral at Canterbury, now known by the name of Christ-Church.* Erasmum ipsum memini idem tradidisse in *Colloqu. famil.* Opp. ed. Lugdun. Tom. I. p. 783., ubi Ogygium describentem facit monumenta illius ecclesiae cathedralis. *Nihil*, inquit is, (visendum in vestibulo) *praeter structurae molem, et libros aliquot columnis affixos, in quibus est evangelium Nicodemi, et sepulcrum nescio cujus.* Fortasse Wilsonus hunc locum respexit.

Cousteau pour Galiot du Pré. 1528. 3 Voll. Altera ejusdem fabulae editio, cujus titulum integrum descripsit Guil. Lud. Brunnius in *disquisitione historico-critica de indole, aetate et usu ev. Nicodemi* Berol. 1794. p. 16. sq., Parisiis apud Gormontium a. 1531—32. tribus voll. prodiit [147]). Codices mss. bibliothecae regiae Parisiensis, quorum unus tribus, alter quatuor voluminibus Perceforesti historiam continet, recensentur in *Bibliotheca Bibliothecarum* p. 785. et 786. Constat autem haec historia fabulis de rebus Britannicis ante Saxonum in Angliam adventum [148]), quibus sub finem tomi tertii, libri VI. cap. LXVI. fol. CXVII. sqq. ed. Gormont., ev. Nicod. Gallice ita subjicitur, ut cum ipsa libri narratione cohaereat. Capitis illius inscriptio est: *Comment le Roy Arfaran sen alla en lysle de vie, publier la foy catholicque et racompter au long la passion et resurrection de Jesus Christ au Roy Gadiffer Descosse et au Roy Perceforest Dangleterre, a la sage Royne et aux autres, et du contenu des lettres, que Pylate escrypuit a Claudius Empereur de Romme.* Ibi postquam Arfaran rex cum sacerdote suo, Natael dicto, ad vitae insulam fabulosam appulit, et societati hominum in illa degentium Christi in terras adventum an-

147) Utraque editio rarissima servatur in bibliotheca regia Dresdensi, teste Eberto *Allgem. bibliogr. Lex.* Tom. II. p. 334. Biblioth. regia Berolinensis tomum primum et tertium alterius editionis offert. Eandem integram possidet illustrissimus dominus de Nagler.

148) Quae in introductione libri de origine ejusdem perhibentur fabulis permixta, referente Brunnio haec fere sunt: Anno seculi decimi tertii octogesimo sexto Eduardus Angliae rex nuptias cum regis Galliae filia Parisiis celebravit. Eum in Angliam revertentem Guilielmus, Hannoniae comes, illuc comitatus est, historiamque hanc Graece scriptam in Angliae quodam monasterio, Burtimer appellato, invenit, quam a monacho quodam Graeco in linguam Latinam et ex ea in Gallicam translatam in Gallia vulgavit. — Credas igitur fabulam sec. XIII. vel XIV. literis mandatam esse.

nunciavit, Natael ille hisce eos alloquitur verbis: *Madame et vostre compaignie, si desires a scavoir, comment le sainct Prophette fut traicte en son vivant, ce nest pas merveilles, et jen scay bien parler; car lorsque mon maistre, que je servoye adonc qui estoit nomme Joseph dabarimathie*[149]), *Pylate estoit souverain chevalier des Juifs; car cest raison que vous scaches, si tost que Joseph mon maistre eut despendu de la croix le vray Crucifix et mis en son sepulchre, Nycodemus qui estoit des maitres manda Joseph mon maistre, et jallay avec luy. Mais quant il vint a Nycodemus, il fut receu a grant joye; car tous deux tenoient le prophette à tressainct homme, et moult leur pesoit de sa mort et du tort que lon luy faisoit. Adonc parla Nycodemus et dit: Joseph, jentens, que vous aves despendu le Prophette de la croix. Sire, dist Joseph, il est vray, et lay mis en ung sepulchre que javoye fait faire. Joseph, dist Nycodemus, je le vous dis pourceque les seigneurs de la loy en sont moult troubles, si fais doubte quil ne vous en preigne mal. Sire, dist Joseph, de si noble besogne ne me peult prendre mal, que plus grant bien ne men advienne apres: car ils ont a tort mis a mort le sainct Prophette. Si ay grant merveille ou ils en prindrent loccasion: Car par faulx temoins et jugemens ils lont juge, et vous, qui*

---

149) De Josepho Arimathaeo, commentitio Britannorum apostolo, dixi ad p. 596. Adde Eduardi Stillingfleet *Origines Britannicas* (Lond. 1685.) cap. I. In fabula *S. Graal* dicta praecipuas esse partes huic Josepho satis constat. Fertur enim is sanguinem e latere Christi profluentem calice eucharistico, quo usus esset ille cum Apostolis, excepisse, et ope hujus calicis vel paterae, cui nomen *Graal* datur, insignia miracula praecipue in Britannia patrasse. Inde fabulae illius titulus in cod. olim San-Germanensi 739. *Histoire de Joseph d'Arimathie et de S. Graal*, et in biblioth. regiae Paris. cod. *Joseph d'Arimathie, qui est le fondement de toute la Table ronde* etc. Vid. *Biblioth. Bibliothecarum* p. 785. et 1108.

ules des secrets, en scauriez mieulx parler que les forains; si vous prie que me veuillez compter la maniere du traictement. Certes, dist Nycodemus, je ne fus oncques consentant de sa mort; aincoys le destournay a mon pouvoir. Mais que apresent je vous racompte, comment il fut traicte, ce ne feray je pas: car trop demoureriez ceans, et je suis tenu pour souspeconneux, pourquoy vous en yrez et je retiendray votre clerc, auquel je feray mettre par escript toute la passion du bon prophette a toutes les heures que jauray loysir. Et ainsi je demouray avec Nycodemus, et Joseph se partit, qui ce jour fut prins des maistres de la loy et mis en prison, dont je ne le veis devant lan ensuyvant. Et toutesfoys me fist depuis Nycodemus escripre toute la passion du sainct prophette, et comment il fut accuse et traicte. Et je vous liray cette benoyste passion tout ainsi que Nycodemus la me fist escripre mot a mot: car il y fut toujours present, laquelle passion jay sur moy escripte de ma propre main, et mal voluntiers yrois sans lavoir. Adonc, continuat auctor, *print Natael la passion du sainct Prophette, et la leut en telle maniere.* Incipit liber: *Il advint au dixneufiesme an de lempire Tibere Cesar de Romme et de Herode Roy de Galilee, Consul Rufibellionis* 150) *Procureur en Judee Ponce Pilate fut le Prince, Provoyres des Juifs Joseph et Cayphas. La neufiesme Calende Dapril Anna et Cayphas, Some et Sathain, Cornalie et Judas, Nevy et Nephtalin, Alexandre et Sirus et moult dautres des Juifs vindrent a Pylate alencontre Jesus, en laccusant en maintes manieres, en di-*

---

150) In nostro textu Einsidl. p. 497. legitur *consulatu Rufini et Rubellionis.* Inscitia interpretis turpissima multis locis se prodit mirum in modum corruptis; velut cap. V. p. 553. verba *Et erant ibi curantes medici Jannes et Mambres* Gallice vertit: *et la estoient moult cures membres et jambes.* Aliud exemplum p. 678. proposui.

sunt: etc. Circa finem libri observatur lacuna in hac versione cum Latino exemplari collata. Desideratur enim tota illa relatio de rebus Christi apud inferos gestis ab altera parte cap. XX. usque ad caput XXVII., cujus extrema tantum verba redduntur. Codex autem, quo usus est interpres, textum dedit Fabriciano praestantiorem et interpolationibus vitiisque puriorem; quocirca olim Brunnius l. l. p. 24. sqq. operam ejus ad emendandum textum Fabric. utiliter adhibuit. Nobis hoc adjumento non opus fuit.

Ex ista versione Gallica nescio an fluxerit liber, quem Ebertus *Lex. bibliograph.* Vol. II. p. 316. recenset hoc praenotatum titulo: *Passion* (de) *N. S. Jesus-Christ faite et traitée par le bon maistre Gamaliel et Nichodemus son neveu* [151] *et le bon chevalier Joseph Dabrimatie translatée de latin en françois. Paris, J. Trepperel.* 1497. 4. Videtur saltem is interpretationem continere prioris ev. Nicod. partis vel ex eodem haustus esse. Idem conjicio de altero opusculo illi haud dubie simili, cujus titulus: (La) *Vie de Jesu Crist. La mort et passion de iesucrist laquelle fust composée par les bons et expers maitres Nicodemus et Joseph d'Arimathie. La destruction de Hierusalem et vengeance de nostre saulveur et redempteur Jésus Christ, faicte par Vespasien et Titus son fils. Lyon, Jehan de Chêney* (Chandeney), 1510. 4. De diversis ejusdem editt. vid. Ebertus l. l. p. 1029. Reperiuntur etiam codd. Latini, in quibus ev. Nicod. appellatur *Passio Domini* et *Liber de vita Jesu*, itemque, ut supra vidimus, in quibus illi

---

151) Vid. not. ad p. 551. Historiae Pilati Arabicae ad Gamalielem, auctorem relatae infra mentionem facimus. Olim quod vulgo nunc appellatur evangelium Nicodemi, dictum est etiam *evang. Nicodemi et Josephi ab Arimathia.* Vid. Tillemont *Memoires* Tom. II. p. 25. Eidem Josepho in Britannia plures libri apocryphi subditi sunt, velut *assumtio b. Virginis* in cod. Bodlej. 1053., qui etiam librum de infantia Salvatoris continet.

subjiciuntur fabulae de extremis Pilati fatis et de Hierosolymis in ultionem necati domini eversis. Manuscriptum *Passionem Domini* (Nicodemo auctore) *en François* e cod. 448. bibliothecae Alex. Petavii, quem nunc in Vaticana asservari probabile est, indicat *Bibliotheca Bibliothecarum* p. 74. et ibidem e cod. 332. affinis argumenti libellum *Repentance de Pilate*. Conf. not. ad p. 524. coll. p. 815. et CLVII. sq. De alia versione Gallica ad textum Fabric. facta vide supra p. XI. sq.

3) *Versiones Italicae*. Fabula Perceforesti, cui ev. Nicod. insertum esse docuimus, in Italicam linguam translata est et edita hoc titulo: *La dilettevole historia del valorosiss. Parseforesto Re della gran Bretagna. Con i gran fatti del valente Gadiffero re di Scotia. Nuovamente translatato di Francese in lingua Italiana. Venezia, Mich. Tramezzino.* 1558. 8. 6 Voll. Mss. codices libri nostri Italice versi in bibliotheca Riccardiana exstare docuit me Catalogus a Jo. Lamio Liburni 1756. evulgatus. Ibi enim p. 181. *Evangelio di Nicodemo.* P. III. cod. chart. in fol., et p. 295. *Nicodemo Narrazione della resurrezione di Christo.* Q. 1. cod. chart. in fol. Hic codex fortasse solam alteram evangelii partem continet, quam supra vidimus etiam in codd. Graecis Nanianis separatim deprehendi. Prioris, ut videtur, Lamius jam dederat notitiam in libro *de eruditione Apostolorum* (Florent. 1738.) p. 181. *Evangelii hujus Italice versi codex ms. exstat in bibliotheca Riccardiana, quanquam paraphrasis potius videtur quam fida interpretatio* [152]). Danti Aligerio fabulas in evangelio nostro traditas innotuisse colligas ex pluribus locis *divinae comoediae*, velut primae partis *de inferno* can-

152) Fortasse etiam historia passionis Christi in cod. Vatic. 5420. Italice scripta ab Isaaco, Judaeo ad Christum converso, partim ex ev. Nicod. hausta est. Vid. Faustini Arevali *Isidoriana* praemissa Isidori Hisp. opp. ed. Rom. a. 1797. Tom. II. p. 286. sq.

tus IV. v. 56. sqq. et c. VIII. v. 125. sq. Hispanicam operis nostri versionem frustra quaesivi.

4) *Versiones Germanicae.* Ex iis, quae typis impressae sunt, primum occupat locum, cujus fol. 1. a. ornamento xylograph. inclusa leguntur verba: *Evangelium Nicodemi, auss dem latein in das teutsch gebracht, In woellichem vil huepscher puncten, die die andern Evangelisten nit setzen begriffen werden (doch inen nit wider) fast nutzlich zu lesen.* Fol. 2. a. *In dem Namen des herren, hebt sich an das Evangeli, das beschriben hat Nicodemus, ain Rabbi und ain Fuerst der Juden, und auch ain Juenger Christi Jesu.* In fine: *Ain end des Evangeli Nicodemi.* s. l. a. et typ. nomine. fol. Videtur prodiisse sec. XV. Vid. Ludov. Hain *Repertorium bibliogr.* Vol. II. P. 1. p. 487. Iterum eadem, ut videtur, versio itidem s. l. a. et typ. nom. foll. 27. formae octavae typis exscripta est eodem fere titulo praefixo: *Evangelium Nicodemi, auss dem Latein ins Teutsch gebracht,* etc. Hanc editionem, quam Ebertus l. l. Vol. II. p. 197. ad sec. XVI. refert, paulo accuratius descripsit Ittigius in diss. *de Patribus Apostolicis* §. XVI. p. 29., passimque eandem Hessius in *Biblioth. hist. sacrae* Tom. I. p. 436. ad textus Latinos cod. Einsidl. et ed. Fabric. contulit. Uterque hanc versionem Germanicam a Latino textu Grynaei sive Fabricii multum discrepare animadvertit; neuter vero indicavit, quacum editione Latina consentiat. Nos non dubitamus, quin expressa sit ad editionem, quam nos principem diximus et quacum Lipsiensem a. 1516. concordare supra docuimus. Confirmatur id prologo hoc: *Es ist geschehen im XXX. Jahr* [153]) *des Kaiserthumbs Tiberii zu der Zeyt Herodis Kuenig Herodis Sun, am VIII. Kalen. Aprilis, das ist den* 21. *Tag des Mer-*

153) Scribendum est: *im* XIX *Jahr.* Videtur hic error esse typographicus.

tzeus, im vierdten Jahr des Raths des Sun Nestionis, in der CC. Olimpias, ist ain Zeyt vier Jar, Olimpiade [154]) *und Fuersten der Jueden Anne und Caipha nach dem Creutz und Leiden unsers Herrn Jesu Christi hat Nicodemus beschrieben die Werck des Haylandes zu den Fuersten der Jueden, und zu den andern Jueden in Hebraischer Sprach, aber der Kaiser Theodosius hat geschafft, dass es gebracht ist worden in Lateinisch Sprach.* Verba Latina Germanicis accurate respondentia ad marginem §. 8. legisti. Insunt his vitia, quae in nullo alio codice nec ms. nec typis impresso reperi, e. c. quod scribitur: *consulatus filii Nestionis anno quarto.* Tertia editio Germanica Marpurgensis a. 1555., memorata Chuedenio in *Pseudo-Novo Testamento* p. 50., similem illis, quos descripsimus, habet titulum. Quarta Lipsiae a. 1616. 12. prodiit, quae notatur prima in puriore lingua Germanica lucem vidisse. *Ev. Nicod. jetzo wiederum aufs neue aufgelegt, und in rechte Teutsche Sprache versetzt, welches nie so gewesen.* Quintam a. 1676. 4. Fabricius in *Biblioth. Gr.* Vol. XIV. p. 271. indicavit. Sextam denique Smalcaldiensem a. 1687. ex edit. Lat. Lipsiensi a. 1516. profluxisse testatus est vir doctus in *Actis Eruditorum* a. 1698. p. 550. Credas igitur eam ab editt. illis principibus nihil differre, certe quod ad historiam et sensum attineat [155]).

Plures interpretationes Germanicae in bibliothecis adhuc delitescunt. Harum unam in bibliotheca regia Berolinensi codici IV. evangeliorum subjectam J. Vor-

---

154) Debebat scribi: *in der* CC. *Olympiade* (*Olimpias ist ain Zeyt vier Jahr*).

155) Pilati epistola cum aliis epistolis apocryphis Germanice edita est sub titulo hoc: *Missiven oder Sendtbrieff Lentuli und Pontij Pilati an Kaiser Tiberium von Leng und Gestalt der Person; Item vom Tod und Aufferstehung unseres Heylandes Christi Jhesu.* etc.

atius deprehendit ex eaque unum alterumque specimen produxit in *Observationibus in linguam Germanicam* Coloniae Brandenb. a. 1669. editis cap. IV. p. 30. Alterius notitiam dedit Georg. Guil. Lorsbach in programmate Herbornae a. 1802. edito, cui *praemittuntur quaedam de vetusta evangelii S. Nicodemi interpretatione germanica.* „Legitur ea, inquit ille, in codice, quem seculo post Christum natum decimo et quarto vel quinto exaratum conjicias, quemque Serenissimi Arausionis et Nassaviae Principis, quae Dillenburgi est, bibliotheca adservat. Codex non integrum pseudo-evangelium, sed fragmentum tantummodo ejusdem continet: caret nimirum capitibus undecim prioribus et parte duodecimi, caret quoque capp. 22. 23. et 28. [156]). Capiti vicesimo septimo subjicitur epistola Pontio Pilato falso attributa, et huic ἀνέκδοτον aliquod, de Volusiano a Tiberio Augusto in Palaestinam, ut Jesum Christum Romam deduceret, ablegato.“ Speciminis loco Lorsbachius capp. XVI. et XVII. cum prima parte cap. XVIII., sicut Germanice ibi leguntur, descripsit. Cap. XVI. incipit: *Do das irhorten dy meyster der synagogen, dy prister unde dy Levithen von Joseph, do wurden sy sam* (h. e. *sicut*) *dy toden unde vylen neder uff dy erde uff ir antlitze unde schregen unde sprochen weder sich selben: Was bedutit das zeychen, das do geschen ist in dem volke Israhel? Unde vasten bis zu none zyt des tages, unde noch none zyt do troste sy Joseph unde Nychodemus unde sprochen: Steet uff unde tret uff euer fusze unde sterkit euwer gemute; wen ir wol wiszet das ys morn eyn gros heylig tag ist. Des stunden sy uff unde betten an Gote von Israhel unde yderman*

---

156) Cap. XXVIII. ed. Fabr. in plerisque codd. et verss. antiquis desiderari notavimus p. 789. De ἀνεκδότῳ, quod in cod. Germanico reperiri testatur Lorsbachius, supra diximus. Fugit virum doctum, libellum bis editum esse.

gink in syn hus essen unde trinken. Do yn quam an den heyligen tag des morgens vru qwomen zu samen dy meyster unde dy lerer unde clayten under eynander unde sprochen zo: Was ist der zorn Gotis der komen ist ober uns. Nu habe wyr doch wol geseen unde gekant synen vater unde syne muter. etc. Habes hoc loco simul exemplum additamentorum, quibus interpres iste Germanicus libellum interpolare amat. Omnino enim is non tam ad verbum Latina saepius ab ipso non intellecta reddidit, quam potius suo quodam modo fabulam fusius enarravit. De indole linguae, qua utitur, aliis judicium relinquimus, id tantum observantes, haud paucas lectori occurrere voces nunc prorsus obsoletas [157]). Teste Fabricio prodiit etiam Belgice libellus sub hoc titulo: *t'Wonderlyck Evangelium van Nicodemus, gedruckt na de alleroudeste Copye tot Leyden by Pieter Janson onder den toorn van Sinte Pancracius Kerck, Anno* 1418. *en wederom in't licht gebracht, door den eerwaerdigen Aquila Oreinus Bisschop tot Calorchos. Rotterd.* 1671. 12. Sed libellus ipse non evangelium Nicodemi continet, sed narrationem quandam passionis Christi, mortis, descensus ad inferos, resurrectionis et ascensionis in coelos, a monacho quodam utcumque congestam ex quatuor evangelistis, evangelio Nicodemi, quem p. 79. diserte laudat, et ex aliis legendis ut p. 75. loquitur. Subjicitur huic libello alius eodem anno apud

---

157) In Pseudo-Bibliis Germanicis exeunte sec. XIV. vel ineunte sec. XV. compilatis, quorum notitia in libro: *Curiositaeten* Vol. X. fasc. 5. p. 476. exhibetur, haud pauca ex ev. Nicod. repetita sunt. Ibi etiam cap. XIX. in historia Adami fabula illa respicitur a nobis p. 686. enarrata. „*Das 19te Kapitel erzählt, wie Adam alt geworden, sey ihm eine Rippe gefault und er sey krank geworden. Da habe er seinen Sohn Seth in's Paradies gesendet nach Arzenei. Ein Engel gab ihm einen Zweig von dem verbotenen Baume. Aber als Seth damit ankam, war Adam schon todt und blieb todt. Der Zweig aber sey sogleich ein Baum geworden.*“

eundem bibliopolam Hugonem Riickhals Roterodami excusus, qui inscribitur: *t'Wonderlyck Evangelium van Nicodemus verriickt met bondighe uytleggingen begrijpende korteliick den ouden en nieuwen toestandt der H. Roomsche Kerck, door den booggeleerden Arnoldus Montanus.* Verum huic plane nihil commune est cum Nicodemi evangelio: continet enim satyricam criminationem Ordinum monasticorum, quibus illam ironica et ad risum comparata dedicatione autor consecravit. — Versionis Suecicae ev. Nicod. in not. ad p. XII. mentionem feci.

Evangelium Nicodemi, cum fabulis eidem adjunctis etiam Orientalibus Christianis innotuisse plura docent literarum monumenta, licet, quod ego sciam, nulla reperiatur translatio ejusdem in linguam aliquam Orientalem. E scriptoribus Syris Salomon Bassorensis ut de nativitate Christi, sic etiam de passione ejusdem plura ex apocryphis congessit *Spicilegii* P. II. cap. 44. Inter ea, quae Assemanius *Biblioth. Orient.* Tom. III. p. 317. inde profert [158]), fortasse ex evangelio Nicodemi derivatum est, quod militem, qui lancea latus Christi aperuit, Longinum appellatum fuisse ille tradidit. Vid. not. ad p. 586. Quanquam reliqua ibi commemorata ab eodem aliena sunt [159]). Armenios vero Christianos non igno-

158) Profert haec: 1) Die 9. Aprilis Bassorensis ait Christum cruci affixum fuisse. 2) Caipham, a quo damnatus est Christus, eundem cum Josepho facit, antiquitatum Judaicarum auctore. 3) Bar-Abae, h. e. filii Abae nomen fuisse Josue. 4) Militem, qui lancea latus Christi aperuit, Longinum nomine eum fuisse dicit, qui in faciem Christi exspuit, qui alapa eundem percussit, qui demum per annos duodequadraginta languerat. 5) Quinque ait fuisse sepulcri Dominici custodes, quorum et nomina ipse Hebraica recitat haec: Issachar, Gad, Matthias, Barnabas, Simeon. 6) Lapidem sepulcro impositum ex nonnullorum sententia refert petram illam fuisse, ex qua aquae filiis Israel in deserto erupere. 7) Sepulcrum Christi scribit Josue filio Nun olim paratum fuisse.

159) Ejusd. *Spicilegii* P. II. cap. 46. Bassorensis refert, Josue

rasse fabulas illas testatur cod. Armen. LXVI. bibliothecae regiae Parisiensis, in quo reperiuntur 1) *Narratio fabulosa ingressus Christi in urbem Hierosolymam.* 2) *Historia passionis Christi et judicii ea de causa adversus Pilatum ab imperatore Tiberio pronunciati.* (Opus apocryphum). 3) *Quaestiones variae multa fabulosa de Christo et Apostolis complectentes.* Idem valet de Coptis [160]). Praeterquam enim quod in duobus codd. Sahidicis num. CXII. et CXXXII. referente Zoega *Catal.* p. 222. et 230. similia illorum, quae ev. Nicod. continet, leguntur, Cyriacus ille Bahnesae episcopus supra p. XXXVIII. sqq. commemoratus *historiam Pilati* Arabice scripsit vel e Syriaco exemplari reddidit, quae partim ex epistolis Pilati ejusque *Παραδόσει* hausta est. Exstat ea ms. in duobus codd. Paris. [161]), quorum notitiam exhibent *Appendices ad cod. apocr. N. T. a viro illustrissimo Silv. de Sacy cum D. Andrea Birch communicatae et ab hoc editae* Havniae 1815. Unus inter Syriacos signatur num. CXXXIII., Arabice scriptus, charactere tamen Syriaco; alter, qui olim Gaulmini fuit, inter Arabicos num. CLX. Textus non eadem est in utroque conformatio: hic illo est prolixior fusiorque et quoad stilum propius accedit ad linguam vulgarem. Silv. de Sacy duas esse putat diversas interpretationes ejus-

---

Barsum Nestorianorum patriarcham existimasse, coenaculum, ubi Christus Pascha celebraverit, Nicodemi fuisse.

160) Eduard. Brerewoodus in *scrutinio religionum* cap. 13. de Cophtitis refert: *In liturgiis legunt evangelium Nicodemi.* Inde idem repetunt Sandius in *Nucleo hist. eccles.* p. 10. et Hallervordius *Biblioth. curiosae* p. 284., ac si de nostro evangelio dicatur. Contra Tenzelius *de ritu lectionum sacrarum* num. XXXIII. docet, evangelium de Nicodemo Joan. cap. III. intelligendum esse. Conf. etiam Ludolfus *comment. ad hist. Aethiop.* p. 18.

161) Etiam in cod. Arab. Vatic. 55. teste Assemanio *Biblioth. Orient.* T. III. p. 286. legitur *Historia Pilati*, *Hierosolymae praesidis, qui in Christum credidisse dicitur et martyrium subiisse.*

dem exemplaris Syriaci, easque majori licentia factas. Historiam autem Cyriacus ipse primum a Gamaliele scriptam esse fingit. Epitomen ejus in *Appendicibus* illis Gallice editam nolo huc transscribere. Solum narrationis initium ex cod. CLX. ad verbum Latine redditum inde repetam.

„In nomine patris et filii et spiritus sancti unius Dei; martyrium Pilati; sermo, quem composuit pater noster sanctus, venerandus omni modo, abbas Hiriacus [162]) episcopus Bahnesae, de resurrectione domini nostri Jesu Christi ex mortuis, et de cruciatibus, quos passus est Pilatus Ponticus [163]) in civitate Jerusalem, quo tempore cruci affixus fuit; locutus est etiam de Josepho, qui erat ex Roma et de Nicodemo, venerandis principibus; ostendit quoque in eo cruciatus, quos a Judaeis sustinuit Pilatus propter Jesum Christum, et quod accidit ei ab Herode, priusquam mitteret eum Herodes Romam in urbem regiam, ubi diminutus est capite, martyriumque ipsius completum est; quaecunque scilicet inventa sunt in exemplari, quod scripserant Gamaliel et Anaeus [164]), viri docti in deo, dilecti et excellentes. Ipsi enim aderant cum Josepho et Nicodemo, et testes fuerunt passionis ejus carissimae et sanctissimae; et memoriae prodiderunt, se scripsisse hocce martyrium post resurrectionem domini nostri J. C. a mortuis, et commemoraverunt signa et prodigia, quae per sepulcrum nobile, ubi positum fuerat corpus domini nostri Christi,

---

162) Nomen هرياقوس nihil differt ab altero nomine قورياقوس.

163) Arabice البنطى. Indice illustr. de Sacy haec est forma, quae Syriacam originem prodit.

164) Arabice عماليال وانانيوس. Anaeum dici puto Ananiam, qui Paulum Apostolum baptizavit et quem Salomo Bassorensis l. l. c. 41. tradit cum Stephano protomartyre a Joanne Baptista ad Christum missum fuisse. Vid. *Biblioth. Orient.* Tom. III. p. 317.

fiebant, et consilium initum a perniciosis Judaeis; cum pace domini, amen [165]). Haec dixit: Cum crucifixus esset dominus noster et deus noster et salvator noster J. C. in loco, qui vocatur *cranion*, (quod interpretatur locum lapidibus stratum i. e. cranium,) principes [vero] illi venerandi, Josephus et Nicodemus sustulerunt eum de cruce posueruntque in sepulcro novo. Virgo vero Maria flebat cupiebatque filii sui sepulcrum adire, sed illud facere haud poterat prae metu Judaeorum; erat enim dies sabbati, qui est post feriam sextam, quo die nemo eorum poterat exire neque in locum quemvis ire nec aliquid omnino facere, et peculiariter die hujus sabbati. Matutino vero tempore feriae prima domina Maria [166]) virgo accepit secum mulieres alias, cepitque aromata, ut ungerent sepulcrum. Maria autem antevertit mulieres, quae cum ipsa erant. Primo mane igitur, circa extremas noctis tenebras, ob metum a Judaeis maledictis venerunt ad sepulcrum; cumque ad sepulcrum venissent, vidit lapidem revolutum fuisse ab ostio sepulcri. Cum itaque admiraretur et respiceret, vidit duos angelos sedentes in vestibus candidis, alium a capite, alium vero a pedibus, ubi positum fuerat corpus Jesu, qui dixerunt ei: Mulier, quid causae est, cur lacrimas? Ipsa vero respondit: Quia abstulerunt dominum meum, nec novi, ubinam illum reliquerint. Conversa vero post

---

165) Prologus in cod. CXXXIII. multo brevior est. Ibi haec tantum leguntur: Per virtutem et fiduciam trinitatis sanctae et aequalis in substantia scribimus historiam Pilati, Josephi et Nicodemi, resurrectionem quoque domini nostri a sepulcro, quomodo etiam passus est a Judaeis iniquis et maledictis. Haec ait sanctus Cyriacus, episcopus urbis Bahnesae: Cum crucifixus esset dominus noster J. C. in loco etc. Ex illo prologo, quem supra habes, conjecturam capere licet de argumento legendae, cui simillima est legenda de Volusiano Hierosolymam a Tiberio misso.

166) Arabice مرتموم. Id quoque de Sacy vestigium esse putat Syriacae originis. Vid. not. ad pag. XXXV.

se vidit Jesum stantem nesciebatque eum esse dominum Jesum. Jesus vero ait ei: Mulier, quid tibi causae est, cur ploras, et quemnam quaeris? etc. De similitudine hujus legendae Orientalis cum fabulis Latinorum mediae aetatis alibi fortasse disseram, simulque exemplis demonstrabo, evangelium Nicodemi ad varia artis opera illustranda adhiberi posse.

Absoluta codicum, editionum et versionum recensione paucis possumus de indole consilioque commentariorum nostrorum in hoc evangelium exponere. Etenim omnino propositum nobis fuit, integro commentatoris munere defungi, ut, quoad fieri posset, omnes obscuriorum locorum tenebras dispelleremus; quod in hoc libro arduum profecto fuit negotium. Itaque praeter ea, quae ad textus crisin pertinent, non tantum verba inusitatiora mediae potissimum Graecitatis explicuimus, sed etiam res reconditiores variasque opiniones et superstitiones a vulgari scientia remotiores ex historia et antiquitatis praecipue Judaicae et Christianae memoria illustravimus. Illas autem traditiones et fabulas, in quibus libelli consilium et aetas cernuntur, singulari studio ita persecuti sumus, ut et originem earum aperiremus, et progressus conversionesque commonstraremus, et si quid veri subesse iis videretur, erueremus.

HISTORIA
JOSEPHI FABRI LIGNARII.

بِسْمِ ٱللّٰهِ ٱلْوَاحِدِ بِذَاتِهِ ٱلْمُثَلَّثِ بِصِفَاتِهِ ✿

قِصَّةُ نِيَاحَةِ أَبُونَا ٱلْقِدِّيسِ ٱلشَّيْخِ يُوسُفَ ٱلنَّجَّارِ بَرَكَاتُهُ
وَصَلَوَاتُهُ تَحْفَظُ جَمِيعَنَا يَا إِخْوَةُ آمِينَ ✿

IN NOMINE DEI UNIUS IN SUA ESSENTIA, ET TRINI IN SUIS PERSONIS [1]).

Historia mortis Patris [2]) *nostri, sancti, senis JOSEPHI, Fabri lignarii* [3]). *Benedictiones ejus et preces servent nos omnes, O Fratres, Amen.*

---

1) صفة proprie notat *qualitatem* tantum seu *attributum;* a rad. وصف *descripsit.* At apud Scriptores Ecclesiasticos adhibetur vox اقنوم h. e. *Persona,* ὑπόστασις. Vid. *Golius* p. 1973. Retulerunt nobis *Arabes* ipsi *Christiani* prius vocabulum eam ob caussam in Oriente saepius usurpari, ne offendantur Muhammedani; sed parum illa solida est et Theologica. De secta *Mohtazalitarum* doctrinae de attributis divinis contrarium docente, ideoque a voce صفة i. e. *attributum* nomen sortita الصفاتية *Alsafatijah,* vid. *Abr. Ecchellensis* de origine nom. Papae, Cap. XXIX. contra *Hottingerum* p. 396.

[2) Quod in Codice MS. exstat أبونا negligenter scriptum, fortasse e lingua vulgari, cujus vestigia haud pauca in nostro libro conspiciuntur, in hunc locum migravit; conferri potest أبي quod vulgo pronuntiatur *abuje.* Vid. *Herbin développemens des principes de la langue arabe moderne* (Paris. 1803) pag. 129. *Wallinus* correxit ابينا.]

3) *Eusebius Renaudot*, vir olim in Orientalibus excellens, qui Catalogum MSS. Arabicorum Codicum Bibliothecae Regiae Parisiensis composuit, non perlecta ipsa historia, putavit sine dubio hic agi de Josepho Jacobi filio, Patriarcha Vet. Testamenti, cujus fabulam ex Corano edidit *Erpenius.* Ideoque reddidit: *Historia Josephi Mercatoris*, at hic non est تاجر ut facile legere potuit Renaudotius, nam levis est differentia, sed نجار, quam vocem habes infra Cap. II.

وَكَانَتْ جُمْلَةُ حَيَاتِهِ مِاْيَةٌ وَأَحَدَ عَشَرَ سَنَةً وَكَانَ
ٱنْتِقَالُهُ مِنْ هُذَا ٱلْعَالَمِ فِي ٱلسَّادِسِ وَٱلْعِشْرِينَ مِنْ شَهْرِ أَبِيبَ
ٱلْمُوَافِقِ لِشَهْرِ آبَ صَلَاتُهُ تَحْفَظُنَا آمِينَ ✿ وَإِنَّ رَبَّنَا يَسُوعَ
ٱلْمَسِيحَ هُوَ ٱلَّذِي أَخْبَرَ بِهُذَا لِتَلَامِيذِهِ ٱلْأَطْهَارِ عَلَى جَبَلِ
ٱلزَّيْتُونِ وَبِجَمِيعِ سَعْيِهِ وَإِكْمَالِ أَيَّامِهِ وَٱلرُّسُلُ ٱلْقِدِّيسِينَ
حَفِظُوا هُذَا ٱلْكَلَامَ وَكَتَبُوهُ وَتَرَكُوهُ فِي خِزَانَةِ ٱلْكُتُبِ بِأُورْشَلِيمَ
صَلَاتُهُمْ تَحْفَظُنَا آمِينَ ✿

---

4) Juxta calculum Auctoris infra cap. XIV. collatum cum hoc loco, obiit Josephus anno *decimo octavo* post N. C. quod fere convenit cum sententia *Epiphanii* Lib. II. Tom. II. haeres. LXXVIII. pag. 1042. edit. Petav. Is enim ad XII. Ch. annum refert ejus mortem. Et quidem diutius vivere vix potuit, si modo verum est, quod octogenarius vel nonagenarius demum, ut noster vult, duxit Mariam; nam vixisse eum post resurrectionem Christi, ut nonnullis placet, verosimile non est, cum alias Joanni matrem suam, ut videtur, non commendasset Servator. Conf. *Baronius* ad A. C. XII, 8. [Saepe Noster peccavit in Numeralibus, quorum forma ea maxime utitur, quae in lingua arab. vulgari obtinuit. Vid. *Dombay*, gramm. linguae mauro-arabicae (Vindobon. 1800) p. 31. *Wallinus* emendavit احدى عشرة.]

5) أبيب *Abib* antiquis Alexandrinis, hodie Ἐπιφί dicitur Christianis Aegyptiis, qui et, abbreviata voce, Gupti, Coptae vel

Fuit tota ipsius vita centum et undecim annorum [4], *contigitque migratio ejus ex hoc mundo vicesimo sexto* (die) *mensis Abib, qui respondet mensi Ab* [5]. *Oratio ejus servet nos. Amen. Et quidem Dominus noster Jesus Christus ille ipse* (fuit), *qui retulit hanc* (historiam) *discipulis suis sanctis in monte Oliveti* [6], *atque omnem laborem ejus* (Josephi) *et dierum ipsius consummationem. Apostoli autem sancti* [7] *conservarunt hunc sermonem, et literis consignatum reliquerunt in Bibliotheca Hierosolymis. Oratio eorum servet nos. Amen.*

Elkupti Muhammedanis vocantur. *Joseph Scaliger*, Emend. temp. Lib. IV. pag. 224. conf. Lib. VII. p. 661. *Ab* vero est mensis Syrochaldaeorum. Respondent nostro *Julio* et *Augusto*. Cum hisce non confundi debet Hebraeorum mensis אביב *Abib*, a *spicis* ita dictus, Exod. XIII, 4. et alibi, qui respondebat *Martio* [secundum Rabbinorum sententiam, vel potius Aprili, quod docuit *J. D. Michaelis*, de mensibus Hebr.], et post Captivitatem Babyl. nuncupatus est *Nisan*, Nehem II, 1. Attamen *Andreas Müllerus* in Specim. glossarii sacri asserit, hoc et alia Hebraicorum mensium nomina etiam ex Aegypto translata esse. Vid. *Doct. Fabricii* Menologium pag. 14.

6) De hòc monte, atque de vestigiis pedum Christi (ad quae Prophetia Zachariae Cap. XIV, 4. a nonnullis refertur) conf. *Beda* de Locis Sanctis Cap. VI. et VII.

[7) قلايسيين vestigium videtur esse linguae vulgaris. *Dombay* p. 24. *Wallin*. emend. قلايسون.]

Cap. I.

كَانَ فِي أَحَدِ ٱلْأَيَّامِ وَٱلْمُخَلِّصُ رَبُّنَا وَإِلٰهُنَا وَمُخَلِّصُنَا
يَسُوعُ ٱلْمَسِيحُ جَالِسٌ مَعَ تَلَامِيذِهِ وَهُمْ مُجْتَمِعِينَ عَلَى جَبَلِ
ٱلزَّيْتُونِ كُلُّهُمْ وَقَالَ لَهُمْ يَا إِخْوَتِي وَأَحِبَّائِي بَنِي ٱلْآبِ ٱلَّذِي
ٱخْتَارَكُمْ مِنْ جَمِيعِ ٱلْعَالَمِ أَنْتُمْ تَعْلَمُوا أَنِّي أَخْبَرْتُكُمْ مِرَارًا
كَثِيرَةً أَنَّهُ يَنْبَغِي لِي أَنْ أُصْلَبَ وَأَمُوتَ لِأَجْلِ خَلَاصِ آدَمَ
وَذُرِّيَّتِهِ وَأَقُومَ مِنَ ٱلْأَمْوَاتِ وَأُعْطِيكُمْ بِشَارَةَ ٱلْإِنْجِيلِ ٱلْمُقَدَّسِ
ٱلْمُبَشِّرِ لِتُبَشِّرُوا بِهِ فِي جَمِيعِ ٱلْعَالَمِ وَأُلْبِسُكُمُ ٱلْقُوَّةَ مِنَ ٱلْعُلَا
وَأَمْلَأَكُمْ مِنَ ٱلرُّوحِ ٱلْقُدُسِ وَتُبَشِّرُوا كُلَّ ٱلْأُمَمِ بِٱلتَّوْبَةِ
وَغُفْرَانِ ٱلْخَطَايَا لِأَنَّ كَاسَ مَاءٍ وَاحِدٍ إِذَا وَجَدَهُ ٱلْإِنْسَانُ فِي
ٱلدَّهْرِ ٱلْآتِي هُوَ أَجَلُّ وَأَعْظَمُ مِنْ جَمِيعِ ٱلْأَمْوَالِ فِي هٰذَا ٱلْعَالَمِ
كُلِّهِ وَمَوْطَأُ قَدَمٍ وَاحِدٍ فِي بَيْتِ أَبِي هُوَ أَعْظَمُ وَأَجَلُّ مِنْ
جَمِيعِ غِنَاءِ ٱلْعَالَمِ وَأَيْضًا سَاعَةٌ وَاحِدَةٌ فِي فَرَحِ مَسْكَنِ ٱلْأَبْرَارِ
هِيَ أَجَلُّ وَأَفْضَلُ مِنْ أَلْفِ سَنَةٍ لِلْخُطَاةِ لِأَنَّ بُكَاءَهُمْ وَتَحِيبَهُمْ لَا

[1) *Wallin.* emend. مجتمعون, Sed vid. *Dombay* p. 24.]

2) Christum directe Apostolos et discipulos vocasse *fratres* vix in historia Evangelica invenitur, de iis tamen indirecte loquitur: *Ἰδοὺ οἱ ἀδελφοί μου.* Matth. XII, 49. Cap. XXVIII, 10 etc. Additur vero احباى, quasi dicas *ἀδελφοί μου ἀγαπητοί* cum *Jacobo*; Cap. I, 16. vel cum *Paulo*, *ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι* 1 Thess. I, 4.

Cap. I.

Contigit una die, cum Salvator, Magister, Deus et Salvator noster Jesus Christus sederet una cum suis discipulis, congregatique [1]) in monte Oliveti omnes essent, ut diceret illis: O fratres [2]) et amici mei, filii Patris, qui vos [3]) elegit de omnibus hominibus, Scitis [3]) me vobis saepius retulisse, quod oporteat me crucifigi et mori propter salutem Adami et posteritatis ejus, et quod surgam de mortuis. Committam autem vobis doctrinam Evangelii [4]) sancti, (*vobisque antea*) nuntiati, ut praedicetis illud per omnem mundum. Et induam vos virtute de alto, ac implebo vos Spiritu Sancto. Annuntiabitis [5]) vero cunctis gentibus poenitentiam et remissionem peccatorum. Nam scyphus aquae unicus, si eum invenerit homo in seculo futuro, praestantior (*est*) et major cunctis divitiis hujus totius mundi. Et locus, (*quantum occupare potest*) *pes unus*, in domo Patris mei, major (*est*) et excellentior omnibus opibus terrae. Immo hora unica in laeto piorum habitaculo felicior (*est*) et magis pretiosa mille annis inter peccatores. Quippe fletus [6]) eorum et planctus non

---

[*) Pro اختارهم, quod est in exemplari *Wallin.* scrips. اختاركم, a *Wallino* ipso in interpretatione expressum.]

[3) تعلموا est e consuetudine vulgari pro تعلمون.]

4) الانجيل est vox *Graeca Εὐαγγέλιον*, [de cujus usu apud Muhammedanos vid. *Barth. Herbelot*. Bibl. Orient. p. 315. ed. Paris.]

[5) وتبشروا pro وتبشرون].

6) MS. بكاوهم.

يَفْرُغُ وَدُمُوعُهُمْ لَا تَهْدَى وَلَا يَجِدُونَ لَهُمْ عَزًا وَلَا رَاحَةً ٱلْبَتَّةَ وَٱلْآنَ يَا أَعْضَاىَ ٱلْكَرِيمَةَ إِذَا ذَهَبْتُمْ بَشِّرُوا كُلَّ ٱلْأُمَمِ وَأَخْبِرُوا وَقُولُوا لَهُمْ إِنَّ ٱلْمُخَلِّصَ يَفْحَصُ عَنْ مِيرَاثِ ٱلْحَقِّ وَوَكِيلُ ٱلْحَقِّ وَإِنَّهُمْ يَرُدُّونَ وَيُجَارِبُوا عَنْهُمْ فِي يَوْمِ ٱلْمُجَارَاةِ وَهُوَ يَفْحَصُ عَنْ كُلِّ كَلِمَةٍ وَاحِدَةٍ يَقُولُوهَا ٱلنَّاسُ هُزُوًا وَبَطَّالَةً يُعْطُونَ عَنْهَا جَوَابًا وَكَمَا إِنَّهُ لَا يَنْسَأُ أَحَدٌ مِنَ ٱلْمَوْتِ كَذَلِكَ أَعْمَالُ كُلِّ وَاحِدٍ وَاحِدٍ تَظْهَرُ يَوْمَ ٱلدِّينِ خَيْرًا كَانَ أَمْ شَرًّا وَبِهَذَا ٱلْكَلَامِ ٱلَّذِى قُلْتُهُ لَكُمُ ٱلْيَوْمَ لَا يَفْتَخِرِ ٱلْقَوِىُّ مِنْ أَجْلِ قُوَّتِهِ وَلَا ٱلْغَنِىُّ مِنْ أَجْلِ غِنَاهُ بَلْ مَنْ أَحَبَّ أَنْ يَفْتَخِرَ فَلْيَفْتَخِرْ بِٱلرَّبِّ ۞

CAP. II.

كَانَ إِنْسَانٌ ٱسْمُهُ يُوسُفُ مِنْ أَهْلِ بَيْتِ لَحْمَ مَدِينَةِ يَهُودَا وَمَدِينَةِ دَاوُدَ ٱلْمَلِكِ هٰذَا كَانَ قَدْ تَعَلَّمَ ٱلْحِكْمَةَ وَٱلْعُلُومَ جَيِّدًا وَجُعِلَ كَاهِنًا فِي هَيْكَلِ ٱلرَّبِّ وَكَانَ يَعْرِفُ

[*) تهدى pro تَهْدَأُ sermonem sapit vulgarem.]

7) Ita interpretati sumus hunc locum paullo obscuriorem, quia convenire videtur cum illis, quae habentur infra Capp. XIII. et XXIII. Reddi tamen et hoc modo forsan poterit: *Et redituras* (aliquando de mortuis) *sese defendent.* [ويجاربوا rursus pro ويجاربون.]

8) Ut Matth. XII, 36. *ῥῆμα ἀργόν*, ubi etiam *Arabs:* كلمة بطالة.

desinet, et lacrimae eorum non cessabunt *), neque invenient sibi solatium vel quietem ullo unquam tempore. Et nunc, o membra mea honoranda, ite, praedicate omnibus gentibus, nuntiate et dicite illis: Utique Servator diligenter inquirit in haereditatem debitam, et *(est)* administrator justitiae. Et illi *(Angeli)* profligabunt *(inimicos)*, et pugnabunt [7]) pro illis in die conflictus. Atque ille *(Deus)* examinabit unum quodque verbum, quod loquuntur homines ineptum et otiosum, *(et)* reddent de eo rationem [8]). Quemadmodum enim nemo a morte excludetur, sic uniuscujusque etiam opera patebunt die judicii, sive bona fuerint sive mala. *(Nuntiate)* quoque hoc verbum, quod dixi vobis hodie: Ne glorietur fortis de fortitudine sua, nec dives de suis divitiis, sed qui gloriari vult, glorietur in Domino [9]).

Cap. II.

Fuit vir, cui nomen Josephus, gente oriundus Bethlehemitica, de urbe Juda et civitate Davidis Regis [1]). Hic ipse scientia et doctrinis probe instructus, sacerdos factus est in templo Domini. Calluit praeterea

---

9) Haec desumta sunt ex Jerem. IX, 23. ubi Interpres *Arabs*: لا يفتخر القوى بقوته ولا يفتخر الغنى بغنايه لكن بهذا فليفتخر المفتخر, quae postrema verba melius respondent textui *Hebraeo*: בזאת יתהלל המתהלל, quam quae hoc loco adducta sunt. Verum nuspiam reperimus ea in Nov. Test. a *Christo* repetita esse, sed tantum, qua partem, a *Paulo* 1 Cor. I, 31. et 2 Cor. X, 17.

1) Vide, si placet, infra Cap. VII.

صَنْعَةَ ٱلنِّجَارَةِ وَتَزَوَّجَ ٱمْرَأَةً كَمِثْلِ ٱلنَّاسِ جَمِيعِهِمْ وَأَوْلَدَ
لَهُ ٱلْبَنِينَ وَٱلْبَنَاتِ أَرْبَعَةَ غِلْمَانٍ وَٱبْنَتَيْنِ وَهٰذِهِ أَسْمَآؤُهُمْ يَهُودَا
وَيُسْطُسُ وَيَعْقُوبُ وَسِمْعُونُ وَأَسْمَآءُ ٱلْاِبْنَتَيْنِ أَسْيَاءُ وَلِيدِيَا
وَمَاتَتْ زَوْجَةُ يُوسُفَ ٱلصِّدِّيقِ بِمَجْدِ ٱللّٰهِ فِي جَمِيعِ أَعْمَالِهِ
وَكَانَ يُوسُفُ ٱلرَّجُلُ ٱلصِّدِّيقُ أَبِي بِٱلْجَسَدِ خَطِيبُ مَرْيَمَ أُمِّي
يَمْضِي هُوَ وَأَوْلَادُهُ إِلَى صَنْعَتِهِ يَعْمَلُ فِي ٱلنِّجَارَةِ ✿

Cap. III.

وَلَمَّا تَرَمَّلَ يُوسُفُ ٱلصِّدِّيقُ فَكَانَتْ مَرْيَمُ أُمِّي ٱلْمُبَارَكَةُ
ٱلطَّاهِرَةُ ٱلزَّكِيَّةُ قَدْ كَمُلَ لَهَا ٱثْنَى عَشَرَ سَنَةً لِأَنَّ أَبَهَاتِهَا
قَدَّمُوهَا إِلَى ٱلْهَيْكَلِ وَهِيَ ٱبْنَةُ ثَلَاثِ سِنِينَ وَأَقَامَتْ فِي هَيْكَلِ
ٱلرَّبِّ تِسْعَةَ سِنِينَ حِينَئِذٍ لَمَّا رَأَى ٱلْكَهَنَةُ ٱلْعَذْرَآءَ ٱلْقِدِّيسَةَ
ٱلْخَائِفَةَ مِنَ ٱلرَّبِّ قَدْ نَشَيَتْ خَاطَبُوا بَعْضُهُمْ بَعْضًا قَايِلِينَ سَلْ
عَنْ رَجُلٍ صِدِّيقٍ يَخَافُ مِنَ ٱللّٰهِ تُودَعُ عِنْدَهُ مَرْيَمُ إِلَى زَمَانِ
ٱلْعُرْسِ لِئَلَّا تَبْقَى فِي ٱلْهَيْكَلِ فَيَجِيئُهَا مَا يَجِيءُ ٱلنِّسَآءَ فَنَخْطِيُّ
وَيَغْضَبُ ٱللّٰهُ عَلَيْنَا ✿

---

2) بالجسد idem sine dubio erit ac *κατὰ σάρκα*; sed Rom. I, 3. Interpres *Arabs* paullo aliter has voces reddit: بما يختص بالبشرة *quantum pertinet ad carnem.* Dicitur autem Josephus *Pater Christi* non ratione *naturae*, quia erat secundum humanam natu-

artem fabrilem lignariam, et, more cunctorum hominum, uxorem duxit. Genuit quoque sibi filios filiasque, quatuor (*nimirum*) filios, atque duas filias. Haec vero sunt eorum nomina: Judas, Justus, Jacobus et Simon. Nomina duarum filiarum (*erant*) Assia et Lydia. Tandem morte decessit uxor Josephi justi, gloriae divinae intenta in omnibus suis operibus. At Josephus, vir iste justus, pater meus secundum carnem [2]), (*et*) sponsus Mariae matris meae, abivit una cum suis filiis ad professionem suam, artem exercendo fabri lignarii.

CAP. III.

Cum vero viduus factus fuit Josephus justus, jam impleverat Maria mater mea benedicta, sancta, (*et*) pura duodecim [1]) annos. Quippe parentes ipsius obtulerunt eam in templo tres annos natam, mansitque illa in templo Domini novem [2]) annos. Tunc, ut viderunt sacerdotes virginem sanctam, (*et*) timentem Dominum adolescere, se invicem allocuti sunt, dicentes: Quaeramus virum justum, (*et*) pium, cui committatur Maria usque ad tempus nuptiarum; ne manenti in templo accidat, quod accidere solet mulieribus, eoque nomine peccemus, et succenseat nobis Deus.

---

ram ἀπάτωρ, sed jure forsan 1) *Genealogiae*, 2) ratione *curae*, et 3) ob *opinionem vulgi*, conf. Luc. III, 23.

[1) اثنى عشر. *Wallin.* correxit اثنتا عشرة.]

[2) MS. تسعة. *Wallin.* scrips. تسع, idque accommodatius ad praecepta gramm. Sed vid. quae monuimus p. 4. annot. 4.]

Cap. IV.

وَفِي تِلْكَ ٱلسَّاعَةِ أَرْسَلُوا وَدَعَوْا ٱلْاِثْنَى عَشَرَ شَيْخًا مِنْ قَبِيلَةِ يَهُودَا وَكَتَبُوا ٱسْمَ ٱلْاِثْنَى عَشَرَ قَبِيلَةَ إِسْرَايِيلَ فَوَقَعَتِ ٱلْقُرْعَةُ عَلَى ٱلشَّيْخِ ٱلْبَارِّ يُوسُفَ ٱلصِّدِّيقِ حِينَئِذٍ أَجَابُوا ٱلْكَهَنَةُ وَقَالُوا لِأُمِّي ٱلْمُبَارَكَةِ ٱمْضِي مَعَ يُوسُفَ وَكُونِي عِنْدَهُ إِلَى زَمَانِ ٱلْعُرْسِ فَأَخَذَ يُوسُفُ ٱلصِّدِّيقُ أُمِّي وَجَآءَ بِهَا إِلَى مَنْزِلِهِ فَوَجَدَتْ يَعْقُوبَ صَغِيرًا فِي بَيْتِ أَبِيهِ وَهُوَ ذَلِيلٌ مَحْزُونٌ مِنْ أَجْلِ ٱلْيُتْمِ فَرَبَّتْهُ مِنْ أَجْلِ هٰذَا دُعِيَتْ مَرْيَمُ أُمَّ يَعْقُوبَ فَتَرَكَهَا يُوسُفُ فِي بَيْتِهِ وَمَضَى إِلَى مَوْضِعٍ يَعْمَلُ فِيهِ ٱلصَّنْعَةَ ٱلَّتِي هِيَ ٱلنِّجَارَةُ وَلَمَّا كَمَلَ لِلْعَذْرَآءِ ٱلطَّاهِرَةِ فِي بَيْتِهِ سَنَتَيْنِ وَصَارَ عُمْرُهَا يَوْمَئِذٍ أَرْبَعَةَ عَشَرَ سَنَةً مُنْذُ جَآءَ بِهَا ✿

Cap. V.

أَحْبَبْتُ أَنَا بِإِرَادَتِي وَمَسَرَّةِ أَبِي وَمَشُورَةِ ٱلرُّوحِ ٱلْقُدُسِ فَتَجَسَّدْتُ مِنْهَا بِسِرٍّ يَعْلُو مَعْرِفَةَ ٱلْمَخْلُوقِينَ فَلَمَّا كَمَلَ لِحَبَلِهَا ثَلَثَةُ شُهُورٍ فَجَآءَ ٱلرَّجُلُ ٱلصِّدِّيقُ مِنَ ٱلْمَوْضِعِ ٱلَّذِي كَانَ

[1) Pro الاثنتى عشرة.] Observat *Golius*, Lex. pag. 1850 vocem قبيلة tantum dici de *tribu Arabica*, sed *Judaicas* peculiariter dici اسباط.

[2) *Wallin.* سنتان.]

[3) *Wallin.* اربع عشرة.]

Cap. IV.

Proinde, statim emissis (*nuntiis*), convocarunt duodecim senes de tribu Juda. Et scripserunt nomina duodecim [1]) tribuum Israëlis. Cecidit autem sors super senem pium, Josephum justum. Tunc respondentes, dixerunt sacerdotes matri meae benedictae: Ito cum Josepho, et esto apud illum usque ad tempus nuptiarum. Accepit ergo Josephus justus matrem meam, eamque abduxit in domum suam. Et invenit (*Maria*) Jacobum minorem in domo patris sui fractum animo atque moestum propter orbitatem (*matris*,) et educavit illum. Hinc appellata est *Maria* mater Jacobi. Deinde relinquens eam Josephus in domo sua, abivit ad officinam, ubi exercetur ars fabrilis lignaria. Postquam vero exegerat sancta virgo in domo ejus biennium [2]), facta est praecise aetas ejus quatuordecim [3]) annorum, incluso simul tempore [4]), quo eam recepit (*Josephus*).

Cap. V.

Dilexi (*autem illam peculiari quodam*) voluntatis motu, cum beneplacito Patris mei, et consilio Spiritus Sancti. Et incarnatus fui de illa, mysterio creaturarum rationis captum superante. Sed, elapsis a conceptione tribus mensibus, rediit vir justus (*Josephus*) de loco,

---

4) Locus paullo obscurior. Forte etiam verba illa منذ جاء بيا ad sequentem paragraphum referri possunt, ut sensus sit: *Ex eo tempore, quo recepit eam Joseph, dilexi* etc. [Haud dubie haec ratio est probanda; alioquin enim cap. V. scriptum esset احببتها.]

فِيهِ صَنْعَتُهُ فَوَجَدَ ٱلْعَذْرَاءَ أُمِّي فِي ٱلْحَبَلِ وَٱضْطَرَبَ وَهَمَّ
بِتَخْلِيَتِهَا سِرًّا وَمِنْ خَوْفِهِ وَحُزْنِهِ وَضِيقِ صَدْرِهِ لَمْ يَأْكُلْ وَلَمْ
يَشْرَبْ فِي ذَلِكَ ٱلْيَوْمِ ✿

Cap. VI.

وَفِي نِصْفِ ٱلنَّهَارِ ظَهَرَ لَهُ رَيِّسُ ٱلْمَلَايِكَةِ جِبْرَائِيلُ ٱلْمُقَدَّسُ
فِي ٱلْحُلْمِ بِأَمْرِ أَبِي وَقَالَ لَهُ يُوسُفُ ٱبْنَ دَاوُدَ لَا تَخَفْ أَنْ
تَأْخُذَ مَرْيَمَ خَطِيبَتَكَ فَإِنَّهَا حُبْلَى مِنْ رُوحِ ٱلْقُدُسِ وَسَتَلِدُ
ٱبْنًا وَيُدْعَى ٱسْمُهُ يَسُوعَ وَهُوَ ٱلَّذِي يَرْعَى جَمِيعَ ٱلْأُمَمِ
بِقَضِيبٍ مِنْ حَدِيدٍ وَذَهَبَ ٱلْمَلَاكُ عَنْهُ فَقَامَ يُوسُفُ مِنْ
نَوْمِهِ وَصَنَعَ كَمَا قَالَ لَهُ مَلَاكُ ٱلرَّبِّ وَبَقِيَتْ مَرْيَمُ عِنْدَهُ ✿

Cap. VII.

وَبَعْدَ هٰذَا خَرَجَ أَمْرٌ مِنْ عِنْدِ آغُوسْطُسَ قَيْصَرَ ٱلْمَلِكِ

---

1) Haec non fuere verba angeli; desumta tamen sunt ex Ps. II, 9. תְּרֹעֵם בְּשֵׁבֶט בַּרְזֶל, ubi LXX. legisse videntur תִּרְעֵם nam vertunt *ποιμανεῖ*, et eodem modo in Nov. Test. Apoc. II, 27. *ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ.* Sic etiam Capp. XII, 5. et XIX, 15. Ita quoque interpretati sunt *Aethiops*, *Syrus* et *Arabs*, qui similiter, ac noster hic *Auctor*, verbo utitur رعى quod significationem et *pascendi* et *regendi* habet. *Virga* vero *ferrea* hoc loco *gladium* notat *oris Christi*, Ebr. IV, 12. Apoc. I, 16. Conf. *Calovii* Biblia Illustr.

1) *Οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα*, clamant Judaei, Joan. XIX, 15. quae in *Nicodemi Pseudevangel.* Cap. IX. ita allegantur: *Regem scimus esse Caesarem, non Jesum.* Sed forte putavit Auctor

ubi artem suam exercuit. Atque, ubi deprehendit virginem matrem meam gravidam, mente conturbatus, cogitavit eam clanculum dimittere. Prae timore etiam, tristitia et pectoris sui angustia nec edere nec bibere illo die sustinuit.

Cap. VI.

Sub medio autem die apparuit ipsi angelorum princeps, sanctus Gabriel in somnio, mandato instructus Patris mei. Et dixit illi: Josephe fili David, ne timeas accipere Mariam sponsam tuam. Quippe concepit de Spiritu Sancto, et pariet filium, cujus nomen appellabitur Jesus. Hic ille (*est*), qui gubernabit omnes gentes sceptro ferreo [1]). (*Haec prolocutus*) discessit ab eo angelus. Surrexit vero Josephus de somno suo, et fecit quemadmodum ipsi dixerat angelus Domini. Et permansit Maria apud illum.

Cap. VII.

Interjecto deinde tempore, prodiit mandatum ab Augusto Caesare (*et*) Rege [2]) ut describeretur uni-

---

nomen قيصر fuisse Augusto *proprium*, et hac ratione, ut exprimatur mens ejus, tollenda est, quam addidimus, copula *et*. Confirmat suspicionem *Abulpharagius*; ille enim, *Hist. Dynast.* pag. 109. de eodem censu loquens, omisso nomine *Augusti*, وفي inquit, تلك السنة كان قد ارسل قيصر الملك *eodem anno misit Caesar Rex*, vel, ut *Pocockius* reddit, *Imperator*. Et paullo ante pag. 106. in *Julio Caesare*, tradita nominis etymologia, quod scilicet قيصر idem sit ac السليل *extractus* (potius *caesus*, scilicet de utero materno, ut de *Scipione Africano* refert *Plinius* Lib. VII. Cap. IX.), id in *cognomentum* abivisse dicit omnibus Romae imperantibus.

يُكْتَبُ جَمِيعُ ٱلْمَسْكُونَةِ وَاحِدٌ وَاحِدٌ فِي مَدِينَتِهِ فَقَامَ ٱلشَّيْخُ ٱلصِّدِّيقُ يُوسُفُ وَأَخَذَ مَرْيَمَ ٱلْعَذْرَآءَ وَجَآؤُوا إِلَى بَيْتِ لَحْمَ مِنْ أَجْلِ أَنَّهُ كَانَ قُرْبَ وِلَادَتِهَا فَكَتَبَ ٱسْمَهُ فِي ٱلْجَرِيدَةِ أَنَّ يُوسُفَ ٱبْنَ دَاوُدَ مَرْيَمُ خَطِيبَتُهُ ٱلَّذِي مِنْ قَبِيلَةِ يَهُوذَا وَأَنَّ مَرْيَمَ أُمِّي وَلَدَتْنِي فِي بَيْتِ لَحْمَ فِي مَغَارَةٍ قَرِيبٍ مِنْ قَبْرِ رَاحِيلَ ٱمْرَأَةِ يَعْقُوبَ ٱلرَّئِيسِ ٱلَّتِي هِيَ أُمُّ يُوسُفَ وَبِنْيَامِينَ ✿

Cap. VIII.

وَإِنَّ ٱلشَّيْطَانَ مَضَى وَأَخْبَرَ هِيرُودِسَ ٱلْكَبِيرَ أَبَا أَرْشِلَاوُسَ فَهِيرُودِسُ هٰذَا ٱلَّذِي قَطَعَ رَأْسَ يُحَنَّا حَبِيبِي وَنَسِيبِي فَطَلَبَنِي وَكَانَ يَظُنُّ أَنَّ مَمْلَكَتِي مِنْ هٰذَا ٱلْعَالَمِ وَأُخْبِرَ يُوسُفُ ٱلشَّيْخُ ٱلْبَارُّ فِي ٱلْحُلْمِ فَقَامَ وَأَخَذَ مَرْيَمَ أُمِّي وَأَنَا فِي حُضْنِهَا وَسَالُومِي تَمْشِي مَعَهُمْ وَذَهَبَ وَجَآءَ إِلَى مِصْرَ وَأَقَامَ هُنَاكَ مُدَّةَ سَنَةٍ كَامِلَةٍ إِلَى أَنْ بَادَ حَسَدُ هِيرُودِسَ ✿

---

2) Sic reddidimus illud مسكونة ob rad. سكن *habitavit*, optimeque respondet voci *οἰκουμένη* Luc. II, 1. ubi Interpres *Arabs* eandem vocem adhibet. Intelligendam tamen sub generaliori hoc vocabulo eam tantum orbis partem, quae *Romano* subjecta erat imperio, ita *Syrus* et *Persa*, vel, ut aliis placet, *Judaeam* tantum, satis constat. At *Protevangel. Jacobi* cap. XVII. solos intelligit *Bethlehemitas*, quod falsum.

3) Codex MS. male الذى.

1) Melius forsan hic ابا quam ابو, ut est in MS.

2) *Graecorum* *χ* ante vocales *ε*, *ι*, *ο*, *αι*, *η*, *υ*, *Arabes* exprimunt, ut hic noster auctor, per ش, sed recens non est, nam

versus orbis habitabilis [2]), unusquisque in sua civitate. Surgens itaque senex justus Josephus, accepit *(secum)* Mariam virginem. Et venerunt Bethlehemum, quia instabat partus ejus. Inscripsit autem *(Josephus)* nomen suum catalogo. Nam Josephus filius David, cujus sponsa *(erat)* Maria, fuit de tribu Juda. Et quidem Maria mater mea peperit me Bethlehemi, in spelunca proxima sepulcro Rachel, uxoris Jacobi Patriarchae, quae [3]) *(fuit)* mater Josephi et Benjamin.

Cap. VIII.

Sed Satanas ivit, retulitque *(hoc)* Herodi Magno, patri [1]) Archelai [2]). Idemque hic Herodes *(erat)*, qui capite truncari jussit Joannem amicum et cognatum meum. Proinde me diligenter perquisivit, existimans regnum meum fore de hoc mundo. Verum admonitus fuit *(hac de re)* Josephus, senex ille pius, per somnium. Ideo surgens, accepit Mariam matrem meam, et ego in ipsius sinu *(recubui)*. Comitem etiam itineris ipsis se praebuit Salome. Profectus ergo domo, in Aegyptum [3]) secessit. Permansit*que* ibi spatium unius integri anni, donec transiit invidia Herodis.

Arabs nomina *Ἀρχέλαος* et *Βαραχίας* in Evangelio eodem modo reddit. Habuit et alios filios Herodes, v. g. *Philippum* et *Antipam*, inter quos regnum paternum partitus fuit Augustus; sed ideo hic forsan *Archelai* tantum mentio fit, quia patri immediate, in parte maxima imperii, successit, Matth. II, 22.

3) مصر non hic saltem est metropolis Aegypti, *Memphis* vel *Babylon*, ubi habitasse exulem hancce familiam nonnulli volunt, sed מצרים seu generaliter tota *Aegyptus*, Matth. II, 13.

Cap. IX.

وَمَاتَ بِأَشَرِّ مَوْتَةٍ لِيَكُونَ لِأَجْلِ سَفْكِ دَمِ ٱلْأَطْفَالِ ٱلَّذِينَ قَتَلَهُمْ ظُلْمًا وَلَيْسَ لَهُمْ خَطِيَّةٌ وَعِنْدَمَا مَاتَ ذٰلِكَ ٱلْمُخَالِفُ ٱلْمُنَافِقُ هِيرُودِسُ رَجَعُوا إِلَى أَرْضِ إِسْرَائِيلَ وَسَكَنُوا فِي مَدِينَةِ ٱلْجَلِيلِ وَهِيَ تُدْعَى ٱلنَّاصِرَةَ وَكَانَ ٱلشَّيْخُ ٱلْمُبَارَكُ يُوسُفُ يَعْمَلُ فِي صَنْعَةِ ٱلنِّجَارَةِ وَيَأْكُلُ مِنْ عَمَلِ يَدَيْهِ وَلَا يَأْكُلُ مِنْ عَمَلِ أَحَدٍ قَطْ خُبْزًا مَجَّانًا كَمَا أَمَرَ نَامُوسُ مُوسَى ۞

Cap. X.

وَبَعْدَ هٰذَا كَبِرَ ٱلشَّيْخُ وَطَعَنَ فِي أَيَّامِهِ وَلَمْ يَضْعَفْ جَسَدُهُ وَلَا تَغَيَّرَ نَظَرُهُ وَلَا تَلِفَ سِنٌّ وَاحِدَةٌ مِنْ فَمِهِ وَلَمْ يَزَلْ فِي عَقْلِهِ كُلَّ ٱلزَّمَانِ بَلْ كَانَ كَأَنَّهُ صَبِيٌّ شَابٌّ قَوِيٌّ فِي جَمِيعِ أُمُورِهِ وَأَعْضَاؤُهُ سَالِمَةٌ مِنْ كُلِّ أَلَمٍ وَجُمْلَةُ حَيَاتِهِ مِائَةٌ وَأَحَدَ عَشَرَ سَنَةً وَصَارَ فِي شَيْخُوخِيَّةٍ حَسَنَةٍ ۞

Cap. XI.

وَيُسْطُسُ وَسِمْعَانُ أَوْلَادُ يُوسُفَ ٱلْكِبَارُ تَزَوَّجُوا أَيْضًا وَمَضَوْا إِلَى بُيُوتِهِمْ وَكَذٰلِكَ ٱلْاِبْنَتَيْنِ تَزَوَّجُوا أَيْضًا وَمَضَوْا إِلَى بُيُوتِهِمْ

---

1) طعن فى ايام proprie notat, *processit* vel *profecit in diebus*, haut aliter ac de parentibus *Joannis Bapt.* dicitur Luc. I, 7. *προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν.* Sed est purus *Hebraismus*; sic enim de *Abrahamo* extat Gen. XXIV, 1. בא בימים. Nec longe abit modus loquendi Gallorum: *Avancer en age.*

2) MS. اعضايه. [3) *Wallin.* واحدى عشرة.]

Cap. IX.

Obiit vero (*Herodes*) pessimo mortis genere, poenam luens effusi puerorum sanguinis, quos e medio inique sustulit, cum ipsis non inesset peccatum. Atque, extincto tyranno isto impio Herode, reversi sunt (*cum Jesu parentes*) in terram Israëlis. Et habitarunt in urbe Galileae, quae appellatur Nazareth. Josephus autem professionem artis lignariae repetens, manuum suarum opere vitam sustinuit. Neque enim alieno labore victum gratis quaerebat unquam, quemadmodum (*olim*) praeceperat lex Mosis.

Cap. X.

Tandem, increscentibus annis, provectae aetatis senex evasit [1]). Nulla tamen corporis laboravit infirmitate, nec defecit visus, neque ullus de ore ejus dens periit. Mente quoque, toto (*aetatis*) tempore, nunquam deliravit. Sed similis puero, juvenilem semper in negotiis suis vigorem praestitit. Et membra [2]) ejus integra (*permanserunt*), omnique dolore vacua. Tota autem ejus vita centum constabat et undecim [3]) annis, producta quam diutissime ipsius senecta [4]).

Cap. XI.

Justus vero et Simeon seniores Josephi filii, ductis uxoribus, in familias suas abiverunt. Ambae pariter nupserunt filiae [1]), et in suas secesserunt aedes.

---

4) Ad verbum: *Et factus est in senectute bona*, seu *pulcra*. Ita Gen. XXV, 8. etiam dicitur: בשיבה טובה. [Pro شبخوخية fortasse legendum est شُيُوخِيَّة, vel شَيْخُوخَة.]

[1) Temere Noster in his verbis migravit leges grammaticas, si

وَبَقِيَ فِي بَيْتِ يُوسُفَ يَهُودَا وَيَعْقُوبُ ٱلصَّغِيرُ وَأُمِّي ٱلْعَذْرَآءَ
وَأَنَا بَقِيتُ مَعَهُمْ كَوَاحِدٍ مِنْ أَوْلَادِهِ وَكَمَّلْتُ كُلَّ ٱلسِّيرَةِ سِوَى
ٱلْخَطِيَّةِ وَكُنْتُ أَدْعُو مَرْيَمَ أُمِّي وَيُوسُفَ أَبِي وَأُطِيعُهُمْ فِي
جَمِيعِ مَا يَقُولُونَ وَلَمْ أُخَالِفْهُمْ قَطْ بَلْ كُنْتُ أَسْمَعُ مِنْهُمْ
كَمِثْلِ جَمِيعِ ٱلنَّاسِ ٱلَّذِينَ وُلِدُوا فِي ٱلْعَالَمِ وَلَمْ أُغْضِبْهُمْ
يَوْمًا وَاحِدًا وَلَمْ أَرُدَّ لَهُمْ كَلِمَةً وَلَا جَوَابًا بَلْ كُنْتُ أُحِبُّهُمْ
جِدًّا مِثْلَ حَدَقَةِ ٱلْعَيْنِ ✿

Cap. XII.

وَكَانَ بَعْدَ هٰذَا قَدْ قَرُبَ نِيَاحَةُ ٱلشَّيْخِ ٱلْبَارِّ يُوسُفَ
وَٱنْتِقَالُهُ مِنْ هٰذَا ٱلْعَالَمِ كَسَائِرِ ٱلْبَشَرِ ٱلَّذِي وُلِدُوا فِي ٱلْعَالَمِ
فَضَعُفَ جَسَدُهُ فَأَعْلَمَهُ مَلَاكُ ٱلرَّبِّ أَنَّهُ يَتَنَيَّحُ فَخَافَ وَٱضْطَرَبَ
بِنَفْسِهِ جِدًّا وَقَامَ وَمَضَى إِلَى أُورَشْلِيمَ وَدَخَلَ إِلَى هَيْكَلِ ٱلرَّبِّ
وَصَلَّى أَمَامَ هَيْكَلِ ٱلرَّبِّ قَايِلًا ✿

---

quidem ita scripsit, ut est in Cod. Wallini. Simili modo in Genere peccant Judaici inferioris aetatis scriptores Arabesque hodierni. Wallin. emend. الابنتان تزوجنا ايضا ومضتا. Sed spectat illud ad deteriorem linguae vulg. usum, qui Dualem in Verbis vix agnoscit. Cf. Wallin. ad cap. 16. annot. 1.]

2) Modus loquendi scripturae usitatissimus, e. g. Deut. XXXII, 10. כאישון עינו, ubi LXX. ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ, *Arabs:* كانسان عينه. Hebraeis alias etiam dicitur בבת עין Zach. II, 11. et contracte בת עין Ps. XVII, 8.

*) Proprie: *coram templo Domini*, pro quibus, ne his eadem

At remanebant in domo Josephi Juda et Jacobus minor, nec non mater mea virgo. Ego insuper una cum illis (*ibidem*) permansi, haut aliter ac si unus fuissem de filiis ejus. Transegi autem omnem aetatem meam sine culpa. Mariam appellavi matrem meam, et Josephum patrem, atque in omnibus, quae dixerunt, morem ipsis gessi. Neque repugnavi illis unquam, sed obtemperavi eis, ut facere solent reliqui, quos terra producit, homines. Nec iram illis concitavi ullo die, aut verbum aliquod seu responsum (*duriusculum*) ipsis opposui. E contrario, ingenti eos prosecutus sum amore, ceu pupillam oculi [2]).

Cap. XII.

Contigit post haec, ut adpropinquaret mors senis illius pii, Josephi, ipsiusque de hoc mundo exitus, more reliquorum hominum, qui huic terrae ortum debent. Atque, nutante ad interitum corpore ejus, indicavit ipsi angelus Domini jam instare mortis horam. Proinde eum timor, et *ingens* animi perturbatio invasit. Surgens autem, abivit Hierosolymam. Et ingressus templum Domini, effusisque ibi coram Sanctuario [1]) precibus, dixit:

---

res repeteretur, aliud verbum substituimus. Neque commode *coram templo* is precari diceretur, qui *in templo* jam ipse praesens est. Nisi quis malit vocem هيكل in posteriori loco reddere per *altare*. Sed tunc potius scriberetur: امام مذبح الرب ut 1 Reg. VIII, 22. vix enim prius sub *altaris* notione in sacro codice invenitur. Verum subveniam forte auctori nostro, loco quodam parallelo ex Vet. Test. Dicit *David* Ps. V, 8. אבוא ביתך אשתחוה אל היכל קדשך *introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctitatis tuae*, ubi *domus* ponitur pro *toto*, *templum*

Cap. XIII.

يا الله اب كل عزاة واله كل الرافة ورب كل جسد
الاه نفسى وروحى وجسدى اطلب اليك يا ربى والاهى ان
كان قد كملت ايامى وقرب خروجى من هذا العالم ارسل
ميخاييل العظيم رييس ملايكتك القديسين يقف معى الى
ان تخرج نفسى هذه الحقيرة من هذا الجسد الشقى
بغير تعب ولا خوف ولا جزع لانه خوف عظيم وحزن
شديد يحل بكل الاجساد فى يوم موتهم رجلا كان او
امراة او بهيمة او وحشا او هواما او طيرا

---

autem pro *parte* totius. Sic etiam 1 Reg. VI, 3. Et quidem vox היכל unde illud Arabicum est, هيكل jam pro *interiori*, jam pro *exteriori* parte templi accipitur. Conf. *Sant. Pagnini* Thesaurus Linguae S. Addam insiguem locum ex ספר שרשים *R. David Kimchii.* Ibi enim, ad vocem היכל explicaturus illud Jerem. VII, 4. ita ait: ואמר שלשה פעמים היכל לפי שתיו שלשה בתים אולם והיכל והביר ונקראו כל חשלשה בתים היכל לפי שההיכל היח הבית הגדול שבשלשתם i. e. *Ter repetit vocem* היכל templum, *quia tria erant aedificia*, porticus, templum et adytum: *et vocantur omnia illa tria nomine* היכל templi, *erat enim templum magnum et spatiosum*, *in tres illas partes divisum*. Sensus igitur nostri auctoris, procul dubio, est, Josephum in *primam* vel *secundam* templi partem ingressum, coram *Sanctuario Domini* preces fudisse. Et eadem forte ratione intelligendum est illud *μακρόθεν procul* de *Publicano*, Luc. XVIII, 13. nam versu 10. jam *in templum* adscendisse dicitur. Notum alias est, Judaeos precaturos *templum Hierosolymitanum* adivisse, hinc appellatur בית תפלה Esa. LVI, 7. *οἶκος προσευχῆς* Luc. XIX, 46, remotiores vero, e. g. captivos, vultum versus sacram hancce

Cap. XIII.

O Deus, (*qui*) auctor (*es*) omnis solatii, Deus omnis misericordiae, et Dominus universi humani generis, Deus (*inquam*) animae, spiritus et corporis mei. Supplex Te veneror, o Domine et Deus mi. Si jam consummati sunt dies mei, tempusque adest, quo mihi exeundum est ex hoc mundo, mittas (*quaeso mihi*) Michaëlem magnum, angelorum tuorum sanctorum principem. Maneat*que* mecum, ut egrediatur anima mea misera ex aerumnoso hoc corpore sine molestia, sine terrore et impatientia. Etenim ingens timor, et tristitia vehemens omnia occupat corpora in *die mortis* eorum; sive mas sit, sive foemina, sive bestia, sive fera, quidquid vel humi reptat, vel in aëre volitat.

---

aedem convertisse. Conf. 1 Reg. VIII, 44 etc. Dan. VI, 10. Hunc morem cum observare velint hodierni Judaei in Europa versantes, necessario *orientem* respicere debent, licet olim in tabernaculo ac deinceps in templo Hierosolymitano, fixis in *occidentem* oculis, orarent, ut ex structura, et ostio inprimis tabernaculi apparet, Exod. XXVII. Conf. *Walafrid. Strabo* de exord. et increm. rerum eccl. cap. IV. *R. Maimon.* in מורה נבכים P. III. Cap. XLV. *Abrahamum* auctorem illius constituit consuetudinis, causamque addit: לאן קדש קדשים في الغرب وهو معنى قولهم שכינה במערב i.e. *quia* Sanctum Sanctorum *aedificandum erat versus occidentem, unde dici solet: Majestas divina habitat in occidente.* Ipsa quoque urbs *Jerusalem* appellatur מערב *Occidens*, conf. עין ישראל P. I. fol. 3, a. Cur vero Christiani, inverso ordine, Orientem spectent, varias adducunt *Patres* rationes. Vid. *Joach. Hildebrandi* Rituale Orantium, cap. I. §. 5 et sequ. Obs. Muhammedanos primum, ritu Judaeorum, in orando ad templum etiam *Hierosolymitanum* se convertisse, deinde vero ad المسجد الحرام seu *fanum Meccanum*, conf. *Corani* Sura II. v. 146 seq. Ob eandem rationem قبلة dici utrumque testantur *Castellus* et *Golius*.

وَبِٱلْجُمْلَةِ كُلُّ ٱلْخَلِيقَةِ ٱلَّتِي تَحْتَ ٱلسَّمَاءِ ٱلَّتِي فِيهِمْ رُوحٌ مُتَحَرِّكَةٌ
فَيَنَالُهُمْ خَوْفٌ وَشِدَّةٌ عَظِيمَةٌ وَتَعَبٌ كَبِيرٌ عِنْدَ خُرُوجِ نُفُوسِهِمْ مِنْ
أَجْسَادِهِمْ وَٱلْآنَ يَا رَبِّي وَإِلَاهِي يَقِفُ مَلَاكُكَ ٱلْمُقَدَّسُ مَعَ
نَفْسِي وَجَسَدِي إِلَى أَنْ يَفْتَرِقُوا مِنْ بَعْضِهِمِ ٱلْبَعْضُ وَٱلْمَلَاكُ
ٱلْمُوَكَّلُ بِي مِنْ يَوْمِ خَلَقْتَنِي لَا يَكُنْ وَجْهُهُ مَايِلًا عَنِّي
بَلْ يَسِيرُ مَعِي فِي ٱلطَّرِيقِ إِلَى أَنْ يُوصِلَنِي إِلَيْكَ وَيَكُونُ
وَجْهُهُ بَاشًّا فَرْحَانَ مَعِي وَيَصْحَبُنِي بِٱلسَّلَامَةِ وَلَا تَجْعَلْ
أَصْحَابَ ٱلْوُجُوهِ ٱلْمُخْتَلِفَةِ يَقْتَرِبُونَ إِلَيَّ إِلَى ٱلْمَوْضِعِ ٱلَّذِي
أَمْشِي فِيهِ إِلَى أَنْ آتِيَ إِلَيْكَ بِٱلسَّلَامَةِ وَلَا تُخَجِّلِ ٱلَّذِينَ
عَلَى ٱلْأَبْوَابِ يَمْنَعُوا نَفْسِي مِنَ ٱلدُّخُولِ وَلَا تَفْضَحْنِي
أَمَامَ مِنْبَرِكَ ٱلْمَخُوفِ وَلَا تَقْتَرِبْ إِلَيَّ ٱلسِّبَاعُ وَلَا تُغَرِّقْ
نَفْسِي أَمْوَاجُ بَحْرِ ٱلنَّارِ ٱلَّذِي يَنْبَغِي لِكُلِّ نَفْسٍ أَنْ
تَجُوزَ فِيهِ قَبْلَ أَنْ أَنْظُرَ إِلَى مَجْدِ لَاهُوتِكَ يَا ٱللّٰهُ
ٱلْحَاكِمُ ٱلْعَدْلُ ٱلَّذِي بِٱلْبِرِّ وَٱلْإِسْتِقَامَةِ يَدِينُ ٱلْبَشَرَ
وَيُجَازِي كُلَّ وَاحِدٍ كَمِثْلِ عَمَلِهِ وَٱلْآنَ يَا رَبِّي وَإِلَاهِي
تُذَكِّرُنِي بِرَحْمَتِكَ وَتُنِيرُ طَرِيقِي إِلَيْكَ أَنْتَ ٱلْيَنْبُوعُ ٱلْمَمْلُوُّ
مِنْ كُلِّ ٱلْخَيْرَاتِ وَٱلْمَجْدِ إِلَى ٱلْأَبَدِ آمِينَ ✿

1) Ad imitationem Gen. VI, 17. אשר בו רוח חיים, ubi

In summa creaturae omnes, quae *(sunt)* sub coelo, quibusque inest vitalis spiritus [1]), horrore concutiuntur, metu magno et lassitudine ingenti, discedentibus de corporibus suis, illarum animabus. Nunc igitur, o Domine, et Deus mi, adsit auxilio suo angelus tuus sanctus animae meae et corpori, donec a se invicem dissolventur. Neque facies angeli, mihi ad custodiam inde a formationis meae die designati, aversa sit a me. Verum praebeat se mihi itineris socium, usque dum me ad Te perduxerit. Sit vultus ejus mihi amoenus et hilaris, et comitetur me in pace. Ne autem permittas, ut *(daemones)* adspectu formidabiles accedant ad me in via, qua iturus sum, donec ad Te feliciter perveniam. Neque sinas, ut ostiarii animam meam ingressu *(Paradisi)* prohibeant. Neque, detegendo delicta, me probro exponas coram tribunali Tuo terribili. Neque irruant in me leones. Neque prius submergant animam meam fluctus maris ignei, (hoc *enim omnis* pertransire debet anima,) quam gloriam divinitatis Tuae conspexero. O Deus, justissime judex, qui in justitia et aequitate mortales judicabis, et retribues unicuique secundum opera ejus; o Domine *(quaeso)* et Deus mi, adesto mihi misericordia Tua, et viam meam illumina, *(ut perveniam)* ad Te. Tu *(enim)* es fons omnibus abundans bonis et gloria in aeternum. Amen.

---

1) *Arabs:* روح الحياة LXX. *πνεῦμα ζωῆς.*

Cap. XIV.

وكان من بعد هذا جاء الى منزله في مدينة الناصرة
ومرض فرقد وهي الدفعة التي تنتج فيها كالمفروض على
جميع البشر وثقل في المرض جدا ولم يمرض قط مثل
هذه الدفعة منذ يوم ولدوه في العالم ✿ وهذا تحقيق تدبير
المسيح ليوسف الصدّيق في اربعين سنة قبل ان يتزوج
قامت الامرأة في عصمته تسعة -واربعون سنة وماتت
وبعد موتها بسنة واحدة اودعت له امّي الطاهرة مريم من
الكهنة لكي يحفظها الى زمان العرس فقامت في بيته
سنتين وفي السنة الثالثة من مقامها عند يوسف وهي في
الخامس عشر من حياتها ولدتني على الارض بسرّ لا يعرفه
ولا يدركه احد من المخلوقين الّا انا وابي والروح
القدس الكاين في بالوحدانية ✿

---

1) Loquuntur, ut patet, per intervalla ambo, et *Auctor* et *Christus*. Clarius verba textus Arabici, hic difficiliora, reddere non potuimus. Forte etiam desunt aliqua.

[2) Wallin. emend. تسع واربعين.]

3) طاهرة et *puram* significat et *sanctam*. Ita quoque translulimus supra cap. III. ex sententia quidem auctoris; sed credibile non est Servatorem ipsum matrem suam, et quidem adhuc in vivis existentem, appellasse *sanctam*. Tolerabilior est titulus *beatae*, conf. Luc. I, 28 et 48.

Cap. XIV.

Factum deinde est, cum domum suam in urbe Nazareth rediit, ut morbo correptus, lecto teneretur. Atque hoc erat illud tempus, quo diem obiit, sicut destinatum est omnibus hominibus. Graviter autem hoc morbo laborabat, neque, ut in praesentia, aegrotaverat unquam a nativitatis suae ortu. Et ita certe res Josephi justi disponere Christo placuit [1]). Quadraginta (*vixit*) annos, ante initum matrimonium. Mansit (*deinde*) uxor sub tutela ejus quadraginta et novem [2]) annos, (*quibus elapsis*) mortua est. Uno autem post mortem ejus anno, commissa ipsi (*Josepho*) fuit mater mea beata [3]), Maria, a sacerdotibus, ut eam custodiret usque ad tempus nuptiarum. Biennium illa in domo ejus consumsit (*nulla re memorabile*). At tertio commorationis ejus anno apud Josephum, suae vero aetatis decimo quinto, peperit me in terra mysterio, quod nec penetrare nec capere potest ulla creatura, nisi ego, Paterque meus et Spiritus Sanctus, unam mecum constituens essentiam [4]).

---

4) *Κατὰ πόδα: Subsistens in me in unitate.* In eundem fere modum extat in *Liturgia Syriaca* septimanae passionis *Jesu Christi*, pag. 13. ܬܘܕܝ ܠܪܘܚܐ ܕܠܐ ܦܪܝܫ ܡܢ ܟܝܢܗ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ *Laus Spiritui, qui non separatus est a Patre et Filio.* Edidit hanc Liturgiam ex MS. *Jo. Christ. Clodius*, qui pag. 16, in notis dicit, *processionem Spiritus S. a Patre et Filio* his verbis subindicari; a quo dogmate non omnes Orientales Christiani abhorrent,

Cap. XV.

وَجَمِيعُ حَيَاةِ أَبِي ٱلشَّيْخِ ٱلصِّدِّيقِ مِأَيَةٌ وَأَحَدَ عَشَرَ سَنَةً كَأَوَامِرِ أَبِي وَٱلْيَوْمُ ٱلَّذِي فَارَقَتْ نَفْسُهُ جَسَدَهُ هُوَ ٱلْيَوْمُ ٱلسَّادِسُ وَٱلْعِشْرِينَ مِنْ شَهْرِ أَبِيبَ وَبَدَى ٱلذَّهَبُ ٱلْمُخْتَارُ يَتَغَيَّرُ وَٱلْفِضَّةُ ٱلنَّقِيَّةُ تَسْتَحِيلُ أَعْنِي عَقْلَهُ وَحِكْمَتَهُ وَنَسِيَ ٱلْأَكْلَ وَٱلشُّرْبَ وَبَطَلَتْ حِكْمَةُ صَنْعَةِ ٱلنِّجَارَةِ وَصَارَ لَا يَلْتَفِتُ إِلَيْهَا وَكَانَ عِنْدَمَا أَشْرَقَ ٱلنُّورُ فِي ٱلْيَوْمِ ٱلسَّادِسِ وَٱلْعِشْرِينَ مِنْ أَبِيبَ قَلِقَتْ نَفْسُ ٱلشَّيْخِ يُوسُفَ ٱلصِّدِّيقِ فِي مَضْجَعِهِ وَفَتَحَ فَاهُ وَتَنَهَّدَ وَضَرَبَ يَدَيْهِ عَلَى بَعْضِهَا بَعْضًا وَصَرَخَ هٰكَذَا قَايِلًا ✿

Cap. XVI.

ٱلْوَيْلُ لِلْيَوْمِ ٱلَّذِي وُلِدْتُ فِيهِ فِي ٱلْعَالَمِ ٱلْوَيْلُ لِلْبَطْنِ ٱلَّتِي حَمَلَتْنِي ٱلْوَيْلُ لِلْأَحْشَاءِ ٱلَّتِي قَبِلَتْنِي ٱلْوَيْلُ لِلثَّدْيِ ٱلَّتِي أَرْضَعَتْنِي ٱلْوَيْلُ لِلرِّجْلَيْنِ ٱللَّتَيْنِ جَلَسْتُ عَلَيْهِمَا ٱلْوَيْلُ لِلْيَدَيْنِ ٱللَّتَيْنِ حَمَلَتَانِي وَرَبَّتَانِي حَتَّى كَبِرْتُ لِأَنَّ بِٱلْإِثْمِ حُبِلَ بِي وَبِٱلْخَطَايَا ٱشْتَهَتْنِي أُمِّي ٱلْوَيْلُ لِلِسَانِي وَشَفَتَيَّ ٱلَّتِي

1) Wallin. احدى عشرة.]

2) Wallin. العشرون.]

3) MS. عشرون.

Cap. XV.

Tota itaque aetas patris mei, senis illius justi, centum confecit et undecim [1]) annos, ita decernente Patre meo (*coelesti.*) Et dies, quo deseruit anima corpus ejus, erat vigesimus [2]) sextus mensis Abib. Coepit enim jam aurum exquisitum splendorem perdere, et argentum usu deteri, intellectum inquo et scientiam ejus. Cibum quoque fastidivit et potum, atque cessavit peritia artis fabrilis lignariae, neque ejus ullam amplius rationem habuit. Contigit igitur prima luce vigesimi [3]) sexti dici (*mensis*) Abib, ut inquieta redderetur anima senis Josephi justi (*decumbentis*) in lecto suo. Quare aperuit os suum, suspiria edens, manusque suas adversus invicem collisit. Et alta voce exclamavit, in hunc modum dicens:

Cap. XVI.

Vae dici, quo natus sum in mundum. Vae utero, qui gestavit me. Vae visceribus, quae admiserunt me. Vae uberibus, quae lactaverunt me. Vae pedibus, super quos [1]) sedens quievi. Vae manibus, quae portarunt, et educarunt me usque dum adolevi. Quippe in iniquitate conceptus sum, et in peccatis concupivit me mater mea [2]). Vae linguae et labiis meis, quae

---

1) Ut stili haberetur aequalitas, quae hic in *MS. Codice* desideratur, ad *dualem* numerum, ea, quae eum postulare videbantur, retulimus. Id semel, hoc loco, indicasse sufficiat. [Haud ita bene nobis consuluit *Wallinus*, qui hoc sibi sumsit, ut propriam auctoris nostri scribendi rationem deleret.]

2) Haec desumta sunt ex Psalmo LI, 7. ubi *Versio Arabica:* لانى هانذا بالاثم حبل بى وبالخطايا ولدتنى امى.

تَلَفَّظْتُ وَتَكَلَّمْتُ بِٱلْبَاطِلِ بِٱلنَّمِيمَةِ وَٱلْكَذِبِ وَٱلْجَهْلِ وَٱلْهَزْوِ
وَٱلْفِرْيَةِ وَٱلْخَدِيعَةِ وَٱلْمُرَايَاةِ ٱلْوَيْلُ لِعَيْنَيَّ ٱللَّتَيْنِ أَبْصَرَتَا
ٱلشَّكَّ ٱلْوَيْلُ لِأُذُنَيَّ ٱللَّتَيْنِ أَحَبَّتَا سَمَاعَ ٱلْوَقِيعَةِ ٱلْوَيْلُ
لِيَدَيَّ ٱللَّتَيْنِ ٱخْتَطَفَتَا مَا لَيْسَ لَهُمَا بِحَقٍّ ٱلْوَيْلُ لِبَطْنِي
وَأَمْعَائِي ٱلَّذِينَ ٱشْتَهَوُا ٱلْأَكْلَ مِمَّا لَا يَحِلُّ لَهُمْ أَكْلُهَا ٱلْوَيْلُ
لِحَنْجَرَتِي ٱلَّتِي كَانَتْ مِثْلَ ٱلنَّارِ؛ تَأْكُلُ كُلَّمَا تَجِدُهُ
ٱلْوَيْلُ لِرِجْلَيَّ ٱللَّتَيْنِ مَشَتَا دَفْعَاتٍ كَثِيرَةً فِيمَا لَا يُرْضِي ٱللّٰهَ
ٱلْوَيْلُ لِجَسَدِي وَٱلْوَيْلُ لِنَفْسِي ٱلْحَزِينَةِ ٱلَّتِي قَدْ تَعَدَّيْتُ
مِنَ ٱللّٰهِ ٱلَّذِي خَلَقَهَا مَاذَا أَصْنَعُ إِذْ أَنَا ذَهَبْتُ لِذَلِكَ
ٱلْمَكَانِ وَأَقِفُ قُدَّامَ ٱلْحَاكِمِ ٱلْعَدْلِ وَيُبَكِّتُنِي مِنْ أَجْلِ
أَعْمَالِي ٱلَّتِي جَمَعْتُهَا فِي صِبَايَ ٱلْوَيْلُ لِكُلِّ إِنْسَانٍ يَمُوتُ
فِي خَطِيَّتِهِ بِٱلْحَقِيقَةِ إِنَّ هٰذِهِ ٱلسَّاعَةَ ٱلْمَخُوفَةَ وَهِيَ ٱلَّتِي

---

3) In *Codice MS.* verbum occurrit, procul dubio, mutilum: تلفا, ideoque conjectura utcunque hunc defectum supplevimus, substituendo vocem تلفظت. Incipit hic *confessio* generalis Josephi, ubi peccata sua, juxta seriem *membrorum* et *organorum*, recenset. Adponam singularem confessionis quandam formulam *Judaeis Italis*, in mortis articulo constitutis, usitatam, ut illa extat in eorum *Libro precum*. Observatur autem ibi ordo *literarum alphabeticarum*, et hoc modo incipit: אלהי ואלהי אבותי תבוא לפניך תפלתי ואל תתעלם מתחנתי שאין אני עז פנים וקשה עורף בדבר הזה שאומר לפניך יי׳ אלהי ואלהי אבותי צדיק אני ולא חטאתי אבל אני חטאתי׃ אשמתי בגדתי

protulerunt [3]) et locuta sunt vanitatem, obtrectationem, mendacium, inscitiam, irrisionem, figmentum, versutiam, et hypocrisin. Vae oculis meis, quae conspexerunt scandalum. Vae auribus meis, quae calumniatorum sermonibus delectabantur. Vae manibus meis, quae rapuere ad se non jure pertinentia. Vae ventri meo et intestinis, quae appetivere escam ipsis esu interdictam. Vae gutturi meo, instar ignis, omnia, quaecunque inveniebat, consumenti. Vae pedibus meis, qui saepius Deo ingratas ambularunt vias. Vae corpori, et vae animae meae tristi, jam a Deo auctore suo aversae. Quid faciam, cum ad locum illum perrexero, ubi consistendum mihi est coram justissimo judice, et ille me reprehensurus est, propter opera, quae cumulavi in juventute mea? Vae omni homini morienti in peccatis suis. Profecto, eadem illa hora terribilis, quae

---

גזלתי דברתי דופי העויתי והרשעתי זדתי חמסתי טפלתי שקר יעצתי רע כזבתי לצתי מרדתי נאצתי סררתי עויתי פשעתי צררתי קשיתי עורק רשעתי שחתתי תעבתי תעיתי תעתעתי וג׳. Adducuntur etiam haec a *Jo. Buxtorfio* in Syn. Jud. Cap. XLIX. ideo ejus servabo versionem: *Deus mi, et Deus patrum meorum, veniat in conspectum tuum oratio mea, et ne abscondas te a deprecatione mea, quia nequaquam impudentis oris, vel durae cervicis sum, in hac re, quam dicturus sum coram te. Deus mi, et Deus patrum meorum, justus sum ego, et non peccavi coram te; immo vero peccavi, deliqui, praevaricatus sum, rapui, diffamavi, inique egi, impie egi, superbe egi, violenter egi, consui dolos, consului malum, mentitus sum, irrisi, rebellavi, sprevi, defeci, perversus fui, praevaricator fui, angustavi, durae cervicis fui, improbus fui, corrupte egi, abominatus sum, erravi, perverti etc.*

حَلَّتْ بِأَبِي يَعْقُوبَ عِنْدَ مُفَارَقَةِ نَفْسِهِ جَسَدَهُ هُوذَا قَدْ حَلَّتْ بِي أَنَا ٱلشَّقِيُّ ٱلْيَوْمَ لٰكِنْ مُدَبِّرُ نَفْسِي وَجَسَدِي هُوَ ٱللّٰهُ وَحْدَهُ وَهُوَ يَصْنَعُ إِرَادَتَهُ فِيهِمْ ۞

CAP. XVII.

هٰذَا ٱلَّذِي قَالَهُ يُوسُفُ ٱلشَّيْخُ ٱلْبَارُّ فَمَضَيْتُ وَدَخَلْتُ إِلَى عِنْدِهِ فَوَجَدْتُ نَفْسَهُ مُضْطَرِبَةً جِدًّا وَهُوَ فِي شِدَّةٍ عَظِيمَةٍ فَقُلْتُ لَهُ ٱلسَّلَامُ لَكَ يَا أَبِي يُوسُفُ ٱلرَّجُلُ ٱلصِّدِّيقُ مَا بَالُكَ هٰكَذَا فَقَالَ لِي ٱلسَّلَامُ لَكَ دَفَعَاتٍ كَثِيرَةً يَا بُنَيَّ ٱلْحَبِيبُ إِنَّ مَخَاضَ ٱلْمَوْتِ وَخَوْفَهُ قَدْ أَحَاطَ بِي بَلْ إِنَّ نَفْسِي قَدِ ٱسْتَرَاحَتْ مُنْذُ سَمِعْتُ صَوْتَكَ يَا يَسُوعُ ٱلنَّاصِرِيُّ يَسُوعُ مُخَلِّصِي يَسُوعُ مُنَجِّي نَفْسِي يَسُوعُ سَاتِرِي يَسُوعُ ٱلِٱسْمُ ٱلْحُلْوُ فِي فَمِي وَفِي فَمِ جَمِيعِ مُحِبِّيهِ ٱلْعَيْنُ ٱلَّتِي تَنْظُرُ وَٱلْأُذُنُ ٱلَّتِي تَسْمَعُ ٱسْمَعْنِي أَنَا ٱلْيَوْمَ عَبْدُكَ أَتَضَوَّعُ إِلَيْكَ وَأَسْكُبُ دُمُوعِي أَمَامَكَ أَنْتَ إِلٰهِي بِٱلْحَقِيقَةِ أَنْتَ رَبِّي كَمَا قَالَ لِي ٱلْمَلَاكُ دَفَعَاتٍ كَثِيرَةً وَبِٱلْأَفْضَلِ فِي ٱلْيَوْمِ ٱلَّذِي شَكَّ فِيهِ قَلْبِي بِأَفْكَارِ ٱلشَّرِّ مِنْ أَجْلِ ٱلطَّاهِرَةِ ٱلْمُبَارَكَةِ مَرْيَمَ لَمَّا حَبِلَتْ وَفَكَّرْتُ أَنِّي أُخَلِّيهَا سِرًّا وَفِيمَا أَنَا مُتَفَكِّرٌ فِي هٰذَا إِذْ

1) MS. الذى. Convenit hoc cum illo pulcro *Ebraeorum*

contigit patri meo Jacobo, cum evolaret ex corpore anima ejus, ecce! mihi jam imminet. O quam ego miser hodie sum et lamentatione dignus! Verum solus Deus est director animae et corporis mei, ille etiam pro lubitu cum illis aget.

Cap. XVII.

Haec sunt, quae locutus est Josephus, senex ille justus. Ego autem ingressus apud illum, deprehendi animam ejus vehementer commotam, erat enim in magna angustia constitutus. Et dixi illi: salve mi pater Josephe, vir juste; qui vales? Ille vero respondit mihi: plurimum salve, o filiole mi dilecte. Equidem dolor metusque mortis jam circumdedere me; sed, statim ac audivi vocem tuam, requievit anima mea. O Jesu Nazarene, Jesu sospitator mi, Jesu liberator animae meae, Jesu protector mi. Jesu, o suavissimum nomen in ore meo, omniumque amantium illud. Ocule, qui vides, et auris, quae [1]) audis, exaudi me. Ego servus tuus hodie humillime te veneror, et coram te lacrimas meas effundo. Tu es omnino Deus meus, tu es Dominus meus, quemadmodum mihi saepissime retulit angelus. Praecipue autem eo die, quo fluctuavit animus meus cogitationibus perversis ob puram (et) benedictam Mariam in utero gestantem, quamque ego secreto dimittere cogitabam. Haec vero mihi meditanti ecce!

---

axiomate in פרקי אבות Cap. II, 2. דע מה למעלה ממך עין רואה ואזן שמעת וג׳ *perpende quod supra te est: oculus videns, et auris audiens* etc.

ظهرت لي ملايكة الرب في الحلم بسر عجيب قايلا لي يا يوسف بن داود لا تخف أن تأخذ مريم خطيبتك ولا تحزن ولا تتكلم بكلام لا ينبغي على حبلها فانها حبلى من روح القدس وستلد ابنا ويدعى اسمه يسوع وهو يخلص شعبه من خطاياهم فلا تحقد علي يا رب من أجل هذا لأني لم أكن أعرف سر ميلادك وأنا أذكر يا سيدي اليوم الذي لسعت فيه الحية الصبي ومات أرادوا أهله يسلموك الى هيرودس وقالوا انك قتلته وأقمته لهم من الأموات فجيت أنا ومسكت يدك وقلت لك يا ابني احذر فقلت لي أليس أنت أبي بالجسد أنا أعلمك من أنا والآن يا ربي والاهي لا تغضب علي لأجل تلك الساعة وتدينني أنا عبدك وابن أمتك أنت هو ربي والاهي ومخلصي ابن الله بالحقيقة ❀

---

2) Matth. I, 20. *unius* tantum angeli mentio fit, sic etiam *Auctor* supra Cap. VI. solum nominat *Gabrielem*. Dicerem vocem ربيس *principem*, scilicet angelorum, hic a scriba omissam esse, nisi obstaret verbum praecedens *foemininum* ظهرت.

5) Hoc loco errorem correxit Auctor. Conf. Cap. VI.

4) In eundem modum respondet Josepho Jesus in Evangelio infantiae Graeco cap. V. *οὐκ οἶδας, ὅτι σός εἰμι; nonne scis me tuum esse?* scilicet *filium*. Verumtamen, nisi obstaret illud ا interrogativum in اليس simplicem hic mallem *negationem;* sic enim commodior foret sensus: *Tu non es verus et naturalis meus pater:*

apparuere per quietem angeli [2]) Domini miro mysterio, dicentes mihi: O Josephe fili David, ne timeas accipere Mariam sponsam tuam, neque contristeris, neque verba indecora loquaris de conceptione ejus, quia gravida est de Spiritu Sancto, et pariet filium, cujus nomen vocabitur Jesus, ille enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum [3]). Ne autem ob hanc causam mihi male cupias, o Domine, ignoravi enim mysterium nativitatis tuae. Recordor etiam, mi Domine, diei istius, cum morsu serpentis puer iste necabatur. Voluerunt autem propinqui ejus tradere te Herodi, dicentes te interfecisse illum. Sed resuscitatum a mortuis eum illis reddidisti. Tunc ego accedens, et prehensa manu tua, dixi: mi fili, cave tibi. At tu respondisti mihi: nonne tu es pater meus secundum carnem? [4]) docebo te, quis ego sum. Nunc igitur, o Domine et Deus mi, ne mihi succenseas vel condemnes me propter illam horam. Ego sum servus tuus et filius ancillae tuae. Tu vero es Dominus meus, Deus et Servator meus, filius Dei certissime.

---

docebo enim te, quis sim. Sic *Theophylactus* ad Luc. II, 49. ubi, licet in textu sit quaestio, ita tamen ille παραφράζει: *Οὐκ αὐτὸς ἐστὶν ὁ ἀληθής μου πατὴρ - - - ἀλλ᾽ ὁ Θεὸς ἐστί μου πατήρ* etc. *non est ille* (Josephus) *verus meus pater, sed Deus est pater meus*, excipiendo scilicet ad verba Mariae: *Ecce pater tuus* etc. [لَيس est pro لا (alioquin enim scriptum esset لست) ex usu arabicorum inferioris aetatis scriptorum, ut Abusaidi, Pentateuchi interpretis. Cf. Evang. Infant. cap. 2., ubi لَيس يمكننى pro لا يمكننى, syr. ܠܝܬ ܗܘܐ Barhebr. Chron. p. 416., sam. ࠋࠉࠎ, hebr. denique אֵין (Gesen. *Lehrgeb.* p. 830).].

Cap. XVIII.

هٰذَا ٱلَّذِى قَالَهُ أَبِي يُوسُف وَمَا بَقِيَ يَسْتَطِيعُ يَبْكِي فَنَظَرْتُ إِلَى ٱلْمَوْتِ قَدْ تَسَلَّطَ عَلَيْهِ فَقَامَتْ أُمِّي ٱلْعَذْرَاءُ ٱلطَّاهِرَةُ وَٱقْتَرَبَتْ إِلَيَّ وَقَالَتْ لِي يَا ٱبْنِي ٱلْحَبِيبُ يَمُوتُ هٰذَا ٱلشَّيْخُ ٱلْبَارُّ يُوسُفُ فَقُلْتُ أَنَا يَا أُمِّي ٱلْمُحِبَّةُ إِنَّهُ يَنْبَغِي لِكُلِّ ٱلْخَلِيقَةِ ٱلَّذِينَ يُولَدُونَ فِي هٰذَا ٱلْعَالَمِ أَنْ يَمُوتُوا لِأَنَّ ٱلْمَوْتَ عَلَى كُلِّ ٱلْبَشَرِيَّةِ وَأَنْتِي يَا أُمِّي ٱلْعَذْرَاءُ يَنْبَغِي لَكِ أَنْ تَمُوتِي مِثْلَ كُلِّ ٱلنَّاسِ بَلْ مَوْتُكِ وَمَوْتُ هٰذَا ٱلشَّيْخِ ٱلْبَارِّ لَيْسَ هُوَ مَوْتًا بَلْ حَيَاةٌ دَائِمَةٌ إِلَى ٱلْأَبَدِ وَيَنْبَغِي لِي أَنَا أَيْضًا أَنْ أَمُوتَ بِٱلْجَسَدِ ٱلَّذِي أَخَذْتُهُ مِنْكِ بَلْ قُومِي يَا أُمِّي ٱلطَّاهِرَةُ ٱمْضِي وَٱدْخُلِي إِلَى عِنْدِ يُوسُفَ ٱلشَّيْخِ ٱلْمُبَارَكِ حَتَّى تَنْظُرِي أَيْش يَكُونُ فِي صُعُودِهِ ✿

Cap. XIX.

فَمَضَتْ مَرْيَمُ أُمِّي ٱلطَّاهِرَةُ وَدَخَلَتْ إِلَى ٱلْمَكَانِ ٱلَّذِي يُوسُفُ فِيهِ وَأَنَا كُنْتُ جَالِسًا عِنْدَ رِجْلَيْهِ فَنَظَرْتُهُ وَعَلَامَاتُ ٱلْمَوْتِ قَدْ ظَهَرَتْ فِي وَجْهِهِ فَرَفَعَ ٱلشَّيْخُ ٱلْمُبَارَكُ رَأْسَهُ إِلَى

---

1) Ita mors *βασιλεύειν regnare* dicitur Rom. V, 14. 17. ubi *Arabs* ملك.

[2) أنتي ex usu vulgari pro أنت. Ita hebr. אַתִּי, syr. ܐܢܬܝ, samar. ࠀࠍࠕࠉ (Gesen. *Lehrgeb.* pag. 200. sq.), aethiop. አንቲ፡ Cf. Evang. Infant. cap. 3. p. 68.]

Cap. XVIII.

Haec ubi dixerat pater meus Josephus, flere amplius non potuit. Et conspexi mortem jam ipsi dominantem [1]). Surgens autem mater mea, virgo illibata, et accedens ad me dixit: O mi fili dilecte, jamjam moritur hic pius senex, Josephus. Et respondi ego: O mater mea amantissima, utique omnibus creaturis, quae in hoc mundo generantur, eadem incumbit moriendi necessitas, mors enim in universum genus humanum jus obtinet. Tibi [2]) etiam, o mater mea virgo, idem, ac reliquis mortalibus, vitae exitus expectandus est. Attamen mors tua, ut et mors senis hujus pii, mors [3]) non est, sed vita perennis in aeternum. Quin oportet etiam me emori qua corpus, quod a te suscepi. Verum surge, o mater mea veneranda, ito et ingredere ad Josephum senem benedictum, ut videas quid [4]), adscendente *(de corpore anima)* ejus, continget.

Cap. XIX.

Ibat igitur Maria mater mea pura, et ingrediebatur locum, ubi erat Josephus. Atque ego ad pedes ejus sedebam, illum respiciens. Signa vero mortis jam apparuere in vultu ejus. At senex ille benedictus, levato

---

[3) موتا scrips. pro مَوْتٌ, quod in exemplari Wallin. extat.]

[4) ايش vel أَشّ, vocabulum Arabismi sequioris, contractum ex أَىّ شَىْءٍ, id. est quod ما.

وَتَتَلَّعَ فِي وَجْهِي وَمَا كَانَ يَسْتَطِيعُ يُكَلِّمُنِي مِنْ أَجْلِ مَخَاضِ ٱلْمَوْتِ ٱلَّذِي قَدْ أَحَاطَ بِهِ وَإِنَّهُ تَنَهَّدَ كَثِيرًا فَمَسَكْتُ يَدَيْهِ سَاعَةً وَاحِدَةً جَيِّدَةً وَكَانَ يَنْظُرُ لِي وَيُشِيرُ إِلَيَّ أَنْ لَا أَتْرُكَهُ فَوَضَعْتُ يَدِي عَلَى قَلْبِهِ فَوَجَدْتُ نَفْسَهُ قَدِ ٱقْتَرَبَتْ مِنْ حَنَكِهِ تُرِيدُ تُفَارِقُ جَسَدَهُ ✿

Cap. XX.

فَلَمَّا رَأَتْنِي أُمِّي ٱلْعَذْرَاءُ أَحَسُّ جَسَدَهُ فَحَسَّتْ فِي رِجْلَيْهِ فَوَجَدَتْهُمَا قَدْ مَاتَتَا وَذَهَبَتِ ٱلْحَرَارَةُ مِنْهُمَا فَقَالَتْ لِي يَا ٱبْنِي ٱلْحَبِيبُ إِنَّ رِجْلَيْهِ قَدْ بَدَتَا تَبْرُدَانِ وَصَارَتَا كَٱلثَّلْجِ وَدَعَتْ بِأَوْلَادِهِ وَبَنَاتِهِ وَقَالَتْ لَهُمْ تَعَالُوا جَمِيعُكُمْ لِتَقْتَرِبُوا مِنْ أَبِيكُمْ فَإِنَّ سَاعَتَهُ قَدْ دَنَتْ أَجَابَتْ أَسْيَاءُ ٱبْنَتُهُ وَقَالَتِ ٱلْوَيْلُ لِي يَا إِخْوَتِي إِنَّ هٰذِهِ هِيَ مَرْضَةُ أُمِّي ٱلْحَبِيبَةِ وَصَرَخَتْ وَبَكَتْ فَبَكَى جَمِيعُ أَوْلَادِهِ وَأَنَا وَمَرْيَمُ أُمِّي بَكَيْنَا مَعَهُمْ ✿

Cap. XXI.

وَإِنِّي نَظَرْتُ إِلَى نَاحِيَةِ ٱلْقِبْلَةِ فَرَأَيْتُ ٱلْمَوْتَ قَدْ أَقْبَلَ

---

*) MS. يفارق sed debet esse تفارق ob praecedentem vocem نفس.

†) Scilicet *letalis*, חלה למות Esa. XXXVIII, 1. ut et Joh. XI, 4. ἀσθένεια πρὸς θάνατον, nimirum, quod necessario ibi

capite, et defixis oculis faciem meam intuebatur. Nulla tamen me alloquendi ipsi vis inerat, ob mortis, qui eum circumseptum tenuit, dolorem: sed multa trahebat suspiria. Ego autem manus ejus per unius integrae horae spatium tenui. Et, conversa ille ad me facie, indicabat, ne ipsum desererem. Imposita deinceps pectori ejus manu mea, deprehendi animam ejus, jam faucibus vicinam, abitum parare *) de suo receptaculo.

Cap. XX.

Ut autem conspexit me mater mea virgo tangentem corpus ejus, tetigit et illa pedes. Atque inveniens illos jam emortuos, et calore destitutos, dixit mihi: O fili mi dilecte, profecto incipiunt jam pedes ejus frigescere, et nivis algorem imitantur. Proinde convocatis filiis et filiabus ejus, dixit eis: Venite quotquot estis, et accedite ad patrem vestrum, certe enim ad extrema nunc perventum est. Respondit Asia filia ejus (*Josephi,*) dicens: Vae mihi, o fratres mei, utique hic idem est morbus †), qui (*fuit*) matris meae dilectae. Ejulabat autem et lacrimabatur, simul plorantibus reliquis omnibus Josephi liberis. Ego etiam et Maria mater mea una cum illis flevimus.

Cap. XXI.

At convertens ego ad meridianam [1]) plagam oculos,

---

subintelligi debet, *μακροχρόνιον*, erat enim *mors πρόσκαιρος temporaria* saltem et *quatriduana. Theophylactus.*

1) القبلة idem hic est ac *meridies*, etsi non omnes habeant Lexicographi. Gen. XII, 9. ubi Abram dicitur abivisse הנגבה *versus meridiem*, interpres *Arabs* ponit الى القبلة. Sic etiam

وَجَمِيعَ ٱلْجَحِيمِ مَعَهُ وَجُنْدَهُ ٱلَّذِينَ مَعَهُ وَخُدَّامَهُ وَثِيَابُهُمْ
وَوُجُوهُهُمْ وَأَفْوَاهُهُمْ تَقْدَحُ ٱلنِّيرَانَ فَلَمَّا رَآهُ أَبِي يُوسُفُ هٰذَا
ٱلَّذِي أَقْبَلَ إِلَيْهِ دَمَعَتْ عَيْنَاهُ وَفِي تِلْكَ ٱلسَّاعَةِ تَنَهَّدَ كَثِيرًا
فَلَمَّا رَأَيْتُ كَثْرَةَ تَنَهُّدِهِ ٱنْتَهَرْتُ ٱلْمَوْتَ وَجَمِيعَ خُدَّامِهِ ٱلَّذِي
مَعَهُ وَصَرَخْتُ إِلَى أَبِي ٱلصَّالِحِ قَائِلًا ❁

Cap. XXII.

يَا أَبَ كُلِّ رَءَافَةٍ وَٱلْعَيْنُ ٱلَّتِي تَنْظُرُ وَٱلْأُذُنُ ٱلَّتِي
تَسْمَعُ فَٱسْمَعْ تَضَرُّعِي وَطَلْبَتِي فِي ٱلشَّيْخِ يُوسُفَ فَأَرْسِلْ مِيخَائِيلَ
رَئِيسَ مَلَائِكَتِكَ وَجِبْرَائِيلَ ٱلْمُبَشِّرَ بِٱلنُّورِ وَكُلَّ نُورِ مَلَائِكَتِكَ
وَتُنْفُسُهُمْ يَمْشُونَ مَعَ نَفْسِ أَبِي يُوسُفَ إِلَى أَنْ يُوصِلُوهَا إِلَيْكَ

---

cap. XX, 1. الى بلاد القبلة *in terram australem.* Et Apocal. XXI, 13. pro *ἀπὸ νότου* extat من القبلة, licet in eo differt a textu graeco, quod hoc *secundo* loco ponat, شمال vero, seu *septentrionem* loco tertio.

2) جاحيم *ignis vehementer ardens*, et *gehenna* vox non est peregrina, sed domi nata, habet enim propriam radicem جاحم cum *fatha* in med. *accendit* ignem, et جاحم cum *damma*, *arsit*, *flagravit.* At est et *Arabibus* alia, nec literis, nec sono ab hac ipsa multum dissimilis جهنم, quae originem debet illi *Hebraeorum* גיא הנם et contracte גהנם i. e. *valli Hinnom.*

3) Sic in fabula illa, quam ex *Kessaeo* narrat *Henr. Sike* ad Evang. Inf. Arab. cap. XLVIII. scholae traditus Christus, et interrogatus a magistro suo, quid esset هوز *Hovvez*, prioribus explanatis, dixit: litera ز *ze* notat *Zebania giahennam*, hoc est, *satellites gehennae.* Invenitur etiam eadem vox زبانية in *Corano*, Sura XCVI. v. 18. sed *Marraccius* eam reddit per *truculentos.*

vidi mortem jam adventantem, totamque cum illa gehennam, [2]) exercitu suo et satellitibus [3]) stipatam. Et vestimenta, vultus et ora illorum fundebant ignes. Haec ubi conspexit pater meus Josephus recta ad se pergere, in lacrimas oculi ejus soluti sunt. Eodemque tempore mirum in modum ingemuit. Proinde, visa suspiriorum ejus vehementia, mortem repuli, ac totum, quod ipsam comitabatur, famulorum agmen. Atque invocavi Patrem meum bonum, dicens:

Cap. XXII.

O pater omnis clementiae, ocule qui vides, et auris, quae audis! Exaudias supplicationem, ac preces meas pro *sene* Josepho. Et mittas Michaëlem angelorum tuorum principem, atque Gabrielem praeconem lucis [1]), omnemque angelorum tuorum lucem. Et *(totus)* eorum ordo [2]) ambulet cum anima patris mei Josephi, donec perduxerint eam ad Te.

1) Puto eum ita dici, quia Mariae primus *nativitatem* indicavit *Servatoris*, Luc. I, 26. sequ. hic enim vera *Lux* est omnium mortalium, Esa. IX, 2. Joh. I, 9. VIII, 12. XII, 35. Observari etiam hic poterit, *Muhammedem*, ut Christi in multis simiam, a suis quoque appellari نور *lucem*, teste *Golio* in نار. Quin et adventum ejus a *Gabriele*, quem طاووس الملايكة *pavonem angelorum* appellant, annuntiatum esse fingunt. Vid. *Lud. Marraccii*, P. I. Prodr. pag. 38. a, ubi etiam de prodigiosa *luce* ab Adamo per posteros in Muhammedem translata.

2) طقس est vox Graeca, τάξις. Credunt autem *plures* angelorum ordines, non *unum*, Orientales Christiani, scripta praecipue sequentes *Dionysii Areopagitae*, quae, ceu genuina, venerantur. Vid. *Renaudotii Liturg. Orient.* Tom. I. p. 298 sequ. et T. II. p. 79. 472. 543. Sententia vero *Pseudo-Dionysii* videri potest Cap. VI et sequ. de Coelesti Hierarchia, ubi conf. scholia S. *Maximi* et *Pachymerae*.

هٰذِهِ ٱلسَّاعَةُ ٱلَّتِى يَحْتَاجُ فِيهَا أَبِى إِلَى ٱلرَّحْمَةِ وَأَنَا أَقُولُ لَكُمْ بِأَنَّ كُلَّ ٱلْقِدِّيسِينَ وَكُلَّ إِنْسَانٍ يُولَدُ فِى ٱلْعَالَمِ صِدِّيقٌ كَانَ أَمْ خَاطِئٌ مَا بُدَّ أَنْ يَذُوقَ ٱلْمَوْتَ ۞

Cap. XXIII.

فَجَآءَ مِخَائِيلُ وَجِبْرَائِيلُ إِلَى نَفْسِ أَبِى يُوسُفَ وَتَسَلَّمُوهَا وَلَفُّوهَا بِلِفَافَةٍ نُورَانِيَّةٍ وَأَسْلَمَ ٱلرُّوحَ فِى يَدِ أَبِى ٱلصَّالِحِ وَسَلَّمَ عَلَيْهَا

---

3) Hoc est, *subire*, vel *experiri*, eodem modo ac טעם apud Hebraeos, conf. Psal. XXXIV, 9. Sic apud *Matthaeum* cap. XVI, 28. *Μὴ γεύσωνται θανάτου*, *non gustabunt mortem.* Vide etiam Ebr. II, 9. De differentia inter *gustare mortem*, *videre mortem* etc. vide *Origenis* sententiam in Comment. ad Matth. pag. 295. P. I. et in Joan. pag. 340. P. II. Edit. Colon. Eadem phrasi utitur *Muhammed:* كل نفس ذايقة الموت *omnis anima gustabit mortem*, ne quidem exceptis من فى السموات h. e. *coelitibus*, seu angelis, immo, ut *Jahias* explicat, *Gabriel*, *Michael*, *Asraphel*, et ipse denique ملك الموت *angelus mortis*. Eripit tamen *Gelaloddinus* huic stragi *puellas nigrioculas*. Conf. Sura XXXIX. 68. Observandum insuper, non bene dici a nostro *auctore* ما بد, poscit enim genius linguae لا بد proprie, *non est fuga*, i. e. necessario. Est similis locus apud *Pocockium* ad *Portam Mosis*, pag. 266. لا بد لهم من ذوق الموت.

1) Nisi obstaret infra capite XXV. locus, نفس hic potius reddendum dicerem per *corpus;* nam hoc quidem, defuncto homine, obvolvi solet, non anima. Est scilicet vox نفس *πολύσημος* non tantum, sed etiam *ἐναντιόσημος*, aeque ac Hebraeorum נפש. Nam et *animam* notat, et *corpus* anima destitutum, seu cadaver. Vid. Lev. XIX, 28. Num. IX, 6. praecipue vero Hagg. II, 13. Hinc etiam *cippi* et monumenta ad sepulcra mortuorum erecta, quasi signa pro signatis, apud *Talmudicos* נפשות appellantur. *Schekalim* Cap. II, 5. ר׳ נתן אומר מותר המת בונים לו נפש על גבי קברו *R. Nathan dicit: Ex eo, quod reliquit defunctus, extruunt illi monumentum super sepulcrum ejus.* Ne

Haec est hora, qua opus habet pater meus misericordia. Ego autem dico vobis, quod omnes sancti, immo quotquot in mundo nascuntur, homines, sive justi sint, sive perversi, necessario gustare [3]) debeant mortem.

Cap. XXIII.

Venerunt itaque Michaël et Gabriel ad animam [1]) patris mei Josephi. Et acceptam, eam involverunt involucro lucido [2]). Sic commisit spiritum in manus Patris mei boni, et (*hic*) impertivit ipsi pacem [3]).

---

scilicet per locum pollutum (Num. XIX, 16.) transeundo, immunditiem contrahant הולכי דרכים *viatores.* Vel etiam, ut fit apud Christianos, in mortuorum memoriam. Huc facit illud in *Talmude Hieros.* Schek. c. 2. et *Bereschit rabba*, Sect. 82. fol. 92. 1. אין עושין נפשות לצדיקים דבריהם הן זכרוניהם *non necesse est ponere Nefaschot monumenta justis, nam verba illorum satis pepererunt ipsis memoriae.*

2) Subtilius sine dubio et pretiosius *sindone Tyria* illud esse oportuit, quod animam, suis solutam vinculis, contineret. Obiter hic notandum, *Orientales* Christianos diem Sabbathi, qui festum resurrectionis Christi praecedit, vocare سبت النور *Sabbathum lucis.* (Caussa sine dubio est *lumen* illud artificiale, quo simplici plebi imponitur. Vid. *Hoornbeeck*, summa Contr. Lib. XI. p. 858.) Solent autem illo die secum ad sepulcrum Christi fascias funerales adferre, quas hujus loci contactu, uti credunt, consecratas, deinceps ad horam suae mortis conservant. Talis vocatur كفن منور h. e. *Sindon illuminata*, vel *involucrum lucidum.* Quod si huc respexit auctor noster, sui oblitus, egregie hallucinatus est, nondum enim Christus vel mortuus vel sepultus fuit. Alias vestimenta *alba* et *candida* dici etiam solent *lucida*, e. g. de Christo, Matth. XVII, 2. *Τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς, candida instar lucis.* De *Angelis* vid. Marc. XVI, 5. Luc. XXIV, 4. Fortassis ejusmodi albam et galbanum ex penulario coelesti deportatum esse ab angelis auctor credit.

3) سلم secundum *Golium* est *salutavit*, *pacem impertivit*, quod nos secuti sumus. Sensus procul dubio est: *in pace*, h. e.

وَلَمْ يَعْلَمْ أَحَدٌ مِنْ أَوْلَادِهِ أَنَّهُ قَدْ مَاتَ وَحَفِظُوا ٱلْمَلَايِكَةُ
نَفْسَهُ مِنْ شَيَاطِينِ ٱلظُّلْمَةِ ٱلَّتِي فِي ٱلطَّرِيقِ وَسَبَّحُوا ٱلْمَلَايِكَةُ
اِلَى أَنْ وَصَّلُوهَا اِلَى مَسَاكِنِ ٱلْأَبْرَارِ ۞

Cap. XXIV.

وَبَقِيَ جَسَدُهُ مَطْرُوحًا يَابِسًا فَوَضَعْتُ يَدِي عَلَى عَيْنَيْهِ
وَغَمَّضْتُهُ وَأَغْلَقْتُ فَاهُ وَقُلْتُ لِمَرْيَمَ ٱلْعَذْرَآءِ يَا أُمِّي أَيْنَ صَنْعَتُهُ
ٱلَّتِي كَانَ يَعْمَلُهَا فِي هٰذَا ٱلْعَالَمِ كُلَّ هٰذَا ٱلزَّمَانِ هُوذَا
قَدْ ذَهَبَتْ كَأَنَّهُ لَمْ يَكُنْ قَطُّ فَلَمَّا سَمِعُونِي أَوْلَادُهُ وَأَنَا أُحَدِّثُ
أُمِّي ٱلْعَذْرَآءَ ٱلطَّاهِرَةَ عَلِمُوا أَنَّهُ قَدْ مَاتَ فَصَرَخُوا بِٱلْبُكَآءِ
فَقُلْتُ لَهُمْ إِنَّ مَوْتَ أَبِيكُمْ لَيْسَ هُوَ مَوْتًا بَلْ حَيَاةً أَبَدِيَّةً
لِأَنَّهُ نَزَلَ عَنْهُ تَعَبُ هٰذَا ٱلْعَالَمِ وَمَضَى إِلَى ٱلنِّيَاحَةِ ٱلْأَبَدِيَّةِ
ٱلدَّايِمَةِ إِلَى ٱلْأَبَدِ فَلَمَّا سَمِعُوا أَوْلَادُهُ ذٰلِكَ خَرَّقُوا ثِيَابَهُمْ وَبَكَوْا ۞

---

placide et beate *obdormivit*, ut *ἀπολύεσθαι ἐν εἰρήνῃ* Luc. II, 29. בא אל אבות בשלום Gen. XV, 15. Cogitavimus primum, loco سلم, ut redderetur locus facilior et clarior, substituere سلام quasi dixisset Christus: *Pax sit super illam*, hoc est, *requiescat in pace.* Est enim haec defunctis bene precandi forma etiam *Arabibus* frequens. In hunc modum de *Joanne Baptista* extat in *Corano*, Sura XIX, 15. وسلام عليه يوم ولد ويوم يموت ويوم يبعث حيا *et pax super eum die, quo natus est, et die, quo morietur, et die, quo resuscitabitur vivus.* Muhammedem cum nominant *Muselmanni*, adjicere solent hoc votum: صلى الله عليه وسلم *propitius sit ei Deus, et pacem praestet.*

Nondum autem ullus ex liberis eum obdormivisse scivit. At angeli conservarunt animam ejus a daemonibus tenebrarum, qui erant in via. Et laudaverunt Deum, usque dum eam perducerent ad habitaculum piorum.

Cap. XXIV.

Corpus vero ejus prostratum jacuit, et exsangue. Quare, admota oculis ejus manu, eos composui, ipsiusque os clausi, atque Mariae virgini dixi: O mater mea, ubi est ars ejus, quam professus est toto isto tempore, quo in hoc mundo *(vixit)*? Ecce periit jam illa, *(factaque est)* quasi nunquam extitisset. *(Haec)* ubi audiverunt liberi ejus me loquentem cum matre mea, virgine pura, cognoverunt eum jam exspirasse, admixtisque lacrimis, ejularunt. Dixi autem illis: utique mors patris vestri [1]), mors [2]) non est, sed vita sempiterna. Etenim liberatus aerumnis hujus seculi, ad requiem transiit perpetuam, *(et)* aeternum duraturam. Hisce auditis, sciderunt vestes suas, flentes.

Quod tamen cum priori lectione magis convenit. De *Judaeis* notandum, eos *viventibus* dicere שלום לך vel שלום עליך *pax sit tibi*, vel *super te;* sed *mortuis* לך לשלום *abi ad pacem*, ut Exod. IV, 18. nolunt enim illud לך בשלום *vade in pace*, quia habetur mali ominis 2 Sam. XV, 9. Sic olim *Romani* amicis supremum dicebant *vale*, et *requiem* optabant, quod tumulis etiam inscribebant votum, e. g. illud abbreviatis verbis: BECESQUANT. Vid. *Jac. Gutherii* de Jure manium Lib. II. Cap. XIII. et alios.

1) MS. أبوكم. [Cf. quae supra monuimus pag. 3. annot. 2.]

[2) Pro مَوْتٌ, quod dedit *Wallinus*, scrips. مَوْتًا.]

Cap. XXV.

وَإِنَّ أَهْلَ ٱلنَّاصِرَةِ وَٱلْجَلِيلِ لَمَّا سَمِعُوا بُكَاءَهُمْ جَآءُوا إِلَيْهِمْ
وَبَكَوْا مِنَ ٱلسَّاعَةِ ٱلثَّالِثَةِ إِلَى ٱلسَّاعَةِ ٱلتَّاسِعَةِ وَفِي ٱلسَّاعَةِ
ٱلتَّاسِعَةِ مَضَى كُلٌّ مِنْهُمْ إِلَى مَنْزِلِهِ فَحَمَلُوا ٱلْجَسَدَ بَعْدَ أَنْ
طَيَّبُوهُ بِٱلْأَدْهَانِ ٱلْمُرْتَفِعَةِ وَطَلَبْتُ إِلَى أَبِي بِصَلَاةِ ٱلسَّمَائِيِّينَ
هٰذِهِ ٱلَّتِي كَتَبْتُهَا بِيَدِي قَبْلَ أَنْ أُحْمَلَ فِي بَطْنِ مَرْيَمَ
ٱلْعَذْرَآءِ أُمِّي وَلَمَّا كَمَّلْتُهُ وَقُلْتُ آمِينَ جَآءُوا مَلَائِكَةٌ كَثِيرَةٌ
فَأَمَرْتُ ٱثْنَيْنِ مِنْهُمْ أَنْ يَفْرِشُوا ٱلْحُلَّةَ ٱلنُّورَانِيَّةَ وَيَلُفُّوا جَسَدَ
ٱلشَّيْخِ ٱلْمُبَارَكِ يُوسُفَ فِيهَا *

Cap. XXVI.

وَقُلْتُ لَهُ لَا يَتَسَلَّطُ عَلَيْكَ رَائِحَةُ ٱلْمَوْتِ وَلَا نَتْنٌ وَلَا
دُودٌ يَخْرُجُ مِنْ جَسَدِكَ إِلَى ٱلْأَبَدِ وَلَا يَنْكَسِرُ مِنْهُ عُضْوٌ وَاحِدٌ
وَلَا تَتَغَيَّرُ شَعْرَةٌ وَاحِدَةٌ مِنْ رَأْسِكَ وَلَا يَفْسُدُ شَيْءٌ مِنْ جَسَدِكَ
يَا أَبِي يُوسُفُ بَلْ يَبْقَى صَحِيحٌ سَالِمٌ إِلَى وَلِيمَةِ ٱلْأَلْفِ سَنَةٍ

---

*) Non credo hic intelligi ultimam funeris pompam, de hac enim infra cap. XXVII. Sed mens sine dubio est, eos corpus Josephi de lecto, ubi animam exhalavit, suscepisse, et lotum unctumque tabulae, Ebraei מטה *lectum* appellant, conf. 2 Sam. III, 31. imposuisse. Quippe non nisi post aliquot dies efferri solebant cadavera. Huic similis occurrit locus Act. IX, 37. *Λούσαντες δὲ αὐτὴν ἔθηκαν ἐν ὑπερῴῳ.*

1) Hoc traditionem sapit *Judaicam*, nam perfecte justi, teste R. *Juda Zabara* apud *Pocockium* l. c. cap. VI. p. 119. מובטחים

CAP. XXV.

Et quidem incolae (*urbis*) Nazareth et (*totius*) Galilaeae, cognito ipsorum planctu, ad eos confluxere. Et fleverunt ab hora tertia usque ad nonam. Hora autem nona omnes ad cubiculum ejus (*Josephi*) simul abiverunt. Atque sustulerunt *) corpus ejus, postquam illud unguentis sublimibus imbuerant. Ego vero precabar Patrem meum oratione coelestium. Haec eadem illa (*est*), quam manu mea prius exaravi, quam utero portarer Mariae virginis, matris meae. Simul autem ac eam absolvi, et enuntiavi Amen, ingens angelorum multitudo accessit. Duobusque ex illis mandavi, ut vestem expanderent lucidam, eaque corpus senis benedicti Josephi obvolverent.

CAP. XXVI.

Et affatus Josephum dixi: non dominabitur in te odor mortis vel foetor, neque prodibit vermis [1]) de corpore tuo unquam. Non frangetur de eo membrum vel unicum, neque ullus mutabitur in capite tuo pilus: neque peribit quidquam de corpore tuo, o mi pater Josephe, sed manebit integrum et incorruptum usque ad convivium mille annorum.

חם שכל עצמותיהם שלמים שאין רמה ותולעת שולטת בהם *fiduciam habent omnia ipsorum ossa integra fore, neque ipsis dominaturum vermem.* Ratio additur ex *Talmude* (Berach. fol. 18. 2.) קשה רמה למת כמחט בבשר החי *aeque gravis est vermis mortuo, ac acus in carne vivi.* Hinc הנפש דואגת ומצטערת מאד כשרואה כי הגוף שהוא כלי שלה בלה וכלה על יד רמה ותולעת על כן צדיק גמור שמור מזה הצער *tristitia et dolore valde afficitur anima, cum videt corpus, olim vas suum et hospitium, inveterascere et consumi a verme, ideoque* perfecte justus (ut hic noster Josephus) *ab hac afflictione custoditur.*

وَكُلُّ إِنْسَانٍ يَهْتَمُّ بِقُرْبَانٍ فِي يَوْمِ تِذْكَارِكَ أَنَا أُبَارِكُهُ وَأُعَوِّضُهُ فِي كَنِيسَةِ ٱلْأَبْكَارِ وَمَنْ يُنْعِمُ ٱلْمَسَاكِينَ وَٱلْفُقَرَآءَ وَٱلْأَرَامِلَ وَٱلْأَيْتَامَ مِنْ عَمَلِ يَدَيْهِ فِي يَوْمِ تِذْكَارِكَ عَلَى ٱسْمِكَ فَلَا يَعْدَمُ ٱلْخَيْرَاتِ كُلَّ أَيَّامِ حَيَاتِهِ وَمَنْ يَسْقِي كَأْسَ مَآءٍ أَوْ خَمْرٍ لِأَرْمَلَةٍ أَوْ يَتِيمٍ بِٱسْمِكَ أَنَا أَهَبُكَ إِيَّاهُ لِتُدْخِلَ بِهِ إِلَى وَلِيمَةِ ٱلْأَلْفِ سَنَةٍ وَكُلُّ إِنْسَانٍ يَهْتَمُّ بِقُرْبَانٍ فِي يَوْمِ تِذْكَارِكَ أُبَارِكُهُ وَأُعَوِّضُهُ فِي كَنِيسَةِ ٱلْأَبْكَارِ وَأُعَوِّضُهُ ٱلْوَاحِدَ ثَلَاثِينَ وَسِتِّينَ وَمِائَةً وَمَنْ يَكْتُبُ سِيرَتَكَ وَتَعَبَكَ وَٱنْتِقَالَكَ مِنْ هٰذَا ٱلْعَالَمِ وَٱلْكَلَامَ ٱلَّذِي خَرَجَ مِنْ فَاكَ فَأَنَا أَهَبُكَ إِيَّاهُ فِي هٰذَا ٱلْعَالَمِ وَإِذَا خَرَجَتْ نَفْسُهُ مِنْ جَسَدِهِ وَفَارَقَ هٰذَا ٱلْعَالَمَ أَنَا أَحْرِقُ كِتَابَ خَطَايَاهُ وَلَا أُعَذِّبُهُ فِي يَوْمِ ٱلدَّيْنُونَةِ

---

2) Bis in hoc capite haec phrasis occurrit, alias credendum esset mendum, ita ut pro ابرار h. e. *piis*, quod supra habemus cap. XXIII, 6. librarius scripserit ابكار. Non tamen Scripturae inusitatum est per *virgines* intelligere *fideles*, e. g. Apocal. XIV, 4. Psal. XLV, 15. quo respicit etiam parabola Christi, Matth. XXV, 1.

[3) Wallin. يَدْعَم.]

4) Fieri solet distinctio inter مسكين et فقير ita ut prius notet *egenum* et *mendicum*, cui nihil suppetit, hoc vero *pauperem*, cui parum, ut apud *Latinos* illud *Martialis:*

Non est paupertas, Nestor, habere nihil.

Sed saepenumero tamen confunduntur illa duo. Conf. *Golius* pag. 1816. *Marraccius* P. IV. Prodr. pag. 21.

5) h. e. in quo delicta omnia sunt annotata. כל מעשיך בספר נכתבים *omnia opera tua in libro scripta sunt.* Pirke Ab. C. II.

Et quisquis mortalium curam habuerit oblationis die recordationis tuae, ipsi ego benedicam, et retribuam in congregatione virginum [2]). Et quicunque cibum dederit [3]) miseris, pauperibus [4]), viduis et orphanis de labore manuum suarum, die, quo tua celebratur memoria, *(et quidem)* in nomine tuo, non *(ille)* destituetur bonis, omnibus vitae suae diebus. Quisquis etiam scyphum aquae vel vini bibendum praebuerit viduae aut orphano in nomine tuo, dabo tibi illum, ut ingrediaris cum illo ad convivium mille annorum. Omnisque homo, cui curae erit oblatio die commemorationis tuae, ipsi benedicam, et remunerationem praestabo in ecclesia virginum. Reddam *(inquam)* ipsi pro uno triginta, sexaginta, et centum. Et quicunque historiam vitae tuae descripserit, laboris tui, et migrationis de hoc mundo, sermonemque *(hunc)* ore meo prolatum, illum tuae tutelae committam, dum in hac vita versabitur. Discedente autem de corpore anima ejus, et ubi hic ipsi mundus deserendus est, librum [5]) delictorum ejus comburam, nec ullo eum torquebo supplicio in die judicii [6]).

Sic etiam *Muhammedani* كتب الاعمال *libros operum*, cum examen universale instituendum est, ingenti libra a *Gabriele* trutinandos esse docent.

6) يوم الدينونة vel الدين et يوم الحكم item يوم القضا idem apud *Arabes* notant, sc. *diem judicii*. Habent et alia nomina, e. g. يوم الحساب *dies rationis reddendae*, يوم الجزا *dies remunerationis*, يوم الفصل *dies discretionis*, يوم الوزن *dies ponderationis*, يوم الفراق *dies separationis*, يوم المسايلة *dies interrogationis*, يوم القصاص *dies vindictae*. Vid. *Pocock*. l. c. cap. VII. pag. 275. Duraturum hunc diem *mille* annos docet *Muhammed*, Sura XXXII, 5., et Sura LXX, 5, *quinquaginta mille*, quod tamen variis modis explicare student *Scholiastae*.

ويعبر بحر النار ويجوز فيه بغير تعب ولا ألم هذا الذى
ينبغى لكل انسان فقير وليس له أن يقدم شىء مما ذكرته
فاذا ولد له ولد فيدعو اسمه يوسف فلا يكون فى ذلك
البيت لا قحط ولا موت فجأة الى الابد ✿

Cap. XXVII.

وبعد هذا جاوا روساء المدينة الى المكان الذى فيه
جسد الشيخ المبارك يوسف وجابوا معهم الاكفان وارادوا
أن يكفنوه كعادة تكفين اليهود فوجدوه فرغ كفنه والتصق
الكفن بجسده حتى انهم ارادوا ينزعوه فوجدوه كمثل
الحديد لا يتحرك ولا ينفك ولا وجدوا للكفن أطرافا فتعجبوا
من ذلك كثيرا وبعد هذا حملوه الى موضع مغارة وفتحوا
بابها ليضعوا جسده عند جسد آبائه فذكرت اليوم
الذى مشى معى الى مصر والتعب العظيم الذى صبر عليه
من أجلى فبكيت عليه وقتا كثيرا وطأمنت على جسده
وقلت ✿

---

7) *Ebraei* dicunt אם דל הוא *si egenus est*, seu, quod idem est, תגיע ידו די vel אם לא תמצא *si non invenerit manus ejus satis*, h. e. quantum requiritur, ut passim in *Levitico* occurrit. Hinc illud *Magistrorum* קרבן עולה ויורד *oblatio adscendens et descendens*, h. e. uniuscujusque facultatibus accommodata. *Pesikta* fol. 7. 4.

ومن هناك نزلوا الى مصر ونظروا فرعون وبقيوا فى ارض مصر ثلث سنين وعمل الرب يسوع فى ارض مصر

Maria regionem hanc noctu trajicere parabant. At intereundum, ecce! duos in via latrones [9]) conspiciunt dormientes, et cum illis multitudinem latronum, qui illorum socii erant, itidem stertentium. Erantque duo isti latrones, in quos incidebant, Titus et Dumachus, dicebatque Titus Dumacho: Rogo te, ut istos libere sinas abire, ne socii nostri illos animadvertant. Recusante autem Dumacho, rursus Titus, Cape tibi, inquit, a me quadraginta drachmas, et pignus habe zonam hanc meam. Quam dicto citius illi porrigebat, ut ne hisceret aut loqueretur. Vidensque Domina Hera Maria hunc latronem ipsis benefacere, ait illi: Dominus Deus te dextra sua sustentet, et remissionem peccatorum tibi largietur. Et respondit Dominus Jesus et dixit matri suae: Post triginta annos, o mater, crucifigent me Judaei Hierosolymis, et duo isti latrones mecum una in crucem tollentur, Titus ad dextram meam, et Dumachus ad sinistram; et ab illo die praecedet me Titus in paradisum. Cumque dixisset illa: Avertat hoc a te Deus [10]) mi fili! abierunt illinc ad urbem idolorum, quae, postquam illi appropinquassent, in colles arenarum fuit mutata.

Cap. XXIV.

Hinc ad sycomorum illam digressi sunt, quae hodie Matarêa vocatur [11]), et produxit Dominus Jesus fontem in Matarêa, in quo Hera Maria tunicam ejus lavit. Ex sudore autem, qui a Domino Jesu ibi defluxit, balsamum in illa regione provenit [12]).

Cap. XXV.

Inde Memphin [13]) descenderunt, visoque Pharaone triennium in Aegypto substiterunt, feceitque Dominus Jesus plu-

اعاجيب كثيرا ما هي مكتوبة لا في انجيل الطفولي ولا في الانجيل الكامل ✿

Cap. XXVI.

وبعد ثلث سنين عاد ورجع من مصر فلما وصلوا الى ارض اليهود خاف يوسف من المسير اليها فلما بلغته ان ارشلاوس ابنه قد ملك بعده البلاد خاف ومضى الى ارض اليهود فظهر له ملاك الرب وقال له يا يوسف امضى الى مدينة الناصرة وكن هنالك فيا عجباه كيف يحمل ويطاف في البلاد صاحب البلاد ✿

Cap. XXVII.

فلما دخلوا الى قرية بيت لحم ابصروا فيها اوجاعا كثيرا صعبة تعرض للاطفال في عيونهم ويموتون وكان هنالك امراة ولها ابن مريض وقد قارب الموت فاجابته الى عند السيدة مرت مريم فراتها وهي تغسل يسوع المسيح فقالت لها تلك الامراة يا سيدتي مريم انظري الى ابني هذا فانه شديد الالم فاجابتها مرت مريم وقالت خذي من هذا الما الذي غسلت به ابني ورشيه عليه فاخذت مثل ما قالت لها مرت مريم من ذلك الما وسكبته على ابنها فهدا من انزعاجه ونام قليلا ثم انتبه من نومه وهو سليما معافي فحملته وجات به الى قرب مرت مريم وهي فرحانة به فقالت لها مريم اشكري الله الذي عافى ولدك هذا ✿

rima in Aegypto miracula [14]), quae neque in Evangelio infantiae, neque in Evangelio perfecto scripta reperiuntur.

Cap. XXVI.

Exacto vero triennio rediit ex Aegypto [15]) et reversus est, cumque Judaeam attigissent, timuit Josephus illam intrare; audiens enim decessisse Herodem, et Archelaum filium in locum ejus successisse, metuit et in Judaeam abiit; apparuitque illi Angelus Dei, et dixit: O Josephe, abi in urbem Nazareth, atque ibi subsiste. (Mirum sane, gestari sic et circumferri per regiones Dominum regionum!)

Cap. XXVII.

Ingressi deinde urbem Bethlehemum videbant ibi morbos plurimos et difficiles, oculos infantum infestantes, ita ut plerique morerentur. Aderat ibi mulier, aegrotum habens filium, quem morti jam vicinum ad Dominam Heram Mariam adduxit; quae, cum Jesum Christum lavaret, illam conspexit. Dicebat vero mulier ista: O Domina mea Maria, respice filium hunc meum, qui diris cruciatibus torquetur. Et exaudiens illam Hera Maria, Cape, inquit, aliquantum istius aquae, qua filium meum ablui, eaque illum consperge. Accipiens ergo illa paululum de ista aqua, prout jusserat Hera Maria, illa filium suum perfudit, qui vehementi agitatione lassatus in soporem lapsus est, et, cum paululum dormiisset, salvus postea et sanus evigilavit. Mater hoc eventu admodum laeta, Heram Mariam rursus adibat; dicebatque illi Hera Maria: Gratias age Deo, qui filium hunc tuum sanavit.

Cap. XXVIII.

وكان هناك امراة اخرى جارة هذه التي برى ابنها وكان لها ابن مريض بذلك المرض وقد عميت عينيه وهو يصرخ فى الليل والنهار فقالت لها والدة المعافى ما لك ما تاخذيه الى عند مرت مريم مثل ما اخذت انا ابنى اليها وكان قد قارب الموت فبرى بغسالة جسم يسوع ابنها فلما سمعت تلك الامراة ذلك منها مضت هى ايضا واخذت من ذلك الما وغسلت به ابنها وفى ذلك الوقت برى جسده وعينيه فحملته امه الى عند السيدة مرت مريم وكشفت لها كلما جرى فقالت لها مرت مريم اشكرى الله على اقامته ولا تطالعى احدا على هذا الخبر ✿

Cap. XXIX.

وكان هناك ايضا امراتان لزوج واحد ولكل واحدة ابن وقفوا الابنين وكان اسم الواحدة مريم واسم ابنها قليوفا وقامت هذه واخذت ابنها ومضت الى عند السيدة مرت مريم ام يسوع واعطتها منديلا حسنا وقالت لها يا سيدتى مريم خذى منى هذا المنديل واعطينى بداله قماطا واحدا ففعلت ذلك مريم ومضت ام قليوفا فجعلته قميصا والبسته لابنها فبرى المه ومات ابن ضرتها فصار بينهن لذلك عداوة وكانا يخدما البيت كل واحدة جمعة فجات نوبة مريم ام قليوفا فارادت ان تخبز فحمت التنور ومضت ان تحضر المجين وكان ابنها هذا قليوفا

Cap. XXVIII.

Erat ibidem alia mulier, vicina ejus, cujus modo filius sanatus erat. Hujus filius, cum eodem morbo laboraret, jamque fere clausi essent ejus oculi, dies noctesque ejulabat. Huic sanati infantis genitrix, Quare, inquit, non defers filium tuum ad Heram Mariam, sicuti ego filium meum ad illam detuli, cum in agone mortis versaretur? qui sanatus est aqua illa, qua corpus Jesu filii ejus ablutum fuerat. Quae cum ex ea audivisset mulier ista, ipsa quoque abiit, sumtaque eadem aqua, filium suum abluit, cujus extemplo corpus et oculi ad sanitatem pristinam redierunt. Hanc quoque Hera Maria, cum filium suum ad ipsam detulisset, ejusque casum ipsi aperuisset, gratias Deo, pro recuperata filii valitudine, agere, neque cuiquam, quod evenerat, narrare jussit.

Cap. XXIX.

Erant in eadem urbe duae foeminae, unius viri uxores, quarum utrique erat filius aegrotus. Harum altera Maria vocabatur, et filio ejus Kaljufo erat nomen. Surgebat ista, et adsumto filio suo Dominam Heram Mariam matrem Jesu adibat, oblatoque ei perpulchro mantili, O Domina mea Maria, inquit, accipe a me hoc mantile, et pro illo fasciolam unam mihi redde. Faciebat hoc Maria, abiensque mater Kaljufi confectam ex illa tunicam filio suo induebat. Sic sanatus est morbus ejus, at filius rivalis [16]) diem obiit. Hinc orto inter illas dissidio, cum alternis hebdomadibus munia domestica obirent, adessentque vices Mariae matris Kaljufi, haec panem coctura furnum calefaciebat, et farinam petitura, filio suo Kaljufo ad furnum relicto, foras prodibat. Hunc aemu-

قد تركته عند التنور ومضت فلما راته ضرتها وهو وحده والتنور مضطرم بالنار اخذته ورمته فى التنور ومضت من هناك فلما جات مريم امه فرات ابنها قليوفا مطروح فى وسط التنور وهو يضحك والتنور قد برد كانه لم يدخله نار فعلمت امه ان ضرتها التى رمته فى النار فتناولته من التنور واحضرته الى عند السيدة مرت مريم واعلمتها خبره فقالت لها اسكتى ولا تطلعى احدا على هذا الخبر فانى اخاف عليك من اذاعته ثم ان ضرتها مضت الى البير لتستقى ما فنظرت قليوفا عند البير يلعب وليس هناك احد فاخذته وطرحته فى البير ومضت الى بيتها فلما جاوا الناس ليملوا من البير ما راوا هذا الصبى وهو جالس فوق الما فنزلوا اخرجوه فاخذهم العجب العظيم من ذلك الصبى ويسبحوا الله فجات امه واخذته ومضت به الى عند السيدة مرت مريم وهى باكية وقالت لها يا سيدتى انظرى ما فعلت ضرتى بابنى كيف رمته فى البير ولا بد انها تهلكه فقالت لها مرت مريم الله ينتقم لك منها ثم مضت ضرتها لتستقى ما من البير فتعلق الحبل برجليها فسقطت فى البير فجاوا الناس ليخرجوها فوجدوها قد تطحن راسها وتكسرت عظامها وماتت موتة سو وتم فيها قول القايل حفروا بيرا وعمقوها وسقطوا فى الحفيرة التى عملوها ✿

Cap. XXX.

وكان هناك امراة اخرى ولها ابنان توم فحصل لهما ضعف ومات الواحد منهم والاخر كان ينازع فحملته امه

la ejus, solum conspicata (furnus autem succenso igne aestuabat) prehendit et in furnum conjecit, ac sese inde subduxit. Rediens Maria, vidensque filium suum Kaljufum, in medio furno jacentem, ridere, furnumque refriguisse [17]), ac si nihil in eum ignis conjectum foret; cognovit aemulam suam illum in ignem immisisse. Extractum ergo eum ad Heram Dominam Mariam detulit, eidemque casum ejus narravit. Cui illa, Tace, inquit, nam metuo tibi, si ista divulgaveris. Postea aemula ejus aquam haustura ad puteum processit, et conspicata Kaljufum juxta puteum ludentem, neque quemquam mortalium adesse, prehensum illum in puteum deturbavit. Cumque homines aquam ex puteo petituri accessissent, videbant puerum istum in superficie aquae sedentem, quem demissis *funibus* extrahebant. Ceperatque eos magna admiratio istius pueri, ita ut Deum celebrarent. Accedens vero mater ejus sublatum illum ad Dominam Heram Mariam detulit, plorans et dicens: O Domina mea, vide, quid aemula mea filio meo fecerit, et quomodo in puteum illum deturbaverit; neque dubium mihi est, quin aliquando exitii causa ipsi sit futura. Inquit illi Hera Maria: Deus injuriam tibi factam vindicabit. Paucis diebus interjectis, cum aquam haustura ad puteum aemula processisset, pedes ejus funi implicabantur, ita ut praeceps in puteum decideret; quique ad auxilium ipsi ferendum accurrerant, caput ejus fractum et ossa contusa inveniebant. Sic malo fato periit, et impletum in ea fuit dictum illud auctoris: Puteum foderunt, et alte humum egesserunt; sed ceciderunt in foveam, quam paraverant.

Cap. XXX.

Alia illic mulier geminos habebat filios, morbo pariter languentes, defunctoque altero, alter quoque in vicinia mortis versabatur; quem in ulnas susceptum ad Dominam He-

وهي باكية وجات به الى عند السيدة مرت مريم وقالت لها يا سيدتي مريم اغيثيني وساعديني لان كان لي ابنين وفي هذه الساعة قبرت الواحد والاخر قد قرب الى الموت انظري كيف اطلب من الله واساله وابتدات تقول يا رب انت رووف ورحيم وصالح وقد اعطيتني ابنين واخذت الواحد فاترك لي الاخر ولما رات مرت مريم حرارة بكايها رحمتها وقالت لها ضعي ولدك في سرير ابني وغطيه بثيابه فوضعته في السرير الذي كان فيه المسيح وكان قد غمض عينيه لمفراقة الحياة فلما وصلت ريحة ثياب السيد يسوع المسيح الى ذلك الصبي في تلك الساعة فتح عينيه وصاح صارخا الى امه قايلا يا امي اعطيني الخبز فاعطته ومص فقالت امه للسيدة مرت مريم الان علمت ان قوة الله حلت فيك حتى صار ابنك يشفي بني جنسه اذا لمسوا ثيابه وهذا الصبي الذي شفي هو المسمى في الانجيل برتولما ✿

Cap. XXXI.

وايضا كان هناك امراة مبرصة فمضت الى عند السيدة مرت مريم ام يسوع وقالت لها يا سيدتي مريم اغيثيني فقالت لها مرت مريم اي معونة تطلبي ذهبا ام فضة ام تطهير جسمك من البرص فقالت تلك الامراة ومن يقدر ان يعطيني هذا قالت لها مرت مريم اصبري قليلا حتى اغسل ابني يسوع واضعه في السرير فصبرت تلك الامراة كما قالت لها فلما وضعت يسوع في السرير اخذت

ram Mariam, vim lachrymarum effundens, detulit, et, O Domina mea, inquit, opem mihi fer et succurre; nam duos habui filios, quorum alterum modo sepelivi, alterum vero in vicinia mortis constitutum cerno. Vide, quomodo gratiam a Deo petam, eumque supplex rogem. Coepitque dicere: O Domine, tu es clemens et misericors et pius! duos mihi dedisti filios, quorum alterum cum ad te receperis, hunc saltem mihi relinque. Hera itaque Maria, ardorem lachrymarum ejus conspiciens, miserta est ejus, et, Heus tu, ait, filium tuum in lecto filii mei colloca, ejusque vestibus ipsum contege. Cumque collocasset eum in lecto, in quo Christus jacebat, (modo autem oculi eius in aeternam noctem claudebantur) simulatque odor vestium Domini Jesu Christi puerum hunc contigit, oculi ejus aperiebantur, magnaque voce matrem inclamans panem poscebat, eumque acceptum sugebat. Tunc mater ejus, O Domina Maria, inquit, nunc cognovi virtutem Dei in te habitare, adeo ut filius tuus sanet pueros, ejusdem cum ipso naturae participes, simulatque vestes ejus attigerint. Hic puer, ista ratione sanatus, is est, qui in Evangelio Bartholomaeus vocatur.

Cap. XXXI.

Erat porro ibi mulier leprosa, quae adiens Dominam Heram Mariam matrem Jesu, dicebat: Domina mea, juva me. Respondebat vero Hera Maria: Ecquodnam auxilium petis? aurumne, an argentum, an ut corpus tuum a lepra mundetur? Quis autem, rogabat mulier ista, hoc mihi dare posset? Cui Hera Maria, Paululum, inquit, exspecta, donec filium meum Jesum laverim et in lecto reposuerim. Exspectabat mulier, prout jussa erat; et Maria, cum Jesum in lecto col-

من غسالة جسمه واعطته وقالت لها خذى من هذا الما واسكبيه على جسمك فلما فعلت ذلك طهرت لوقتها وسبحت لله وشكرته ✿

CAP. XXXII.

ولبثت عندها ثلاثة ايام ومضت فلما وصلت الى القرية رات هناك رجلا قايدا قد تزوج بابنة قايد اخر ولما نظر الامراة راى بين عينيها اثار البرص وهو مثل الكوكب فانتقضت الزيجة وبطلت فلما راتهم تلك الامراة على هذا الحال وقد علتهم الكابة وهم باكين فقالت لهم ما سبب بكايكم فقالوا لها لا تسالين عن حالنا لان المنا ما نقدر لاحد ان نقوله او نكشفه لغيرنا فلجت عليهم بالسوال وقالت لهم اكشفوه لى لعلى اكون اوصف له دوا واروها تلك الصبية واثر البرص الذي بين عينيها فلما راته قالت لهم انا التى تنظرونى كنت ايضا فى هذا الوجع ومضيت الى بيت لحم لحاجة عرضت لى فدخلت الى المغارة فرايت هناك امراة تسمى مريم ولها ابن يسمى يسوع فلما راتنى مبرصة حزنت على واعطتنى غسالة جسم ابنها فسكبته على جسمى فطهرت فقلن لها تلك النسوة فما تقومى يا سيدتنا وتروحى معنا وترينا السيدة مرت مريم فقالت لهم نعم فقاموا ومضوا لعند السيدة مرت مريم ومعهم الهدايا الجايلة فلما وصلوا اليها قدموا لها الهدايا واروها الجارية المبرصة التى معهم فقالت لهم مرت مريم

locasset, aquam, qua corpus ejus abluerat, mulieri porrigens, Cape, inquit, aliquantum istius aquae, et in corpus tuum effunde. Quod cum fecisset, ex tempore mundata Deum celebrabat, et grates ipsi agebat.

Cap. XXXII.

Abiit ergo, postquam triduum apud illam mansisset, et in urbem perveniens vidit ibi virum principem, qui alterius principis filiam duxerat uxorem: sed cum vidisset mulierem, conspexit inter oculos ejus signa leprae, stellae instar; adeoque matrimonium dissolutum et irritum declaratum fuerat. Has mulier ista in eo statu conspicatá, moestas admodum et fletu largo ora rigantes, causam ex illis lachrymarum quaerebat. At illae, Ne, inquiunt, in statum nostrum inquirito; malum enim nostrum nulli mortalium narrare, aut alieno cuiquam aperire possumus. Instabat tamen illa, utque illud sibi committerent, rogabat; sese enim fortasse remedium ejus commonstraturam. Cum ergo monstrarent ipsi puellam et signa leprae, quae inter ejus oculos apparebant, Ego quoque, inquit mulier, quam hic videtis, eodem morbo laboravi, et Bethlehemum negotiorum causa profecta sum. Ibi speluncam quandam ingressa, mulierem nomine Mariam vidi, cui filius erat, qui Jesus vocabatur; haec, leprosam me videns, indoluit, aquamque, qua filii sui corpus laverat, mihi porrexit. Ea corpus meum perfudi, et munda evasi. Dicebant ergo foeminae illae: Numquid, o Domina, surges, et nobiscum proficiscens Dominam Heram Mariam nobis commonstrabis? Annuente illa surrexerunt, et ad Dominam Heram Mariam pervenerunt, splendida secum munera ferentes. Cumque intrassent, et munera illa ipsi obtulissent, puellam istam leprosam, quam adduxerant, ipsi monstrabant. Dicebat ergo Hera Maria:

رحمة الرب يسوع المسيح تحل عليكم واعطتهم ايضا قليل ما من غسالة جسم يسوع المسيح وقالت لهم اغسلوا الممتحنة فى هذا الما فلما غسلوها به شفيت للوقت فسبحوا لله هم وكل من حضر ثم مضوا الى بلادهم وهم فرحين يسبحوا الرب على ذلك فلما سمع القايد ان زوجته بريت ردها الى بيته ثم عمل عرسا ثانيا وشكر لله على عافية زوجته ۞

Cap. XXXIII.

وكان هناك ايضا صبية واحدة ممتحنة من الشيطان وكان هذا اللعين يتزيى لها وقت وقت مثل التنين العظيم ويهم ان يبتلعها وكان يمص جميع دمها فتبقى كالميتة وكان اذا اقبل اليها كانت تعقد يديها على راسها وتصرخ وتقول ويلى ويلى الذى ليس لى من يخلصنى من هذا التنين الشرير وكان ابوها وامها وكل من حولها او يراها يحزن عليها فيبكى ويجتمع حولها كل من كان وكانوا جميع يبكون فيعولون لسيما اذا بكت وقالت يا اخوتى واحباى ليس احد من يخلصنى من هذا القاتل فلما سمعت ابنة القايد التى بريت من البرص صوت هذه الصبية صعدت الى اعلى قصرها ونظرت اليها وهى قد عقدت يدها على راسها باكية وكل الجموع حولها باكين فقالت لزوج هذه المجنونة ما لامراتك ام قال زوجها نعم لها ام واب فقالت له احضر لى امها فاحضرها لها فلما نظرتها قالت هذه الصبية المعترية ابنتك قالت تلك الامراة وهى حزينة باكية نعم يا سيدتى هذه ابنتى فقالت لها ابنة القايد اكتمى

Misericordia Domini Jesu Christi habitet super vos. Et paululum aquae illius, qua corpus Jesu Christi abluerat, illis porrigens, hac miseram lavare jubebat. Quod cum fecissent, extemplo sanata est, ipsique et omnes adstantes Deum celebrabant. Laeti ergo et in urbem suam reduces Domino propterea laudes canebant. Audiens vero princeps sanatam esse uxorem suam, domum illam recipiebat, et, secundas nuptias celebrans, pro recuperata uxoris sanitate grates Deo agebat.

Cap. XXXIII.

Erat quoque ibi puella, quae a Satana affligebatur; maledictus enim iste forma ingentis draconis subinde illi apparebat eamque deglutire cupiebat; omnem quoque ejus sanguinem exsuxerat, ita ut cadaveri similis remaneret. Ipsa ergo, quotiescunque ad illam accederet, manibus super capite constrictis, vociferabatur et dicebat: Vae, vae mihi! quod nemo adest, qui a pessimo isto dracone me liberet. Pater autem et mater ejus, et omnes qui circa ipsam erant, aut ipsam videbant, contristabantur super illa et flebant, omnesque, qui aderant, flebant et lamentabantur, praesertim cum ploraret ipsa et diceret: O fratres mei et amici, nemone est, qui ab homicida isto me liberet? Filia vero principis, quae a lepra sua mundata fuerat, audiens vocem puellae istius, adscendit in castelli sui tectum, viditque illam manibus super capite complicatis fletus largos edentem, totumque circumstantium coetum pariter plorantem. Rogabat itaque maritum istius obsessae, viveretne mater uxoris ipsius? Qui cum utrumque ejus parentem vivere dixisset, Matrem ejus, inquit illa, ad me mitte. Quam ut venisse vidit, Haeccine, inquit, obsessa filia tua est? Ita, inquit illa tristis et plorans; ex me, o Domina, est genita. Respondebat filia prin-

سرى فانى اقول لك انى كنت مبرصة وقد ابراتنى الان مرت مريم ام يسوع المسيح وان كنتى تريدى ان تبرا ابنتك خذيها الى بيت لحم واسالى عن مريم ام يسوع وامنى ان ابنتك تشفا وانا امن ان سوف تعودين الى هاهنا وابنتك طيبة وانتى مسرورة فلما سمعت هذه الامراة كلام ابنة القايد قامت مسرعة لوقتها الى عند ابنتها ومضت الى المكان الذى قالت لها وجازت الى عند السيدة مرت مريم واعلمتها بحال ابنتها فلما سمعت مرت مريم كلامها ناولتها من ما الغسالة الذى غسلت به جسم يسوع ابنها وقالت اسكبى هذا الما على جسم ابنتك واعطتها ايضا قماطا واحدا من اقمطة الرب يسوع وقالت لها خذى هذا القماط واى وقت رايتى عدوك اريه هذا القماط وشيعتهم بسلام ۞

Cap. XXXIV.

فلما مضوا من عندها الى بلادهم وصلت الساعة التى كان ذلك الشيطان يعتريها وتزيى لها مثل تنين عظيم ذلك الساعة بعينها فى ذلك اللعين فلما نظرته تلك الصبية خافت منه فقالت امها يا ابنتى لا تخافى خليه حتى يصل اليك واريه القماط الذى اعطتناه مرت مريم وننظر ما ذا يكون فلما قرب منها ذلك الشيطان وهو مثل التنين المرعب فاقشعر جسمها من خوفها منه واظهرت ذلك القماط وجعلته على راسها وغطت عينيها به وفى تلك الساعة بدا يخرج من ذلك القماط شهاب نار وجمر فينطرح على ذلك التنين فيا لهذه الاعجوبة العظيمة التى صارت فى تلك الساعة التى نظر التنين الى قماط

cipis: Occulta secretum meum; nam fateor tibi, me fuisse leprosam: sed mundavit me Domina Maria, mater Jesu Christi. Quod si filiam tuam sanitati pristinae restitui desideras, Bethlehemum illam abducens Mariam matrem Jesu require, et filiam tuam sanatum iri confide; credo enim te, sanata filia, laetam reversuram. Statim ab extrema parte verbi surrexit illa, et cum filia sua ad locum designatum profecta, Dominam Heram Mariam adiit, eique filiae suae statum aperuit. Audita oratione ejus Hera Maria obtulit illi paululum aquae illius, qua corpus filii sui Jesu abluerat, idque in corpus filiae effundere jussit. Data quoque ipsi fasciola ex panniculis Domini Jesu, Cape, inquit, hanc fasciolam, eamque hosti tuo, quotiescunque illum videris, ostende; et in pace illas dimisit.

Cap. XXXIV.

Cum ergo digressae ab illa in civitatem suam rediissent, adessetque tempus, quo Satanas iste percellere eam solebat, eadem hora apparuit illi hic maledictus sub forma ingentis draconis, cumque videns puella expavit. Cui mater: Abjice timorem, o filia, et sine illum, donec propius ad te accesserit; tum fasciolam, quam dedit nobis Domina Maria, ipsi obverte, et, quid futurum sit, videamus. Accedente itaque Satana isto, qui draconem terribilem referebat, corpus puellae prae timore inhorruit; sed simulatque fasciolam istam capiti suo superimpositam et oculis obvolutam ostenderet, exibant ex fasciola flammae et prunae ignis, atque in draconem spargebantur. Hem! quantum hoc miraculum, quod accidebat, simulatque draco fasciolam Domini Jesu adspiceret! exibat enim ignis, et in caput ejus atque oculos spargebatur, ita ut magna voce exclamaret:

السيد يسوع وتلك النار تخرج منه وتنطرح على راسه وعينيه وهو صرخ بصوت عال وقال ما لى منك يسوع ابن مريم الى اين اهرب منك وولى راجعا عن تلك الصبية بخوف عظيم ولم يعد يظهر لها البتة واستراحت منه تلك الصبية وسبحت لله وشكرته هى وكل من حضر هذه الاعجوبة ✿

Cap. XXXV.

وايضا كان هناك فى تلك البلاد امراة ولها ولد ممتحن من الشيطان وكان اسمه يهودا وكان كلما اعتراه ذلك الشيطان كان ينهش كلمن دنا اليه وان لم يجد عنده احدا كان ينهش يديه وباقية اعضاه فلما سمعت ام هذا الشقى بخبر مرت مريم وابنها يسوع قامت وحملت يهودا وجابته الى عند السيدة مريم وكانا يعقوب ويوسى قد حملا الرب يسوع وهو طفل ليلعبوا مع الاطفال فلما خرجوا من البيت جلسوا والرب يسوع معهم فجا يهودا المجنون وجلس عن يمين يسوع فاعترضه الشيطان مثل عادته فاراد ان ينهش الرب يسوع فلم يستطع لكنه ضرب ليسوع على جنبه الايمن فبكى الرب يسوع وفى تلك الساعة خرج الشيطان من ذلك الصبى هاربا وهو بشبه الكلب المكلوب وهذا الصبى الذى ضرب ليسوع وخرج منه الشيطان مثل الكلب هو يهودا الاسخريوطى الذى اسلمه لليهود وفى الجنب الذى ضربه يهودا فيه بعينه طعنوه اليهود بالحربة ✿

Quid mihi tecum est, o Jesu, fili Mariae? quo a te fugiam? ac territus admodum et retrocedens puellam relinqueret, neque unquam postea illi appareret. Sic puellae huic negotium facessere desiit; quae grates Deo et laudes canebat, et cum ipsa omnes, qui miraculo isti praesentes affuerant.

Cap. XXXV.

Alia ibidem mulier degebat, cujus filius a Satana vexabatur. Hic, Judas nomine, quotiescunque Satanas iste illum corripiebat, quosvis praesentes dentibus appetebat, ac, si neminem juxta se inveniret, suas ipse manus et caetera membra morsu vexabat. Audiens ergo mater hujus miseri famam Herae Mariae et filii ejus Jesu, surrexit propere, ac filium suum Judam in ulnas sublatum ad Dominam Mariam detulit. Interim Jacobus et Joses commodum Dominum Jesum infantem abduxerant, ut cum caeteris infantibus colluderent; ac domo egressi consederant, et cum illis Dominus Jesus. Accedebat vero Iudas obsessus, et ad dextram Jesu assidens, cum agitaret eum pro consuetudine sua Satanas, dentibus Dominum Jesum appetebat, et, quoniam attingere non poterat, latus ipsius dextrum percutiebat, ita ut Jesus ploraret. Eademque hora fugiens exivit ex puero isto Satanas, cani rabido similis. Hic autem puer, qui Jesum percussit, et ex quo Satanas sub forma canis exivit, fuit Judas Ischariotes, qui illum Judaeis prodidit; et idem ejus latus, in quo percusserat illum Judas, Judaei lancea confixerunt.

Cap. XXXVI.

ولما كمل الرب يسوع سبع سنين لميلاده كان
ات يوم مع الاطفال اترابه اعنى الذين هم من اقرانه
كانوا يلعبوا فى الطين فيعملوا اشباه مثل الحمير والبقر
الطيور وغير ذلك وكان كل واحد منهم مفتخر
صناعته ومستحسن عمله فقال الرب يسوع للصبيان ان
تماثيل الذى صنعتهم فانى امرهم ان يمشوا فقالوا له
لصبيان فانت ابن الخالق فاما الرب يسوع امرهم بالسير
ى تلك الساعة ابتدوا تراقصوا ثم اذن لهم فعادوا وكان
ند عمل على هية الطيور والعصفير فامرهم بالطيران فيطيروا
وبالوقوف فيقفوا على يديه وطعمهم فياكلوا وسقيهم
فيشربوا فمضوا اوليك الصبيان واخبروا اباهم بذلك فقالوا
لهم اباوهم اياكم اولادنا تعودوا تخالطوه فانه ساحر
فاحذروا منه واجتنبوه ومن الان لا تعودوا تلاعبوه ✿

Cap. XXXVII.

وكان الرب يسوع فى بعض الايام داير ولاعب مع
الصبيان فاجتاز بحانوت رجل صباغ واسم ذلك الصباغ سالم
وكان فى حانوت هذا الصباغ ثياب كثير لاهل المدينة
اراد ان يصبغها فلما جا الرب يسوع الى حانوت الصباغ
تناول الثياب جميعها وطرحها فى دن النيل فلما جا سالم
الصباغ ونظر الثياب وقد فسدت ابتدا وصرخ باعلى صوته
وخاصم الرب يسوع وقال ما ذا فعلت بى ابن مريم لقد

Cap. XXXVI.

Cum vero Dominus Jesus septimum a nativitate sua annum complevisset, die quodam cum aliis pueris, sodalibus suis coaetaneis, versabatur, qui ludentes varias ex luto formas fingebant [18]), asinos, boves, volucres, et alia his similia; et unusquisque suum jactans opus super caeterorum plasmata efferre conabatur. Tunc Dominus Jesus dicebat pueris: Ego illis, quas feci, figuris praecipiam ut incedant. Rogantibus vero pueris, numquid ipse creatoris esset filius? praecipiebat illis Dominus Jesus ut incederent; eademque horum subsiliebant, et, cum reverti illas juberet, revertebantur. Fecerat autem avium passerumque figuras, quae, cum volare ipsas juberet, volabant, et cum stare juberentur, consistebant; quod si cibum et potum illis porrigeret, edebant et bibebant. Cum deinde abiissent pueri, et parentibus ista suis retulissent, dicebant illis patres ipsorum: Cavete in posterum, o filii, a consortio ejus, quoniam veneficus est [19]), fugite illum et vitate; neque ab hoc momento unquam cum ipso colludite.

Cap. XXXVII.

Quodam etiam die Dominus Jesus cum pueris ludens et discurrens officinam tinctoris praeteribat, cujus nomen erat Salem; erantque in officina ejus panni plurimi civium illius urbis, quos variis coloribus imbuere parabat. Ingressus vero Dominus Jesus officinam tinctoris [20]), pannos hosce universos sustulit, et in cortinam tinctoriam conjecit. Rediens Salem, pannosque perditos cernens, voce maxima exclamare coepit, et Dominum Jesum objurgare, dicens: Quid fecisti mihi, o fili Mariae? et me, et cives meos injuria affecisti; quilibet enim commodum sibi colorem expetit, tu vero adve-

فضحتنى مع كل اهل المدينة لان كل واحد منهم اراد حاجته لون فجيت انت فسدت للجميع فقال له الرب يسوع كل ثوب تريد تغيير لونه انا اغيره لك وفى تلك الساعة ابتدا الرب يسوع واخرج من ذلك الدن الثياب كل واحد مثل اللون الذى اراده الصباغ حتى ان اخرج الجميع فلما نظروا اليهود هذه الاعجوبة والاية سجدوا الله ✿

Cap. XXXVIII.

وكان يوسف ياخذ الرب يسوع معه فيدور فى كل المدينة لان الناس كانوا يستحضروه لاجل صنعته ليعمل لهم ابوابا وملابن واسردا وسناديق وكان الرب يسوع معه الى حيث توجه وكان كلما احتاج يوسف شى فى صنعته من التطول والتقصير والتوسيع والتضييق ان كان ذراعا ام شبرا الرب يسوع مد يده اليه فيكون مثل ما اراد يوسف وما كان محتاجا ليعمل شيا بيده لان يوسف ما كان ماهرا فى صنعة النجارة ✿

Cap. XXXIX.

وفى بعض الايام استدعاه ملك اورشلم وقال له يا يوسف اريد ان تعمل لى سريرا مقدار الموضع الذى اجلس فيه فقال له سمعا وطاعة وفى تلك الساعة ابتدا فى عمل السرير فلبث فى دار الملك سنتين الى ان اكمل عمل ذلك السرير فلما استحضره الى مكانه فوجده ناقصا عن المقدار من كل ناحية شبران فلما نظر الملك ذلك غضب على يوسف فاما

nens omnia perdidisti. Respondebat Dominus Jesus: Cuiuscunque panni colorem mutare volueris, hunc ego tibi immutabo, statimque pannos ex cortina producere coepit, singulos illo colore imbutos, quem tinctor desiderabat, donec omnes eduxisset. Hoc prodigium atque miraculum videntes Judaei Deum celebrabant.

Cap. XXXVIII.

Josephus autem per totam urbem circumiens Dominum Jesum secum ducebat, cum propter artificium ejus homines illum accerserent, ut portas ipsis, aut mulctralia, aut cribra, aut arcas conficeret; eratque cum ipso Dominus Jesus, quocunque proficisceretur. Quotiescunque ergo Josepho aliquid operis sui longius aut brevius, latius vel angustius faciendum esset, Dominus Jesus manum suam versus illud extendebat, ac statim, prout vellet Josephus, res succedebat; ita ut opus non esset ipsi quidquam manu sua perficere, quia nec admodum peritus erat artis fabrilis.

Cap. XXXIX.

Quodam vero die accersivit illum Rex Hiérosolymae, et, Volo, inquit, Josephe, ut solium mihi construas ad mensuram loci illius, in quo sedere consuevi. Paruit Josephus, ac statim operi manum admovens biennium in regia mansit, donec fabricam istius solii absolvisset. Cum itaque illud in sede sua collocaret, ab unoquoque latere duas illud spithamas a praefinita mensura deficere advertit. Quo viso, Rex Josepho admodum irascebatur, et Josephus iram Regis metuens incoenatus dormiebat, cum nihil omnino gustasset. Tunc rogante Domino Jesu, quare metueret? quoniam, inquit Jo-

يوسف من كثرة خوفه من الملك بات طاويا ولم يذق شيا البتة فقال له الرب يسوع ما لك خايف فقال يوسف لانى قد افسدت جميع ما عملته مدة سنتين فقال له الرب يسوع لا تخف ولا تجزع بل امسك انت جانب السرير وانا الجانب الاخر على اصلاحه ففعل يوسف مثل قال له الرب يسوع وجذب كل واحد من ناحيته فانصلح السرير وصار مقدار ذلك الموضع فلما نظروا الحاضرون تلك الاعجوبة تحيروا وسجدوا الله واما خشب ذلك السرير كان من الخشب الذى كان يظلهم فى زمان سليمان ابن داود وهو خشب ذو اصناف واشكال ۞

Cap. XL.

وفى بعض اليوم كان قد خرج الرب يسوع الى الزقاق فراى الصبيان مجتمعين يلعبون فمضى فى اثرهم فاما اولايك الصبيان لما راوه اختفوا من قدامه فجا الى عند باب دار فنظر هناك نسوة فقال لهن الرب يسوع اين مضوا الصبيان فقلن له تلك النسوة ما هاهنا احد فقال لهن هولاى الذين هم فى الاتون ما هم فقلن له النسوة هولاى جدايا تنيان فصرخ الرب يسوع وقال ايها الجدايا اخرجوا الى هاهنا الى راعيكم فخرجوا اولايك الصبيان مثل الجدا وصاروا يرقصون حوله فلما شاهدن تلك النسوة ذلك تعجبن جدا واخذتهن الرجفة وسارعن بالسجود للرب يسوع متضرعات قايلات يا سيدنا يسوع ابن مريم انت هو بالحقيقة الراعى الصالح لاسرايل اشفق على امايك الواقفات

sephus, opus, in quo biennium integrum elaboravi, perdidi. Cui Dominus Jesus, Omitte, inquit, timorem, neque animum abjice; tu unum istius solii latus apprehendes, et ego alterum, ut ad justam illud mensuram redigamus. Cumque fecisset Josephus, quemadmodum dixerat Dominus Jesus, et uterque a latere suo valide traheret, paruit solium, et ad justam loci illius mensuram redactum fuit. Quod prodigium cum cernerent adstantes, obstupescebant, et Deum celebrabant. Fabricatum vero erat solium hoc ex ligno illo, quod exstiterat tempore Salomonis, Davidis filii, ligno scilicet variis formis et figuris insignito.

Cap. XL.

Alio quodam die Dominus Jesus in plateam egressus, et pueros, qui ad ludendum convenerant, conspicatus, eorum se turbae admiscuit. Qui viso illo cum sese occultarent, ipsique investigandos praeberent, pervenit Dominus Jesus ad portam domus cujusdam, et stantes ibi mulieres rogavit, quonam pueri isti abiissent? Cumque neminem ibi adesse responderent, iterum Dominus Jesus, Hi, inquit, quos in fornace videtis, quinam sunt? Respondentibus illis, haedos esse trimes; exclamavit Dominus Jesus, dixitque: Huc exite, o haedi, ad pastorem vestrum. Et confestim egrediebantur pueri, haedis similes, et circa ipsum exsultabant; quod conspicatae mulieres istae obstupuerunt admodum, terrorque ipsas et tremor occupavit. Propere igitur Dominum Jesum adorabant et obsecrabant, dicentes: O Domine noster Jesu, fili Mariae, tu revera es pastor ille bonus Israëlis! miserere ancillarum tuarum, quae coram te consistunt, quae minime dubitant, quin tu, o Domine noster, ad sanandum, non ve-

امامك اللواتى لم يشكوا فلنك يا سيدنا انما جيت للشفا
وليس للابادة فاجابهن الرب يسوع ان بنى اسرايل فى
الشعوب هم كالسودان فقلن له النسوة انت يا سيدنا
عالم بكل شى ولم يخفى عنك امرا والان نسالك ونطلب
من صلاحك ان ترد الصبيان عبيدك الى حالهم الاول
فقال الرب يسوع هلموا ايها الصبيان لنمضى نلعب وفى ذلك
الوقت انقلبوا الجدا وصاروا صبيانا بحضرة تلك النسوة ✿

Cap. XLI.

ولما كان فى شهر ادار جمع الرب يسوع الصبيان فى
طريق الملك وفرشوا ثيابهم على الارض وجلس هو فوقهم
وضفروا له اكليلا من ازهار ووضعوه على راسه ووقفوا بين
يديه عن يمينه ومن شماله مثل الحجاب الوقوف بين
يدى الملك وكان كل من عبر فى الطريق كانوا
الصبيان يجذبوه غصبا قايلين له تعال اسجد الملك وروح
فى طريقك ✿

Cap. XLII.

فبينما هم كذلك واذا اناس مقبلين ومعهم صبى
حاملينه لان هذا الصبى كان قد انطلق مع الصبيان الى
الجبل ليجيب حطبا فوجد فى الجبل عش حاجل فمد
يده لياخذ البيض من ذلك العش فضربته حية ردية من
وسط العش فأستعان فلما جاوا رفقاوه مطروحا على الارض
كالميت فجاوا اهله حملوه لياخذوه الى المدينة فلما
وصلوا الى ذلك الموضع الذى فيه الرب يسوع على صفة

re ad perdendum veneris. Deinde, cum respondisset Dominus Jesus, filios Israëlis esse inter populos, tanquam Aethiopes; dicebant mulieres: Tu, Domine, omnia nosti, neque te quidquam latet; nunc vero te rogamus, et a pietate tua petimus, ut pueros istos, servos tuos, in pristinum ipsorum statum restituas. Dicebat ergo Dominus Jesus: Adeste, o pueri, ut abeamus et ludamus; et extemplo, adstantibus his te foeminis, haedi immutati sunt, et in formam puerorum redierunt.

Cap. XLI.

Mense autem Adar [21]) congregavit Jesus pueros, eosque tanquam rex disposuit; straverant enim vestes suas in terra, ut super illas consideret, et coronam e floribus consertam capiti ejus imposuerant, et satellitum instar regi adstantium, a dextris et sinistris coram ipso consistebant. Si quis autem per viam illam transiret, illum vi abstrahebant pueri, dicentes: Huc ades, et regem adora, ut felix tibi iter contingat.

Cap. XLII.

Interea, dum haec gerebantur, accedebant viri, qui puerum *lectica* gestabant. Hic enim puer ligna petiturus cum aequalibus suis in montem discesserat; ibi vero cum perdicis nidum invenisset, et manum suam, ut ova exinde tolleret, extendisset, serpens eum malignus, ex medio nidi prorepens, pupugit, ita ut sodalium suorum auxilium implorarct. Qui cum propere accessissent, invenerunt illum in terra jacentem, mortui instar; venerantque propinqui ejus, et sublatum in urbem referebant. Postquam vero pervenerant ad locum illum, in quo Dominus Jesus more regis residebat, caeterique pueri ministrorum instar circumstabant, pueri

الملك والصبيان حوله مثل الخدام فحينيذ بادروا الصبيان الى قدام الملدوغ وقالوا لاهله تعالوا سلموا على الملك فامر بريدوا ان يجيبوا لاجل الحزن الذى هم فيه فجذبوهم الصبيان قهرا بغير اختيارهم فلما وصلوا الى عند الرب يسوع قال لهم ما لكم حاملين هذا الصبى فقالوا قد لدغته حية فقال الرب يسوع للصبيان روحوا بنا نقتلها فقال ابوى الصبى اتركونا نمضى لان ابننا قد قارب الموت فاجابوا الصبيان قايلين ما تسمعوا ما قال الملك نمضى نقتل الحية وانتم تخالفونه وساقوا الدبة بغير امرهم فلما وصلوا الى ذلك العش قال الرب يسوع للصبيان هذا مكان الحية قالوا له نعم فحينيذ ناداها الرب يسوع فخرجت بغير تاخر وهى خاضعة له فقال لها امضى ومصى السم الذى رميتيه فى ذلك الصبى فانسحبت تلك الحية الى عند الصبى ومصت جميع سمها فحينيذ لعنها الرب يسوع فانشقت لوقتها وعبر يده على الصبى فتعافى وابتدا يبكى فقال له الرب يسوع لا تبكى فان قليلا تكون لى تلميذا وهذا هو سمعان القاناني المذكور فى الانجيل ۞

Cap. XLIII.

ويوما اخر ايضا ارسل يوسف ابنه يعقوب ليجيب حطبا ومضى الرب يسوع صحبته فلما وصلوا الى الموضع الذى الحطب فيه ابتدا يجمع الحطب واذا بافعة ردية لدغته فى يده فجعل يصرخ ويبكى فلما راه الرب يسوع على

propere obviam procedebant ei, qui a serpente morsus erat, et dicebant propinquis ejus: Accedite, et salutate regem. Sed cum propter moerorem, in quo versabantur, accedere nollent, pueri illos invitos vi abstrahebant. Et cum ad Dominum Jesum pervenissent, rogabat ille, quare hunc puerum gestarent? Atque illis respondentibus, quod serpens ipsum momordisset; dicebat Dominus Jesus pueris: Ite nobiscum, ut serpentem istum interficiamus. Rogantibus vero parentibus pueri, ut dimitterentur, quod filius ipsorum in agone mortis versaretur; respondebant pueri, dicentes: Annon audivistis, quid rex dixerit? Eamus et occidamus serpentem? et vos morem ipsi non geretis? Et sic ipsis nolentibus lecticam retro abducebant. Cumque ad nidum illum pervenissent, dicebat Dominus Jesus pueris: Hoccine est latibulum serpentis? Atque illis annuentibus, serpens, a Domino Jesu vocatus, confestim prodibat, seseque ipsi submittebat. Cui ille, Abi, inquit, et omne venenum, quod huic puero insinuasti, exsuge. Itaque serpens iste ad puerum adrepens, omne suum venenum rursus abstulit; et tunc maledixit illi Dominus Jesus, ut extemplo disruptus moreretur; puerumque manu sua tetigit, ut valetudini pristinae restitueretur. Et cum flere inciperet, Reprime fletum, inquit Dominus Jesus, mox enim meus eris discipulus [22]). Et hic est Simon Cananites, cujus in Evangelio fit mentio.

Cap. XLIII.

Alio die Josephus filium suum Jacobum lignatum miserat, et comitem se illi Dominus Jesus adjunxerat; cumque pervenissent ad locum, in quo ligna erant, coepissetque Jacobus illa colligere, ecce! vipera maligna illum momordit, ita ut flere et vociferari inciperet. Eum igitur in hoc statu cer-

هذه الحالة تقدم اليه ونفخ فى الموضع الذى لدغته الحية فبرى لوقته ✿

Cap. XLIV.

وفى بعض الايام ايضا كان الرب يسوع مع الصبيان وهم يلعبون على السطوح فوقع بعض الصبيان الى اسفل ومات لوقته فهربوا الصبيان وبقى الرب يسوع وحده على السطوح فلما حضروا اهل ذلك الصبى قالوا للرب يسوع انت الذى رميت ابننا من السطوح فقال لهم انا ما رميته فاما هم جعلوا يصرخوا قايلين ان ابننا مات وهذا الذى قتله فقال لهم الرب يسوع لا تشنعوا على ان كنتم لم تصدقونى تعالوا نسال الصبى فهو يظهر الحق حينيذ نزل الرب يسوع وقام على راس الميت وصرخ بصوت عال يا زينون يا زينون من رماك من السطوح فحينيذ اجابه الميت قايلا يا سيدى ما رميتنى انت بل فلان الذى رمانى فقال الرب للحاضرين اسمعوا كلامه فكل من حضر سبح الله على هذه الاعجوبة ✿

Cap. XLV.

وفى بعض الايام قالت السيدة مرت مريم للرب يسوع امضى يا ولدى هات لى من البير ما فلما مضى ليجيب الما وملا قلته فانسطعت وانكسرت وهى مملوة فاما الرب بسط منديله وجمع الما وجابه فى المنديل الى عند امه فلما نظرته مرت مريم تعجبت من ذلك وكانت تحفظ كل شى تراه وتوعيه فى قلبها ✿

sus Dominus Jesus, accessit ad ipsum, locumque, in quo vipera eum momorderat, afflavit, ut extemplo sanaretur.

Cap. XLIV.

Quodam etiam die, cum Dominus Jesus versaretur inter pueros, qui in tecto ludebant [23]), quidam puerorum ex alto decidens confestim exspiravit. Diffugientibus vero caeteris pueris Dominus Jesus solus in tecto remansit; cumque advenissent propinqui istius pueri, dicebant Domino Jesu: Tu filium nostrum ex tecto praecipitem dedisti. Illo autem id negante, vociferabantur dicentes: Filius noster mortuus est, et hic est, qui illum interfecit. Quibus Dominus Jesus, Ne me, inquit, arguite facinoris, cujus neutiquam me convincere poteritis; sed agite, rogemus puerum ipsum, qui veritatem in lucem producat. Tunc descendens Dominus Jesus stetit super capite mortui, et voce magna, Zeinunc, inquit, Zeinune, quis te de tecto praecipitavit? Tunc respondens mortuus, Domine, ait, non tu me dejecisti, sed ὁ δεῖνα me ex illo deturbavit. Et cum praecepisset Dominus adstantibus, ut ad verba ejus attenderent, omnes, qui aderant, Deum pro hoc miraculo laudabant.

Cap. XLV.

Jusserat aliquando Hera Domina Maria Dominum Jesum abire, et aquam ipsi ex puteo afferre. Cum ergo petitum aquam abiisset, hydria, jam impleta, cum sursum attolleretur, fracta est. Expandens vero Dominus Jesus mantile suum, illo collectam aquam ad matrem suam deferebat; quae stupens rem tam miram, omnia tamen, quae viderat, recondebat et conservabat in corde suo.

Cap. XLVI.

وفى بعض الايام ايضا كان الرب يسوع على ساقية
الما وكان معه صبيان وقد عملوا ايضا بركا وكان الرب
يسوع قد عمل من طين اثنعشر عصفور وقد صفهم على
اجناب البركة كل ثلاثة من ناحية وكان ذلك يوم
سبت فجا ابن حانان اليهودى فنظرهم على هذا الحال فقال
لهم بغضب وحزن يوم السبت تجبلون طينا واسرع
وخرب بركهم فاما الرب يسوع فصفق يديه على العصافير
الذى عملهم فطاروا وهم يصوصون فجا ايضا ابن حانان
فناسم بركة الرب يسوع فنشف ماوها فقال له الرب يسوع
مثل ما نشف هذا الما تنشف حياتك وفى ذلك الوقت
يبس ذلك الصبى ✿

Cap. XLVII.

وايضا كان الرب يسوع رايح مع يوسف فصادفه
صبى واحد وهو جارى فدفع ذلك الصبى للرب يسوع
فوقع فقال له مثل ما رميتنى تسقط وما تقوم وفى تلك
الساعة سقط ومات ✿

Cap. XLVIII.

وكان ايضا فى اورشليم معلم للصغار سمى زكا
فقال ليوسف ها لك ما تجيب يا يوسف ليسوع ليتعلم
فقال له يوسف نعم ومضى وقال لمرت مريم فاخذوه
ومضوا به الى المعلم ثم ان المعلم لما راه كتب له
الف بيت وقال له قل الف فقال الف فقال له المعلم قل

Cap. XLVI.

Rursus alio die Dominus Jesus ad rivum aquae versabatur cum pueris, eduxerantque per sulcos aquam ex rivo illo, piscinulas sibi construentes; feceratque Dominus Jesus duodecim passeres, eosque circa piscinam suam, ad singula latera ternos, instruxerat. Erat autem dies sabbati; et accedens filius Hanani Judaei, eosque conspiciens talia molientes, Itane, inquit, die sabbati figuras ex luto fingitis? et propere accurrens piscinas eorum destruebat. Cum vero Dominus Jesus manus suas super passeres, quos finxerat, complosisset, avolabant illi pipientes. Deinde filio Hanani ad Jesu quoque piscinam accedente, ut illam destrueret, evanuit aqua ejus, dixitque illi Dominus Jesus: Quemadmodum evanuit aqua ista, sic tua quoque vita evanescet. Et extemplo puer iste exaruit.

Cap. XLVII.

Alio tempore, cum vesperi Dominus Jesus cum Josepho domum reverteretur, obviam habuit puerum, qui cursu rapido concitatus impellebat ipsum, ut caderet. Cui Dominus Jesus: Quemadmodum me impulisti, ita cades, neque surges. Eademque hora corruit puer et exspiravit.

Cap. XLVIII.

Erat porro Hierosolymis quidam Zachaeus nomine, qui juventutem erudiebat. Dicebat hic Josepho: Quare, o Josephe, non mittis ad me Jesum, ut literas discat? Annuebat illi Josephus, et ad Heram Mariam hoc referebat. Ad magistrum itaque illum deducebant; qui simulatque eum conspexerat, Alphabetum ipsi conscripsit, utque *Aleph* diceret, praecepit [24]). Et cum dixisset *Aleph*, magister ipsum *Beth*

يبت فقال له الرب يسوع قل لى شرح المر الالف وحينيذ
اقول بيت فاراد المعلم ان يضربه فقال له الالف كذا
وكذا والبيت كذا وكذا ومن الايات مستقيمات ومنهم
ملتويات ومنهم مكوفات ومنهم منقطات ومنهم غير منقطات
ولم تقدم هذا الحرف على الاخر وابتدا يشرح ويفسر اشيا
لم يسمعها المعلم ولا قراها فى كتاب حينيذ قال الرب
يسوع للمعلم إسمع لاقول لك وابتدا يقول الف بيت جمل
دلد الى حد التاو قولا فصيحا فتعجب المعلم وقال انى
اظن ان هذا الصبى اتلد قبل نوح والتفت الى يوسف
وقال له انت قد جبت لى صبيا لاعلمه وهو معلم المعلمين
وقال لمرت مريم ابنك هذا ليس هو محتاج الى العلم ✿

Cap. XLIX.

فاخذوه الى عند معلم اخر كان امهر من ذلك
المعلم فلما راه قال له قل الف فقال الف قال له قل بيت
فاجابه الرب يسوع قايلا قل لى ما معنى الالف وبعد ذلك
اقول بيت فرفع المعلم يده وضربه وفى تلك الساعة يبست
يده ومات فقال يوسف لمرت مريم من الان لا نخليه يخرج
من البيت لان كلمن يعاديه يموت ✿

Cap. L.

فلما صار له اثنعشر سنة اصعدوه الى اورشليم الى
العيد فلما فرغ العيد رجعوا فاما الرب يسوع تخلف عنهم
فى الهيكل بين الاحبار والمشايخ وعلما بنى اسرايل يسايلهم

pronunciare jubebat. Cui Dominus Jesus: Dic mihi prius significationem literae *Aleph*, et tum *Beth* pronunciabo. Cumque magister verbera ipsi intentaret, exponebat illi Dominus Jesus significationes literarum *Aleph* et *Beth*; item, quaenam literarum figurae essent rectae, quaenam obliquae, quaenam duplicatae, quae punctis insignitae, quae iisdem carentes; quare una litera aliam praecederet; aliaque plurima enarrare coepit et elucidare, quae magister ipse nec audiverat unquam, nec in libro ullo legerat. Dixit porro magistro Dominus Jesus: Attende, ut dicam tibi. Coepitque clare et distincte recitare, *Aleph, Beth, Gimel, Daleth,* usque ad finem Alphabeti. Quod miratus magister, Hunc, inquit, puerum ante Noachum natum esse existimo; conversusque ad Josephum, Adduxisti, ait, ad me erudiendum puerum, magistris omnibus doctiorem. Herae quoque Mariae inquit: Filio huic tuo nulla doctrina opus est.

Cap. XLIX.

Ad alium deinde magistrum doctiorem eum deduxerunt, qui, ut eum conspexit, Dic *Aleph*, inquit. Cumque dixisset *Aleph*, magister ipsum *Beth* pronunciare jubebat. Cui respondens Dominus Jesus, Dic mihi, inquit, prius significationem literae *Aleph*, et tunc *Beth* pronunciabo. Hic cum sublata manu eum verberaret magister, confestim manus ipsius exaruit, et mortuus est. Tunc dicebat Josephus Herae Mariae: Ab hoc tempore non sinemus eum domo exire; quoniam quisquis ipsi adversatur, morte plectitur.

Cap. L.

Et cum factus esset annorum duodecim, duxerunt eum Hierosolymas ad festum; finito autem festo ipsi quidem revertebantur, sed Dominus Jesus retro manebat in templo in-

ويجاوبهم عن العلوم فقال لهم المسيح ابن من هو قالوا له ابن داوود فقال لهم فكيف يدعوه ربه بالروح اذ قال قال الرب لربى اجلس عن يمينى لاضع اعداك تحت موطا قدميك فاجابه كبير الاحبار قريت الكتب فقال له الرب يسوع الكتب وما فى الكتب وشرح الكتب والتوراة والوصايا والاحكام والاسرار التى فى كتب الانبيا شيا لم يصل عقل مخلوق اليه فقال ذلك الحبر انا الى الان ما وصلت وما سمعت هذا العلم ما ترى ما ذا يكون من هذا الصبى ✿

Cap. LI.

وكان هناك ايضا حكيم ماهر فى علم الافلاك فقال للرب يسوع قريت فى علم الهيئة فاجاب الرب يسوع وقال له عدد الافلاك والاجرام فطبايعها وافعالها ومقابلتها وتثليثها وتربيعها وتسديسها واستقامتها ورجوعها ودقايقها وشعايرها وشيا ما يصل العقل اليه ✿

Cap. LII.

وكان ايضا قد حضر بينهم حكيم فى طب الطبايع فقال للرب يسوع قريت يا حبيبى فى علم الطب فاجابه الرب يسوع وحدثه عن الطبيعة وما بعد الطبيعة وفوق وعدد الطبيعة وتحت الطبيعة وقوات الجسد والاخلاط وافعالها الاعضا والاعظام والعروق والضوارب والاعصاب وفعل الحرارة

ter doctores et seniores et eruditos ex filiis Israëlis, quos de scientiis varia interrogabat, et vicissim eis respondebat. Dicebat enim illis: Messias cujus est filius? Respondebant illi: Filius Davidis. Quare ergo, inquit, in spiritu vocat illum Dominum suum? quando dicit: Dixit Dominus Domino meo, sede ad dextram meam, ut hostes tuos vestigiis pedum tuorum subjiciam. Tum interrogabat eum princeps quidam magistrorum: Legistine libros? Et libros, inquit Dominus Jesus, et ea, quae in libris continentur; et explicabat libros, et legem [25]), et praecepta, et statuta, et mysteria, quae in libris prophetarum continentur, res, quas nullius creaturae intellectus percepit. Dicebat ergo magister iste: Ego hactenus talem scientiam nec vidi, neque audivi; quis, putas, puer iste erit?

Cap. LI.

Cumque adesset ibidem philosophus, astronomiae peritus, rogaretque Dominum Jesum, num astronomiae studuisset? respondebat ipsi Dominus Jesus, exponebatque numerum sphaerarum et corporum coelestium, eorumque naturas et operationes, oppositionem, aspectum triquetrum, quadratum et sextilem, progressionem eorundem et retrogradationem, computum denique et prognosticationem, aliaque, quae nullius unquam hominis ratio pervestigavit.

Cap. LII.

Aderat quoque inter illos philosophus medicinae et naturalis scientiae peritissimus; qui cum rogasset Dominum Jesum, an medicinae studuisset? respondens ille exposuit ipsi Physica et Metaphysica, Hyperphysica et Hypophysica; virtutes quoque corporis et humores, eorundemque effectus; numerum item membrorum et ossium, venarum, arteriarum et nervorum; temperamenta etiam, calidum et siccum, frigidum

واليبوسة والبرودة والرطوبة وما ينتج منها وما هو فعل النفس في الجسد وحواسها وقواتها وما فعل النطقية وفعل الغضبية وفعل الشهوانية والاجتماع والافتراق واشيا اخر ما يصل عقل مخلوق اليها فقام ذلك الحكيم وسجد قدام الرب يسوع وقال يا سيدى انا من الان تلميذك وعبدك ✿

Cap. LIII.

فبينما هم في هذا الكلام واشباهه جات السيدة مرت مريم بعد ثلاثة ايام كان لها تدور عليه هي ويوسف فراته وهو جالس بين العلما يسالهم ويجاوبهم فقالت له مرت مريم لماذا فعلت بنا هكذا يا ابنى فها انا وابوك بتعب شديد نطلبك فقال لماذا تطلبانى اما تعلما ان في بيت ابى ينبغى لى ان اكون فاما هم لم يفهما الكلام الذى قاله لهم فقالوا العلما هذ ابنك يا مريم قالت نعم قالوا لها طوباك يا مريم على ما ولدتنى وراح الرب يسوع الى الناصرة وكان يطيعهما في كل شى وكانت امه تحفظ جميع الكلام في قلبها وكان الرب يسوع ينمى في القامة والحكمة والنعمة لدى الله والناس ✿

Cap. LIV.

ومن ذلك اليوم بدا يخفى عجايبه واسراره ورموزه ويعمل بسنة التوراة الى كمال ثلثين سنة الى حين اظهره الاب في الاردن بالصوت الصارخ من السما قايلا هذا هو ابنى الحبيب الذى به سررت وشهد له الروح القدس مثل حمامة بيضا ✿

et humidum, quaeque ex hisce orirentur: quaenam esset operatio animae in corpus, ejusque sensationes et virtutes; facultates loquendi, irascendi, appetendi; denique congregationem et dissipationem, aliaque, quae nullius creaturae intellectus unquam penetravit. Tunc surgebat philosophus iste, et Dominum Jesum adorabat, et, O Domine, inquit, ab hoc tempore ero discipulus tuus et servus.

Cap. LIII.

Dum haec et alia inter sese loquebantur, aderat Domina Hera Maria, postquam ipsum quaerens triduum cum Iosepho circumivisset: videns ergo eum inter doctores sedentem, perque vices ipsos rogantem et respondentem, dicebat illi: Mi fili, quare ita fecisti nobis? ecce ego et pater tuus te magno cum labore quaesivimus. At ille, Quare, inquit, me quaerebatis? an nesciebatis, decere me, ut in domo patris mei [26]) verser? Sed ipsi non intelligebant verba, quae cum ipsis loquebatur. Tunc doctores isti rogabant Mariam, hiccine ipsius esset filius? et annuente ipsa, O te felicem, ajebant, Maria, quae hunc talem peperisti. Revertebatur autem cum eis Nazaretham, et in omnibus rebus morem ipsis gerebat. Et mater ejus conservabat omnia verba ista in corde suo. Dominus vero Jesus proficiebat statura, et sapientia, et gratia apud Deum et homines.

Cap. LIV.

Atque ab hoc die miracula, arcana et secreta sua occulere coepit, et Legi operam dare, donec annum trigesimum compleret; quando pater publice illum ad Jordanem declaravit, hac coelitus voce demissa: Hic est filius meus dilectus in quo acquiesco; praesente Spiritu sancto in forma columbae candidae.

Cap. LV.

هذا الذى اليه نبتهل هو الذى كوننا واحيانا وسقطنا فتجسد من اجلنا ونجانا ان يديم رحمته ويبسط رافته الينا بكرامه واحسانه وفضله وامتنانه له المجد والاحسان والقدرة والسلطان من الان وكل اوان وكل عصر وزمان والى ابد الابدين ودهر الداهرين امين ✿

كمل انجيل الطفولية بعون الله تعالى على التمام
على ما وجدنا فى النسخة ✿

Cap. LV.

Hic est, quem supplices adoramus, quoniam essentiam nobis et vitam dedit, et ex uteris matrum nostrarum nos eduxit; qui corpus humanum propter nos assumsit, nosque redemit, ut complecteretur nos aeterna misericordia, et gratiam suam ex liberalitate et beneficentia, et generositate et benevolentia nobis exhiberet. Ipsi sit gloria, et laus, et potentia, et imperium, ab hoc tempore in sempiterna secula. Amen.

Explicit Evangelium infantiae totum, auxilio Dei supremi, secundum ea, quae in archetypo invenimus.

N O T A E
IN EVANGELIUM INFANTIAE SERVATORIS.

1) *Cum in cunis jaceret.* Fabellam antiquam de Christo infante statim locuto avide arripuit Mohammed ejusque sequaces. Alcorani capite III, 41. (ed. Hinckelm.) introducuntur angeli beatae Mariae de Christo ex ipsa nascituro praedicentes, يكلم الناس في المهد *eum in cunis homines allocuturum.* Sic ex traditione refert *Kessaeus*, insignis ille Mohammedanorum *μυθολόγος:* Zachariam, cum domi suae non reperiret Mariam *τὴν θεοτόκον*, (quae, ut partum suum celaret, noctu clanculum extra urbem processerat, sub palma ibi Christum paritura) misisse Josephum, sobrinum ejus, qui illam investigaret. Hic cum illam repertam alloqueretur, taceretque ipsa, pro matre Christum infantem in haec verba respondisse: يا يوسف ابشر وقر عينا وطب نفسا فقد اخرجني الله من ظلمات البطن الى ضو الدنيا وساتي الى بني اسرايل وادعوهم الى طاعة الله *O Josephe, gaude et laetare, et bono esto animo! etenim eduxit me Deus ex tenebris uteri in lucem hujus mundi; et adibo filios Israëlis, eosque ad obedientiam Deo praestandam invitabo.* Aliud exemplum suppeditat ipse *Alcoranus, cap.* XIX. 28. *et seqq.* Nempe cum paulo post Maria, Christum infantem ulnis gestans, in urbem ad suos rediret, et adverso populi clamore exciperetur, dicentis: *O Maria, rem miram affers! o soror Haronis, non fuit pater tuus vir malus, neque mater tua impudica;* ipsa intento digito puerum illis monstrabat, quicum loquerentur. Illis vero regerentibus: *Quomodo sermocinabimur cum puero in cunis jacente?* inquit Jesus: اني عبد الله

اتانى الكتاب وجعلنى نبيا وجعلنى مباركا اينما كنت واوصانى بالصلوة والزكوة ما دمت حيا وبرا بوالدتى ولم يجعلنى جبارا شقيا والسلام على يوم ولدت ويوم اموت ويوم ابعث حيا *Ego servus Dei sum, qui librum (Evangelium) mihi dedit, meque prophetam constituit et ubique felicem; qui preces mihi et eleemosynas per omnem vitam observandas commendavit: fecit me pium erga genitricem meam, non vero superbum aut miserum;* (miserum vocant Arabes hominem Deo immorigerum, explicante hic *Dschalaloddino* laudatissimo Scholiasta, ipsoque *Kessaeo*) *et pax super me die nativitatis et mortis, et die illo, quo ad vitam resuscitabor,* Postrema hujus commatii verba apprime notanda sunt contra Muslimos, suo sibi gladio jugulandos: qui, a Pseudopropheta suo dissentientes, Christum esse mortuum praefracte negant; eum sine mortis interventu, cum dormiret, in coelos sublatum nugantes. Haec ex Summa *Zamachschariu*s, *Dschalaloddinus*, *Kessaeus*, alii: sed Sunnae sententias Mohammedi tribuere, idem est ac nugarum Talmudicarum cum Judaeis Mosem statuere auctorem. Qua de re alias prolixius. Vide interim *Werneri* Compend. p. 31. 32. et *Hottingeri* Hist. Eccles. Tom. VII. pag. 413. et seqq. Sed ut ad Christi infantis sermones revertamur, operose Mohammedem hoc nomine illi praefert *Abunazarus*, scriptor nugacissimus, quod is praestantiora longe statim a nativitate locutus sit. Arabica auctoris verba leguntur in *Hottingeri* Histor. Orient. l. 1. c. VI. quae ita vertit *Hottingerus*: *Cum a matre avelleretur* (Mohammed), *pronus concidit in vultum suum, ut Deo honoris cultum, incurvando se, deferret: prosternens autem se, dixit: O mater mea! Elevato postea ab incurvatione capite suo, diserta lingua fatus est:* Testor, quod

لا الاه الا الله وانى رسول الله

LA ILAH ILLA 'LLAH
WAINNI RESUL ALLAH

non est Deus, nisi Deus, et ego sum Legatus Dei. *Unde discimus, laudationem ejus laudatione Isa (super quibus sit pax) luculentiorem esse: Isa enim lingua quidem sua laudavit; at honoris exhibendi gratia se non incurvavit. Isa locutus fuit matri suae; at Propheta, super quo precatio divina et pax, locutus est Domino. Isa testatus est de eo, quod non haberet patrem; at* Mohammed, *super quo preces Dei et pax, testatus est se delectari in uno. Atque sic laudatio ejus fuit illustrior.* Haec quidem satis jam hyperbolica; sed neque hic substitit ventosus et tumens Asianorum genius, omnem mythologiam veterum poëtarum, qui fa-

bellas suas Milesias saltem carminum suavitate nobis commendaverunt, longe exsuperans. Kessaeus enim cum legationem Gabrielis ad Mariam virginem, qualis cap. III. Alcorani exhibetur, enarrasset, addit Christum in utero matris esse locutum. Ipsa nugatoris verba accipe: فاخبرها جبرايل بكل اية تكون لعيسى
فطابت نفسا عند ذلك علم بحملها ابن خالها يوسف
النجار ثم قال لها معترضا يا مريم هل نبت في الارض زرعا
بغير بذار قالت له الم تعلم ان الله انبت الزرع يوم
خلق من غير بذار قال صدقت من اين لك هذا الولد
ومن ابوه قالت هذا هدية الله وموهبته لي ومثله كمثل
ادم خلقه الله من تراب ثم قال له كن فكان ✿ قال فنطق
عيسى من بطن امه وقال يا يوسف ما هذه الامثال التي
تضربها الان قم وانطلق الى عبادتك واستغفر لذنبك مما
وقع في باطنك فقام يوسف حتى دخل على زكريا واخبره
بذلك فاغتم زكريا وقال لامراته ان مريم حاملة وليس
لها زوج واني اخشى من فساق بني اسرايل ان يتهموها من
اجل يوسف فقالت له امراته استعن بالله وتوكل عليه فانه
يرد عنها مقالة الفساق قال ثم دنا ولادتها فبلغ ذلك ملك
بني اسرايل وكان اسمه هنوش بن هندروش وكان جبارا
عاتيا فدعى بني اسرايل وقال لهم من تكون هذه المراة
التي يكلمها ولدها في بطنها حتى لا يعلم ما هو فلذلك
تتكلم فسكت ولم ينطق ابدا ✿

Et exponebat illi Gabriel omnia signa Isae affutura, quapropter ipsa admodum laetabatur. Josephus vero faber, consobrinus ejus, cognito ipsam esse gravidam, contendens cum illa, O Maria, inquit, numquid in terra seges provenit non facta semente? Cui illa, Itane, ait, ignoras, Deum tempore creationis sine interventu seminis fruges produxisse? Credo, inquit Josephus; sed unde haec tibi proles, et quis ejus parens? Respondet Maria: Hoc ego munus et donum a Deo habeo; eademque ejus est ratio, quae Adami, quem ex terra Deus creavit, dixitque: Esto, et exstitit. Tunc locutus est Jesus ex utero matris suae et dixit: Quid sibi volunt, o Josephe, istae comparationes, quas instituis? quin potius surge, et abi ad negotia tua, et veniam peccati tui supplex pete, quoniam tales cogitationes animum tuum subinerunt. Surrexit ergo Josephus, et Zachariam adiens haec eadem illi exposuit. Et

contristatus est Zacharias, et dixit uxori suae; Gravida est Maria, neque maritum habet; metuo autem improbitatem filiorum Israël, ne suspectam illam habeant de Josepho. Cui uxor, Auxilium, inquit, a Deo pete, et in eo confide; hic enim calumnias ab ipsa repellet. Instante vero partu ejus, cum nunciata haec essent regi filiorum Israël, cujus nomen erat Hannausch Ibn Henderusch, tyranno impio, ille convocatis filiis Israël. Quae haec sit mulier, ait, quicum embryo in utero ejus loquitur, antequam sciat, quis ille futurus sit? Hac de re ergo loquamur. Et obmutuit, neque unquam postea locutus est. Videbimus infra Mohammedem undecunque sua primum compilaverit, circumstantias partus virginei a poëtarum de Latona fabellis adornasse. Sed haec quoque, quae modo vidimus, congruunt illis, quae Callimachus hymno in Delum de Apolline canit; embryonem scilicet ὑποκόλπιον *in utero* cum matre locutum, Thebis hospitium puerperae negantibus mala multa praedixisse, absterruisse matrem ne Coon insulam adiret, denique Delum tanquam puerperio aptissimam eidem commendasse:

– – – – σὺ δὲ ξυμβάλλεο, μῆτερ.
Ἔστι διειδομένη τις ἐν ὕδασι νῆσος ἀραιή;
Πλαζομένη πελάγεσσι· πόδες δὲ οἱ οὐχ' ἑνὶ χώρῳ,
Ἀλλὰ παλιῤῥοίῃ ἐπινήχεται, ἀνθέρικος ὥς.
Ἔνθα Νότος, ἔνθ' Εὖρος, ὅπῃ φορέῃσι θάλασσα.
Τῇ με φέροις, κείνην γὰρ ἐλεύσεαι εἰς ἐθέλουσαν.

Quas ita vertit Bonaventura Vulcanius:

Tu vero genitrix corde haec mea dicta repone:
Conspicua Aegeo exilis jacet insula, summis
Errabunda undis; neque enim vestigia certo
Haerent firma loco; vasto at circumflua ponto
Innatat albueo similis, quem proripit urgens
Hinc Notus, hinc Eurus, rapidive potentia fluctus.
Huc propera; nec enim tristem patiere repulsam.

2) *Anno trecentesimo nono aerae Alexandri.* Initium hujus *aerae* incidit in annum ab obitu Alexandri magni duodecimum, docente *Ulug-Beigo* de Epochis celebr. cap. 2. vide quoque Golium ad *Alferganum* p. 56. 57. Annum eundem, sed mensem insuper, diem et feriam definit *Abulfaragius* in *Historia Dynastiarum* p. 109. *edit. Pocok.* وفى السنة الثالثة والاربعين من ملك اغوسطس قيصر وفى السنة تسع وثلثماية من تاريخ الاسكندر ولد السيد المسيح من مريم العذرا ليلة الثلثا

خامس عشرين كانون الاول ۞ *Anno imperii Augusti Caesaris quadragesimo tertio, qui aerae Alexandri trecentesimus nonus fuit, natus est Dominus Christus ex Maria virgine, die Martis, Canuni prioris* (Decembris) *vicesimo quinto.*

5) *Hierosolymam abiit, venitque Bethlehemum.* Hierosolymam non memorat Lucas, c. II. v. 4. iter Josephi et Mariae describens. Magis discrepat Abulfaragius, qui Josephum Hierosolymae describendum fuisse, videtur innuere. Verba ejus haec sunt pag. 109. وفي تلك السنة كان قد ارسل قيصر الملك قورينوس القاضي مع اصحاب الجزية الى اوريشليم فصعد يوسف خطيب مريم من الناصرة مدينته الى اوريشليم ليثبت اسمه وعند موافاتهم قرية بيت لحم ولدت مريم *Eodem anno miserat Caesar Imperator Cyrenium Judicem cum census exactoribus Hierosolymam: quo factum est, ut Mariae sponsus Josephus Nazarâ Hierosolymam adscenderet, quo nomen suum adscriberet: cum autem Bethlehemum oppidum pervenerant, peperit ibi Maria.* Quia Bethlehem dicitur *κώμη vicus* Joh. VII. 42. *villa* et *villula* Hieronymo, putavit, credo, Bethlehemitis, tanquam ignobilioris pagi incolis, Hierosolymam *μητρόπολιν* fuisse adeundam, ut ibi censerentur.

4) Quia in sequentibus Mohammedanorum de Servatore nostro fabellas cum iis, quae noster habet auctor, conferemus, non abs re fore puto, si hic quoque breviter ea, quae de modo et loco nativitatis ejus tradiderunt iidem, consideremus. Sic ergo Mohammed cap. XIX. Alcorani, cum narrasset historiam annunciationis angelicae, pergit *com. 22. et seqq.* فحملته فانتبذت به مكانا قصيا فاجاءها المخاض الى جذع النخلة قالت يا ليتني مت قبل هذا وكنت نسيا منسيا ۞ فناداها من تحتها الا تحزني قد جعل ربك تحتك سريا ۞ وهزي اليك بجذع النخلة تساقط عليك رطبا جنيا ۞ فكلي واشربي وقري عينا فاما ترين من البشر احدا ۞ فقولي اني نذرت للرحمان صوما فلن اكلم اليوم انسيا فاتت به قومها تحمله قالوا يا مريم لقد جيت شيا فريا ۞ *Et cum utero illum gestaret, subduxit se cum illo in locum remotum; coëgitque illam dolor partus ad truncum palmae confugere:* ubi, *O uti-*

sum, inquit, mortua prius essem, et penitus oblivioni tradita? *Et inclamavit eam, qui sub illa erat,* dicens: *Abjice moerorem; posuit Deus sub te fluviolum, et concute versus te truncum palmae, ut recentes et maturi dactyli ad te decidant: et ede, et bibe, teque oblecta; quod si quem mortalium conspexeris, dic, te jejunium Deo vovisse, nec cum quoquam hodie verbum commutaturam. Cum deinde ad populum suum illum afferret, dicebant illi: O Maria, rem miram affers! etc.* vide reliqua supra Not. 1. Non sine ratione quaeret lector, quis hic intelligatur Mariam blandis adeo ac delenificis dictis consolari? Christum infantem modo natum intelligit vetus Alcorani interpres, qui verba ista more suo libere nimis ita παραφράζει: *Christus autem subtus eam egressus, ipsam consolans inquit: Ne timeas, en ego tecum assideo. Deinceps Deus ipsam allocutus injunxit, ut palmam excuteret, sicque super eam arruteba recentia caderent, unde ipsa comedens et bibens, cor suum corroboraret,* etc. Sic plane ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδήσας quae lubet immutat, addit, omittit. Neque tamen, ut verum fatear, abhorrent ista a fabellis superius Not. 1. p. 132. sqq. allatis; et fieri potest, ut Christum intellexerit ipse Mohammed, verba suspensa et ambigua plerumque abrumpens. Ejus autem sequaces Gabrielem hic angelum in scenam producunt, in diversa hactenus abeuntes, quod illud من تحتها *qui sub illa erat*, alii ad Mariam ipsam, alii ad palmam, cujus praecesserat mentio, referunt. Sic ad verba haec: *Et inclamavit eam, qui sub illa erat,* notat Dschalaloddinus: أى جبرايل وكان اسفل منها *Gabriel scilicet, qui infra ipsam in loco depressiore adstabat!* Kessaeus autem in historia nativitatis Christi hoc modo explicat: فناداها من تحتها يعنى الملك الذى كان معها نداها من تحت الشجرة من قبل الله ۞ وقال الضحاك كان جبرايل والله اعلم *Et inclamavit eam sub ipsa:* (nota legere Kessaeum MIN TAHTIHA, quod in multis quoque manuscriptis codicibus compareт) *id est, Angelus, qui cum ipsa erat, inclamavit eam sub arbore ante Deum. Dixit vero* Al Dhahhacus *fuisse Gabrielem, quod Deus optime novit.* Porro quomodo in locum remotum Maria se subduxerit, explicat *Kessaeus,* qui, postquam multa de nativitate Mariae, ejusque parentibus Imrane et Hanna, de educatione quoque ejus in templo Hierosolymitano, ac deinde pubertatis tempore in domo Zachariae etc. narraverat, (Protevangelio Jacobi, iisque, quae in praetensa Hieronymi ad Chromatium et Heliodorum epistola leguntur, partim conformia, par-

tim dissona; in editione Alcorani, si Deus voluerit, latius a nobis producenda) ita pergit: فلما دنا وقت ولادتها خرجت فى جوف الليل من منزل زكريا حتى صارت خارج بيت المقدس وذلك قوله تعالى فحملته فانتبذت به مكانا قصيا يعنى بعيدا واحبت ان لا يعلم بها زكريا ولا غيرة *Cum instaret illi tempus pariendi, egressa est media nocte ex aedibus Zachariae, et extra Hierosolymam processit. Et hic est locus ille remotus, quem in Alcorano Deus memorat. Zachariam enim et caeteros latere volebat.* Neque idem fictitiam Mohammedis palmam indictam patitur, quin fabulas fabellis cumulet: فنظرت فى جوف الليل الى النخلة يابسة فجلست عند اصلها فاخضرت من ساعتها وصار لها سعفا وخوصا وتدلت بحملها بقدرة الله تعالى واجرى الله من تحتها عينا من الما واشتد بها الطلق فضربت بيدها الى النخلة *Et videbat intempesta nocte palmam aridam, quae, cum ad radicem ejus consedisset* Maria, *extemplo revirescens foliis et frondibus vestiebatur, fructu deorsum propendente, vi Dei supremi. Et produxit sub illa Deus fontem aquarum; et cum torquerent eam dolores partus, palmam manu arcte complexa est.* Nihil ergo de spelunca illa πολυθρυλλήτῳ Mohammed; sed sive alios auctores, sive traditiones ἀγράφους secutus, puerperium beatae virginis fabuloso apud poëtas Latonae partui simillimum nobis exhibuit. Nam haec quoque palmam complexa, vel oleam, vel palmam et oleam simul, vel duas laurus (juxta alios) Dianam et Apollinem peperisse fertur. Et de palma quidem *Homerus hymno in Apoll.*:

> *Τὴν τότε δὴ τόκος εἷλε, μενοίνησέν τε τεκέσθαι.*
> *Ἀμφὶ δὲ φοίνικι βάλε πήχεε, γοῦνα δ' ἔρεισε*
> *Λειμῶνι μαλακῷ· μείδησε δὲ γαῖ' ὑπένερθεν.*
> *Illam tunc partus incessit, et parere enixa est:*
> *Palmam vero brachiis amplexa genubus obnixa est*
> *Prato molli; terra vero infra risit.*

Et *Callimachus hymno in Delum*:

> *Λύσατο δὲ ζώνην, ἀπὸ δ' ἐκλίθη ἔμπαλιν ὤμοις*
> *Φοίνικος ποτὶ πρέμνον, ἀμηχανίης ὑπὸ λυγρῆς*
> *Τειρομένη, νότιος δὲ διὰ χροὸς ἔῤῥεεν ἱδρώς.*
> *Solvit vero zonam, atque humeris retro se inclinavit*
> *Ad palmae truncum, diris torminibus*
> *Agitata: humidus vero per corpus fluebat sudor.*

Sic enim Mariam quoque saevis doloribus pressam arcte palmam tenuisse vult Kessaeus: scilicet, quia ἔθος ἐστὶ ταῖς κυούσαις τῶν παρακειμένων λαμβάνεσθαι, καὶ ἀποκουφίζειν ἑαυτὰς τῶν ἀλγηδόνων. *Mos est parturientibus adjacentia comprehendere et sese doloribus sublevare*, ut ait Scholiastes Apollonii.

5) *Succenso igne.* Sic et *Elias* III. Patriarcha Antiochenus Homilia in nativitatem Christi a Clarissimo Golio edita memorat رعاة شبوا من شظايا العصى نارا مضية *Pastores, accendentes ex assulis fragmentisve lignorum ignem lucentem.*

6) *Zoradascht* (Zoroaster). Zoroastrem magum non fuisse vetustiorem initiis amplitudinis Persicae bene demonstravit Ill. *Marshamus* in Canone Chronolog. ad Sec. IX. (vide et *Bocharti* Phaleg. l. IV. c. 1.) Loco ibi citato ex floridis *Apuleji*, qui ad Cambysis tempora illum refert, concinit omnino *Gregorius Abulfaragius*, qui et hunc nostrum egregie illustrat, p. 83. وفى هذا زمان كان زرادشت معلم المجوسية واصله من بلاد ادربيجان وقيل من بلاد اثور وقيل انه من تلامذة اليا النبى وهو عرف الفرس بظهور السيد المسيح وامرهم بحمل القرابين اليه واخبرهم ان فى اخر الزمان بكرا تحبل بجنين من غير ان يمسها رجل وعند ولادته يظهر كوكب يضى بالنهار ويرى فى وسطه صورة صبية عذرا وانتم يا اولادى قبل كل الامم تحسون بظهوره فاذا شاهدتم بالكوكب امضوا حيث يهديكم واسجدوا ذلك المولود وقربوا له قرابينكم وهو الكلمة المقيمة السما *Porro hoc tempore* (Cambysis nempe, filii Cyri, cujus immediate praecesserat mentio) *fuit Zoradascht praeceptor sectae magorum, oriundus regione Aderbidschan, vel (ut dicitur) regione Assyriae. Dicitur etiam, fuisse illum e discipulis Eliae Prophetae. Hic Persas docuit de manifestatione Domini Christi, jubens eos illi dona offerre; indicavitque futurum, ut ultimis temporibus conciperet virgo foetum, absque contactu viri, cumque nasceretur, apparituram stellam, quae interdiu luceret, et in cujus medio conspiceretur figura puellae virginis. Vos autem, o filii mei, ante omnes gentes ortum ejus percepturi estis: cum ergo videritis stellam, abeuntes, quo vos illa dirigat, natum istum adorate, offerentes ipsi munera vestra; est siquidem*

illa verbum, quod coelum condidit. Apud eundem *Abulfaragium* pag. 110. Herodi de rebus ipsorum interroganti Magi ita respondent: ان عظيما كان لنا وهو قد انبانا بكتاب وضعه ذاكرا فيه سيولد في فلسطين مولود اصله من السما ويتعبد له اكثر العالم واية ظهوره انكم ترون نجما غريبا وهو يهديكم الى حيث هو فاذا رايتموه فاحملوا ذهبا ومرا ولبانا وانطلقوا اليه والطفوه بها واسجدوا له وانصرفوا لئلا ينالكم بلا عظيم ✿ والان قد ظهر لنا النجم واتينا ليتم ما امرنا به ✿ *Magni nominis quidam apud nos fuit, qui in libro quodam, quem composuit, nos admonuit, in eo haec memorans:* Futurum est, ut in Palaestina nascatur puer e coelo oriundus, cui serviet maxima mundi pars; signum autem apparitionis ejus hoc erit, quod visuri estis stellam peregrinam, quae vos eo, ubi manet, diriget: eam ergo cum videritis, accepto auro, myrrha et thure profecti illa ipsi offerte, ipsumque adorate, deinde revertimini, ne vos calamitas gravis occupet. *Nunc autem apparuit nobis stella; venimus igitur ad perficiendum illud, quod nobis praeceptum est.* Quae ex libello aliquo Zoroastri falso adscripto, qualium ψευδεπιγράφων σμῆνος olim circumferebatur, desumta esse, nemo non videt. Ejusdemque furfuris illa videntur, quae ex Zoroastris ἱερᾷ συναγωγῇ τῶν Περσικῶν citat κατὰ λέξιν *Eusebius*, in fine lib. 1. de praeparat. Evangel. Ὁ δὲ θεός ἐστι κεφαλὴν ἔχων ἱέρακος, *Deus caput habet accipitris* etc.

7) *Eam in thesauris suis reposuerunt.* Pompatice quoque citatus supra *Elias Patriarcha* eadem Homilia jactat قمطلا تتشرف بها الاعلام والبنود الملكية *Taenias, quibus nobilitata sunt signa et vexilla regum.*

8) *Surge et abi in Aegyptum.* Causam profectionis in Aegyptum jejune admodum refert Kessaeus Mohammedanus: فبلغ خبر الى الملك فهم بقتله وامه وزكريا فخاف زكريا والمومنون على قتلهم وذكر لها ذلك يوما ثم قال لابن خالتها يوسف خذ مريم وابنها واحملها الى مصر ودفع لهم اثاثا وزودهم واخرجهم من بيت المقدس ليلا *Pervenit autem rumor ad regem* (hunc supra vocavit حنوش بن هندروش *Hannausch Ibn Henderusch*, quod corruptum censeo a Muslimis

Herodis nomen), *qui ipsum cum matre et Zacharia morti destinavit. Cum ergo metueret Zacharias et fideles, ne occiderentur, monuit illam quodam die, dixitque Josepho sobrino ejus: Accipe Mariam et filium ejus, et deduc illam in Aegyptum. Deditque illis utensilia, et viatico instructos noctu ex urbe Hierosolymis eduxit.*

Sequuntur penes eundem auctorem fabulae, aniles an pueriles? certe oppido ridiculae, et quae vel Heracliti pulmonem commoverent; quas, quoniam in pseudo-evangelio nostro non exstant, hic inserere lubet. Prima est de leone, Christi infantis mandato parente: وجعلوا يسيروا من بلد الى بلد فراى يوسف فى الطريق اسدا عظيما واقفا على فارع الطريق ففزعوا منه فتكلم عيسى الى الاسد وقال له ان الثور الذى تريد تفترسه انه لقوم مساكين فانطلق الى تلك الموضع تجد فيه جملا ميتا فكله فمضى الاسد نحو الجمل واكله *Coeperunt ergo proficisci ab urbe ad urbem. Et vidit Josephus in via leonem magnum stantem in bivio; a quo cum metuerent, allocutus est Jesus leonem, et dixit: Taurus quidem ille, quem dilaniare cupis, hominum est pauperum; sed abi ad locum τὸν δεῖνα, ubi camelum mortuum invenies: illum devora. Abiitque leo versus camelum, et illum devoravit.*

Altera de monstrato praedonibus thesauro: فصاروا واذ بقوم مجتمعين فقال لهم عيسى اتحبوا ان اخبركم عن وقوفكم هاهنا قالوا نعم قال انكم تريدوا تدخلوا دار الملك وتاخذوا ماله وهو مومن تعالوا معى حتى ادلكم على كنز تجدونه قد مات اهله عن بعيد فصاروا حتى اتوا الى خربة فقال لهم احفروا هاهنا فحفروا فوجدوا فيه مالا عظيما فاقسموه بينهم *Pervenerunt deinde ad congregatam hominum multitudinem; quibus Jesus, Vultisne, inquit, indicem vobis, qua de causa hic stetis? Annuentibus illis, Consilium vobis est, inquit, intrare palatium regis, et bona ejus diripere; sed quia ille pius est, agite, me sequimini, ut monstrem vobis thesaurum, cujus possessor jam pridem diem suum obiit. Abierunt ergo, et pervenerunt ad foramen aliquod, et dixit illis Jesus: Fodite. Cum ergo foderent, magnam pecuniae vim in illo invenerunt, eamque inter se partiti sunt.*

Tertia disputationem Christi continet cum rege infideli, et praedictionem de foetu reginae gravidae: وسار عيسى ومن معه

حتى دخلوا قرية عامرة فيها ملك وقد اجتمع اهل القرية الى عنده وبين ايديهم صنم وهم له يسجدون ويبكون فقال عيسى ما لكم ايها القوم فقالوا ان امراة المالك تطلق وقد تعسر عليها الولادة فقال عيسى اذهبوا الى المالك وقولوا له ان وضعت يدى على بطن المراة تضع المولود عاجلا ما تصنع فمضوا اليه واخبروه بذلك فقال انونى به فاقبل عيسى ودخل الى المراة وقال عيسى ايها المالك ان اخبرتك بما فى بطنها قبل ان تضعه تومن بربى الذى خلقنى من غير اب قال الملك نعم فقال عيسى ان فى بطنها غلاما جميلا احدى اذنيه اطول من الاخرى وعلى خده خال اسود وعلى ظهره شامة فمد يده على بطن المراة وقال اخرج ايها الجنين باذن الله تعالى الذى خلق الخلق واوسع الرزق فوضعت المراة غلاما على ما وصفه عيسى فهم المالك ان يومن بالله فقالوا له وزراوه ايها المالك ان هولاى سحرة فرجع عن الايمان فارسل الله عليهم صاعقة فاهلكتهم عن اخرهم *Profecti porro Jesus, et qui cum ipso erant, devenerunt in urbem, in qua erat rex, ad quem congregati cives erectum coram sese idolum flentes adorabant. Quos cum rogasset Jesus, quid ipsis accidisset? respondebant illi, uxorem regis uterum ferre, et difficili partu laborare. Jesus autem inquit: Abite ad regem, et nunciate ipsi, mulierem, si manum meam ventri ejus imposuero, celerrime enixuram. Quae cum nunciata essent regi, rexque illum ad se introduci jussisset, accessit Jesus, intravitque ad mulierem, et dixit: O rex, si, antequam pariat, dixero tibi, quid utero gestet, credesne in Dominum meum, qui me sine patre creavit? Annuente rege, inquit Jesus: Equidem pariet ipsa puerum formosum, cujus alterutra auris altera erit longior; et in gena illius naevus niger conspicietur, et in dorso illius ejusdem coloris nota. Tunc extensa manu sua ad uterum mulieris, Egredere, inquit, o embryo, voluntate Dei supremi, qui omnia creavit, cunctisque alimenta large suppeditat. Cum ergo peperisset mulier puerum, qualem descripserat Jesus, velletque rex in Deum credere, consiliarii ejus, magos illos esse, adseverabant, ita ut a fide suscipienda absterreretur. Igitur Deus horrendum coelitus fragorem in illos excitavit, qui ex improviso eos disperdidit.*

Haec in itinere Aegyptum versus accidisse refert Kessaeus; plura vero noster, largiorem mendaciorum fontem aperiens, quasi

ejusdem sese profectionis comitem praebuisset. Ad quae priusquam revertamur, addamus ex eodem Kessaeo appulsum in Aegyptum, et quo opificii genere vitam ibidem Josephus et Maria toleraverint: ثم ساروا حتى دخلوا بلاد مصر ونزلت مريم في دار رجل يقال له دهقان ولم يكن لها شيا تعيش به الا الغزل فكانت تغزل بالاجرة ويوسف يحتطب ويبيع واقاموا كذلك مدة زمان. *Deinde profecti sunt, donec intrarent regionem Aegypti, divertitque Maria in domum viri, qui vocabatur Dahcân: neque quidquam illi suppetebat, quo vitam toleraret, nisi nendi artificium, itaque mercede nebat; Josephus autem lignatum prodiens collecta ligna vendebat, et sic aliquanto tempore ibi morabantur.*

9) *Ecce! duos in via latrones.* Digitum in hanc fabulam intendunt *Spanhemius* pater, *Dub. Evang.* par. 2. *Dub.* LX et *Gerh. Joh. Vossius* in Harmonia Evangelica pag. 301. Qui vero hic *Titus* et *Dumachus* vocantur, in Evangelio Nicodemi sunt Dimas et Gestas; in Collectaneis *Bedae* vulgo adscriptis Matha et Joca; in Historia Christi a Xaverio depravata p. 480. زستين *Zustin*, et ويسيمس *Visimus.* Ita fabulosi isti scriptores omni opera et studio id egisse videntur, ne sibi fides haberetur; dum in diversa abeuntes, manifestariae suae fraudis lectorem admonent. In hunc quoque censum referri queat ejusdem furfuris fabula, quam ex Vincentio Ferrerio et Jacobo de Voragine loco citato narrat *Vossius:* Latronem scilicet in cruce pendentem, conversum esse, quod umbra Servatoris in ejus corpus incideret. Qua de re ipsum vide Vossium.

10) *Avertat hoc a te Deus.* Expressum hoc ex Petri illo Matth. XVI, 22 ἵλεώς σοι κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο: *Propitius tibi esto Domine, nequaquam erit tibi hoc.* Quod (fere ut noster) sic vertit Arabs Erpenianus: حاشاك يا رب ان يكون لك هذا.

11) *Sycomorum, quae Matarea vocatur.* Imo totus hodie pagus المطرية *Matarea* vocatur, a copia aquarum. Vide *Gol. ad Alferg.* pag. 157. Celebratam hodiernis quoque Aegyptiis fabulam vide prolixe apud *Thevenotium* Itin. Orient. l. II. c. 8. ubi inter caetera narratur, sycomorum istam, quae adhuc hodie monstratur, transeunte illac Maria cum Jesu infante, et persecutores

fugiente, sese aperuisse, at cum intrasset beata virgo, rursus coiisse; digressis vero latronibus fissam rursus semper ita apertam mansisse, usque ad annum XVII. seculi quinquagesimum sextum, tunc enim fragmentum a trunco separatum disruptum esse. Vide et *Baron.* ad A. C. I. n. 46. De Persea arbore Christum adorante similem fabellam vide apud *Sozom.* l. V. c. 20. et de illa judicium *Casauboni* Exercitat. II. contra Baronium, num. XIV. item *Spanhemii* Patris Dub. Evang. part. II. dub. LX.

12) *Balsamum provenit.* Famosum illum balsami hortum nugator iste plantat quidem et producit; sed eundem irrigat et auctiorem reddit fabellis hisce mirum in modum delectatus *Xaverius.* Sic enim ille pag. 102. *Scriptum exstat, cum istius terrae habitatores voluerunt eum hortum augere, atque in eo arbores balsami multas plantarunt, tamen arbores illas fructum non dedisse, donec imaginati sibi sunt, si aquae, in quibus Majestas Jesu et involucra ejus abluta fuerunt, istas arbores attingerent, fructum darent. Itaque rivum aquarum istius horti deduxerunt in rivum, qui adscendit ex fonte Christi, atque ex istis ambobus unus rivus factus est. Ita factum, ut omnis terra, quae istis aquis irrigata fuit, balsami fructum dederit.*

13) *Memphin.* Vox مصر *Misro* vel *Misron* tria significat Arabibus, accurate quandoque distinguenda. Primo, si *Misron* legas, respondet vocabulo Hebraico מָצוֹר, et *castellum* notat, seu quamvis urbem munitam. Hinc verba Alcorani cap. II, 58. اهبطوا مصرا فان لكم ما سالتم (ubi per مصرا *Misran* Aegyptum intelligunt vetus Interpres et Clarissimus Golius in versione hujus capitis inedita) hoc modo exponit *Dschalaloddinus:* انزلوا مصرا من الامصار فان لكم فيه ما سالتم من النبات *Ingredimini urbem aliquam munitam, ubi praesto vobis erunt illa terrae germina, quae petitis,* cucumeres scilicet et lentes, allium et cepe, quae in superioribus desideraverant. At si مصر *Misro* legatur, ut sit nomen invariabile, respondet Hebraeo מִצְרַיִם, *Mizrajim* ac totam Aegyptum notat. Hac notione plerumque occurrit, ut statim in textu nostro sequitur: ويقيموا في ارض مصر ثلث سنين *Substiterunt in terra Aegypti triennium.* Denique strictissime مصر *Misro* notat منف *Memphin*, antiquam illam Aegypti metropolin, cujus in locum pereuntis aliae paulatim urbes succrevere.

Ibid. *Triennium in Aegypto substiterunt.* Locum, ubi commorata sit Maria, non definit noster, nisi vocem مصر *Misro*, contra ac modo explicuimus, notione tertia de metropoli Aegypti capias. Hanc sententiam sequitur Xaverius pag. 102. واختلاط میکردند نزدیک شهر منفس که اکنون اورا مصر کلان میخوانند *Conversati sunt prope urbem Memphis, quam nunc Misram magnam vocant. Barradius* mansisse illam putat inter Heliopolin et Babylonem, vide hunc tom. I. Histor. Evang. l. X. cap. 9. et *Ludovicum de Dieu* ad Historiam Christi Xaverianam p. 587. 588. Diversas porro de duratione hujus commorationis sententias vide apud eosdem auctores locis citatis; et allegatos reperies, qui nostro pollicem premant.

14) Interserenda hic fabella, quam narrat Kessaeus hoc titulo: حديث الأعمى والمقعد *Historia de coeco et claudo.* قال وهب ابن منبه رضى الله عنه ومن عجايب عيسى ان الدهقان الذى كانت مريم وعيسى فى داره دخل اليها سارق واخذ جميع ما كان فيها واغتم لذلك وقال يا عيسى اخبرنى من اخذ مالى فقال عيسى الى الدهقان اجمع لى سكان دارك ففعل فقال عيسى اين فلان الأعمى فاجابه فقال له هذان السارقان لمالك فعجب القوم من ذلك فقال عيسى للقوم استعان هذا المقعد بقوة هذا الاعمى والاعمى ببصر هذا المقعد وكان المقعد بيده حبل فى الكوة وكان يحمل شيا بعد شى فيجى اليه *Dixit* Waheb Ibn Mamba, *cui propitius sit Deus: Hoc quoque est ex miraculis Jesu. Aedes Dahcâni, ad quem Maria et Jesus diverterant, ingressus est fur, et abstulit quidquid in illis erat. Tristis ergo Dahcânus inquit Jesu: Indica mihi, quis opes meas abstulerit. Respondet Jesus: Convoca mihi totam familiam tuam. Quod cum fecisset, inquit Jesus: Ubi est coecus ὁ δεῖνα?* (supple *et claudus ille?* quod vitio librarii omissum) *His ergo adductis, inquit Jesus: Isti duo sunt fures, qui tua omnia abstulerunt. Haec cum miraretur populus, inquit illis Jesus: Claudus iste adjutus fuit viribus coeci, et coecus visu claudi; claudus enim manu sua funem tenebat in fenestra, dum singula* (coecus) *afferret, et ad ipsum rediret.* Similem fere de claudo et coeco fabellam ex libro *Kenzi al Asrar* refert *Pocockius* in notis miscellaneis ad Portam Mosis p. 280. et 281. ab ipso Deo hominibus die novissimo proponendam, quando corpus in animam

et anima in corpus culpam omnem peccati conferet. Desumta vero est ex Gemara Sanhedrin cap. XI.

15) *Rediit ex Aegypto.* Sicuti admonitionem Angeli in Aegypto omittit noster, et contorte admodum caetera proponit; sic Kessaeus quoque frigide admodum, et suae de Zacharia litans hypothesi, reditum ex Aegypto his verbis enarrat: فلم يزل عيسى وامه بارض مصر حتى مات ملك بنى اسرايل فبعث زكريا الى مريم فامرها بالرجوع الى بيت المقدس فصاروا الى بيت المقدس وعيسى يريهم العجايب حتى انهم نزلوا على قرية يقال لها ناصرة واليها تنسب النصارية فجعل عيسى يدعوهم الى نبوته *Manseruntque Jesus et mater ejus in terra Aegypti, donec moreretur rex filiorum Israël. Tunc misit Zacharias ad Mariam, illamque Hierosolymas reverti jussit; quo cum pervenissent, monstrabat illis Jesus miracula, donec in urbem Nazareth diverterent, a qua Nazareni* (Christiani) *denominantur; coepitque Jesus illos ad prophetiam suam vocare.*

16) *Filius rivalis.* ضرة *Dharra* Arabibus *mulierem* notat, *quae cum alia communem habet maritum;* quam Latine aemulam, vel rivalem, vel potius pellicem dixeris. Eadem vox in Hebraea quoque lingua occurrit: hoc enim sensu Peninna צרתה *hostis* sive *aemula* Hannae vocatur 1 Sam. I, 6.

17) *Furnumque refriguisse.* Eadem ratione Moses, quem mater foras egressa in furno occultasset, sorore ejus, rei hujus ignara, succenso igne furnum calefaciente, miraculose servatus legitur apud *Kessaeum*, quadragesimo die antequam in arca exponeretur. Ut vero patescat qua ratione Judaïzantes Muslimi sacras tractent historias, quam densa fabularum caligine illas involvant, ipsa auctoris saepius jam allegati verba producam. Narraverat in praecedentibus, Mosen statim a nativitate erectum consedisse, et matrem his verbis allocutum esse: يا اماه لا تخافى على فان الله معنا *Mater mea, ne sollicita esto de me, etenim Deus nobiscum est.* Eadem nocte vocem auditam in palatio Pharaonis ولد موسى وهلك فرعون *Natus est Moses, et periit Pharao.* Omnia quoque Aegyptiorum idola eodem tempore in faciem prolapsa frustatim comminuta fuisse. Deinde ita pergit: فكانت امه اذا خرجت من منزلها فى حاجة وضعته فى

التنور وطينت فاه لئلا يعلم حاله احد فخرجت يوما ووضعته في التنور وكانت اختها قد عجنت عجينا فاسجرت التنور ولم تعلم ان موسى فيه واتفق ان هامان وقع في قلبه ان المولود في دار عمران فجا مع اعوانه واكبس الدار وقال ان هنا مولودا فقالت اخت موسى كيف يكون هنا مولود وعمران محبوس عندكم منذ كذا وكذا فشتمها لم يسمع منها وفتشوا اعلا الدار واسفلها .وزواياها وخروقها حتى وصل الى التنور فراه مسجورا وان المولود لا يكون فيه فلما رجعت ام موسى فاذا هي بالاعوان والجواسيس خارجين من بيتها فكادت روحها ان تزهق من الخوف وقالت ان ولدي في التنور فاسرعت وراءت التنور مسجورا فلطمت وجهها وقالت ما نفع الحذر مع القدر احرقتم ولدي فناداها موسى من جوف التنور يا اماه لا تخافي علي فان الله منع النار عني فادخلي يدك واخرجيني فان الله يصرف حرها عنك كما اصرفها عني ففعلت ذلك واخرجته فلم تمسها النار

Mater vero ejus, quotiescunque ob negotia domo egrediebatur, ipsum in furno, obturato orificio ejus, occulebat, ne quis de illo aliquid rescisceret. Quodam ergo die foras proditura in furno eum destituit; soror vero ejus, quae farinam depsuerat, succenso igne furnum calefecit, ignara Mosen in illo esse. Incidit tum Hamani suspicio natam illam prolem esse in aedibus Imrânis (Amrami); assumtis ergo sociis eo se confert, turbataque domo, ait: Hic natus est filius. At quomodo hic natus sit filius, respondebat soror Mosis, cum Imrân tanto jam temporis intervallo apud vos detineatur? Sed increpuit eam, neque ipsi auscultavit; cumque et superiora domus et inferiora conclavia perlustrasset, omnesque ejus angulos et cellas perreptasset, tandem ad furnum devenit, eumque igne collucentem cernens puerum ibi non esse cognovit. Rediens vero mater Mosis, cum socios illos et exploratores ex aedibus suis exeuntes cerneret, pene exanimata est metu, dixitque: Filius meus est in furno. Deinde propere accedens furnumque igne collucentem conspicata, faciem suam percussit, dixitque: Nihil prodest circumspectio adversus fatum; etenim filium meum cremavistis. Tunc inclamavit eam Moses e medio furno: Mater mea, ne mihi timeas; etenim Deus ignem a me arcuit: tu itaque admota manu eripe me flammis, quarum calorem sicuti a me Deus repulit, ita te quoque ab eodem defendet.

Quod fecit mater, ita ut ignis eam non tangeret. Hamanem istum Pharaonis *στρατηγὸν* alibi commodius considerabimus: hic obiter liceat addere, ex *Abu 'lkasimi* expositione nominum propriorum Alcorani, genealogiam Mosis, ejusdemque nominis *ἔτυμον*: موسى ابن عمران وهو بالعبرانية عمرم ابن فاهث ابن عازر ابن لاوى ابن يعقوب وسمى موسى لان التابوت الذى كان فيه حين التقطه ال فرعون وجد فى ما وشجر والمو هو الما والشا هو الشجر بلغتهم *Moses filius Imrâni, qui Hebraïce Amram dicitur, filii Fâhith* (corruptum hoc ex קְהָת Kahath), *filii Azir, filii Levi, filii Jacobi. Vocatus autem est Mûsa* (ita pronunciant Arabes), *quia cista, in qua repertus est, quando familia Pharaonis eum sustulit, inventa est in aqua et in arbore. Nam* MU *lingua ipsorum aquam*, SA *vero arborem notat.* Familiare sane est Arabibus nomina propria, quae in sacro textu occurrunt, mirum in modum foedare, imo plane iis diversa substituere. Sic matrem Mosis, quae יוכבד *Jochebed* in sacris literis vocatur, Kessaeus vocat نخايد *Nechâjid;* sed Abu 'lkásimo *ἐν δοιῇ μάλα θυμός.* ام موسى اسمها ياوخا وقيل اتارخت والله اعلم *Mater* (ait) *Mosis dicta fuit Jâwochâ vel juxta alios Atarchat, sed Deus optime novit.* Nomen Atarchat varie pos-et legi, quia deest in exemplari, quo utor, secundae literae punctum diacriticum.

18) *Ex luto formas fingebant.* Hoc quoque putidum et puerile commentum Alcorano suo inseruit Mohammed, et ipsum Christum hoc modo loquentem introducit cap. III, 43. انى قد جيتكم باية من ربكم انى اخلق لكم من الطين كهية الطير فانفخ فيه فيكون طيرا باذن الله *Affero ad vos* (o filii Israël) *signum a Domino vestro; creabo vobis ex luto quasi figuram avis, et inspirabo illi halitum, ut evadat avis permissione Dei.* Capite vero V. c. 109. et 110. ita Deus ipse Christum alloquitur: يا عيسى ابن مريم انكر نعمتى عليك وعلى والدتك اذ ايدتك بروح القدس تكلم الناس فى المهد وكهلا واذ علمتك الكتاب والحكمة والتورية والانجيل واذ تخلق من الطين كهية الطير باذنى فتنفخ فيها فتكون طيرا باذنى *O Isa, fili Marjam, memento gratiae meae, in te et genitricem tuam* effusae, *quando corroboravi te per Spiritum Sanctum, cum in cunis jacens et postea juvenis homines alloquereris: et quando*

docui te librum et sapientiam, et legem et Evangelium; et quando creasti ex luto quasi figuram avis permissu meo, eamque afflasti, ut volente me volucris evaderet etc. Hanc vero avem vespertilionem fuisse volunt interpretes. Sic *Dschalaloddinus* ad hunc locum: فخلق لهم الخفاش لانه اكمل الطير خلقا فيطير وهم ينظرون فاذا غاب عن اعينهم سقط ميتا *Creavit vero illis vespertilionem, quia is natura avium est perfectissimus; et volabat ille, quando ipsum intuebantur, sed subductus oculis illorum mortuus concidebat.* Vide et *Bocharti* Hierozoïcon, capite *de vespertilione.* Hinc olim Saracenus ad fidem Christianam transiens, antequam inter Catechumenos reciperetur, praeter alia multa haec quoque verba pronunciare tenebatur: *Ἀναθεματίζω τὴν τοῦ Μωάμεδ φλυαρίαν τὴν λέγουσαν ὅτι ὁ Κύριος καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς τοῦ Μωσέως καὶ Ἀαρὼν ἐγεννήθη ἄνευ σπορᾶς ἐκ τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πνεύματος καὶ ἔτι νήπιος ὢν πετεινὰ ἐκ πηλοῦ ἐπλαστούργει, καὶ ἐμφυσῶν ἐποίει αὐτὰ ζῶα* etc. *Anathematizo Mohammedis futilitatem, quae dicit Dominum Deumque nostrum Jesum Christum, e Maria Mosis et Aaronis sorore absque semine natum esse* (conceptum), *de verbo ac Spiritu Dei: et cum adhuc infans esset, volucres e luto finxisse, inflatuque suo animantes illas reddidisse.*

19) *Veneficus est.* Ita in Alcorano loco modo citato cap. V. 110. subjicitur: فقال الذين كفروا منهم ان هذا الا سحر مبين *Sed dicebant infideles ex illis: Non est hoc nisi fascinum manifestum,* vel ut alii legunt teste Dschalaloddino: ساحر مبين *Non est iste nisi veneficus manifestus.* Idem repetitur commate sexto Capitis LXI. a Clarissimo Golio editi: *Postquam ad eos venisset* (Christus) *cum evidentibus signis* (i. e. miraculis, creans volucres, resuscitans mortuos, mundans leprosos etc.), *dixerunt: Hoc fascinum est manifestum.* Eandem cantilenam, et quidem lepido cum episodio, canit *Kessaeus;* postquam enim narraverat, Christum, ut doctrinam suam coram infidelibus Judaeis signo aliquo confirmaret, Semum Patriarcham e mortuis excitasse, ita pergit: فقالوا القوم هذا سحر فاتينا باية اخرى قال وما تريدون قالوا اخبرنا بما ندخر وبما ناكل فى بيوتنا فاخبرهم بذلك ولم يومنوا فانصرف فلما كان من الغد اقبل اليهم فقالوا قد جا الساحر فسمعهم عيسى فشق عليه ذلك فقال اللهم انك تعلم انهم نسبونى وامى الى السحر فالعنهم لعنا كثيرا

فامسخهم الله خنازير فعاشوا ثلاثة ايام ثم ماتوا فانتشر ذلك في اليهود فهموا بقتله فلم يقدروا على ذلك *Tunc dicebat populus: Haec magia est; profer nobis aliud signum. Dicebat Jesus: Quid ergo desideratis? Respondebant: Indica nobis, quid reposituri simus, et quid comesturi in aedibus nostris. Quod cum indicasset ipsis, nec tamen crederent, abiit: postera vero luce cum ad ipsos rediret, dicebant: Ecce, magus ille adest. Hoc ergo audiens Jesus et graviter ferens, O Deus, inquit, tu nosti, quod me et matrem meam veneficii arguerint! itaque penitus illos exsecrare. Tunc mutavit eos Deus in porcos, et cum triduum supervixissent, mortui sunt. Hoc cum per Judaeam divulgaretur, voluerunt eum occidere, sed non potuerunt.* Nemo non videt expressa haec esse ex *Joh.* capite VIII. ubi *κατάρατοι* quidam Judaei Servatorem nostrum *δαιμόνιον ἔχειν daemonium habere* affirmant.

20) *Officinam tinctoris.* Apud Persas quoque *παιδικὰ* ista Christi miracula percrebuisse, patet ex iis, quae leguntur in *Angeli de la Brosse* Lexico Persico, ad vocem *Tinctoria ars: Refertur in apocrypho Persarum libro* طفولیت حضرت مسیح de infantia Christi *quod Salvator tinctoriam artem exercuerit. Item quod unica tinctura pannos cujuslibet coloris exhiberet. Quapropter hunc tinctores Persae pro patrono venerantur; et tinctoriam domum* خانهٔ مسیح officinam Christi *appellant.* Liber iste Persicus mihi hactenus non visus; ex eo tamen, quod Salvator in eo tinctoriam artem exercuisse dicitur, conjicio illum Mohammedanis potius concinere, quam nostro huic auctori. Audiamus *Kessaeum*, ut in promtu sit cuilibet comparationem instituere:
فوقع في قلب مريم ان تسلم عيسى الى معلم يعلمه صنعة يصطنعها فانطلقت به الى الصباغ فقالت له خذ هذا الغلام وعلمه شيا من صنعتك فاخذه منها وقال له ما اسمك فقال اسمي عيسى ابن مريم فقال له يا عيسى خذ هذه الجرة واملا من هذا النهر واملا هذه النقاير كلها وخذ هذه الاصباغ وعد عليه عدة الاصباغ التي يعملها في النقاير والوان الثياب وتركه وانصرف الى منزله فعمد عيسى الى النقاير فملاها ما وجعل ذلك الاصباغ في نقيرة وعمد الى الثياب كلها فالقاها فيه وانصرف الى امه فلما كان من الغد جا الصباغ فنظر الى ما فعل عيسى فلطم وجهه وقال يا عيسى اهلكتني

وافسدت متاع الناس فقال له عيسى ما عليك ولكن ما دينك قال يهوديا فقال له عيسى قل لا الاه الا الله عيسى رسول الله وادخل يديك فى هذه الخابية واخرج كل ثوب على ما يريد صاحبه فامن الصباغ بالله وبعيسى وفعل ذلك واخرج كل ثوب على ما يريد صاحبه وبقى على ايمانه مع عيسى عليه السلام وعلى نبينا محمد افضل الصلاة وازكى السلام الى يوم الدين *Et subiit animum Mariae tradere illum magistro, qui doceret ipsum artificium, quod exerceret. Itaque deduxit illum ad tinctorem, et, Accipe, inquit, hunc puerum, et illum doce aliquid de artificio tuo. Accepit eum tinctor, et dixit ei: Quodnam est nomen tuum? Respondit ille: Nomen meum est Isa Ibn Marjam. Dixit illi: O Isa, cape hydriam, et postquam eam ex fluvio impleveris, imple etiam omnes hosce locus, et accipe haec pigmenta. Porro enumeravit illi tincturas, quas in lacubus pararet, et colores, quibus vestes imbueret; et relicto illo in conclave suum discessit. Jesus ergo ad locus accedens, aqua eos implevit, pigmentis vero in unum ex illis conjectis vestes omnes superinjecit, et ad matrem suam abiit. Postera vero die cum adesset tinctor, et, quae fecerat Isa, videret, impacta illi alapa, O Isa, inquit, perdidisti me, et vestes hominum corrupisti. Dixit illi Isa: Nihil hoc te moveat; sed quaenam est religio tua? Respondit: Judaeus sum. Ait illi Isa: Dic, Lá Iláh illá 'lláh, Isa resúlo 'lláh* (Non est Deus, nisi Deus; Isa est Legatus Dei), *et, inserta huic cortinae manu tua, educ singulas vestes eo colore imbutas, qui possessoribus placet. Cum ergo tinctor crederet in Deum et Isam, et rem aggrederetur, singulas vestes ad lubitum possessorum tinctas eduxit; et permansit in fide cum Isa, super quo pax!, et super prophetam nostrum Mohammedem praestantissima benedictio, et purissima pax, usque ad diem judicii!*

21) *Mense Adar.* Mensis hic Judaeorum duodecimus, ut notum, partim Februario nostro, partim Martio respondet. Videtur autem diem aliquem solennem auctor innuere, quem tamen non definit. An festum *Purim*, i. e. *sortium*, intellexerit, quod in hunc mensem incidit, affirmare non possum, neque tanti est in ista inquirere.

22) *Meus discipulus.* Libet hic obiter nomina duodecim discipulorum, eorumque vocationem ex sententia Mohammeda-

norum inserere; ut pateat homines istos, a spiritu mendacii edoctos, nunquam nón scripturae contradicere. Ita ergo illorum nomina recenset Kessaeus: سمعان. ولوقا. وبطرس. وتوما. ومتى. ويوحنا. ويعقوب. ويونس. وجرجيس. وحنا. وحنين. وبولص. *Simeon. Lucas. Petrus. Thomas. Matthaeus. Johannes. Jacobus. Jonas. Georgius. Hannâs. Honein. et Paulus.* Judam Ischarioten, cujus supra noster fecit mentionem, hic omittit, aliosque παρεισάκτους intrudit. Dicuntur autem Apostoli Mohammedi et asseclis ejus الحواريون *Al-Hawariyun*, a حور *candore;* cujus appellationis varias rationes vide in Compend. Histor. *Werneri* p. 35. et notis Golii ad Cap. LXI. Alcorani, quamvis Amplissimus *Ludolfus* ab eadem radice Aethiopica, notione *mittendi* derivare conetur, ut *Hawary* idem sit quod *Apostolus.* Mohammedanorum plerique explicant per قصارين *fullones*, aut *vestium dealbatores.* Vocationem illorum ita narrat Kessaeus: بينما عيسى على ساحل البحر اذ هو بقوم قصارين فوقف عليهم وقال لهم تقصروا هذه الثياب ولا تفعلوا ذلك بقلوبكم فامنوا به وشهدوا بنبوته *Cum versaretur Jesus in litore maris, vidit homines fullones, et consistens juxta illos dixit: Dealbatis vestes istas, neque idem cordibus vestris facitis? Ergo crediderunt in illum, et testes prophetiae ejus fuerunt.* Sic vertiginosi isti mortales ubique causam suam produnt, veritati, omnium seculorum testimonio comprobatae, tam aperte contradicentes.

23) *Qui in tecto ludebant.* Fabellam hanc aliter rursus narrat Kessaeus, hac rubrica: حديث عيسى والقاضى *Historia de Jesu et Judice.* Sic autem ille: ونشا عيسى فى احسن نشية فبينما هو ذات يوم يلعب مع الصبيان اذ وثب منهم غلام على غلام فركبه ثم وكزه برجله فقتله فجاوا اهله وتعلقوا بالصبيان وعيسى معهم ورفعوهم الى القاضى وجات مريم خايفة على ولدها فقال القاضى من قتل هذا الغلام قالوا قتله عيسى فقال له القاضى لما قتلته فقال له عيسى ايها القاضى اراك حاكما جهولا كان وجب عليك ان تقول هل قتلته ام لا فقال القاضى اراك عاقلا فما اسمك قال

اسمي عيسى ابن مريم فقال له يا عيسى لما قتلته قال له عيسى الم انهك في الاولى عن هذا اللفظ ثم دنى عيسى من الميت وقال له قم باذن الله فاستوى قايما فقال له من قتلك قال فلان وهذا عيسى بري من ذنبي ثم مات فقتلوا الغلام فيه *Et adolescebat Jesus optime; et cum die quodam luderet cum pueris, insiliit puerorum quidam in alterum, et in ipso equitavit, eumque pede trusum interfecit. Advolabant itaque parentes ejus, et pueris instabant (et Jesus erat cum illis), eosque ad judicem ducebant. Aderat quoque Maria, filio suo metuens. Interrogabat autem judex: Quis interfecit hunc puerum? Respondebant: Jesus illum interfecit. Tum judex: Quare interfecisti illum? Inquit Jesus: O judex, video te stultum esse judicem; deceret enim te prius rogare, utrum illum interfecerim, annon? Cui judex: Video te sapientem esse; sed quodnam tibi est nomen? Jesus, ait ille, vocor, filius Mariae. Iterum judex: Quare interfecisti illum, o Jesu? Respondebat Jesus: Nonne jam prius te monui, ne ita loquereris? Deinde ad mortuum accedens Jesus, dicebat illi: Surge permissu Dei; cumque in pedes surrexisset, interrogabat illum: Quis te interfecit? Respondebat ille: O δεῖνα me interfecit; iste autem Jesus nihil in me criminis admisit. Tunc concidit mortuus; et pro illo puerum interfecerunt.*

24) *Praecepit ut Aleph diceret.* Lepide hanc fabulam interpolavit Kessaeus, quasi Arabice Christus locutus singularum literarum vim, imo ipsa frivola Mohammedis insomnia magistro suo explicuisset. Ubi in antegressum notandum est, Arabes juvandae memoriae causa Alphabetum per vocabula quaedam ficta (idque juxta Alphabeti Hebraici ordinem) distribuere (qua de re vide Grammaticam Erpenii, et Pocockii orationem de lingua Arabica) scil. ابجد *Ebdschad*, هوز *Howaz*, حطى *Hotai*, كلمن *Kolman*, سعفص *Saaphas*, قرشت *Karschat*, ثخذ *Thechadh*, ضظغ *Dhadhag*. Connectuntur vero ista immediate cum iis, quae de Jesu et judice superius allata. ثم ان مريم اخذت عيسى وانطلقت به الى منزلها وقالت له يا ولدي انطلق الى المعلم فلعل تتعلم منه شيا فقال لها ان ربي غناني عن تعليم المعلمين وقد علمني التوراة والانجيل وانا في بطنك قالت صدقت غير انك تكون عند معلم خير لك فانطلقت به الى المعلم فقالت له علم ابني ما علمك الله تعالى فقال المعلم اقبل يا

غلام فقال له عيسى ايها المعلم انك لجاهل لا ينبغى لك ان تسلم لك غلام ان لا تعرف اسمه قبل ان تعلمه لتدعوه باسمه فقال له ما اسمك قال اسمى عيسى ابن مريم قال له يا عيسى قل بسم الله الرحمان الرحيم قال له ما هذا يا معلم قال له قل كما يقال لك فقال بسم الله الرحمان الرحيم قال له المعلم قل ابجد فقال وما ابجد فغضب المعلم فقال له عيسى لا تغضب فقال وكيف لا اغضب وانت سالتنى عن ما لا علم لى به فقال يا معلم قل حتى تتعلم لان الانسان خلق ولا علم له قال صدقت وما ابجد ايها المعلم قم من موضعك حتى نقعد فيه واعلمك *Deinde Maria adsumsit Jesum, et cum illo domum abiit, dixitque ei: Mi fili, abi ad praeceptorem, ut aliquid ab illo discas. Respondit ille: Atqui Deus providit, ut praeceptorum doctrina non indigeam; siquidem docuit me Legem et Evangelium, cum adhuc in utero tuo essem. Et illa, Credo, ait; attamen melius tibi erit aliquid ab illo didicisse. Et deduxit illum ad praeceptorem, et dixit illi: Doce filium meum aliquid de iis, quae te docuit Deus supremus. Dixit ergo praeceptor: Accede, o puer. Cui Jesus, O praeceptor, ait, video te stultum esse; non te decet, quando puer aliquis tibi erudiendus traditur, nomen ejus ignorare antequam illum docendum suscipias, ut suo eum nomine compellare queas. Dixit illi: Quodnam est nomen tuum? Dixit: Nomen meum est Jesus filius Mariae. Dixit illi: O Jesu, dic* Bismi 'llâhi 'rrahmâni 'rrahîm (*In nomine Dei miseratoris misericordis*). *Et dixit illi: Quid hoc est, praeceptor? Dixit illi: Dic, prout tibi dicitur. Et dixit:* Bismi 'llâh etc. *Et dixit illi praeceptor: Dic Ebdschad. Et dixit: Quid vero est Ebdschad? Tunc iratus est praeceptor, et dixit illi Jesus: Noli irasci. Et dixit: Quomodo non irascar, cum ea me roges, quae prorsus ignoro? Et dixit: O praeceptor, dic, priusquam didicerim; nam homo sine scientia est creatus. Dixit: Credo, sed quid est Ebdschad? (Respondit Jesus:) O praeceptor, surge ex cathedra tua, ut nos in illa sedeamus; nam ego te docebo.* Sequitur ipsa singularum literarum explanatio, quam, ut nimiam vitemus prolixitatem, Latine tantum adscribemus. *Quod cum fecisset praeceptor, dixit Jesus: Quod spectat τὸ Ebdschad, Elif est* Lâ ilâh illâ 'llâh. *Non est Deus, nisi Deus. Be est* Behâo 'llâh *Pulchritudo Dei. Dschim est* Dschalâlo 'llâh *Majestas Dei. Dal est* Dîno 'llah, *Judicium Dei* (vel *Religio Dei*). *Dixit praeceptor: Bene dixisti, o Jesu, sed quid est Howaz?*

Respondit: *He est* Huwa 'llah *Ipse est Deus. Waw est* Weik lilmocadhdhibîn *Vae illis, qui prophetas mendacii arguunt. Ze*, Zebânia dschahennam *Satellites gehennae. Dixit praeceptor*: *Credo; sed quid est Hotai? Respondit*: *Ha est* Hatto 'lchatâja 'ani 'lmodhnibîn, *Ablatio criminum a peccatoribus. Ta est Arbor in paradiso, quae Tuba dicitur. Je est* Jedo 'llâh 'alâ chalkihi, *Manus Dei super creaturas suas. Dixit praeceptor*: *Credo, sed quid est Kolman? Respondit*: *Kef est* Kelâmo 'llâh, *Verbum Dei. Lam est* Licâ, *Mutuus occursus fidelium in paradiso. Mim est* Molco 'llâh, *Regnum Dei. Nun est* Nisâ, *Uxores fidelium in paradiso. Dixit praeceptor*: *Credo, sed quid est Saafas? Respondit*: *Sin est* Sirro 'llâh, *Arcanum Dei. 'Aiin est* 'Ilmo 'llâh, *Scientia Dei. Fe est* Efâloho 'ldschamîla, *Opera ejus pulchra. Sad est* Sâdik, *Verax in dictis et factis suis. Dixit praeceptor: Credo, sed quid est Karschat? Respondit: Kaf est* Kadrato 'llâh, *Potentia Dei.* (Omissa hic est, culpa librarii, in exemplari, quo utor, explicatio literae ر *Re*, quae facile suppleri potest per voces رسول الله Resûlo 'llâh *Legatus Dei.*) *Schin est* Meschîya allâh, *Voluntas Dei. Te est* Teâlâ, *supremus* (scil. Deus). *Dixit praeceptor*: *Credo, sed quid est Thechadh? Respondit*: *The est* Thobûta, *Constantia. Cha est* Châlik, *Creator omnium rerum. Dhal est* Dhû 'lbetschi 'lschedîd, *Qui graviter affligit. Dixit praeceptor*: *Credo, sed quid est Dhadhagh? Respondit*: *Dhad est* Dhyawoho, *Lumen ejus. Dha est* Dhohûro 'lemr, *Praevalentia mandati* (divini) *super omnia. Gaiin denique est* Gâlib émroho, *Vincit mandatum ejus omnia. Dixit praeceptor*: *Credo, et bene dixisti. Et prehensa manu ejus ad matrem Mariam illum abduxit, dixitque ei*: *Accipe filium tuum, qui me docuit ea, quae ignorabam*: *quippe qui omnium mortalium est sapientissimus.* Ut autem videat lector pleraque horum ex Alcorano desumta esse, pauca tantum hic delibabimus, et unde decerpta sint innuemus. *Zebânia dschahennam*, Satellites gehennae, sunt daemones, sive juxta alios angeli, quos advocaturum se die novissimo minatur Deus infidelibus, si auxilium ipsi a sodalibus suis petant. Cap. Alc. XCVI. c. 17. 18. *Hatto 'lchatâjâ*, Ablatio criminum a peccatoribus, occurrit Capite II. c. 54. ubi praecipitur Israelitis, ut urbis (Hierosolymam nonnulli, alii Hierichuntem intelligunt) portam intrantes dicant حطة *Hitta* (id est, explicante *Dschalaloddino* حط الخطايا عنا *Aufer a nobis peccata nostra*), additurque illos aliter, quam praeceptum fuerat, dixisse (nempe حنطة *Hintah* i. e. חטה *triticum*; uti semper a spiritualibus ad res

Quod fecit mater, ita ut ignis eam non tangeret. Hamanem istum Pharaonis στρατηγὸν alibi commodius considerabimus: hic obiter liceat addere, ex *Abu 'lkasimi* expositione nominum propriorum Alcorani, genealogiam Mosis, ejusdemque nominis ἔτυμον:
موسى ابن عمران وهو بالعبرانية عمرم ابن فاهث ابن عازر ابن لاوى ابن يعقوب وسمى موسى لان التابوت الذى كان فيه حين التقطه ال فرعون وجد فى ما وشجر والمو هو الما والشا هو الشجر بلغتهم *Moses filius Imrâni, qui Hebraïce Amram dicitur, filii Fâhith* (corruptum hoc ex קהת Kahath), *filii Azir, filii Levi, filii Jacobi. Vocatus autem est Mûsa* (ita pronunciant Arabes), *quia cista, in qua repertus est, quando familia Pharaonis eum sustulit, inventa est in aqua et in arbore. Nam* MU *lingua ipsorum aquam,* SA *vero arborem notat.* Familiare sane est Arabibus nomina propria, quae in sacro textu occurrunt, mirum in modum foedare, imo plane iis diversa substituere. Sic matrem Mosis, quae יוכבד *Jochebed* in sacris literis vocatur, Kessaeus vocat نخايد *Néchdjid;* sed Abu 'lkásimo ἐν δοιῇ μάλα θυμός. أم موسى اسمها ياوخا وقيل اتارخت والله أعلم *Mater* (ait) *Mosis dicta fuit Jâwochâ vel juxta alios 'Atarchat, sed Deus optime novit.* Nomen Atarchat varie poset legi, quia deest in exemplari, quo utor, secundae literae punctum diacriticum.

18) *Ex luto formas fingebant.* Hoc quoque putidum et puerile commentum Alcorano suo inseruit Mohammed, et ipsum Christum hoc modo loquentem introducit cap. III, 43. انى قد جيتكم باية من ربكم انى اخلق لكم من الطين كهية الطير فانفخ فيه فيكون طيرا باذن الله *Affero ad vos* (o filii Israël) *signum a Domino vestro; creabo vobis ex luto quasi figuram avis, et inspirabo illi halitum, ut evadat avis permissione Dei.* Capite vero V. c. 109. et 110. ita Deus ipse Christum alloquitur: يا عيسى ابن مريم اذكر نعمتى عليك وعلى والدتك اذ ايدتك بروح القدس تكلم الناس فى المهد وكهلا واذ علمتك الكتاب والحكمة والتورية والانجيل واذ تخلق من الطين كهية الطير باذنى فتنفخ فيها فتكون طيرا باذنى *O Isa, fili Marjam, memento gratiae meae, in te et genitricem tuam effusae, quando corroboravi te per Spiritum Sanctum, cum in cunis jacens et postea juvenis homines alloquereris: et quando*

docui te librum et sapientiam, et legem et Evangelium; et quando creasti ex luto quasi figuram avis permissu meo, eamque afflasti, ut volente me volucris evaderet etc. Hanc vero avem vespertilionem fuisse volunt interpretes. Sic *Dschalaloddinus* ad hunc locum: خلق لهم الخفاش لانه اكمل الطير خلقا فيطير وهم ينظرون فاذا غاب عن اعينهم سقط ميتا *Creavit vero illis vespertilionem, quia is natura avium est perfectissimus; et volabat ille, quando ipsum intuebantur, sed subductus oculis illorum mortuus concidebat*. Vide et *Bocharti* Hierozoïcon, capite *de vespertilione*. Hinc olim Saracenus ad fidem Christianam transiens, antequam inter Catechumenos reciperetur, praeter alia multa haec quoque verba pronunciare tenebatur: *Ἀναθεματίζω τὴν τοῦ Μωάμεδ φλυαρίαν τὴν λέγουσαν ὅτι ὁ Κύριος καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς τοῦ Μωσέως καὶ Ἀαρὼν ἐγεννήθη ἄνευ σπορᾶς ἐκ τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πνεύματος καὶ ἔτι νήπιος ὢν πετεινὰ ἐκ πηλοῦ ἐπλαστούργει, καὶ ἐμφυσῶν ἐποίει αὐτὰ ζῶα* etc. *Anathematizo Mohammedis futilitatem, quae dicit Dominum Deumque nostrum Jesum Christum, e Maria Mosis et Aaronis sorore absque semine natum esse* (conceptum), *de verbo ac Spiritu Dei: et cum adhuc infans esset, volucres e luto finxisse, inflatuque suo animantes illas reddidisse.*

19) *Veneficus est.* Ita in Alcorano loco modo citato cap. V. 110. subjicitur: فقال الذين كفروا منهم ان هذا الا سحر مبين *Sed dicebant infideles ex illis: Non est hoc nisi fascinum manifestum*, vel ut alii legunt teste Dschalaloddino: ساحر مبين *Non est iste nisi veneficus manifestus.* Idem repetitur commate sexto Capitis LXI. a Clarissimo Golio editi: *Postquam ad eos venisset* (Christus) *cum evidentibus signis* (i. e. miraculis, creans volucres, resuscitans mortuos, mundans leprosos etc.), *dixerunt: Hoc fascinum est manifestum.* Eandem cantilenam, et quidem lepido cum episodio, canit *Kessaeus*; postquam enim narraverat, Christum, ut doctrinam suam coram infidelibus Judaeis signo aliquo confirmaret, Semum Patriarcham e mortuis excitasse, ita pergit: فقالوا القوم هذا سحر فاتينا باية اخرى قال وما تريدون قالوا اخبرنا بما ندخر وما ناكل في بيوتنا فاخبرهم بذلك ولم يومنوا فانصرف فلما كان من الغد اقبل اليهم فقالوا قد جا الساحر فسمعهم عيسى فشق عليه ذلك فقال اللهم انك تعلم انهم نسبوني وامي الى السحر فالعنهم لعنا كثيرا

فامسخهم الله خنازير فعاشوا ثلاثة ايام ثم ماتوا فانتشر ذلك في اليهود فهموا بقتله فلم يقدروا على ذلك *Tunc dicebat populus: Haec magia est; profer nobis aliud signum. Dicebat Jesus: Quid ergo desideratis? Respondebant: Indica nobis, quid reposituri simus, et quid comesturi in aedibus nostris. Quod cum indicasset ipsis, nec tamen crederent, abiit: postera vero luce cum ad ipsos rediret, dicebant: Ecce, magus ille adest. Hoc ergo audiens Jesus et graviter ferens, O Deus, inquit, tu nosti, quod me et matrem meam veneficii arguerint! itaque penitus illos exsecrare. Tunc mutavit eos Deus in porcos, et cum triduum supervixissent, mortui sunt. Hoc cum per Judaeam divulgaretur, voluerunt eum occidere, sed non potuerunt.* Nemo non videt expressa haec esse ex *Joh.* capite VIII. ubi *κατάρατοι* quidam Judaei Servatorem nostrum *δαιμόνιον ἔχειν daemonium habere* affirmant.

20) *Officinam tinctoris.* Apud Persas quoque *παιδικὰ* ista Christi miracula percrebuisse, patet ex iis, quae leguntur in *Angeli de la Brosse* Lexico Persico, ad vocem *Tinctoria ars*: *Refertur in apocrypho Persarum libro* طفوليت حضرت مسيح de infantia Christi *quod Salvator tinctoriam artem exercuerit. Item quod unica tinctura pannos cujuslibet coloris exhiberet. Quapropter hunc tinctores Persae pro patrono venerantur; et tinctoriam domum* خانه مسيح officinam Christi *appellant.* Liber iste Persicus mihi hactenus non visus; ex eo tamen, quod Salvator in eo tinctoriam artem exercuisse dicitur, conjicio illum Mohammedanis potius concinere, quam nostro huic auctori. Audiamus *Kessaeum*, ut in promtu sit cuilibet comparationem instituere:

فوقع في قلب مريم ان تسلم عيسى الى معلم يعلمه صنعة يصطنعها فانطلقت به الى الصباغ فقالت له خذ هذا الغلام وعلمه شيا من صنعتك فاخذه منها وقال له ما اسمك فقال اسمي عيسى ابن مريم فقال له يا عيسى خذ هذه الجرة واملا من هذا النهر واملا هذه النقاير كلها وخذ هذه الاصباغ وعد عليه عدة الاصباغ التي يعملها في النقاير والوان الثياب وتركه وانصرف الى منزله فعمد عيسى الى النقاير فملاها ما وجعل ذلك الاصباغ في نقيرة وعمد الى الثياب كلها فالقاها فيه وانصرف الى امه فلما كان من الغد جا الصباغ فنظر الى ما فعل عيسى فلطم وجهه وقال يا عيسى اهلكتني

وافسدت متاع الناس فقال له عيسى ما عليك ولكن ما دينك
قال يهوديا فقال له عيسى قل لا الاه الا الله عيسى رسول
الله وادخل يديك فى هذه الخابية واخرج كل ثوب على
ما يريد صاحبه فامن الصباغ بالله وبعيسى وفعل ذلك
واخرج كل ثوب على ما يريد صاحبه وبقى على ايمانه مع
عيسى عليه السلام وعلى نبينا محمد افضل الصلاة وازكى
السلام الى يوم الدين *Et subiit animum Mariae tradere illum magistro, qui doceret ipsum artificium, quod exerceret. Itaque deduxit illum ad tinctorem, et, Accipe, inquit, hunc puerum, et illum doce aliquid de artificio tuo. Accepit eum tinctor, et dixit ei: Quodnam est nomen tuum? Respondit ille: Nomen meum est Isa Ibn Marjam. Dixit illi: O Isa, cape hydriam, et postquam eam ex fluvio impleveris, imple etiam omnes hosce lacus, et accipe haec pigmenta. Porro enumeravit illi tincturas, quas in lacubus pararet, et colores, quibus vestes imbueret; et relicto illo in conclave suum discessit. Jesus ergo ad lacus accedens, aqua eos implevit, pigmentis vero in unum ex illis conjectis vestes omnes superinjecit, et ad matrem suam abiit. Postera vero die cum adesset tinctor, et, quae fecerat Isa, videret, impacta illi alapa, O Isa, inquit, perdidisti me, et vestes hominum corrupisti. Dixit illi Isa: Nihil hoc te moveat; sed quaenam est religio tua? Respondit: Judaeus sum. Ait illi Isa: Dic, Lâ Ilâh illâ 'llâh, Isa resûlo 'llâh* (Non est Deus, nisi Deus; Isa est Legatus Dei), *et, inserta huic cortinae manu tua, educ singulas vestes eo colore imbutas, qui possessoribus placet. Cum ergo tinctor crederet in Deum et Isam, et rem aggrederetur, singulas vestes ad lubitum possessorum tinctas eduxit; et permansit in fide cum Isa, super quo pax!, et super prophetam nostrum Mohammedem praestantissima benedictio, et purissima pax, usque ad diem judicii!*

21) *Mense Adar.* Mensis hic Judaeorum duodecimus, ut notum, partim Februario nostro, partim Martio respondet. Videtur autem diem aliquem solennem auctor innuere, quem tamen non definit. An festum *Purim*, i. e. *sortium*, intellexerit, quod in hunc mensem incidit, affirmare non possum, neque tanti est in ista inquirere.

22) *Meus discipulus.* Libet hic obiter nomina duodecim discipulorum, eorumque vocationem ex sententia Mohammeda-

norum inserere; ut pateat homines istos, a spiritu mendacii edoctos, nunquam nón scripturae contradicere. Ita ergo illorum nomina recenset Kessaeus: سمعان. ولوقا. وبطرس. وتوما. ومثى. ويوحنا. ويعقوب. ويونس. وجرجيس. وحنا. وحنين. وبولص. *Simeon. Lucas. Petrus. Thomas. Matthaeus. Johannes. Jacobus. Jonas. Georgius. Hannas. Honein. et Paulus.* Judam Ischarioten, cujus supra noster fecit mentionem, hic omittit, aliosque *παρεισάκτους* intrudit. Dicuntur autem Apostoli Mohammedi et asseclis ejus الحواريون *Al-Hawariyun*, a حور *candore;* cujus appellationis varias rationes vide in Compend. Histor. *Werneri* p. 35. et notis Golii ad Cap. LXI. Alcorani, quamvis Amplissimus *Ludolfus* ab eadem radice Aethiopica, notione *mittendi* derivare conetur, ut *Hawary* idem sit quod *Apostolus.* Mohammedanorum plerique explicant per قصارين *fullones*, aut *vestium dealbatores.* Vocationem illorum ita narrat Kessaeus: بينما عيسى على ساحل البحر اذ هو بقوم قصارين فوقف عليهم وقال لهم تقصروا هذه الثياب ولا تفعلوا ذلك بقلوبكم فامنوا به وشهدوا بنبوته *Cum versaretur Jesus in litore maris, vidit homines fullones, et consistens juxta illos dixit: Dealbatis vestes istas, neque idem cordibus vestris facitis? Ergo crediderunt in illum, et testes prophetiae ejus fuerunt.* Sic vertiginosi isti mortales ubique causam suam produnt, veritati, omnium seculorum testimonio comprobatae, tam aperte contradicentes.

23) *Qui in tecto ludebant.* Fabellam hanc aliter rursus narrat Kessaeus, hac rubrica: حديث عيسى والقاضى *Historia de Jesu et Judice.* Sic autem ille: ونشا عيسى فى احسن نشية فبينما هو ذات يوم يلعب مع الصبيان اذ وثب منهم غلام على غلام فركبه ثم وكزه برجله فقتله فجاوا اهله وتعلقوا بالصبيان وعيسى معهم ورفعوهم الى القاضى وجات مريم خايفة على ولدها فقال القاضى من قتل هذا الغلام قالوا قتله عيسى فقال له القاضى لما قتلته فقال له عيسى ايها القاضى اراك حاكما جهولا كان وجب عليك ان تقول هل قتلته ام لا فقال القاضى اراك عاقلا فما اسمك قال

اسمي عيسى ابن مريم فقال له يا عيسى لما قتلته قال له
عيسى الم انهك في الاولى عن هذا اللفظ ثم دنى عيسى من
الميت وقال له قم باذن الله فاستوى قايما فقال له من قتلك
قال فلان وهذا عيسى بري من ذنبي ثم مات فقتلوا الغلام
فيه *Et adolescebat Jesus optime; et cum die quodam luderet cum pueris, insiliit puerorum quidam in alterum, et in ipso equitavit, eumque pede trusum interfecit. Advolabant itaque parentes ejus, et pueris instabant (et Jesus erat cum illis), eosque ad judicem ducebant. Aderat quoque Maria, filio suo metuens. Interrogabat autem judex: Quis interfecit hunc puerum? Respondebant: Jesus illum interfecit. Tum judex: Quare interfecisti illum? Inquit Jesus: O judex, video te stultum esse judicem; deceret enim te prius rogare, utrum illum interfecerim, annon? Cui judex: Video te sapientem esse; sed quodnam tibi est nomen? Jesus, ait ille, vocor, filius Mariae. Iterum judex: Quare interfecisti illum, o Jesu? Respondebat Jesus: Nonne jam prius te monui, ne ita loquereris? Deinde ad mortuum accedens Jesus, dicebat illi: Surge permissu Dei; cumque in pedes surrexisset, interrogabat illum: Quis te interfecit? Respondebat ille: Ὁ δεῖνα me interfecit; iste autem Jesus nihil in me criminis admisit. Tunc concidit mortuus; et pro illo puerum interfecerunt.*

24) *Praecepit ut Aleph diceret,* Lepide hanc fabulam interpolavit Kessaeus, quasi Arabice Christus locutus singularum literarum vim, imo ipsa frivola Mohammedis insomnia magistro suo explicuisset. Ubi in antegressum notandum est, Arabes juvandae memoriae causa Alphabetum per vocabula quaedam ficta (idque juxta Alphabeti Hebraici ordinem) distribuere (qua de re vide Grammaticam Erpenii, et Pocockii orationem de lingua Arabica) scil. ابجد *Ebdschad,* هوز *Howaz,* حطي *Hotai,* كلمن *Kolman,* سعفص *Saaphas,* قرشت *Karschat,* ثخذ *Thechadh,* ضظغ *Dhadhag.* Connectuntur vero ista immediate cum iis, quae de Jesu et judice superius allata. ثم ان مريم اخذت عيسى
وانطلقت به الى منزلها وقالت له يا ولدي انطلق الى المعلم
فلعل تتعلم منه شيا فقال لها ان ربي غناني عن تعليم المعلمين
وقد علمني التوراة والانجيل وانا في بطنك قالت صدقت
غير انك تكون عنه معلم خير لك فانطلقت به الى المعلم
فقالت له علم ابني ما علمك الله تعالى فقال المعلم اقبل يا

غلام فقال له عيسى ايها المعلم انك لجاهل لا ينبغى لك ان تسلم لك غلام ان لا تعرف اسمه قبل ان تعلمه لتدعوه باسمه فقال له ما اسمك قال اسمى عيسى ابن مريم قال له يا عيسى قل بسم الله الرحمان الرحيم قال له ما هذا يا معلم قال له قل كما يقال لك فقال بسم الله الرحمان الرحيم قال له المعلم قل ابجد فقال وما ابجد فغضب المعلم فقال له عيسى لا تغضب فقال وكيف لا اغضب وانت سالتنى عن ما لا علم لى به فقال يا معلم قل حتى تتعلم لان الانسان خلق ولا علم له قال صدقت وما ابجد ايها المعلم قم من موضعك حتى نقعد فيه واعلمك *Deinde Maria adsumsit Jesum, et cum illo domum abiit, dixitque ei: Mi fili, abi ad praeceptorem, ut aliquid ab illo discas. Respondit ille: Atqui Deus providit, ut praeceptorum doctrina non indigeam; siquidem docuit me Legem et Evangelium, cum adhuc in utero tuo essem. Et illa, Credo, ait; attamen melius tibi erit aliquid ab illo didicisse. Et deduxit illum ad praeceptorem, et dixit illi: Doce filium meum aliquid de iis, quae te docuit Deus supremus. Dixit ergo praeceptor: Accede, o puer. Cui Jesus, O praeceptor, ait, video te stultum esse; non te decet, quando puer aliquis tibi erudiendus traditur, nomen ejus ignorare antequam illum docendum suscipias, ut suo eum nomine compellare queas. Dixit illi: Quodnam est nomen tuum? Dixit: Nomen meum est Jesus filius Mariae. Dixit illi: O Jesu, dic* Bismi 'llâhi 'rrahmâni 'rrahîm (*In nomine Dei miseratoris misericordis*). *Et dixit illi: Quid hoc est, praeceptor? Dixit illi: Dic, prout tibi dicitur. Et dixit:* Bismi 'llâh etc. *Et dixit illi praeceptor: Dic Ebdschad. Et dixit: Quid vero est Ebdschad? Tunc iratus est praeceptor, et dixit illi Jesus: Noli irasci. Et dixit: Quomodo non irascar, cum ea me roges, quae prorsus ignoro? Et dixit: O praeceptor, dic, priusquam didicerim; nam homo sine scientia est creatus. Dixit: Credo, sed quid est Ebdschad? (Respondit Jesus:) O praeceptor, surge ex cathedra tua, ut nos in illa sedeamus; nam ego te docebo.* Sequitur ipsa singularum literarum explanatio, quam, ut nimiam vitemus prolixitatem, Latine tantum adscribemus. *Quod cum fecisset praeceptor, dixit Jesus: Quod spectat τὸ Ebdschad, Elif est* Lâ ilâh illâ 'llâh. *Non est Deus, nisi Deus. Be est* Behâo 'llâh *Pulchritudo Dei. Dschim est* Dschalâlo 'llâh *Majestas Dei. Dal est* Dino 'llah, *Judicium Dei* (vel *Religio Dei*). *Dixit praeceptor: Bene dixisti, o Jesu, sed quid est Howaz?*

Respondit: *He est* Huwa 'llah *Ipse est Deus*. *Waw est* Weik lilmocadhdhibîn *Vae illis*, *qui prophetas mendacii arguunt*. *Ze*, Zebânia dschahennam *Satellites gehennae*. *Dixit praeceptor*: *Credo*; *sed quid est Hotai? Respondit*: *Ha est* Hatto 'lchatâja 'ani 'lmodhnibîn, *Ablatio criminum a peccatoribus*. *Ta est Arbor in paradiso*, *quae Tuba dicitur*. *Je est* Jedo 'llâh 'alâ chalkihi, *Manus Dei super creaturas suas*. *Dixit praeceptor*: *Credo*, *sed quid est Kolman? Respondit*: *Kef est* Kelâmo 'llâh, *Verbum Dei*. *Lam est* Licâ, *Mutuus occursus fidelium in paradiso*. *Mim est* Molco 'llâh, *Regnum Dei*. *Nun est* Nisâ, *Uxores fidelium in paradiso*. *Dixit praeceptor*: *Credo*, *sed quid est Saafas? Respondit*: *Sin est* Sirro 'llâh, *Arcanum Dei*. *'Aiin est* 'Ilmo 'llâh, *Scientia Dei*. *Fe est* Efâloho 'ldschamîla, *Opera ejus pulchra*. *Sad est* Sâdik, *Verax in dictis et factis suis*. *Dixit praeceptor*: *Credo*, *sed quid est Karschat? Respondit*: *Kaf est* Kadrato 'llâh, *Potentia Dei*. (Omissa hic est, culpa librarii, in exemplari, quo utor, explicatio literae ر *Re*, quae facile suppleri potest per voces رسول الله Resûlo 'llâh *Legatus Dei*.) *Schin est* Meschîya allâh, *Voluntas Dei*. *Te est* Teâlâ, *supremus* (scil. Deus). *Dixit praeceptor*: *Credo*, *sed quid est Thechadh? Respondit*: *The est* Thobûta, *Constantia*. *Cha est* Châlik, *Creator omnium rerum*. *Dhal est* Dhû 'lbetschi 'lschedîd, *Qui graviter affligit*. *Dixit praeceptor*: *Credo*, *sed quid est Dhadhagh? Respondit*: *Dhad est* Dhyawoho, *Lumen ejus*. *Dha est* Dhohûro 'lemr, *Praevalentia mandati* (divini) *super omnia*. *Gaiin denique est* Gâlib émroho, *Vincit mandatum ejus omnia*. *Dixit praeceptor*: *Credo*, *et bene dixisti*. *Et prehensa manu ejus ad matrem Mariam illum abduxit*, *dixitque ei*: *Accipe filium tuum*, *qui me docuit ea*, *quae ignorabam*: *quippe qui omnium mortalium est sapientissimus*. Ut autem videat lector pleraque horum ex Alcorano desumta esse, pauca tantum hic delibabimus, et unde decerpta sint innuemus. *Zebânia dschahennam*, Satellites gehennae, sunt daemones, sive juxta alios angeli, quos advocaturum se die novissimo minatur Deus infidelibus, si auxilium ipsi a sodalibus suis petant. Cap. Alc. XCVI. c. 17. 18. *Hatto 'lchatâjâ*, Ablatio criminum a peccatoribus, occurrit Capite II. c. 54. ubi praecipitur Israelitis, ut urbis (Hierosolymam nonnulli, alii Hierichuntem intelligunt) portam intrantes dicant حطة *Hitta* (id est, explicante *Dschalaloddino* حط الخطايا عنا *Aufer a nobis peccata nostra*), additurque illos aliter, quam praeceptum fuerat, dixisse (nempe حنطة *Hintah* i. e. חטה *triticum*; uti semper a spiritualibus ad res

mundanas declinabant). *Tuba* arbor Paradisi notissima est ex Pocockio et Hottingero: نسا اهل الجنة *Uxores fidelium in paradiso*, sunt illae decantatissimae in Alcorano حور عين *Hur-'in*, i. e. ἑλικώπιδες, βοώπιδες, *nigris et praegrandibus oculis praeditae* puellae, quas utique virgines fore suis promittit, Cap. LV. c. 74. لم يطمثهن انس قبلهم ولا جان *Neque enim daemonum quisquam vel hominum illas prius subagitavit.* Has a *Sergio* sive *Bohira* praeceptore suo accepit Mohammed, sicuti tradit auctor actorum Sergii: *Moh. Haec quando illis exposuero, si dicant mihi, Edemus, et bibemus, nec uxores ducemus? quid respondebo illis? Boh. Hoc sane difficile est: aequum tamen est, ut pro viribus et capacitate ingenii illorum ipsis indulgeas, quemadmodum infans primum lac sugit, deinde puer factus leni cibo vescitur, et paulatim adolescens vir perfectus evadit. Bene ergo, o Mohammed, dic illis, fore in paradiso puellas formosas, easque viris nupturas.* Caetera ubique in Alcorano sunt obvia.

25) *Libros et Legem.* Licet modo generalius *libros* dixerit, hic tamen per الكتب Alcutob *libros*, הכתובים τὰ ἁγιόγραφα vulgo dicta intelligenda videntur, quia Lex et Prophetae seorsim memorantur. Quot vero libri sacri ex sententia Mohammedanorum coelitus sint demissi, ex Jacob Ben Sidi Aali tradit *Gabriel Sionita*, libello de Urbibus etc. Orientalium, cap. XIV. et ex eo *Hottingerus* Hist. Orient. l. II. cap. 4. Nempe CIV, quorum X demissos esse ad Adamum: L ad Sethum: XXX ad Enochum: X ad Abrahamum: I (Legem) ad Mosen: I (Psalmos) ad Davidem: I (Evangelium) ad Isam (*Jèsum*): I (Alcoranum) ad Mohammedem. Verum ut pateat lectori, in nullo fere dogmate Muslimos convenire, neque hoc universaliter esse receptum, adscribam hic, quae ex traditione ابن عباس *Ibn Abbás* referuntur: جملة الكتب المنزلة على الانبيا عليهم السلام ماية كتاب واربعة عشر كتابا فنها على ادم عشرون صحيفة. والصحيفة هى كتاب وعلى شيث خمسين صحيفة وعلى خنوخ ادريس ثلاثون صحيفة. وعلى ابراهيم الخليل عشر صحايف وعلى موسى التوراة وعلى داود الزبور وعلى عيسى الانجيل وعلى نبينا محمد صلى الله عليه وسلم الفرقان! ومن المفسرين من يقول ان الكتب المنزلة ماية كتاب واربعة وعشرون كتابا ويزيد فيها عشر صحايف

إنزلها الله على نبيه موسى قبل التوراة ويحتج بما جا فى سورة الاعلا ان هذا لفى الصحف الاولى صحف ابراعيم وموسى *Summa librorum ad Prophetas coelitus demissorum* CXIV, *ex quibus* XX *volumina* (*id est libri*) *demissi sunt ad Adamum; ad Sethum* L; *ad Henochum* (*i. e. Idrisum*) XXX; *ad Ibrahimum Al-Chalil* X; *ad Mosen Lex; ad Davidem Psalmi; ad Isam Evangelium; et ad Prophetam nostrum Mohammedem, cui clemens et propitius sit Deus, Al-Forkânus. Nonnulli tamen interpretes* CXXIV *volumina dicunt fuisse, et decem addunt, quae ad Mosen prophetam suum Deus prius, quam Legem* התורה, *demiserit. Probant hoc ex eo, quod dicitur in Surata Al-Aala* (cap. LXXXVII. c. 18. 19): *Haec sane* scripta exstant *in voluminibus antiquis, voluminibus Ibrahimi et Mosis.* Confer quae Panarii lib. I. tom. III. habet *Epiphanius* de Sethianis. Abrahamum Arabibus *Al-Chalil* vocari, et plenius خليل الله *Chalil Allah amicum Dei*, sicuti in epistola Jacobi II, 23. *φίλος τοῦ Θεοῦ* dicitur, observavit in Lexico suo Golius. Observa igitur in Itinerario Benjaminis אברהם אלכליל, quod Celeberrimus *L'Empereur* vertit *Abrahamum perfectum*, reddendum fuisse *Abrahamum Amicum*, nisi vocem ipsam Arabicam, quam Hebraeam ille putavit, retinere maluisset. Caeterum ut in omnibus fere, ita quoque in investigando nominis Abrahami etymo nugantur Arabes. Sic *Abu 'lcasimus*: كثيرا ما يقع الاتفاق بين السرياني والعربي الا ترى ان ابراهيم عليه السلام تفسيره اب راحم لرحمته بالاطفال ولذلك جعل هو وزوجته سارة كافلين لاطفال المومنين الذين يموتون صغارا الى يوم القيامة *Saepenumero concinunt linguae Syriaca et Arabica: annon vides* Ibrahîm, *super quo pax! notare* Ab râhim *patrem misericordem, ob misericordiam vel tenerum affectum in infantes? Et propterea constitutus est ipse cum Sara uxore, qui curam gerat infantium fidelium, qui parvuli moriuntur, usque ad diem resurrectionis.*

26) *In domo patris mei.* Luc. II, 49. Sed ibi legitur *ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου in iis, quae sunt patris mei.* Noster hic concinit Syro interpreti, qui ita haec vertit: ܠܐ ܡܕܥܝܢ ܗܘܝܬܘܢ ܕܒܒܝܬ ܐܒܝ ܘܠܐ ܠܝ ܠܡܗܘܐ *An ignorabatis in domo patris mei oportere me esse?* et Persae, qui totidem fere vocibus ita haec

exprimit: نمی دانید که مرا می برازد که در خانه پدر باشم *Nescitis convenire mihi, ut in domo patris verser?* Vide Grotium ad hunc locum apposite demonstrantem eandem esse phrasin *ἐν τοῖς τοῦ πατρός*, et *ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός*. Ita quoque hunc locum *παραφράζει* Theophylactus: *Οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ ἀληθὴς μου πατὴρ, ἢ γὰρ ἂν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἤμην. ἀλλ᾽ ὁ Θεός ἐστί μου πατήρ. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ εἰμι. τουτέστιν ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ. Non est ille* (Josephus) *verus meus pater; sic enim in domo ejus essem: sed Deus est pater meus, et in domo ejus sum, hoc est, in templo ejus.*

PROTEVANGELIUM
JACOBI MINORIS.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΚΑΙ ΙΣΤΟΡΙΑ

ΠΩΣ ΕΓΕΝΝΗΘΗ Η ΥΠΕΡΑΓΙΑ ΘΕΟΤΟΚΟΣ ΕΙΣ ΗΜΩΝ ΣΩΤΗΡΙΑΝ.

PROTEVANGELIUM

SIVE DE NATALIBUS IESU CHRISTI ET IPSIUS MATRIS, VIRGINIS MARIAE, SERMO HISTORICUS DIVI IACOBI MINORIS, CONSOBRINI ET FRATRIS DOMINI IESU, APOSTOLI PRIMARII ET EPISCOPI CHRISTIANORUM PRIMI HIEROSOLYMIS.

Magna est in codicibus hujus inscriptionis varietas. In cod. Paris. A., cujus textum hic accurate reddidimus, inscriptioni supra positae a recentiori manu adpicta sunt verba *Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου*. Paris. B. *Ἱστορία Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου εἰς τὴν γέννησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.* Paris. C. *Γέννησις Μαρίας τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ὑπερενδόξου μητρὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ampliorem inscriptionem, quae in cod. Paris. D. libello praefixa est, vide in Prolegomenis huic voluimini praemissis. Paris. E. *Ἱστορία Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.* Paris. F. *Τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου λόγος ἱστορικὸς εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.* Inscriptiones hujus libri ex codd. Paris. 897. et 1173. notatas habes in Prolegomenis. Cod. Vindob. *Λόγος ἱστορικὸς εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.* Vatic. A. *Ἱστορία Ἰακώβου εἰς τὴν γένεσιν τῆς παναγίας Θεοτόκου.* Vatic. B. *Λόγος ἱστορικὸς τοῦ ἁγίου Ἰακώβου, ἐξηγούμενος ὅπως τὴν ἐξ ἐπαγγελίας γέννησιν ἔσχεν ἡ Θεοτόκος· καὶ περὶ τοῦ μνηστῆρος αὐτῆς Ἰωσήφ.* Vulg. *Πρωτευαγγέλιον ἢ περὶ γεννήσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας λόγος ἱστορικὸς ἁγίου Ἰακώβου τοῦ μείονος, συγγενοῦς τε καὶ ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, Ἀποστόλου πρώτου καὶ Ἐπισκόπου πρώτου Χριστιανῶν τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ.*

CAPVT I.

Ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ ἦν Ἰωακεὶμ πλούσιος σφόδρα, καὶ προσέφερε τὰ δῶρα αὐτοῦ

Cap. I. *Ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραήλ*) In cod. Paris. D. priorem hujus capitis partem aliis verbis expressam et ineptis additamentis amplificatam esse, in Prolegomenis monitum est. Eustathius vero Antioch. Comment. in Hexaëmeron p. 70. ed. Allat. narrationis exordium refert hoc: Ἐν ταῖς φυλαῖς τοῦ Ἰσραὴλ ἄνδρα πλούσιον γεγενῆσθαι ὀνόματι Ἰωακεὶμ sqq. Sed qualis est ejus excerptio, non debebant Fabricius et Birchius hanc putare scripturae diversitatem. Georgius Nicomed. Orat. in Nativitatem Mariae in Novo Auctario Biblioth. PP. Tom. I. col. 1050. textum accurate reddit, nisi quod nomini Ἰωακεὶμ pronomen τις praemittit. *Verba ἐν ταῖς ἱστορίαις idem explicat ἐν ταῖς γενεαλογίαις. Similiter Mich. Neander in notis ad marginem textus positis notat respici ad diarium publicum, in quo scriptae duodecim tribuum generationes, monetque dici ἐν ταῖς ἱστορίαις ἦν, non ἐστί, quod illae ἀναγραφαὶ jam essent combustae ab Herode, ut auctor Africanus apud Eusebium hist. eccles. I, 7. Fabricio durum id videtur, ἐν ταῖς ἱστορίαις ἦν Ἰωακεὶμ positum pro ἦν γεγραμμένον, ὅτι Ἰωακεὶμ. Itaque putare nonneminem ait, vel illud ὅτι supplendum, vel pro ἐν ταῖς ἱστορίαις legendum ἐν τοῖς ὑστεραίοις, *in reliquiis tribuum.* Sed conjectura non opus est. Auctor illis exordii verbis voluit significare, Joachimum fuisse Israelitam, simulque provocando ad historias sive genealogias fidem narrationi facere more Iudaeorum. Duplex igitur enuntiatum, ἐν ταῖς δώδεκα φυλαῖς τοῦ Ἰσραὴλ ἦν Ἰωακεὶμ, ὡς γεγραμμένον ἐστὶν (vel ἦν) ἐν ταῖς ἱστορίαις, confunditur. Ceterum nullius momenti est disquirere ad hunc libelli fictitii locum, an vere veteres illae tabulae ab Herode combustae sint; de quo certe dubitant Valesius ad l. l. Euseb., et Semlerus in Programm. Acad. pag. 412. — *Ἰωακείμ*) Vindob. ὁ Ἰωακείμ. A nominibus propriis casu recto positis in nostro textu articulus fere ubivis abest. Tribus tantum locis cap. IX.

CAPVT I.

In historiis duodecim tribuum Israel, erat Joachim dives valde, et offerebat ipsi Deo dupla munera, dicens

---

XVI. et XVII. legitur ὁ Ἰωσήφ, bis cap. XXIII. ὁ Ἡρώδης, et semel cap. XXII. ἡ Ἐλισάβετ. Ubi vero ejusdem generis nomina casibus obliquis scribuntur, articulus pro locorum diversitate modo praefigitur, modo omittitur. — *καὶ προσέφερε)* Vulg. καὶ προσεφέρετο. Illa codd. scriptura unice vera. Ipsa Vulg. infra et cap. V. eodem sensu habet προσφέρειν. — *τὰ δῶρα αὐτοῦ διπλᾶ κατὰ τὸ ἔθος,)* Vulg. τὰ δ. αὐτοῦ δ. κυρίῳ τῷ θεῷ. Quod codd. hic omittunt voces κυρίῳ τῷ θεῷ, id ex solemni verbi προσφέρειν usu recte fieri posse docent loci Vers. Alex. et N. T. satis multi. Quanquam Georgius l. l. προσέφερε γὰρ τὰ δῶρα αὐτοῦ τῷ κυρίῳ διπλᾶ. Additamentum κατὰ τὸ ἔθος praeter Paris. A. supra descriptum solus Vindob. exhibet. Explicandum est εἰώθει προσφέρειν, neque de publica lege, sed de privata Joachimi *dupla munera* offerentis consuetudine intelligendum. Eustathius ὃς καθ᾽ ἑορτὴν διπλάσιον τῶν ἄλλων δῶρα τῷ θεῷ προσεκόμιζεν, in quibus καθ᾽ ἑορτὴν adjectum est, ut secundum sequentia de oblationibus, diebus festis fieri solitis, cogitetur. Δῶρα autem dici Hebraeorum מִנְחוֹת notavit Fabricius. Vide de his oblationibus Relandi Antiqq. ss. P. III. cap. VII. Ceterum quod scripsimus τὰ δῶρα αὐτοῦ et infra τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, quo utroque loco editt. Fabric. et Birch. αὑτοῦ habent, non tantum codd. et editt. Neandr. et Gryn. exemplo factum est, sed etiam propter constantem pronominis demonstrativi usum in caeteris iisque haud paucis ejusdem generis locis, quos etiam Fabricius intactos reliquit. Ubivis enim Genitivi pronominis αὐτός substantivis adjecti leguntur, licet ad eandem, de qua verbum dicitur, personam relati. Probe scimus a recentioribus N. T. editoribus in plures ejusmodi locos pronomen reciprocum secundum propriam ejus vim substitutum esse, sed in Vers. Alex. innumera inveniuntur pronominis illius demonstrativi pro reciproco sic positi exempla, neque in ipsis scriptoribus Graecis si-

διπλᾶ κατὰ τὸ ἔθος, λέγων· Ἔσται τὸ τῆς περιουσίας μου παντὶ τῷ λαῷ, καὶ τὸ τῆς ἀφέσεως κυρίῳ τῷ θεῷ μου εἰς ἱλασμὸν ἐμοί. Ἤγγισε δὲ ἡ ἡμέρα κυρίου ἡ μεγάλη, καὶ προςέφερον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὰ δῶρα αὐτῶν. Καὶ ἔστη

---

milia desunt. Vid. Georgi Hierocrit. N. T. P. I. p. 162. — λέγων·) Paris. B. C. et Vulg. λέγων ἐν ἑαυτῷ. Verbum λέγειν etiam sine formulis ἐν ἑαυτῷ sive ἐν καρδίᾳ, ut Hebraeorum אָמַר non addito בְּלִבּוֹ, cogitandi significatu usurpatur a scriptoribus Hellenisticis, sed a nostro auctore illa adjici solet, ut hic quoque locum habuisse videatur. — Ἔσται) Vatic. B. et Georg. Ἔστω. — τὸ τῆς περιουσίας μου) Paris. B. om. τὸ. Paris. C. E. et Vulg. περισσείας pro περιουσίας, quod etiam in Paris. B. F. Vatic. A. B. Vindob. Eustath. et Georg. legitur. Utraque vox eundem h. l. fundit sensum. Hesych. περιούσιον· πολὺ, περιττόν. Suidas περιουσία· ἡ περιττὴ οὐσία. Eustath. om. μου, et sequentibus παντὶ τῷ λαῷ praemittit praepositionem ἐν. — τὸ τῆς ἀφέσεως κυρίῳ τῷ θεῷ μου) Vulg. add. μου post ἀφέσεως idemque om. post θεῷ. Utroque loco pronomen hoc Paris. C. et Georg., neutro autem Paris. B. et Eustath. habent. In Vindob. voces κυρίῳ τῷ θεῷ desunt, quae ab Eustathio post verba εἰς ἱλασμὸν ἐμοί posita invenies. Ultima haec εἰς ἱλασμὸν ἐμοί ignorat Georgius. Ne ex Postelli interpretatione, quam Graecis appositam legis, male hunc locum cum Bibliandro de eleemosynis intelligas, Joachimum de sacrificiis ac muneribus in templo offerri solitis loqui monendum est. Fabricius sensum notat esse hunc: *Abundet hoc pro toto populo, et sit mihi in remissionem, ut Deus mihi sit propitius.* Accuratius Graeca reddes sic: *Quod est abundantiae meae*, (quod offero ex abundanti,) *sit* (prosit) *toti populo, quod vero est remissionis*, (quantum lex postulat muneris vel sacrificii pro peccato,) *sit* (consecratum) *domino deo meo, in expiationem mihi.* (ut mihi reddatur propitius.) — Ἤγγισε) Vindob. et Vulg. Ἤγγικε. — ἡ ἡμέρα κυρίου ἡ μεγάλη,) Vulg. hic et infra cap. II. articulum ante substantivum omittit, quod ferri non potest, ut similes in N. T. scripturae ζωὴ ἡ αἰώνιος 1 Joann. V, 20., et εἴδωλα τὰ χρυσᾶ Apocal. IX, 20. recte a viris doctis rejiciuntur. Vide Gersdorfii librum de idiomatis Graecae dictionis scriptorum N. T. Vol. I.

apud se ipsum: Sint facultates meae totius populi, in remissionem peccatorum meorum apud Deum, ut misereatur mei. Appropinquavit autem dies Domini magna, offerebantque filii Israel sua muneras et stetit contra

---

pag. 364. Omnino autem in hoc libello adjectiva, nisi medium inter articulum et substantivum occupant locum, plerumque post substantiva ponuntur, ita ut aut neutri aut utrique articulus praemittatur. Ab hac regula discedunt cap. XXI. *ὑπὸ ἁγίου ἀγγέλου* (contra cap. XIV. et XIX. *πνεῦμα ἅγιον*) et cap. XXIII. *ἀθῶον αἷμα.* (contra cap. XIV. *αἷμα ἀθῶον.*) Priori tamen loco *ἁγίου* a reliquis codd. abest, altero autem Paris. C. et Vulg. secundum locum adjectivo assignant. Minus huc pertinent cap. XIX. *καινὸν θέαμα καὶ παράδοξον*, ibid. *καινόν σοι ἔχω διηγήσασθαι θέαμα*, et cap. XXI. *δι᾽ ἄλλης ὁδοῦ.* Alio loco cap. XIX. *ἡ φύσις ἀνθρωπίνη* adjectivum ex reliquorum codd. auctoritate videtur delendum. Supra vero quod legitur *τὰ δῶρα αὐτοῦ διπλᾶ*, ibi *διπλᾶ* sensu arctius cum verbo conjungitur. De diverso usu adjectivorum quantitatis *πᾶς* et *ὅλος* vide notata ad verba hujus cap. *πάντας τοὺς δικαίους.* — *οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ*) Vulg. add. *τοῦ*. Contra Paris. B. etiam alterum articulum *οἱ* om. Saepissime codd. in addendis aut omittendis articulis differunt. In nostro textu Genitivus nominis proprii sine articulo poni solet, etiamsi nomini, a quo ille pendet, articulus praemissus est. Ita ubivis *οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ.* Pariter cap. VI. *οἱ υἱοὶ Ῥουβήν*, ib. *ὁ λαὸς Ἰσραήλ*, cap. VI. et XIV. *ὁ θεὸς Ἰσραήλ*, cap. II. *ἡ μήτρα Σάῤῥας*, cap. IX. *ἡ κεφαλὴ Ἰωσήφ*, cap. XIII. *ἡ ἱστορία Ἀδάμ*, cap. XXIV. *εἰς τὸν τόπον Ζαχαρίου.* Semel cap. XVI. *ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραήλ*, et supra *αἱ δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραήλ.* Illo tamen loco plures codd. articulum *τοῦ* omittunt. Aliud est, quod dicitur cap. VI. et VII. *αἱ θυγατέρες τῶν Ἑβραίων*, et cap. XXI. *ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων*, et *Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας* conf. Matth. II, 1. et Gersdorfii l. l. pag. 95. Eandem consuetudinem esse N. T. scriptoribus docuit Gersdorfius l. l. Vol. I. pag. 49. sq. et pag. 164. sqq. Ita *οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ* Act. VII, 23. 37. X, 36. Rom. IX, 27. 2 Cor. III, 7. 13. Hebr. XI, 22. Apocal. II, 14. — *τὰ δῶρα αὐτῶν*) Vatic. A. post haec inserit *καὶ Ἰωακεὶμ προσέφερεν.* Similiter Vulg. *ὁμοίως δὲ καὶ Ἰωακεὶμ τὰ δῶρα αὐτοῦ.* Ad nostrum textum haec subintelligenda sunt. — *κατέναντι αὐ-*

κατέναντι αὐτοῦ Ῥουβὴν λέγων· Οὐκ ἔξεστί σοι πρώτῳ προςενεγκεῖν τὰ δῶρά σου, καθότι σπέρμα οὐκ ἐποίησας ἐν τῷ Ἰσραήλ. Καὶ ἐλυπήθη Ἰωακεὶμ σφόδρα, καὶ ἀπίει (ἀπήει) εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἐλθὼν εἰς τὸ δωδεκάφυλον τοῦ λαοῦ λέγει· Ὄψομαι, εἰ ἐγὼ μόνος οὐκ ἐποίησα

τοῦ) Paris. B. C. κατενώπιον αὐτοῦ. Vindob. κατεναντίον κυρίου. — Ῥουβὴν) Eustath. Ῥουβίν τις. Ita recte videtur indicari unus e familia vel tribu Ruben, cum cap. VI. Anna haec respiciens dicat: Τίς ἀναγγελεῖ τοῖς υἱοῖς Ῥουβὴμ, ὅτι Ἄννα θηλάζει. Male Vulg. Ῥουβὴμ ὁ ἀρχιερεύς. Nam Josephus aliique scriptores fide digni summum sacerdotem ejus nominis ignorant. In Evang. de Nativ. Mariae Latino cap. II. is, qui Joachimo dicitur opprobrasse ἀτεκνίαν, appellatur Isaschar Pontifex. At neque hic in catalogo ἀρχιερέων notatur. Scripturam autem Ῥουβὴν probat comparatio Hebraici רְאוּבֵן et exemplar Vers. Alex. 1 Mos. XXIX, 32. aliisque locis. In Testam. XII. Patriarch. scribitur Ῥουβὴμ, ut infra cap. VI. — πρώτῳ) Paris. C. et Vatic. A πρῶτον. Eustath. καὶ Ῥουβίν τις διεκώλυσεν αὐτὸν προςφέρειν πρῶτον λέγων, μὴ ἐξεῖναι αὐτῷ. Paris. B. vitiose πρῶτος. Vulg. et Vindob. cum vers. Post. om. Georg. autem notat, nonnullos codd. habere πρώτῳ, quod ipse recte probat. Auctor Joachimum, utpote pietate insignem, *primatum* in muneribus offerendis obtinuisse, eoque indignum ab illo homine judicatum esse finxit. Contra non potuit putare, aliquem *omnino* propter ἀτεκνίαν a muneribus deo consecrandis prohibitum esse. — προςενεγκεῖν) Paris. B. προςφέρειν. — ἐν τῷ Ἰσραήλ.) Vulg. hic om. articulum, quem ipsa aliis locis ante hoc nomen addit. Quod cap. XIX. legitur ἐξ Ἰσραήλ, ibi nullus locus erat articulo. — καὶ ἀπίει) Vindob. καὶ ἀπῆλθεν. De forma verbi ἀπίει corrupta, cui genuinam ἀπήει parentheseos notis inclusam adscripsimus, vid. notata ad Acta Thomae §. 21. — εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἐλθὼν) Vulg. haec om. tum pro λέγει scribens λέγων ἐν ἑαυτῷ. Eadem om. Ὄψομαι. In illa omissione ad Vulg. accedunt Paris. C. Vatic. A. et vers. Post., sed post λέγων ἐν ἑαυτῷ addunt Θεάσομαι τὴν δωδεκάφυλον τοῦ λαοῦ vel τοῦ Ἰσραήλ, εἰ ἐγὼ sqq. Similiter Paris. D. καὶ ἀπίει εἰς τὴν δωδεκάφυλον λέγων ἐν ἑαυτῷ· Θεάσομαι τὴν δωδεκάφ. τοῦ

ipsum Ruben dicens: Non licet tibi offerre munus tuum, quia semen in Israel non fecisti. Et contristatus est Joachim valde, et accessit ad duodecim tribuum Genealogiam, dicens intra se: Videbo in tribubus Israel, si ego solus non edidi semen in Israel. Scrutans itaque

---

Ἱερ. Paris. vero B. ita *Καὶ ἐλυπήθη Ἰωακεὶμ ἐν ἑαυτῷ σφόδρα, λέγων· Πῶς ἔσομαι τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ λαοῦ*, (fortasse add. εἰ) *ἐγὼ μόνος οὐκ ἀνέστησα σπέρμα ἐν Ἰσραήλ.* Secundum verba textus nostri Joachim dicitur contristatus primum domum rediisse, tum vero *εἰς τὸ δωδεκάφυλον τοῦ λαοῦ* se contulisse, spectaturus, essentne alii etiam steriles inter Israelitas. Postellus *τὸ δωδεκάφυλον* interpretatus est *duodecim tribuum genealogiam*, eumque secutus est Jonesius in Vers. Anglica. Contra Fabricius illa voce *duodecim tribus populi* significari putat, sive coetum publicum Israelitarum munera deo offerentium, quem adierit Joachim quaesiturus, an alii etiam steriles deprehendantur; idque confirmari monet eo, quod Joachim *Abrahami meminisse* (ex Genes. XXI.), non in commentariis genealogicis legisse de prole ejus dicatur. Sane Act. App. XXVI, 7. *τὸ δωδεκάφυλον* indicat populum Judaicum; neque praeter hunc locum, ab ipso Fabricio neglectum, ista vox ad exemplar similium (vid. Herodot. pag. 196. ed. Steph. *τετραφύλους ἐόντας Ἀθηναίους δεκαφύλους ἐποίησεν.*) a Judaeis Graece loquentibus primum efficta invenitur. Sed notandum est, nostro loco addi *τοῦ λαοῦ*, quod auctor *τὸ δωδεκάφυλον ἔθνος* intelligens non potuisset addere. Neque a Fabricio hoc satis respectum, quod secundum textum ab ipso editum Joachim, qui tunc in coetu Israelitarum munera offerentium versabatur, dicatur *ἀπιέναι εἰς τὸ δωδεκάφυλον.* Praeterea verosimile non est auctorem fecisse Joachimum illa de causa Israelitas oculis lustrantem, cum is non posset solo adspectu dignoscere steriles a foecundis. Quapropter probaverim interpretationem Postelli. Auctor ipse ab initio libelli memoravit *τὰς ἱστορίας τῶν δώδεκα φυλῶν*, atque satis nota est Judaeorum circa genealogias cura, de qua consulendi Melchior Leydeckerus de Rep. Hebr. VI, 9. et Jacobus Perizonius in triade dissertationum diss. I. Etiam apud alias gentes publicas genealogiarum *ἀναγραφὰς* in usu fuisse testari potest Synesius Cyrenaeus, qui in epist. LVII. narrat, se *διαδοχὰς* generis sui ab Eurysthene usque ad

σπέρμα ἐν τῷ Ἰσραήλ. Ἠρεύνησε δὲ καὶ εὗρε πάντας τοὺς δικαίους, ὅτι σπέρμα ἀνέστησαν ἐν τῷ Ἰσραήλ· καὶ ἐμνήσθη τοῦ πατριάρχου Ἀβραὰμ, ὅτι ἐν ταῖς ἐσχάταις αὐτοῦ ἡμέραις ἔδωκεν αὐτῷ ὁ θεὸς υἱὸν τὸν Ἰσαάκ. Καὶ ἐλυπήθη

---

parentem suum reperisse ἐν ταῖς δημοσίαις κύρβεσιν. Conf. Fabricii Bibliogr. Antiq. p. 609. ed. II. Tales igitur tabulas genealogicas, sive locum potius, ubi eas servatas esse credidit, dixerit auctor τὸ δωδεκάφυλον. Quod vero in Paris. C. et Vatic. A. legitur, Joachimum adiisse τὸ δωδεκάφυλον, ut inspiceret τὴν δωδεκάφυλον, vix potest explicari, nisi prius ad tabularium (aedificium), posterius ad ipsam ἀναγραφὴν familiarum populi Israëlitici referas. Si a codd. plurimorum scriptura discedere liceret, illam ab uno Paris. B. oblatam sequeremur, quam nulla difficultate laborantem id quoque commendat, quod Eustathius aliique libri argumentum referentes de Joachimi ad δωδεκάφυλον accessione tacent. — Ἠρεύνησε δὲ καὶ εὗρε) Vindob. Ἐξηρεύνησε. Paris. B. Ἐρευνήσας δὲ καὶ εὑρών. Paris. D. Καὶ ἠρ. καὶ εὗρε. Paris. C. Καὶ ἠρ. καὶ ἴδε. Haec forma Homerica loco alterius εἶδε serioribus Graecis usitata fuit. Vid. not. ad Acta Thomae §. 51. In nostro tamen textu quoties hoc verbum legitur, εἶδον scribitur. — πάντας τοὺς δικαίους) Vulg. et Vindob. male om. articulum. Infra cap. VIII. Vulg. et Paris. C. πάντας τοὺς χηρεύοντας τοῦ λαοῦ, ubi noster, Paris. B. D. et Vindob. πάντας omittunt. Aeque vitiosum, quod in nostro textu cap. XII. legitur ἐν πάσαις γενεαῖς τῆς γῆς, quae verba in reliquis codd. desunt. Ibidem et cap. VI. et VII. recte πᾶσαι αἱ γενεαὶ τῆς γῆς; aliisque locis πᾶς ὁ λαός, πᾶσα ἡ οἰκουμένη, πᾶσαι αἱ ἡμέραι, πᾶσαι αἱ φυλαί, πάντα τὰ ἁμαρτήματα. Pariter ὅλη ἡ οἰκουμένη cap. IV., et ὅλη ἡ περίχωρος cap. VIII. Nihil mutandum cap. VII. πᾶς οἶκος Ἰσραήλ, cap. XI. πᾶσα γυνή, et cap. VI. πᾶν ἀκάθαρτον. Communis est nostro cum scriptoribus N. T. usus. Vide Gersdorfii l. l. pag. 374. sqq. — ὅτι σπέρμα ἀνέστησαν ἐν τῷ Ἰσραήλ.) Vatic. A. ὅτι σπ. τῷ Ἰσρ. ἀνέστ. Paris. B. ὅτι ἀνέστ. σπ. ἐν τῷ Ἰσρ. Paris. D. ὅτι σπ. ἐν τῷ Ἰσρ. ἀνέστησαν. — ἐν ταῖς ἐσχάταις αὐτοῦ ἡμέραις) Vulg. om. αὐτοῦ. Paris. B. C. D. et Vindob. ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ αὐτοῦ. Alio significatu cap. VII. ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν. Conf. epist. ad Hebr. I, 1. — ὁ θεός) Vulg. om. articulum. Paris. D. κύριος ὁ θεός. Vatic. A. κύριος ὁ θεὸς

vidit omnes justos semen habuisse. Meminit itaque patriarchae Abrahami, quod in ultimis diebus Deus dedisset illi filium Isaac. Contristatus itaque Joachim, non

---

ἡμῶν. Solemnis nostro auctori est dei appellatio κύριος ὁ θεός, singulis fere capitibus pluries obvia, adjectis etiam pronominibus personalibus μοῦ, σοῦ et ἡμῶν. Nusquam κύριος θεός, vel ὁ κύριος θεός, uti in Vulg. legitur cap. VIII. τὸ ἁγίασμα τοῦ κυρίου θεοῦ ἡμῶν. Rarius dicitur ὁ θεός. Praeter nostrum locum in formulis δοξάζειν et αἰνεῖν τὸν θεόν cap. V. VIII. XXIV. et δοξάζειν τὸν θεὸν Ἰσραήλ cap. VI. XIV. XVI. ἐνώπιον τοῦ θεοῦ cap. XI. ὁ θεὸς τῶν πατέρων cap. II. VI. XX. ὁ θεὸς τῶν ὑψωμάτων cap. VI. θεὸς ζῶν cap. XX. et τὸ πνεῦμα ὁ θεὸς λήψεται cap. XXIII., ubi Paris. C. et Vatic. A. ὁ δεσπότης et Paris. B. ὁ δεσπότης κύριος. Semel in nostro textu cap. XXV. ὁ δεσπότης θεός, et cap. XX. ὁ δεσπότης; utroque tamen loco diversae codd. scripturae. Similiter ep. Judae v. 4. τὸν μόνον δεσπότην θεόν, ubi rectius alii omittunt θεόν. Aliis N. T. locis, Luc. II, 29. Act. IV, 24. Apocal. VI, 10. legitur idem nomen in invocationibus. In vers. Alex. respondet hebraico אֱלֹהִים Job. V, 8. et יְהוָה Proverb. XXIX, 26. Nomen ὑψίστου bis legitur cap. XI. δύναμις ὑψίστου et υἱὸς ὑψίστου. Conf. Luc. I, 35. Denique saepissime deus appellatur κύριος sine articulo, qui semel additus est cap. XI. ὁ κύριος μετὰ σοῦ. Conf. Luc. I, 28. Nam cap. XII. ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου, ut Luc. I, 43. ὁ κύριος est Christus. Nimirum κύριος nominis proprii Jehovah locum obtinet. Inde ὁ ναὸς κυρίου cap. VI. VII. VIII. X. XXIII. (aliis locis etiam ναὸς κυρίου), τὸ θυσιαστήριον κυρίου cap. V. VIII. XXIII. XXIV. ἡ σάλπιγξ κυρίου cap. VIII. ἡ παρθένος κυρίου cap, IX. ἡ δούλη κυρίου cap. XI. ὁ νόμος κυρίου cap. XIV. ἡ ἡμέρα κυρίου cap. XVII. ὁ οἶκος κυρίου cap. XIX. ὁ χριστὸς κυρίου cap. XXIV., ut supra vidimus Genitivum nominis proprii sine articulo poni, etiamsi nomini, quocum construatur, articulus praemissus sit. Alias enim nostri quoque auctoris haec est consuetudo, ut Genitivum nomini, a quo regitur, postponens aut utrique aut neutri praefigat articulum. Cf. Gersdorfii l. l. pag. 295. sqq. Recte tamen excipiuntur isti loci cap. VII. ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν, ibid. ἐπὶ τρίτου βαθμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου (in aliis codd. articulus hic additur), cap. VIII.

Ἰωακεὶμ σφόδρα, καὶ οὐκ ἐφάνη τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· ἀλλ᾽ ἔδωκεν ἑαυτὸν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἔπηξε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐκεῖ, καὶ ἐνήστευσεν ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, λέγων ἐν ἑαυτῷ· Οὐ καταβήσομαι οὔτ᾽ ἐπὶ βρωτὸν, οὔτ᾽ ἐπὶ ποτὸν, ἕως ἐπισκέψηταί με κύριος, καὶ ἔσται μοι ἡ εὐχὴ βρῶμα καὶ πόμα.

συμβούλιον ἐγένετο τῶν ἱερέων, idemque cap. X. συμβούλιον τῶν ἱερέων. Similes his N. T. locos collectos et vindicatos reperis à Gersdorfio l. l. pag. 315. sqq. Quod cap. XII. legitur ἐν πάσαις γενεαῖς τῆς γῆς, id supra jam monitum est a reliquis codd. abesse. In numero singulari articuli omissio ferri possit, uti Luc. IV, 37. εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου, coll. Ephes. IV, 14. 16. Coloss. IV, 12. Postremo notandum, deum nusquam patris nomine salutari. — καὶ οὐκ ἐφάνη) Paris. D. καὶ ἀπῆλθε καὶ οὐκ ἐνεφανίσθη. — τῇ γυναικὶ αὐτοῦ.) Vatic. A. add. Ἄννῃ. — εἰς τὴν ἔρημον,) Vulg. vitiose εἰς τὸν ἔρ. Vatic. A. εἰς τὴν ὀρεινήν. At Eustath. quoque et Georg. in suis exemplaribus legerunt εἰς τὴν ἔρημον. Ille sic nostrum reddit: Καὶ λυπηθεὶς ἐπὶ τοῦτο εἰς τὴν ἔρημον ἀφίκετο, κακεῖ πήξας σκηνὴν ἱκέτευε τὸν θεὸν, παρασχεῖν καὶ αὐτῷ, ὥσπερ τῷ Ἀβραάμ, γνησίου παιδὸς σποράν· μόνον γὰρ ἐγνώκει ἑαυτὸν ὑπάρχειν ἐν τῷ Ἰσραήλ· (supple ἄτεκνον) ἄχρις ἡμερῶν νηστεύων τεσσαράκοντα ἱκέτευε τὸν θεόν. — καταβήσομαι) Vatic. A. add. ἐνθεν εἰς τὸν οἶκόν μου. Vatic. B. ἐν οἴκῳ μου. Ubi Georgius col. 1058. haec verba laudat, Combefisius in margine notat, scripturam ἀναβήσομαι in aliis libris inveniri. Antea vero indicavit se evolvisse codices Regios unumque Cardin. Mazarini. — οὔτ᾽ ἐπὶ βρωτὸν, οὔτ᾽ ἐπὶ ποτὸν,) Vulg. pro βρωτὸν habet βρῶμα. Paris. C. οὔτε ἐπὶ πῶμα. Paris. B. οὔτε ἐπὶ βρώματος, οὔτε ἐπὶ πώματος. Paris. D. οὔτε ἐπὶ βρῶσιν, οὔτε ἐπὶ πόσιν. Vindob. ἐπὶ βρωτῶν ἢ ἐπὶ ποτῶν. Georgius cum nostro textu facit, nisi quod οὔτε bis plene scribit. Saepius conjuncta leguntur vocabula βρῶσις et πόσις Rom. XIV, 17. Coloss. II, 16., βρῶμα et πόμα Hebr. IX, 10., βρωτά et ποτά Epiphan. haer. XLII. pag. 345. ed. Petav. Colon. In Actis Thomae §. 5. haec componuntur dissimilia τῆς βρώσεως ἢ καὶ τοῦ ποτοῦ. — ἕως ἐπισκέψηται) Paris. B. et Vulg. ἕως ἄν. Paris. C. et Vindob. ἕως οὗ. Pro ἐπισκέψηται Vindob. ἐπισκέψεται et Paris. B.

fuit visus uxori suae, sed in eremum abiit, ibique fixit tentoria, et jejunavit quadraginta diebus et quadraginta noctibus, dicens apud se ipsum: Non adscendam ad cibum aut ad potum, sed erit meus cibus oratio mea.

ἐπιβλέψηται. Quod in nostro textu ἕως omisso ἄν cum subjunctivo construitur, id dubium est, utrum librarii incuriae, an ipsius auctoris negligentiae tribuendum sit; prouti scriptores serioris aevi in usu particulae ἄν negligentiores deprehendi constat. Quae ex antiquis scriptoribus afferuntur exempla similia, pleraque sunt poetarum vel prosariorum dictionem poeticam imitantium. Vid. Stallbaum ad Platonis Philebum p. 61. sqq. Ceterum aliis quoque hujus libelli locis codd. pariter variant; velut cap. VI. οὐ μὴ περιπατήσεις, ἕως οὗ ἀπάξω σε, Paris C. et Vulg. ἕως ἄν, et Paris. D. ἕως habent; et cap. VII. καὶ ἐποίησαν οὕτως, ἕως οὗ ἀνέβησαν, Paris. D. ὡς, Vulg. et Paris. C. ἕως. Sic etiam in nostro textu cap. XIX. ἕως ἐφάνη. Cap. XXI. ἕως οὗ ἐλθὼν ἔστη, ubi apud Matth. II, 9. deest οὗ. Cap. XXIV. ἕως οὗ ἔλθῃ, et ibid. ἕως ἂν ἴδῃ, cujus loco apud Luc. II, 26. πρὶν ἢ ἴδῃ, ita tamen, ut codd. varient πρὶν, πρὶν ἂν et ἕως ἄν. Vid. not. ad Acta Thom. pag. 9. — κύριος,) Paris. C. et Vulg. add. ὁ θεός μου. Paris. B. κύριος ὁ θεός. Vindob. ὁ κύριος. — ἡ εὐχῇ) Vulg. add. μου. Paris. B. C. et Vindob. μου loco antecedentis μοι. — πόμα.) Paris. B. C. Vindob. et Vulg. πῶμα. Duobus N. T. locis 1 Cor. X, 4. et Hebr. IX, 10. scribitur πόμα. Sed altera quoque forma fuit usitata. Vid. Porsoni Advers. pag. 191. ed. Lips. et Lobeck. ad Phrynichi Eclog. pag. 456. In vers. Post. voces καὶ πόμα non redduntur, ut apud Joannem IV, 34. Jesus modo dicit: ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα sqq.

CAPVT II.

Ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ Ἄννα δύο θρήνους ἐθρήνει, καὶ δύο κοπετοὺς ἐκόπτετο λέγουσα· Κόψομαι τὴν χηρείαν μου, καὶ κόψομαι τὴν ἀτεκνίαν μου. Ἤγγισε δὲ ἡ ἡμέρα κυρίου ἡ μεγάλη, καὶ εἶπεν Ἰουδὴθ (Ἰουδὶθ) ἡ παιδίσκη

Εἶτα πάλιν ἐπορεύετο διὰ τῆς κώμης, καὶ παιδίον τρέχον διεῤῥάγη εἰς τὸν ὦμον αὐτοῦ. Καὶ πικρανθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Οὐκ ἀπελεύσῃ τὴν ὁδόν σου. Καὶ παραχρῆμα πεσὸν ἀπέθανεν. Ἰδόντες δέ τινες τὸ γινόμενον εἶπον· Πόθεν τοῦτο τὸ παιδίον ἐγεννήθη, ὅτι πᾶν ῥῆμα αὐτοῦ ἔργον ἐστὶν ἕτοιμον. Καὶ προσελθόντες οἱ γονεῖς τοῦ τεθνεῶτος τῷ Ἰωσὴφ λέγοντες· Σὺ τοιοῦτον ἔχεις παιδίον, οὐ δύνασαι μεθ' ἡμῶν οἰκεῖν ἐν τῇ κώμῃ, ἢ δίδασκε αὐτὸν εὐλογεῖν, καὶ μὴ καταρᾶσθαι· τὰ γὰρ παιδία ἡμῶν θανατοῖ.

το. — ἐνεκάλουν) Codd. ἐνεγκάλουν, quod etiam Cotelerius, et qui hunc secuti sunt, Fabricius et Jonesius retinuerunt. — τοιαῦτα.) In Paris. hoc sequitur additamentum: Εἶτα ὁ Ἰησοῦς παρακληθεὶς παρὰ πάντων, ἰάτρευσεν αὐτὸν, ἐάσαντός τι μέλος τινὰ ἀργὸν ὀλίγον, εἰς τὸ προσέχειν αὐτούς. Pronomen τινὰ, quod Cotelerius et Fabricius intactum reliquerunt, videtur delendum, vel cum Jonesio verbum εἶναι ejus loco substituendum. Genitivus ἐάσαντος pro Nominativo positus, ut supra cap. II. Ἐπάραντος δὲ — ἔπλασεν. Parvum membrum, quod Christus motus ac operationis expers reliquisse dicitur, ut attenderent homines, Fabricius intelligit manum, putatque id effictum esse, ut credas eundem hic notari, cujus aridam manum deinde a Christo adulto sanitati restitutam refert Lucas VI, 8. sqq.

Cap. IV. Εἶτα πάλιν) Paris. Πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς. Seq. διεῤῥάγη vitiose scriptum in cod. διεράγει et in Dresd. διεῤῥάγει. Similiter Aquila Genes. XXV, 22. καὶ διεῤῥήγνυντο τὰ τέκνα, ubi LXX. ἐσκίρτων δὲ τὰ παιδία ἐν αὐτῇ (in Rebecca). In Hebr. est Hithp. verbi רָצַץ וַיִּתְרֹצֲצוּ, *et contuderunt se invicem.* Ad phrasin οὐκ ἀπελεύσῃ τὴν ὁδόν σου, *non vivus hinc abibis*, Fabricius confert 1 Sam. XXIV, 19. 20. ubi ἐκπέμπειν

pueri, qui aridus factus fuerat, portaverunt eum, lugentes ejus juventutem, et tulerunt ad Josephum, quem incusabant, quod talem haberet filium talia facientem.

CAPVT IV.

Ibat deinde rursus per vicum, et puer currens irrupit in humerum ejus. Et exacerbatus Jesus dixit ei: Non abibis viam tuam. Statimque cecidit puer et mortuus est. Videntes autem nonnulli quod factum erat dixerunt: Undenam hic puer genitus est, quod omne verbum ipsius opus est promtum. Et accedentes parentes illius, qui interierat, ad Josephum dixerunt: Tu talem habes puerum, nobiscum habitare non potes in vico, aut doce illum benedicere, neque maledicere: nam pueros nostros interficit.

τινὰ ἐν ὁδῷ ἀγαθῇ est *aliquem dimittere incolumem.* — *πεσὸν*) Dresd. et Paris. *πεσών.* Quod deinde dicitur *πᾶν ῥῆμα παιδίου εἶναι ἔργον*, id in memoriam redigit verba Ps. XXXIII, 9. et CXLVIII, 5. de deo facta: *ὅτι αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν.* — *Καὶ προσελθόντες — λέγοντες·*) Mingarellius *ἔλεγον* vel *προσῆλθον* corrigi vult. Sed omissum videtur *κατεμέμφοντο*, quod Paris. inserit ante *λέγοντες.* — *Σὺ τοιοῦτον ἔχεις παιδίον,*) Rectius Paris. *Σὺ τοῦτο τὸ παιδίον ἔχων.* — *ἐν τῇ κώμῃ,*) Paris. *ἐν τῇ πόλει ἡμῶν.* — *ἢ δίδασκε αὐτὸν*) Dresd. *αὐτῷ.* Eadem verbi *διδάσκειν* cum dativo personae constructio invenitur Apocal. II, 14. ubi libri optimi *ὃς ἐδίδασκε τῷ Βαλὰκ* sqq. Interpretes ad h. l. notant hebraismum coll. Job. XXI, 22. הַלְאֵל יְלַמֶּד דָּעַת. Sed fortasse nostro loco a prima manu scriptum fuit *αὐτὸ* scil. *παιδίον.* Paris. haec habet pleniora: *ἢ δίδασκε τὸ παιδίον σου αὐτῷ εὐλογεῖν, καὶ μὴ καταρᾶσθαι, ἢ ἔξελθε σὺν αὐτῷ τῶν ὧδε.* Illud *αὐτῷ* Jonesius correxit *αὐτός.* Mihi verba *τὸ παιδίον σου* videntur adscripta a librario, qui *αὐτῷ* vel potius *αὐτὸ* explicare vellet, quo pertineret. Ceterum constat ex Evangeliis fide dignis, Christum ex se id unum egisse, ut benefaceret. Act. X, 38.

CAPVT V.

Καὶ προςκαλεσάμενος ὁ Ἰωσὴφ τὸ παιδίον κατ᾽ ἰδίαν ἐνουθέτει αὐτὸν λέγων· Ἵνα τί τοιαῦτα κατεργάζῃ, καὶ πάσχουσιν οὗτοι, καὶ μισοῦσιν ἡμᾶς, καὶ διώκουσιν; Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγὼ οἶδα, ὅτι τὰ ῥήματά σου ταῦτα ἐμὰ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ σά· ὅμως σιγήσω διὰ σέ· ἐκεῖνοι δὲ οἴσουσι τὴν κόλασιν αὐτῶν. Καὶ εὐθέως οἱ ἐγκαλοῦντες αὐτὸν ἐτυφλώθησαν. Καὶ (οἱ) ἰδόντες ἐφοβήθησαν σφόδρα, καὶ ἠπόρουν, καὶ ἔλεγον περὶ αὐτοῦ, ὅτι πᾶν ῥῆμα, ὃ ἐλάλει, εἴτε καλὸν εἴτε κακὸν, ἔργον ἦν, καὶ θαῦμα ἐγένετο. Ἰδόντες δὲ, ὅτι τοιοῦτον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐγερθεὶς (ὁ Ἰωσὴφ) ἐπέλαβεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον, καὶ ἔτιλε σφόδρα. Τὸ δὲ παιδίον ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀρκετόν σοί ἐστι, ζητεῖν καὶ μὴ εὑρίσκειν· μάλιστα ὅτι σοφῶς ἔπραξας· οὐκ οἶδας, ὅτι σός; μή με λύπει, σὸς γάρ εἰμι.

Cap. V. *Καὶ προςκαλεσάμενος*) Paris. *Προςκαλεσάμενος δὲ.* Idem *αὐτὸ* pro seq. *αὐτὸν.* — *οὗτοι,*) Paris. *οὕτως.* — *Ἐγὼ οἶδα — αὐτῶν.*) Minus inepta est Jesu responsio in Paris. *Ἐγὼ οἶδα, ὅτι τὰ ῥήματά σου ταῦτα οὐκ εἰσὶ σὰ* (utpote a parentibus pueri interfecti suggesta), *ἀλλὰ διά σε σιγήσω· ἐκεῖνοι δὲ οἱ εἰρηκότες σοι ταῦτα οἴσουσι τὴν κόλασιν τὴν αἰώνιον.* Longe vero mitiorem fuisse optimi Servatoris spiritum, clarissime apparet in re longe majoris momenti Luc. IX, 55. Haec Fabricii verba sunt. — *Καὶ (οἱ) ἰδόντες*) Articulum ex Paris. recepimus. Idem post *ἐφοβήθησαν* inserit *πάντες.* — *ὃ ἐλάλει,*) Paris. *ὃ λέγει.* — *ἔργον ἦν, καὶ θαῦμα ἐγένετο.*) Paris. *ἔργον γίνεται· καὶ ἐθαύμαζον.* Possis etiam nostri textus verba *καὶ θαῦμα ἐγένετο*, majori interpunctione a praecedentibus sejuncta, in eandem sententiam accipere. — *Ἰδόντες δὲ, ὅτι τοιοῦτον*) Paris. *Εἰδόντες δὲ, ὅτι τοῦτο.* Mingarellius legendum suspicatur *Ἰδὼν δὲ* propter sequentia, quibus nos nomen *ὁ Ἰωσὴφ* ex Paris. inseruimus. — *ἐπέλαβεν*) Paris. *ἐπελάβετο.* Aurem vellere est admonentis. Vide Erasmum proverbio

CAPVT V.

Et vocans Josephus ad se puerum seorsum illum admonebat dicens: Quare haec facis, et hi patiuntur, et odio habent nos, et persequuntur? Dixit autem Jesus: Ego novi, quod haec tua verba non sunt mea, sed tua: tamen tacebo propter te: illi vero poenam subibunt. Et statim accusatores ejus coeci facti sunt. Et qui viderunt hoc valde sunt perterriti, et haesitabant, dicebantque de illo, omne verbum ab eo dictum, sive bonum sive malum fieri opus, et miraculum evadere. Quum autem vidissent, quod talia fecisset Jesus, surgens Josephus apprehendit ejus auriculam, et vehementer eam vellit. Puer autem iratus est, et dixit ei: Sufficit tibi, quaerere et non invenire: insipientissime fecisti: nonne scis, me tuum esse? ne me molestia afficias, tuus enim sum.

---

aurem vellere. Virgil. Eclog. VI, 4. *Cynthius aurem vellit et admonuit.* Idem in Copa v. 38. *Mors aurem vellens.* Conf. Calpurn. Eclog. IV. v. 155. et Ovid. Amor. I, 4. 23. sq. *Mos ille,* Fabricius ad h. l. scribit, *usitatus etiam apud Germanos, ut nuper ostendit auctor Historiae Coburgicae l. I. c. 20. occasione diplomatis cujusdam, in quo testes et alii praesentes plurimi Bavarico more memoriae causa per aurem tracti dicuntur.* Sic Josephus apprehensam Jesu aurem vellicavit, ut in memoriam ipsi revocaret superius monitum. — *εὑρίσκειν·)* Recte Paris. addit αὐτούς. *Sufficiat tibi*, inquit Jesus, *quod illi*, nempe coeci facti, *si quaerere nos*, nocere nobis, *velint*, *invenire nequeant.* — *μάλιστα ὅτι σοφῶς)* Paris. καὶ μάλιστα οὐ σοφῶς, quam scripturam recte Mingarellius versione Latina expressit. — *ὅτι σός;)* Paris. ὅτι σός εἰμι. Idem extrema verba σὸς γάρ εἰμί omittit, quae male assuta esse apparet.

CAPVT VI.

Καθηγητὴς δέ τις ὀνόματι Ζακχαῖος ἑστὼς ἐν μέρει, ἤκουσε τοῦ Ἰησοῦ ταῦτα λαλοῦντος τῷ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασε σφόδρα, ὅτι παιδίον ὢν τοιαῦτα φθέγγεται. Καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας προσήγγισε τῷ Ἰωσὴφ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὅτι νοῦν ἔχει, καὶ φρόνιμον ἔχεις παιδίον· δεῦρο παράδος μοι αὐτὸ, ὅπως μάθῃ γράμματα· καὶ ἐγὼ διδάξω αὐτὸ μετὰ τῶν γραμμάτων πᾶσαν ἐπιστήμην, καὶ προσαγορεύειν πάντας τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τιμᾷν αὐτοὺς ὡς προπάτορας καὶ πατέρας, καὶ (τοῦ) ἀγαπᾷν συνηλικιώτας. Καὶ εἶπεν αὐτῷ πάντα τὰ γράμματα ἀπὸ τοῦ Α ἕως τοῦ Ω, μετὰ πολλῆς ἐξετάσεως τρανῶς. Ἐμβλέψας δὲ τῷ καθηγητῇ Ζακχαίῳ λέγει αὐτῷ· Σὺ τὸ ἄλφα μὴ εἰδὼς κατὰ φύσιν, τὸ βῆτα πῶς ἄλλους διδάσκεις; Ὑποκριτὰ, πρῶτον, εἰ οἶδας, δίδαξον τὸ Α, καὶ τότε σοι πιστεύσομεν περὶ τοῦ Β. Εἶτα ἤρξατο ἀποστομίζειν τὸν διδάσκαλον περὶ τοῦ πρώτου γράμματος, καὶ οὐκ ἴσχυσεν αὐτῷ ἀνταποκριθῆναι. Ἀκουόντων δὲ πολλῶν

Cap. VI. ἐν μέρει,) Paris. add. τινι. — τῷ πατρὶ αὐτοῦ,) Paris. vitiose τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, quae Cotelerius non debebat sic Latine reddere: *audivit haec de Jesu ex ore patris ipsius.* Recte Jonesius locum restituit, uti in nostro textu legitur. — παιδίον ὢν) Paris. ὄν. — Ὅτι νοῦν ἔχει, καὶ φρόνιμον ἔχεις παιδίον·) Paris. bene haec invertit: Ὅτι παιδίον φρόνιμον ἔχεις, καὶ νοῦν ἔχει. Dresd. Ἔτι νουνεχεῖ pro Ὅτι νοῦν ἔχει. — δεῦρο) Paris. δεῦρο οὖν. Seq. μάθῃ in Bonon. et Dresd. vitiose scriptum μάθω. A verbis καὶ ἐγὼ διδάξω Paris. a nostro textu discedit haec exhibens: Καθίσαντος δὲ αὐτοῦ, τοῦ διδάξαι γράμματα τῷ Ἰησοῦ, ἤρξατο τὸ πρῶτον στοιχεῖον τὸ Ἄλεφ· ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει τὸ δεύτερον στοιχεῖον, μπὲθ, γκίμελ, (Graecos quosdam recentiores ita pronuntiare hasce literas observat R. Simonius in Novis Observatt. in N. T. pag. 5. ad marginem.) καὶ εἶπεν αὐτῷ πάντα τὰ στοιχεῖα ἕως τέλους. Καὶ ἀναπτύξας βιβλίον, τοὺς προφήτας ἐδίδασκε τὸν καθηγητήν. Αὐ-

CAPVT VI.

Praeceptor vero quidam nomine Zacchaeus seorsum stans, audiit Jesum haec dicentem patri suo, et miratus est valde, quod, quum puer esset, talia loqueretur. Et paucos post dies accessit ad Josephum, et dixit ei: Mente praeditus est (puer tuus), et filium habes cordatum: age trade illum mihi, ut discat litteras: et ego docebo eum una cum litteris quamlibet scientiam, et praecipue hoc, salutare omnes seniores, et eos venerari tanquam avos et patres, et diligere coaetaneos. Et dixit ei omnes litteras ab Alpha usque ad Omega, dilucide singulas expendens atque accurate. Intuens autem magistrum Zacchaeum dicit ei: Tu quum litterae Alpha naturam ignores, quomodo alios doces litteram Beta? Hypocrita, doce prius, si nosti, litteram Alpha, et tunc tibi credemus (dicenti) de littera Beta. Postea coepit urgere magistrum interrogationibus de prima littera, neque potuit respondendo ei satisfacere.

τὸς δὲ αἰσχυνθεὶς ἠπόρησεν, ὅτι οὐκ οἶδε, πόθεν αὐτὸς οἶδε τὰ γράμματα· καὶ ἐγερθεὶς ἀνεχώρησεν οἴκαδε, θαυμάζων ἐξιστάμενος τὸ παράδοξον. Desinit autem Paris. in hac fabula, quae in cod. Bonon. et Dresd. omissa est. *Πορευομένου δὲ τοῦ Ἰησοῦ, εἶδέ τινα* (leg. *τι*) *ἐργαστήριον, καί τινα νεανίσκον βάπτων* (leg. *βάπτοντα*) *εἰς λέβητας ἱμάτια καὶ τζόχας τινὰς διαφόρους φαιάς, τὸ καθέκαστον ἐκτελῶν* (leg. *ἐκτελοῦντα*) *κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς ἑκάστου βούλησιν. Εἰσελθὼν οὖν τὸ παιδίον Ἰησοῦς οὕτως ποιοῦντα τὸν νεανίαν λαβὼν καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν προσκειμένων ὑφασμάτων* * * Eandem fabulam continet Evang. Inf. Arab. cap. XXXVII., unde, quae hic desiderantur, supplere licet. De voce illa *τζόχα*, quae significat *pannum ex filis et lana animalium contextum*, vid. Gloss. med. et infim. Graec., ubi hic ipse locus laudatur. Infra dicuntur *ὑφάσματα*. — *καὶ προσαγορεύειν — συνηλικιώτας*.) Sic nos ex cod. Dresd. edidimus. Bonon. *καὶ προσαγορεύει πάντας τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τιμᾷν αὐτοὺς συνηλικιώτας*, quae

λέγει τὸ παιδίον τῷ Ζαχχαίῳ· Ἄκουε, διδάσκαλε, τὴν τοῦ πρώτου στοιχείου τάξιν, καὶ πρόςχες ὧδε, πῶς ἔχει κανόνας καὶ μέσα χαρακτῆρας, οὓς ὅρα (οὓς ὁρᾷς) ξυνούς, (ξυντούς,) διαβαίνοντας, συναγομένους, ὑψουμένους, χορεύοντας, βάλε φεγιοῦντας, τρισήμους, ὁμογενεῖς, ὑπαρπουχθὲ, ζυγοστάτους, ἰσομέτρους (Τούτους) κανόνας ἔχει τὸ Α.

---

produnt librarium negligentem. Mingarellius legendum esse conjiciens *καὶ τιμῶντας αὐτὸν* interpretatur: *et vocat omnes seniores et honorantes eum coaetaneos.* Sed dubium non est, quin illa scriptura cod. Dresd. sit genuina. — *καὶ πρόςχες ὧδε* sqq.) Ad emendandam scripturam loci hujus nihil ex cod. Dresd. collatione proficimus. Consentit enim is cum Bononiensi, nisi quod *βαλεφεγιοῦντας* non sejunctum, et *ὑπαρπουχθὲν* exhibet. Mingarellius conjecturis studuit verba genuina restituere. Primum *καὶ μεσοχαρακτῆρας* pro *καὶ μέσα χαρακτῆρας*, tum *λάβε περιόντας* pro *βάλε φεγιοῦντας*, deinde *ὑπάρχους τε* pro *ὑπαρπουχθὲ*, denique *κανόνας ἔχεις τοῦ Α* pro *κανόνας ἔχει τὸ Α* scribi posse suspicatur. De sensu haec disserit. Sermonem hic haberi pono de graeca littera A, cujus naturam ignorare dicitur Zacchaeus: id quod ita interpretor, ut ignorare dicatur non formam ipsius A, sed mysticam significationem. Crediderim vero pseudoevangelii auctorem in littera A symbolum dei agnovisse, dei, inquam, non ut unius qualem agnoscebat etiam Zacchaeus, sed ut trini, qualem Zacchaeus non noverat. Nimirum triangulum aequilaterum veluti sanctissimae Trinitatis symbolum a pictoribus nostris usurpatur, qui mos a vetustis fortasse temporibus ad nostra manavit: ex figura vero litterae A, demptis duobus imis cruribus, triangulum elicitur. Locus itaque hic de superiori ejus elementi parte, triangulum isosceles exhibente, intelligi potest, et legi ac verti in hunc modum: *Ἄκουε, διδάσκαλε, τὴν τοῦ πρώτου στοιχείου τάξιν, καὶ πρόςχες ὧδε πῶς ἔχει κανόνας καὶ μεσοχαρακτῆρας, οὓς ὅρα ξυνούς, διαβαίνοντας, συναγομένους, ὑψουμένους, χορεύοντας· λάβε περιόντας, τρισήμους, ὁμογενεῖς, ὑπάρχους τε, ζυγοστάτους, ἰσομέτρους· κανόνας ἔχεις τοῦ Α. Audi, magister, positionem primi elementi, et attende quomodo habeat canones* (seu lineas) *et dimidios characteres, quos inspice communes, permeantes, congregatos, surgentes, saltantes: accipe eos, qui supersunt, trilineos, homogeneos, et veluti principatum*

Audientibus autem multis dicit puer Zacchaeo: Audi, magister, positionem primi elementi, et attende huc, quomodo habeat regulas (lineas) et intus characteres, quos vide (quos vides) communes, (acutos,) divaricantes, conjunctos, erectos, (quasi) saltantes, * tribus signis constantes, homogeneos, *** ad libellam positos, aequalis mensurae. Has regulas habet littera A.**

---

tenentes, ad libellam positos et aequalis mensurae: canones habes litterae A. Verum ne quidquam dissimulem, fateor graecae litterae A omnes hasce notas aegre aptari; itaque aut auctorem ex aliquo alio libello, qui graece scriptus non fuerit, haec sumsisse suspicari licet, aut apocryphum hoc evangelium graece ab auctore ipso scriptum non fuisse, sed alia lingua. Utinam in hebraicam saltem litteram Aleph eae notae quadrarent: at neque recentiori ejus elementi formae, neque ulli ex vetustis apud Hebraeos vel Phoenices usitatis, quas viri perdocti Bianconus et Guignes exhibent, quadrant ad amussim. Multo magis sane in Armenorum litteram A, quam Graecorum aut Hebraeorum, illae conveniunt: quod ut clarius appareat, non inutile erit, haec ex Chardini Itinere Persico Tom. X. pag. 26. (secundum recentiorem edit. a Langlesio Paris. a. 1811. curatam Vol. IX. pag. 124.) exscribere: *Leurs légendes* (Christianorum in Persia) *contiennent — tous les contes qu'il y a dans les légendes des Chrétiens Orientaux, et notamment dans une légende Arménienne, intitulée l'Evangile enfant* (sine dubio *l' evangile de l' enfance*), *qui n'est qu'un tissu des miracles fabuleux; comme entre autres que Jésus Christ, voyant Joseph fort affligé d' avoir scié un ais de cèdre trop court, il lui dit: pourquoi êtes vous si affligé? donnez-moi l' ais par un bout, et tirez l' autre, et il s' alongera. Qu' étant envoyé a l' école pour apprendre l' a b c, le maître lui voulant faire dire a, il s' arrêta, et dit au maître: apprenez-moi au paravant, pourquoi la première lettre de l' alphabeth est ainsi faite. Surquoi le maître le traitant de petit babillard, il repondit, je ne dirai point a, que vous ne me disiez, pourquoi la première lettre est ainsi faite. Le maître se mettant en colere, Jesus lui dit, je vous l' apprendrai donc moi. La première lettre de l' alphabeth est formée des trois lignes perpendiculaires sur une ligne diamétrale (l' a Armenien est ainsi fait à peu près*

CAPVT VII.

Ὡς δὲ ἤκουσεν ὁ διδάσκαλος Ζακχαῖος τὰς τοσαύτας καὶ τοιαύτας ἀλληγορίας τοῦ πρώτου γράμματος εἰρηκότος τοῦ παιδὸς, ἠπόρησεν ἐπὶ τοσαύτην ἀπολογίαν καὶ διδασκαλίαν αὐτοῦ, καὶ εἶπε τοῖς παροῦσιν· Οἴμοι, ἠπορήθην ὁ τάλας ἐγὼ, ἐμαυτῷ αἰσχύνην παρέχων, ἐπισπασάμενος τὸ παιδίον τοῦτο· ἆρον αὐτὸ, παρακαλῶ σε, ἀδελφὲ Ἰωσήφ·

---

comme une m renversée) pour nous apprendre, que le commencement de toutes choses est une essence en trois personnes. Praeterea Mingarellius memorat, Tibetanos quoque Xacam suum ab infantia, atque adeo a matris utero, rerum omnium cognitione praeditum fuisse comminisci. *Accito magistro*, (sic refert Georgius in Alphab. Tibet. praef. pag. 34.) *qui puero* (Xacae) *prima litterarum elementa demonstraret, age, inquit, si qua habes reconditiora profer. Tum quingenta alphabeta inter se diversa proferenti, et ea sibi notissima esse ostendit, et novas ipse litterarum formas praeceptori obstupescenti revelavit.* Opinatur autem Georgius in Xaca, celeberrimo illo numine seu monstro potius scelestissimo latere Manetem, cujus notitia Tibetanis facta ex India; omniaque quae isti credant de Xaca, aut Manetem ipsum de se, aut discipulos de ipso dixisse. — Jam ut, quid nobis videatur de his Mingarellii studiis, breviter dicamus, minime censemus locum restitutum et illustratum esse; id quod vir doctus ipse sensit. Ut enim taceamus conjecturas illas λάβε περιόντας et ὑπάρχους τε prorsus improbabiles, Latina quam Mingarellius dedit interpretatio constat verbis sine sensu, quorum plura Graecis ne respondent quidem. Neque hoc auctor ipse innuit, se figuram primae litterae referre ad illud trinitatis emblema; quod tamen sumi potest, si ab inepto monacho illa verba assuta esse statuas. Nam Marcosiorum de pueritia Christi libellus referente Irenaeo adv. haer. I, 20. haec tantum continuit: προςπαραλαμβάνουσι δὲ εἰς τοῦτο κακεῖνο τὸ ῥᾳδιούργημα, ὡς τοῦ κυρίου παιδὸς ὄντος καὶ γράμματα μανθάνοντος, καὶ τοῦ διδασκάλου αὐτῷ φήσαντος, καθὼς ἔθος ἐστὶν, εἰπὲ ἄλφα, ἀποκρίνασθαι τὸ ἄλφα. Πάλιν τε τὸ βῆτα τοῦ διδασκάλου κελεύσαντος εἰπεῖν, ἀποκρίνασθαι τὸν κύριον· Σύ μοι πρότερον εἰπὲ, τί ἐστι

CAPVT VII.

Ut audivit autem magister Zacchaeus tantas ac tales primae litterae allegorias dicentem puerum, haesitavit ad tantam apologiam et doctrinam ejus, et dixit his, qui aderant: Heu mihi, in angustias redactus sum miser ego, mihimet ipsi dedecus comparans, attrahendo (ad me) puerum hunc: tolle illum, obsecro te, Josephe frater: non

---

τὸ ἄλφα, καὶ τότε σοι ἐρῶ, τί ἐστι τὸ βῆτα. Καὶ τοῦτο ἐξηγοῦνται, ὡς αὐτοῦ μόνου τὸ ἄγνωστον ἐπισταμένου, ὃ ἐφανέρωσεν ἐν τῷ τύπῳ τοῦ ἄλφα. Proxime ad nostrum locum accedunt, quae in Evang. Lat. cap. XLVI. leguntur: *Et coepit Jesus singularum litterarum nomina interrogare dicens: Dic mihi, magister legis, prima littera quare habet triangulos multos giaceratos, subacutos, mediatos, productos, obductos, erectos, stratos, confractos vel crucifixos.* Attamen non ita cum verbis Graecis ista concinnunt, ut emendationi eorum inservire queant. Id unum ex utrorumque comparatione colligas, pro ξυνοὺς legendum esse ξυντοὺς *acutos*, de qua voce vid. Gloss. med. et inf. Graec. Ceterum nos censemus describi usitatam litterae A figuram, quemadmodum apud Athenaeum Deipnosoph. lib. X. pag. 454. ed. Casaub. Euripides, Agathon et Theodectes litteras nominis Thesei designant, ubi *H* depingitur a Theodecte his verbis: Ἔπειτα δύο οἱ κανόνες ἰσόμετροι πάνυ· Τούτους δὲ πλάγιος διὰ μέσου συνδεῖ κανών. In Latina interpretatione, quam supra dedimus, voces βάλε φεγγιοῦντας et ὑπαρπουχθὲ omisimus, et οὓς ὁρᾷς legi, atque Τούτους ante κανόνας suppleri posse indicavimus.

Cap. VII. ἠπόρησεν) Dresd. vitiose ἠπώρησεν. Dicitur Zacchaeus animo conturbatus obstupuisse de pueri defensione ejusque doctrina, id est, de admirandis doctrinae speciminibus a puero exhibitis. Si velis αὐτοῦ pro αὑτοῦ positum putare in hac orationis barbarie, aptior erit verborum sensus hic, Zacchaeum dubitavisse vel potius desperavisse de tali, qua opus esset, doctrinae suae defensione. Similem verbi ἀπορεῖν vel ἀπορεῖσθαι constructionem cum praep. εἰς habes Act. XXV, 20. — αἰσχύνην) Codd. αἰσχύνης. In iisdem scriptum ἐπισπασμένος, quod aut ἐπεσπασμένος, aut ἐπισπασάμενος corrigendum. Aori-

οὐ φέρω τὸ αὐστηρὸν τοῦ βλέμματος αὐτοῦ, οὐ τρανῶ τὸν λόγον ἅπαξ· τοῦτο τὸ παιδίον γηγενὴς οὐκ ἔστι, τοῦτο δύναται καὶ πῦρ δαμάσαι· τάχα τοῦτο πρὸ τῆς κοσμοποιΐας ἐστὶ γεγεννημένον· ποία γαστὴρ τοῦτο ἐβάστασε, ποία δὲ μήτρα τοῦτο ἐξέθρεψεν, ἐγὼ ἀγνοῶ. Οἴμοι, φίλε, ἐξήχει με, οὐ παρακολουθήσω τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ· ἠπάτησα ἐμαυτὸν, ὁ τρισάθλιος ἐγώ· ἠγωνιζόμην ἔχειν μαθητὴν, καὶ εὑρέθην ἔχειν διδάσκαλον· ἐνθυμοῦμαι, φίλοι, τὴν αἰσχύνην, ὅτι (ὃς) γέρων ὑπάρχει, ὑπὸ παιδίου ἐνικήθη· καὶ ἔχω ἐκκακῆσαι καὶ ἀποθανεῖν διὰ τούτου τοῦ παιδός· οὐ δύναμαι γὰρ ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ βλέψαι εἰς τὴν ὄψιν αὐτοῦ. Καὶ πάντων εἰπόντων, ὅτι ἐνικήθην ὑπὸ παιδίου μικροῦ, τί ἔχω εἰπεῖν; καὶ τί διηγήσασθαι περὶ ὧν μοι εἶπε κανόνων τοῦ πρώτου στοιχείου; Ἀγνοῶ, ὦ φίλοι· οὐ γὰρ ἀρχὴν καὶ τέλος αὐτοῦ (οὐ) γινώσκω. Τοιγαροῦν ἀξιῶ σε, ἀδελφὲ Ἰωσὴφ, ἀπάγαγε αὐτὸν εἰς τὸν οἶκόν σου· τοῦτό τι ποτε μέγα ἐστὶν, ἢ θεὸς, ἢ ἄγγελος, ἢ τί εἴπω, οὐκ οἶδα.

---

sti formam usitatiorem nos in textu posuimus. — *οὐ τρανῶ*) Mingarellio legendum videtur *οὗ* vel *περὶ οὗ τρανῶ τὸν λόγον ἅπαξ*, *de quo semel dicam quid sentiam.* Contextus non favet huic conjecturae, neque locus parallelus evang. inf. lat. cap. XXXII. ubi haec ait Zacchaeus: *Precor te valde, frater, tolle eum a me, quia ego non possum intueri in faciem ejus, nec audire gravitatem sermonum ejus* sqq. Inde potius conjicias scribendum esse *οὐδὲ τρανὸν* hoc sensu: *ferre non possum severitatem obtutus ejus, neque disertum (gravem) sermonem ejus, ne semel quidem.* Usum vv. *τρανὸς* et *τρανόω* illustrant loci a Stephano in Thes. linguae gr. tom. III. pag. 1319. sq. laudati. — *γηγενὴς οὐκ ἔστι*,) Sic cod. Dresd. In Bonon. legitur *ἦν*. Mingarellii emendatione *γηγενὲς* opus non est. Ad sequentia verba *ποία δὲ μήτρα τοῦτο ἐξέθρεψεν* conf. Protev. Jacobi cap. III. *Ποία δὲ μήτρα ἐξέφυσέ με;* ubi Paris. B. *ἐξέθρεψε.* — *ἐξήχει με*,) Mingarellius falso haec interpretatus est: *doce me.* Verbum *ἐξηχεῖν* non significat idem, quod *κατηχεῖν*. Apud Paulum

possum ferre severitatem obtutus illius, neque semel declarare sermonem ejus: hic puer in terra natus non est, hic vel ignem perdomare potest: hic fortasse, antequam mundus fieret, genitus est: quinam venter eum portarit, et quinam uterus eum nutrierit, ego ignoro. Heu mihi, amice, doce me, non sequar mentem ejus: decepi me ipsum miserrimus ego: conatus sum discipulum habere, et inveni me habere praeceptorem: video, amici, probrum meum, quod quum sim senex, a puerulo victus fui: et despondebo animum et moriar ob hunc puerum: neque enim hac hora oculos ejus intueri possum. Et quum omnes dixerint, me a parvo puello victum esse, quid possum dicere? et quid disserere de canonibus seu lineis primi elementi, de quibus mihi locutus est? Ignoro, amici: nam initium et finem ejus non novi. Itaque rogo te, Josephe frater, educ illum in domum tuam: iste magnum quiddam est, aut deus, aut angelus, aut quid dicam, nescio.

---

in ep. I. ad Thessal. I, 8. ἐξήχηται (i. q. ἐξήχησεν Joel. III, 14.) *ὁ λόγος τοῦ κυρίου* proprie est *personuit* (percrebruit) *Christi doctrina.* Hesych. ἐξήχηται· ἐξῆλθεν, ἐκηρύχθη. Quod vero Mingarellius dicit pro ἐξήχει με scribi posse ἐξηχεῖ με *obstrepit mihi*, id nescio, quid sibi velit. Recentioribus Graecis dicitur ἔξηχος *amens*, *stultus.* Vid. du Fresne Gloss. med. et inf. Graec. s. h. v. Inde fortasse verbum derivatum ἐξηχεῖν hoc significatu *amentem reddere;* quem si nostro loco adhibeas, bene haec cum proxime sequentibus concinent. *Amentem me reddit*, ait Zacchaeus, *puer ille; non sequar mentem ejus*, id est, *non inquiram in mentem ejus*, vel *non assequar mentem ejus.* Evang. inf. lat. sic querentem facit magistrum: *O amici mei, dimissus sum in mentem meam, illusus sum ego miser.* — ὅτι (ὃς) γέρων ὑπάρχει, ὑπὸ παιδίου ἐνικήθη·) Pronomen uncis inclusum nos inseruimus. Mingarellius haec vertit, ac si scriptum esset ὅτι γέρων ὑπάρχων ὑπὸ παιδίου ἐνικήθην. — διὰ τούτου τοῦ παιδός·) Bonon. vitiose τοῦτο. Pro seq. βλέψαι Dresd. habet ἐμβλέψαι.

CAPVT VIII.

Τῶν δὲ Ἰουδαίων παραινούντων τῷ Ζακχαίῳ, ἐγέλασε τὸ παιδίον μέγα, καὶ εἶπεν· Νῦν καρποφορείτωσαν τὰ σὰ, καὶ βλεπέτωσαν οἱ τυφλοὶ τῇ καρδίᾳ· ἐγὼ ἄνωθεν πάρειμι, ἵνα αὐτοὺς καταράσωμαι, καὶ εἰς τὰ ἄνω καλέσω, καθὰ διετάξατο ὁ ἀποστείλας με δι' ὑμᾶς. Καὶ ὡς τὸ παιδίον κατέπαυσε τὸν λόγον, εὐθέως ἐσώθησαν οἱ πάντες οἱ ὑπὸ τὴν κατάραν αὐτοῦ πεσόντες. Καὶ οὐδεὶς ἀπὸ τότε ἐτόλμα παροργίσαι αὐτὶν, ὅπως μὴ καταράσηται αὐτὸν, καὶ ἔσται ἀνάπηρος.

CAPVT IX.

Καὶ μεθ' ἡμέρας δέ τινας ἔπαιξεν ὁ Ἰησοῦς ἔν τινι δώματι ἐν ὑπερῴῳ, καὶ ἓν τῶν παιδίων τῶν παιζόντων μετ'

Cap. VIII. *παραινούντων τῷ Ζακχαίῳ,*) Mingarellius haec Latine reddidit: *Quum vero Judaei Zacchaeum probro afficerent*, legendum suspicans *παροινούντων. Παροινεῖν* est *ex ebrietate petulantem esse erga alios*, veluti apud Xenoph. de exped. Cyri V, 8. 4. In ejusdem Sympos. VI, 2. *παροινία* explicatur *τὸ παρ' οἶνον λυπεῖν τοὺς συνόντας.* Significatu latiori *παροινεῖν* dicuntur, *qui insolenter agunt*, vel *insolenter tractant alios, injuria afficiunt.* Vid. Suicerum in Thes. eccles. et Schleusnerum in Lex. N. T. s. v. *πάροινος.* Nullum vero exemplum inveni verbi hujus cum dativo constructi. Plerisque locis praepos. *εἰς* sequitur, raro accusativus. Sic Theodoretus Comment. in Amosi cap. V. Tom. II. pag. 1431. Opp. edit. Hal. *τοὺς πενίᾳ κατεχομένους καὶ χειρὶ καὶ γλώττῃ παροινοῦντες διετελεῖτε.* Inde saepius in ejusdem scriptis legitur *παροινεῖσθαι* passive. Tom. I. pag. 356. II, 1367. IV, 948. Hal. edit. Parum igitur probabilis illa Mingarellii conjectura. Neque videtur necessaria. Usitatum enim est *παραινεῖν τί τινι*, conf. Aeschinis dial. II. cap. 13. Eurip. Phoen. v. 470. edit. Porson. Quid suaserint Judaei Zacchaeo, auctor non indicavit. Narrat modo Judaeos Zacchaeum animo afflictum consiliis suis studuisse erigere. Evang. Lat. cap.

CAPVT VIII.

Quum vero Judaei Zacchaeo consilia darent, risit magnopere puerulus, et dixit: Nunc tua fructum ferant, et caeci corde videant: ego superne adsum, ut iis maledicam, et ad superiora eos vocem, sicut praecepit qui misit me propter vos. Quumque puer sermonem absolvisset, statim salvi facti sunt omnes, qui sub ejus maledictione ceciderant. Et nemo ex eo tempore audebat eum ad iracundiam provocare, ne malediceretur ab eo et mutilus fieret.

CAPVT IX.

Post aliquot vero dies ludebat Jesus in solario aliquo, superiori aedium parte, et unus ex pueris, qui cum eo

---

XXXII. *Tunc Jesus laeto vultu subridens de eo, dixit cum imperio cunctis filiis istum adstantibus et audientibus: Fructificent infructuosi, et non videntes videant* sqq. Discedunt haec a Graeco textu, ut de scriptura ejusdem quaerenti vix quidquam prodesse queant. — *Νῦν καρποφορείτωσαν τὰ σὰ*,) Sensus verborum istorum videtur esse hic: *Nunc quae tu, deus, mihi exsequenda mandavisti opera id efficiant, ut homines mente occoeati veritatis luce illustrentur, meque, quis sim, cognoscant. Ego enim de coelo veni, ut homines maledicendo ipsis (diris et suppliciis) ad rerum coelestium meditationem quasi cogam, prouti praecepit qui me vestrae salutis causa misit.* Nempe quod cap. V. de hominibus Christo jubente coecis factis traditum est, id h. l. docetur peractum esse salubri consilio. — *καταράσωμαι*,) Codd. *καταράσσομαι*. Iidem infra *καταράσσεται* pro *καταράσηται*, ubi non debebat Mingarellius dubitare, utrum hoc, an *καταῤῥάσσῃ* restitueret. Fortasse utroque loco futurum retinendum, ut tantummodo vitium duplicatae literae *σ* corrigatur. — *παροργίσαι*) Codd. *παροργῆσαι*.

Cap. IX. *ἔν τινι δώματι ἐν ὑπερῴῳ*,) Cod. Dresd. *τόπῳ* ante *δώματι* insertum habet, sed in litura. Mingarellius

αὐτοῦ πεσὸν ἀπὸ τοῦ δώματος κάτω ἀπέθανε, καὶ ἰδόντα ἄλλα παιδία ἔφυγον, καὶ κατέβη ὁ Ἰησοῦς μόνος. Καὶ ἐλθόντες οἱ γονεῖς τοῦ παιδίου, ἤγουν τοῦ τεθνεῶτος, ἐνεκάλουν ὡς αὐτὸν καταβληθέντα αὐτόν· ἐκεῖνοι δὲ ἐπηρέαζον αὐτόν. Κατεπήδησεν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τοῦ στέγους, καὶ ἔστη παρὰ τὸ πτῶμα τοῦ παιδίου, καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν· Ζῆνον· (οὕτω γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκαλεῖτο·) ἀναστὰς εἰπέ μοι, ἐγώ σε κατέβαλον; Καὶ ἀναστὰς παραχρῆμα εἶπεν· Οὐχὶ, κύριε, οὐ κατέβαλες, ἀλλὰ ἀνέστησας. Καὶ ἰδόντες ἐξεπλάγησαν. Οἱ δὲ γονεῖς τοῦ παιδίου ἐδόξασαν τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι σημείῳ, καὶ προςεκύνησαν τῷ Ἰησοῦ.

---

falso vertit *in quadam domo in parte superiori*, et seqq. ἀπὸ τοῦ δώματος *ex domo*. Haud dubie δῶμα utroque loco est *solarium, tectum planum*; quo significatu hanc vocem apud interpretes V. T. et scriptores N. T. saepius legi constat. Infra idem dicitur στέγος. Quod vero additum est ἐν ὑπερῴῳ, id ab indocto γλωσσογράφῳ, vel ab ipso auctore positum videtur, ut lectores de superiore aedium parte cogitarent. Proprie enim differunt δῶμα et ὑπερῷον. Sic 2 Regg. XXIII, 12. καὶ τὰ θυσιαστήρια τὰ ἐπὶ τοῦ δώματος τοῦ ὑπερῴου. Ibi δῶμα respondet hebr. גַּג, et ὑπερῷον hebr. עֲלִיָּה, quod est *coenaculum, conclave superius*. Cf. Strodtmannus Sylloge I. different. gr. §. 28. in Novis Miscell. Lips. Vol. VII. pag. 678. — καὶ ἰδόντα ἄλλα παιδία) Dresd. καὶ ἰδὼν τὰ ἄλλα π. Fortasse scribendum καὶ ἰδόντα τὰ ἄλλα π. Seq. καὶ κατέβη corruptum puto. Etenim paulo infra legitur, Jesum καταπηδῆσαι ἀπὸ τοῦ στέγους. Accedit quod in Evang. Lat. cap. XXXIII. Graecis nostris respondent haec: *Et cum vidissent hoc infantes, omnes fugerunt: Jesus autem remansit solus in domo illa.* Facilis est emendatio κατέστη vel κατέμεινεν. — τοῦ παιδίου, ἤγουν τοῦ τεθνεῶτος,) Dresd. om. τοῦ παιδίου, ἤγουν. Antea uterque cod. ἐλθόντα pro ἐλθόντες. — ἐνεκάλουν,) Bonon. ἐνεγκάλουν, uti supra cap. III. In seqq. ὡς αὐτὸν καταβληθέντα αὐτόν plura verba excidisse suspicor; nisi forte futilissimus scriptor haec intelligi voluit, ac si scriptum esset: ἐνεκάλουν αὐτῷ (τῷ Ἰησοῦ) ὡς καταβαλόντι

ludebant, a tecto deorsum cadens mortuus est, et reliqui pueri hoc videntes fugerunt, et descendit Jesus solus. Cumque venissent parentes pueri ejus, qui obierat, incusabant illum deorsum dejecisse puerum, ipsique eum insectabantur. Desiliit Jesus a tecto, et stetit ad cadaver pueri, et clamavit voce magna, et dixit: Zeno, (hoc enim erat illi nomen,) surge et dic mihi, num ego te dejeci? Et surgens statim dixit: Minime, domine, non me dejecisti, sed resuscitasti. Et qui viderunt, obstupefacti sunt. Parentes autem pueri glorificaverunt deum propter miraculum, quod factum erat, et adoraverunt Jesum.

αὐτό. (τὸ παιδίον.) Verbum *ἐγκαλεῖν* etiam supra cap. III. cum accusativo personae constructum. Illam vero suspicionem confirmare possit seq. *ἐκεῖνοι δὲ*, et collatio Evang. Lat. ubi haec leguntur: *Et cum venissent parentes illius infantis, qui mortuus fuerat, dicebant adversus Jesum: Vere tu illum ruere fecisti. Jesus autem dixit: Ego nunquam eum ruere feci. Ipsi vero insidiabantur adversus Jesum* — *ἐπηρέαζον)* Bonon. *ἐπειρεάζοντο.* Dresd. *ἐπειρέαζον.* — *ἀπὸ τοῦ στέγους)* Bonon. *ἀπὸ τοῦ στέατος.* Dresd. *ἀπὸ τοῦ στέγου*, quod *στέγους* vel *στεγνοῦ* scribendum. Mingarellius scripturam cod. Bonon. interpretatur: *Desiliit Jesus propter adipem.* Quid vero haec sibi velint, nescire se fatetur. — *οὐ κατέβαλες)* Codd. *κατέβαλας* ex usu Graecorum recentiorum. Dresd. *ἀλλ'* pro *ἀλλὰ.* — *ἐπὶ τῷ γεγονότι σημείῳ,)* Codd. *ἐπὶ τὸ γεγονότι σημεῖον.*

CAPVT X.

Μετ' ὀλίγας ἡμέρας σχίζων τις ξύλα ἐν τῇ γωνίᾳ νεώτερος, καὶ ἔπεσεν ἡ ἀξίνη, καὶ διέσχισε τὴν βάσιν τοῦ ποδὸς αὐτοῦ, καὶ ἔξαιμος γενόμενος ἀπέθνησκεν. Θορύβου δὲ γενομένου καὶ συνδρομῆς, ἔδραμε καὶ τὸ παιδίον ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖ· καὶ βιασάμενος διῆλθε τὸν ὄχλον, καὶ ἐκράτησε τοῦ νεανίσκου τὸν πεπληγότα πόδα, καὶ εὐθέως ἰάθη. Εἶπε δὲ τῷ νεανίσκῳ· Ἀνάστα νῦν, σχίζε τὰ ξύλα, καὶ μνημόνευέ μου. Ὁ δὲ ὄχλος, ἰδὼν τὸ γεγονὸς, προσεκύνησαν τὸ παιδίον, λέγοντες· Ἀληθῶς πνεῦμα θεοῦ ἐνοικεῖ ἐν τῷ παιδίῳ τούτῳ.

CAPVT XI.

Ὄντος δὲ αὐτοῦ ἑξαετοῦς, πέμπει αὐτὸν ἡ μητὴρ αὐτοῦ ὕδωρ ἀντλῆσαι καὶ φέρειν ἐν τῷ οἴκῳ, δεδωκυῖα αὐτῷ ὑδρίαν· ἐν δὲ τῷ ὄχλῳ συγκρούσας, ἡ ὑδρία ἐῤῥάγη. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἁπλώσας τὸ παλίον, ὅπερ ἦν βεβλημένος, ἐγέ-

---

Cap. X. *ἐν τῇ γωνίᾳ*) Codd. *γονίᾳ.* Evang. Lat. cap. XXXIV. *in vico* haec accidisse refert. — *καὶ ἔπεσεν*) Dresd. om. *καί.* Fortasse scriptum fuit *σχίζοντος - νεωτέρου.* — *ἔξαιμος*) Codd. *ἐξ αἵματος.* — *τὸ παιδίον ὁ Ἰησοῦς*) Dresd. om. articulum *ὁ.* — *τὸν πεπληγότα πόδα*,) Codd. *πόδαν.* In vers. Alex. 2 Sam. IV, 4. et IX, 3. *πεπληγὼς τοὺς πόδας.* Cf. Prov. VII, 23. et XXIII, 32. — *τῷ νεανίσκῳ*) Bonon. *τὸ νεανίσκον.* Dresd. *τὸν νεανίσκον.* Pro seq. *Ἀνάστα* Mingarellius legi vult *Ἀναστάς.* — *προσεκύνησαν — τούτῳ.*) Sic edidimus e cod. Dresd. In Bonon. haec tantum inveniuntur *καὶ προσεκύνησαν τὸ παιδίον τοῦτο.* Evang. Lat. l. l. *Cum autem vidisset turba signa, quae fecit dominus, adoraverunt deum* (fort. eum), *et dixerunt: Vere certissimus deus est.*

Cap. XI. *πέμπει αὐτὸν*) Bonon. inserit *δὲ*, quod Dresd. recte om. — *δεδωκυῖα*) Codd. *δεδωκώς.* Pro seq. *συγκρούσας*

CAPVT X.

Post paucos dies adolescens quidam ligna findebat in angulo, et cecidit securis, et discidit basin pedis ejus, et factus exsanguis mortuus est. Quum vero tumultus et concursus factus esset, illuc cucurrit etiam puer Jesus, et vim faciendo permeavit turbam, et apprehendit pedem sauciatum adolescentuli, et statim sanatus est. Dixit autem adolescentulo: Surge nunc, finde ligna, et memento mei. Turba vero quum vidisset quod contigerat, puerum hunc adoraverunt dicentes: Vere spiritus dei habitat in hoc puero.

CAPVT XI.

Quum vero ipse sexennis esset, misit eum mater ejus ad hauriendam aquam, quam ferret domum, dans illi hydriam: quumque in turba collisa esset hydria, fracta est. Jesus autem expandit pallium, quo indutus

---

scribendum censeo *συγκρούσασα.* Saepius hoc verbum neutraliter accipitur. *In turba hominum* (ad puteum congregatorum) *hydria illisa* (alicubi) *fracta est.* Evang. Lat. cap. XXXV. *Et cum venisset ad puteum, erat ibi turba plurima puerorum, et fregerunt hydriam ejus.* Conf. Evang. Arab. cap. XLV. — *τὸ παλλίον, ὅπερ ἦν βεβλημένος,*) Bonon. vitiose *ὄνπερ ἦν βεβλημένου.* Mingarellius haec correxit, uti nos ex auctoritate cod. Dresd. in textum recepimus. Praeterea idem monet, fortasse potius restituendum esse *ὅπερ ἦν ἐνδεδυμένος.* Sed recentiores Graeci utuntur phrasi *βάλλειν ἐσθῆτα* vel *ἱμάτιον.* Theophanes an. XIX. Mauricii: *οἱ δῆμοι, εὑρόντες ἄνδρα προσομοιοῦντα Μαυρικίῳ, καὶ βαλόντες αὐτῷ σαγίον μαῦρον* sqq. Vid. Gloss. med et inf. Graec. s. v. *βάλλειν.* *Τὸ παλίον* vel *τὸ παλλίον*, quae scriptura est usitatior, censetur inter voces, quas a Romanis Graeci serioris aevi adoptaverunt. Vid. Glossar. modo laudatum s. h. v. —

μισεν αὐτὸ ὕδατος, καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτοῦ. Ἰδοῦσα δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὸ γεγρνὸς σημεῖον, κατεφίλησεν αὐτὸν, καὶ διετήρει ἐν αὐτῇ τὰ μυστήρια, ἃ ἔβλεπεν αὐτὸν ποιοῦντα.

CAPVT XII.

Πάλιν δὲ ἐν καιρῷ τοῦ σπόρου ἐξῆλθε τὸ παιδίον μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἵνα σπείρῃ σῖτον εἰς τὴν χώραν αὐτῶν· καὶ ἐν τῷ σπείρειν τὸν πατέρα αὐτοῦ ἔσπειρε καὶ τὸ παιδίον (ὁ) Ἰησοῦς ἕνα κόκκον σίτου. Καὶ θερίσας καὶ ἀλωνίσας ἐποίησε κόρους ρ΄· καὶ καλέσας πάντας τοὺς πτωχοὺς τῆς κώμης εἰς τὴν ἅλωνα, ἐχαρίσατο αὐτοῖς τὸν σῖτον. Καὶ Ἰωσὴφ ἔφερε τὸ καταλειφθὲν τοῦ σίτου. Ἦν δὲ ἐτῶν η΄, ὅτε τοῦτο ἐποίησε τὸ σημεῖον.

ἐγέμισεν αὐτὸ ὕδατος,) Codd. ἐγέμησεν αὐτὸ ὕδωρ. — *κατεφίλησεν*) Dresd. κατεφίλει. — *καὶ διετήρει ἐν αὐτῇ*) In Dresd. praepositio supra lineam posita. Pro αὐτῇ primum αὐτὸν ibi scriptum fuit. Ceterum auctor hic imitatur Lucam II, 19. Ἡ δὲ Μαριὰμ πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς.

Cap. XII. *ἵνα σπείρῃ*) Codd. ἵνα σπείρει. Scriptori melioris notae ἵνα σπείροι restitueremus. — *τὸ παιδίον (ὁ) Ἰησοῦς*) Bonon. articulum, quem Dresd. supra lineam adscriptum habet, hic quoque om. — *κόκκον σίτου*) Dresd. κόκκον σίτον. Etiam reliquis duobus locis haec vox παροξύνεται in isto cod. — *καὶ ἀλωνίσας*) Bonon. καὶ ἀλονήσας. Dresd. καὶ ἀλονήσας. Mingarellius ἀλονήσας vel ἀλωνίσας scribi vult. Utrumque falsum. Verbum ἀλονεῖν non exstat. Alterum vero ἀλωνίζειν adspiratur. Significat id *in area versari*. Hesychio ἀλωνίζουσα est ἐν ἅλωσι διάγουσα. Quod Mingarellius interpretatur *in aream vehere*, nullo exemplo facit. Rectius nostroque loco accommodatius ἀλωνίζειν accipias significatu *triturandi*, *grana in area excutiendi*. Similiter ἀλωνοτριβεῖν, quod est juxta Suidam ἐπὶ τῆς ἅλωνος διατρίβειν, *in area degere*, interdum illo signi-

erat, idque implevit aqua, et tulit ad matrem suam. Videns autem mater ejus miraculum, quod factum erat, osculata est eum: et conservabat intra se mysteria, quae videbat eum facientem.

CAPUT XII.

Rursus autem sementis tempore exiit puer cum patre suo ad seminandum triticum in eorum regione: dumque pater ejus sereret, seminavit etiam puer Jesus unum tritici granum: et metens atque in aream vehens fecit centum coros. Et convocatis omnibus pagi pauperibus in aream dono eis dedit frumentum. Et Josephus tulit, quod reliquum fuit frumenti. Erat autem annorum octo, quum hoc miraculum patravit.

---

ficatu usurpatur. Conf. Longi Pastor. lib. III. cap. 21. ibique notata a Mollo. Cui minus probabile hoc videatur, is facile ἀλοήσας vel ἁλοήσας litera ν deleta rescribat. Est enim ἀλοᾷν τὸ ἐπὶ τῇ ἅλῳ πατεῖν καὶ τρίβειν τοὺς στάχυας secundum Ammonium de affin. vocab. differentia, ad quem vid. Valckenar. Stephanus in Thes. ling. gr. Tom. I. pag. 327. hoc verbum ubivis tenuari vult. — ἐποίησε κόρους ρ'.) Uterque cod. κάρους. Constat autem κόρον nomen esse maximae mensurae aridorum, ut farinae tritici 1 Regg. IV, 22., conveniens cum כֹּר Hebraeorum, quae continet modios triginta. Epiphanius de mensur. et ponder. pag. 540. ed. Basil. εἴληπται ὁ κόρος ἐκ τῆς ἑβραϊκῆς διαλέκτου, ὃς καλεῖται χόρ. εἰσὶ δὲ μόδιοι λ'. Semel in N. T. legitur Luc. XVI, 7. Saepius in Vers. Alex. V. T. respondet hebraicis כֹּר et חֹמֶר. Ποιεῖν h. l. est *colligere*. — εἰς τὴν ἅλωνα,) Codd. εἰς τὸν ἅλωνα. Pro seq. καταλειφθὲν Dresd. καταληφθὲν. — ἐποίησε) Bonon. ἐποίησας. Idem miraculum a Jesu puero patratum tradit Evang. Lat. cap. XXXVI.

CAPVT XIII.

Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ τέκτων ἦν, (καὶ) ἐποίει ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἄροτρα καὶ ζυγούς. Ἐπετάγη αὐτῷ κράββατος παρά τινος πλουσίου, ὅπως ποιήσῃ αὐτῷ. Τοῦ δὲ ἑνὸς κανόνος τοῦ καλουμένου ἐναλλάκτου μὴ ἔχοντος τί ποιῆσαι, εἶπε τὸ παιδίον ὁ Ἰησοῦς τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ Ἰωσήφ· Θὲς κάτω τὰ δύο ξύλα, καὶ ἐκ τοῦ μέσου μέρους ἰσοποίησον αὐτά. Καὶ ἐποίησεν Ἰωσήφ, καθὼς εἶπεν αὐτῷ τὸ παιδίον. Ἔστη δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους, καὶ ἐκράτησε τὸ κολοβώτερον ξύλον, καὶ ἐκτείνας αὐτὸ ἴσον ἐποίησε

Cap. XIII. τέκτων ἦν, (καὶ) ἐποίει) Codd. om. καὶ, quod nos interseruimus. Mingarellius ὢν pro ἦν volebat scribi. Sed infra καὶ εἶδεν — καὶ ἐθαύμασε pariter Bonon. om. alterum καί, quod Dresd. servavit. De Josepho, fabro lignario, vide quae attulimus ad Acta Thomae Vol. II. pag. 154. Nonnullos eundem pro fabro ferrario habuisse memoratum in Actis SS. Martii T. III. pag. 17. — ἐπετάγη) Codd. ἐπετάγει. Iidem ποιήσει. Quam barbara haec verborum constructio! — κανόνος τοῦ καλουμένου ἐναλλάκτου) *Retinui*, inquit Mingarellius, *vocem endllactum*, *sensum alii expiscabuntur*. Unum hoc observat, ἄλλακτον *baculum* seu *fustem* significare. At errare videtur vir doctus. Fortasse respexit ἀλλακτόν, quod Coelius Rhodiginus Antiq. Lect. lib. XVI. cap. 3. notat esse *lignum utrinque cavum*, *quo gestabantur onera*, *ita dictum a tralatione*, *quae fiebat a fatigatis de humero in humerum*. Vid. Stephanus in Thes. ling. gr. Tom. I. pag. 346. Recentiores lexicographi praetermittunt vocem istam, quam unde sumserit Coelius, non indicavit. Neque quidquam lucis capit obscurus locus ex illa observatione. Quaerenti autem de sensu ejusdem primum videndum est, quid significet κανών. Ex toto contextu facile conjicias, κανόνα dici *funem mensorium*, *fabrorum regulam*. Conf. Valckenar. ad Eurip. Hippol. v. 468. Sermo enim est de opere fabri lignarii perficiendo. Sed hoc significatu admisso singula quae proxime apponuntur verba, vix licet commode interpretari. Putaverim potius τὸν ἕνα κανόνα esse ἓν τῶν δύο ξύλων et quidem τὸ κολοβώτερον ξύλον, cum κανόνος et apud Latinos *regulae*

CAPVT XIII.

Pater autem ejus faber erat, et faciebat eo tempore aratra et juga. Et jussus est a divite quodam grabatum facere. Quumque una regula ejus, quod vocatur enallactum, (regula, quae vocatur commutabilis,) non posset utilis esse ad opus, dixit puer Jesus patri suo Josepho: Deorsum pone duo ligna, et ex media parte fac ea aequalia. Et fecit Josephus, sicut dixit ei puer. Stabat autem Jesus ex altera parte et apprehendit lignum, quod magis mutilum erat, et extendens ipsum alteri fecit aequale.

---

nomine notetur *quodvis lignum rectum, praecipue quo alia recta vel redduntur vel continentur.* Vid. Schneiderum in Lex. ling. gr. s. h. v. Talis autem *κανὼν* vocari potuit *ἐνάλλακτος commutabilis*, quatenus, ut ex sequentibus apparet, e duobus lignis aequalibus sive ejusdem mensurae, quae inter se permutari possent, lectus construeretur. Cum una e duabus regulis sive tabulis, quae vocantur commutabiles, haud utilis esset operi, quippe mensuram definitam non implens, jussisse refert auctor Jesum, ut Josephus utramque deorsum poneret, eumque tum illam breviorem manu apprehensam ad longitudinem alterius extendisse, et miro hoc modo defectum supplevisse. In hac explicatione si minus placeat sensus, quo verba *μὴ ἔχοντος τί ποιῆσαι* accipiuntur, possis corrigere *τοῦ δὲ ἑνὸς κανόνος, τοῦ καλουμένου ἐναλλάκτου, ὄντὸς κολοβωτέρου, μὴ ἔχοντες τί ποιῆσαι* sqq: *cum una regula, quae vocatur commutatoria, esset brevior* (altera), *neque scirent, quid facerent* sqq. De usu verbi *ἔχειν* cum infinitivis aoristi juncti apud Graecos recentiores conf. Glossar. med. et inf. Graec. s. v. *ἔχειν.* Rectius autem *ἔχοντές τι* vel *ἔχοντός τι* scribi videtur. Ceterum quod Judith. XIII, 8. *κανὼν κλίνης columna lecti* appellatur, id nescio an ad nostrum locum transferri possit, ut infra *τὰ δύο ξύλα duae lecti columnae*, ex quibus conopeum pendebat, intelligantur. — *ξύλα,*) Bonon. *ξύτα.* Idem paulo infra *ξύτον.* Verbum *ἰσοποιεῖν*, in Lexicis desideratur. Aequalia fecit Jesus ligna duo *ἐκ τοῦ μέσου μέρους*, quatenus mutilo alteri non agglutinavit segmentum ligni, sed illud quasi medium produxit ad justam longitudinem. — *Ἴσον ἐποίησε τοῦ*

τοῦ ἄλλου. *Καὶ εἶδεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ἰωσὴφ, καὶ ἐθαύμασε· καὶ περιλαβὼν τὸ παιδίον κατεφίλησε λέγων· Μακάριός εἰμι, ὅτι τὸ παιδίον τοῦτο δέδωκέ μοι ὁ θεός.*

CAPVT XIV.

Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰωσὴφ τὸν νοῦν τοῦ παιδίου καὶ τὴν ἡλικιότητα, ὅτι ἀκμάζει, πάλιν ἐβουλεύσατο μὴ εἶναι αὐτὸ ἄπειρον τῶν γραμμάτων· καὶ ἀπαγαγὼν αὐτὸ παρέδωκεν ἑτέρῳ διδασκάλῳ. Εἶπε δὲ ὁ διδάσκαλος τῷ Ἰωσήφ· Πρῶτον παιδεύσαι αὐτὸ τὰ ἑλληνικὰ, ἔπειτα τὰ ἑβραϊκά. Οἶδε γὰρ ὁ διδάσκαλος τὴν πεῖραν τοῦ παιδίου, καὶ ἐφοβήθη αὐτό· ὅμως γράψας τὸν ἀλφάβητον ἐπετήδευεν αὐτὸ ἐπὶ πολλὴν ὥραν, καὶ οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτῷ. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Εἰ ὄντως διδάσκαλος εἶ, καὶ εἰ οἶδας καλῶς τὰ γράμματα, εἰπέ μοι τοῦ ἄλφα τὴν δύναμιν, κἀγώ σοι ἐρῶ τὴν τοῦ βῆτα. Πικρανθεὶς δὲ ὁ διδάσκαλος ἔκρουσεν αὐτοῦ εἰς τὴν κεφαλήν. Τὸ δὲ παιδίον πονέσαν κατηράσατο αὐτόν· καὶ εὐθέως ἐλιποθύμησε καὶ ἔπεσε χαμαὶ ἐπὶ πρόςωπον. Ἀπεστράφη δὲ τὸ παιδίον εἰς τὸν οἶκον Ἰωσήφ. Ἰωσὴφ δὲ ἐλυπήθη, καὶ παρήγγειλε τῇ μητρὶ αὐτοῦ· Ὅπως

ἄλλου.) Bonon. vitiose *αὐτοῦ ἄλλου*, quorum loco Mingarellius reponere volebat *αὐτὸ ἄλλῳ*. Nos secuti sumus Dresd. — *καὶ ἐθαύμασε·*) Bonon. om. *καί*. — *κατεφίλησε*) Dresd. *κατεφίλει*, uti cap. XI.

Cap. XIV. *τοῦ παιδίου*) Dresd. *παιδός*. Idem infra *τὴν πεῖραν τοῦ παιδός*. Vox *ἡλικιότης* non notatur in Lexicis pro *ἡλικία*. — *παρέδωκεν*) Codd. *παρέδωκαν*. Iidem pro seq. *Οἶδε* habent *Ἴδει*. *Τὴν πεῖραν τοῦ παιδίου* dicit auctor *peritiam pueri*; quo significatu vox *πεῖρα* raro invenitur. Thom. M. *πεῖρα· ἡ ἐπιστήμη, ἡ ἐμπειρία, καὶ ἡ μετοχὴ καὶ ἀπόλαυσις*. Gloss. Vet. *πεῖρα, experimentum, documentum, peritia*. Conf. Irmischius ad Herodian. I, 8. 10. pag. 299. — *ὅμως*) Bonon. *ὅπως*, pro quo

Et vidit pater ejus Josephus et miratus est, et amplexus puerum osculatus est dicens: Felix sum, quia hunc puerum dedit mihi dominus.

CAPVT XIV.

Videns autem Josephus mentem pueri et aetatem, nam adolescebat, statuit (curavit) rursus, ut non esset litterarum expers: et educens eum tradidit alteri praeceptori. Dixit autem praeceptor Josepho: Primum docebo eum graeca, deinde hebraica. Noverat enim magister peritiam pueri, et timuit eum: attamen scribens alphabetum exercuit illum ad longam horam, et non respondit ei. (is.) Dixit autem illi Jesus: Si vere magister es, ac si recte litteras nosti, dic mihi vim litterae alpha, et ego tibi dicam vim litterae beta. Exacerbatus autem magister pulsavit et percussit eum in capite. Puer autem moleste ferens maledixit ei, et statim exanimis humi procidit in faciem. Reversusque est puer in domum Josephi. Josephus autem moerore affectus

---

Mingarellius reponere volebat ὅσπερ. Seq. τὸν ἀλφάβητον rectius τὸ ἀλφάβητον scribitur. — ἐπετήδευεν αὐτὸ) Sic Mingarellius emendavit vitiosam codd. scripturam ἐπετήχευεν αὐτὸ. Alibi vix reperias ἐπιτηδεύειν τινά *exercere* vel *docere aliquem*; quanquam apud Xenoph. de Cyri discipl. I, 6. 40. ἐπιτηδεύεσθαι est *exerceri*, *instrui*. Ibi enim κύνες ἐπιτετηδευμέναι πρὸς τὸ κατὰ πόδας αἱρεῖν. Nobis in mentem venerat ἐπέτυχεν vel ἐνέτυχεν αὐτῷ *locutus est cum eo*, propter seqq. καὶ οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτῷ. (fortasse αὐτό sc. τὸ παιδίον.) — τὴν τοῦ βῆτα.) Dresd. male om. τοῦ. — παιδίον πονέσαν) Codd. πονέσας. Mingarellius interpretari haec debebat: *Puer autem dolore affectus*. — ἐλιποθύμησε) Codd. ἐλυποθύμησε, quod Mingarellius incorrectum reliquit. Pro seq. Ἀπεστράφη codd. Ἀπεστράφην. Fortasse repo-

ἔξω τῆς θύρας μὴ ἀπολύσεις αὐτὸν, διότι ἀποθνήσκουσιν οἱ παροργίζοντες αὐτόν.

CAPVT XV.

Μετὰ δὲ χρόνον τινὰ ἕτερος πάλιν καθηγητὴς, γνήσιος φίλος ὢν τοῦ Ἰωσὴφ, εἶπεν αὐτῷ· Ἄγαγέ μοι τὸ παιδίον εἰς τὸ παιδευτήριον· ἴσως ἂν δυνηθῶ ἐγὼ μετὰ κολακίας διδάξαι αὐτὸ τὰ γράμματα. Καὶ εἶπεν Ἰωσήφ· Εἰ θαῤῥεῖς, ἀδελφὲ, ἐπᾶρον αὐτὸ μετὰ σεαυτοῦ. Καὶ λαβὼν αὐτὸ μετ᾽ αὐτοῦ μετὰ φόβου καὶ ἀγῶνος πολλοῦ· τὸ δὲ παιδίον ἡδέως ἐπορεύετο. Καὶ εἰςελθὼν θρασὺς εἰς τὸ διδασκαλεῖον εὗρε βιβλίον κείμενον ἐν τῷ ἀναλογίῳ, καὶ λαβὼν αὐτὸ οὐκ ἀνεγίνωσκε τὰ γράμματα τὰ ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐλάλει πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἐδίδασκε τὸν νόμον τοὺς περιεστῶτας. Ὄχλος δὲ πολὺς συνελθόντες παρεστήκεισαν ἀκούοντες αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμαζον ἐν τῇ ὡραιότητι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ καὶ τῇ ἑτοιμασίᾳ τῶν λόγων αὐτοῦ, ὅτι νήπιον ὢν τοιαῦτα φθέγγεται. Ἀκούσας δὲ Ἰωσὴφ ἐφοβή-

---

nendum Ἀνεστράφη. — ἀπολύσεις) In Dresd. incertum, futurum scriptum sit an ἀπολύσῃς.

Cap. XV. φίλος ὢν) Codd. φίλος ἦν. Sequenti voci κολακίας Mingarellius adscripsit κολακείας. Sed illa quoque forma usitata est. — διδάξαι) Codd. διδάξω, quod Mingarellius retinuit Latine reddens: *fortasse ego eum docebo, si potero, litteras cum blanditiis.* Sic ἂν pro ἐὰν accepit. Si corrigere nolis διδάξω, rectius id ex usu linguae Graecae vulgaris infinitivi loco positum esse statues. — Εἰ θαῤῥεῖς) Bonon. vitiose Εἰς. Idem λαβὼν αὐτὸν, ubi Dresd. αὐτό. — καὶ ἀγῶνος) Codd. ἀγόνου. Nos ex conjectura dedimus ἀγῶνος. Quanquam usitatior est hoc, quem contextus flagitat, significatu vox ἀγωνίας, de qua vid. Wetstenius ad Lucae Ev. XXII, 44. Sic Demosth. de Corona cap. 11. ἦν δὲ Φίλιππος ἐν φόβῳ καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ. Joseph. Antiq. Jud. XI, 8. 4. ἦν ἐν ἀγωνίᾳ καὶ δέει. — Καὶ εἰςελθὼν

est, et matri ejus mandavit: Ne extra januam illum ire sinas, nam qui eum ad iram provocant, moriuntur.

CAPVT XV.

Post aliquantum vero temporis alter rursus praeceptor, germanus Josephi amicus, dixit ei: Duc mihi puerum ad gymnasium; fortasse ego eum potero docere litteras cum blanditiis. Et dixit Josephus: Si audes, frater, tolle eum tecum. Et secum sumsit eum cum timore et moerore: puer autem alacriter ibat. Et ingrediens confidenter in gymnasium invenit librum, in pluteo jacentem, et sumens eum non legebat litteras in eo scriptas, sed aperiens os suum loquebatur spiritu sancto, et legem docebat circumstantes. Magna autem hominum turba adstabant ipsum audientes, et admirabantur praeclaram ejus doctrinam promtosque sermones, quod infans talia loqueretur. Audiens autem hoc Josephus timuit, et cucurrit in gymnasium, metuens, ne hic prae-

---

θρασὺς εἰς) Codd. *καὶ εἰσελθὼν θρασυνῆς.* Mingarellius *καὶ εἰσελθὸν θρασὺ εἰς* dederat, quibus tum seqq. *καὶ λαβὼν* et *ἀλλὰ ἀνοίξας* non respondent. — *ἐν τῷ ἀναλογίῳ*) Mingarellius *ἀναλογείῳ* corrigi vult. Illam vero scripturam frequentant recentiores Graeci. Suidas *ἀναλογεῖον ἐν ᾧ τίθενται τὰ βιβλία.* Codinus de Offic. cap. VI. n. 2. *ἀναλόγιον, ἐφ᾽ οὗ ἐπίκειται ἅγιον εὐαγγέλιον.* Conf. Suiceri Thes. eccles. et du Fresne Gloss. med. et inf. Graec. et Latin. s. h. v. — *τοὺς περιεστῶτας. Ὄχλος δὲ — ἐθαύμαζον*) Bonon. *τοὺς περιεστῶτας. Καὶ ἀκούοντες αὐτοῦ καὶ ἐθαύμαζον.* Repetita particula *καὶ* plura excidisse docet, quae nos supplevimus ex cod. Dresd. Is enim haec praebet *τοὺς περιεστῶτας· καὶ ἀκούοντες αὐτῷ. Ὄχλος δὲ πολὺς συνελθόντες παρεστήκησαν ἀκούοντες αὐτῷ, καὶ ἐθαύμαζον.* Illa *καὶ ἀκούοντες αὐτῷ* nos omisimus, atque *παρεστήκεισαν* et *αὐτοῦ* reposuimus. — *νήπιον ὢν*) Bonon. *ὢν* om. —

θη, καὶ ἔδραμεν εἰς τὸ διδασκαλεῖον λογισάμενος, μὴ οὗτος ὁ καθηγητής ἐστιν ἄπειρος. Εἶπε δὲ ὁ καθηγητὴς τῷ Ἰωσήφ· Ἵνα ἴδῃς, ἀδελφὲ, ὅτι ἐγὼ μὲν παρέλαβον τὸ παιδίον ὡς μαθητὴν, αὐτὸ δὲ πολλῆς χάριτος καὶ σοφίας μεστόν ἐστιν· καὶ λοιπὸν ἀξιῶ σε, ἀδελφὲ, ἆρον αὐτὸ εἰς τὸν οἶκόν σου. Ὡς δὲ ἤκουσε τὸ παιδίον ταῦτα, εὐθέως προςεγέλασεν αὐτῷ, καὶ εἶπεν· Ἐπειδὴ ὀρθῶς ἐλάλησας, καὶ ὀρθῶς ἐμαρτύρησας, διά σε κἀκεῖνος ὁ πληγωθεὶς ἰαθήσεται. Καὶ παραυτὰ ἰάθη ὁ ἕτερος καθηγητής. Παρέλαβε δὲ ὁ Ἰωσὴφ τὸ παιδίον, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

CAPVT XVI.

Ἔπεμψε δὲ Ἰωσὴφ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Ἰάκωβον τοῦ δῆσαι ξύλα καὶ φέρειν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· ἠκολούθει δὲ καὶ τὸ παιδίον αὐτῷ. Καὶ συλλέγοντος τοῦ Ἰακώβου τὰ φρύγανα ἔχιδνα ἔδακε τὴν χεῖρα Ἰακώβου. Καὶ κατατεινομένου αὐτοῦ καὶ ἀπολλυμένου προςήγγισεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ κατεφύσησε τὸ δῆγμα· καὶ εὐθέως ἐπαύσατο ὁ πόνος, καὶ τὸ θηρίον ἐῤῥάγη· καὶ παραυτὰ ἔμεινεν ὁ Ἰάκωβος ὑγιής.

καὶ ἔδραμεν — ἄπειρος.) Verba *εἰς τὸ διδασκαλεῖον λογισάμενος, μὴ οὗτος ὁ καθηγητής ἐστιν* Bonon. om. haec sola exhibens *καὶ ἔδραμεν ἄπειρος·* quae Mingarellius mendosa esse suspicans interpretatus erat: *et cucurrit festinanter.* — *Ἵνα ἴδῃς,*) Mingarellius in versione *Ut videas.* Videtur autem *ἵνα* ex usu Graecorum recentiorum abundare. Fortasse *Ἵνα εἰδῇς* scribendum. — *ἀξιῶ σε,*) Bonon. *ἀξιῶσαι.* Mingarellius *καὶ λοιπὸν ἀξιῶ σε rursus rogo te* verterat propter illa *Ut videas.* — *ὀρθῶς ἐλάλησας,*) Bonon. *ὀρθὸς.* Seq. *πληγωθεὶς* barbarum. In Gloss. med. et infim. Graec. verbum *πληγόννειν* vel *πληγώνειν* *sauciare, vulnerare* notatur. — *Καὶ παραυτὰ ἰάθη*) Dresd. *Καὶ εὐθέως ὁ ἕτερος καθηγητὴς ἰάθη.*

Cap. XVI. *ξύλα καὶ φέρειν*) Bonon. *ξύτα καὶ φέρει.* Idem infra *τὴν χεῖραν.* — *κατατεινομένου αὐτοῦ,*) Codd.

ceptor esset imperitus. Dixit autem Josepho magister: Videas, frater, quod ego quidem puerum accepi ut discipulum, ipse vero multa gratia ac sapientia plenus est: ceterum rogo te, frater, tolle eum in domum tuam. Ubi autem haec puer audivit, statim arrisit ei et dixit: Quoniam recte locutus es et recte testificatus es, propter te ille etiam, qui plaga percussus fuit, sanabitur. Et statim sanatus est alter praeceptor. Sumsit autem Josephus puerum, et abiit in domum suam.

CAPVT XVI.

Misit autem Josephus filium suum Jacobum ad vincienda ligna et ferenda in domum suam: sequebatur autem ipsum etiam puer. Quumque sarmenta Jacobus colligeret, vipera manum Jacobi momordit. Et quum is conficeretur et periret, accessit Jesus et insufflavit in morsum: et statim dolor cessavit, et animal ruptum est, et continuo Jacobus remansit sanus.

κατατιναμένρυ. Fortasse rectius *κατατεινομένου.* Phavor. *κατατείνει, ἤτοι κατεργάζεται, καὶ πιέζει καὶ κατατρίβει.* Levit. XXV, 43. *οὐ κατατενεῖς αὐτὸν ἐν τῷ μόχθῳ, non conficies illum labore.* De tortoribus verbum hoc alias usurpari docet *Bochartus Hier.* P. I. lib. II. c. 56. p. 694. sq. Conf. 4 Macc. XI, 18. — *ἀπολυμένου)* Codd. *ἀπολυμένου.* — *προσήγγισεν)* Bonon. *προήγγισε.* Dresd. *προσέγγησεν.* Idem *κατεφύσισε.* Pro *ἐῤῥάγη* Bonon. *ἐῤῥάγειν.*

CAPUT XVII.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῇ γειτονίᾳ τοῦ Ἰωσὴφ νοσοῦν τι νήπιον ἀπέθανε, καὶ ἔκλαιεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ σφόδρα. Ἤκουσε δὲ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πένθος μέγα καὶ θόρυβος γίνεται, καὶ ἔδραμε σπουδαίως· καὶ εὑρὼν τὸ παιδίον νεκρὸν (καὶ) ἥψατο τοῦ στήθους αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· Σύ, λέγω, βρέφος, μὴ ἀποθάνῃς, ἀλλὰ ζῆσον, καὶ ἔσο μετὰ τῆς μητρός σου. Καὶ εὐθὺς ἀναβλέψας ἐγέλασεν. Εἶπε δὲ τῇ γυναικί· Ἆρον αὐτὸ καὶ δὸς γάλα, καὶ μνημόνευέ μου. Καὶ ἰδὼν ὁ παρεστὼς ὄχλος ἐθαύμασε, καὶ εἶπον· Ἀληθῶς τὸ παιδίον τοῦτο ἢ θεὸς ἦν, ἢ ἄγγελος θεοῦ, ὅτι πᾶς λόγος αὐτοῦ ἔργον ἐστὶν ἕτοιμον. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖθεν παίζων καὶ μετὰ ἑτέρων παιδίων.

CAPUT XVIII.

Μετὰ δὲ χρόνον τινὰ οἰκοδομῆς γενομένης καὶ θορύβου μεγάλου, ἵστατο ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀπῆλθεν ἕως ἐκεῖ· Καὶ ἰδὼν ἄνθρωπον κείμενον νεκρὸν ἐπελάβετο τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· Σοὶ λέγω, ἄνθρωπε, ἀνάστα, ποίει τὸ ἔργον σου. Καὶ εὐθέως ἀναστὰς προσεκύνησεν αὐτόν. Ἰδὼν δὲ ὁ ὄχλος ἐθαύμασε, καὶ εἶπεν· Τοῦτο τὸ παιδίον οὐράνιόν ἐστι· πολλὰς γὰρ ψυχὰς ἔσωσεν ἐκ θανάτου καὶ ἔχει σῶσαι ἕως πάσης τῆς ζωῆς αὐτοῦ.

Cap. XVII. *νοσοῦν*) Codd. *νοσῶν*. In seqq. *καὶ* ante *ἥψατο* videtur delendum. — *Σύ, λέγω,*) Bonon. *λέγων*. Fortasse reponendum *Σοὶ λέγω*, quod habes cap. XVIII. *Σοὶ λέγω, ἄνθρωπε.* — *καὶ ἔσο*) Dresd. *καὶ ἔστο*. — *παίζων καὶ μετά*) Dresd. *παίζων μετὰ καί*.

Cap. XVIII. *κείμενον νεκρὸν*) Dresd. *νεκρὸν κείμε-*

CAPVT XVII.

Post haec autem in Josephi vicinia aegrotus quidam infans mortuus est, et mater ejus valde flebat. Audivit vero Jesus magnum luctum et strepitum fieri et cucurrit sollicite: et quum puerum invenisset mortuum, tetigit pectus ejus, et ait: Tibi dico, infans, ne moriaris, sed vive, et sis cum matre tua. Et statim respiciens risit. Dixit vero (Jesus) mulieri: Tolle illum et da ei lac, et memento mei. Et quum vidisset adstans populus, miratus est et dixit: Vere hic puer aut deus est, aut angelus dei, quoniam omnis ejus sermo opus fit promtum. Et exiit inde Jesus ludens cum aliis pueris.

CAPVT XVIII.

Post aliquod autem tempus quum aedificium fieret et magnus tumultus, stetit Jesus, et abiit usque ad eum locum: et videns hominem, qui jacebat mortuus, apprehendit manum ejus, et ait: Tibi dico, homo, surge, fac opus tuum. Et statim surgens adoravit eum. Videns *autem* turba mirata est, et dixit: Hic puer coelestis est: nam plures animas a morte servavit, et servabit toto vitae suae tempore.

νον. Praecedens *ἵστατο* rectius vertas: *surrexit*. — *ἐπελάβετο*) Bonon. *ἐπεβάλετο*.

CAPVT XIX.

Ὄντος δὲ αὐτοῦ δωδεκαετοῦς ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατὰ τὸ ἔθος εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰς τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα μετὰ τῆς συνοδίας αὐτῶν, καὶ μετὰ τὸ πάσχα ὑπέστρεφον εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν. Καὶ ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτοὺς ἀνῆλθε τὸ παιδίον ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα· οἱ δὲ γονεῖς αὐτοῦ ἐνόμισαν αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι. Ὁδευσάντων δὲ ὁδὸν ἡμέρας μιᾶς ἐζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσιν αὐτῶν, καὶ μὴ εὑρόντες αὐτὸν ἐλυπήθησαν, καὶ ὑπέστρεψαν πάλιν εἰς τὴν πόλιν ζητοῦντες αὐτόν· καὶ μετὰ τρίτην ἡμέραν εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, καὶ ἀκούοντα τοῦ νόμου, καὶ ἀκούοντα καὶ ἐρωτῶντα αὐτούς. Προςεῖχον δὲ πάντες, καὶ ἐθαύμαζον, πῶς παιδίον ὑπάρχων ἀποστομίζει τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τοῦ λαοῦ, ἐπιλύων τὰ κεφάλαια τοῦ νόμου καὶ τὰς παραβολὰς τῶν προφητῶν. Προςελθοῦσα δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Μαρία εἶπεν αὐτῷ· Ἵνα τί τοῦτο ἐποίησας ἡμῖν, τέκνον; Ἰδοὺ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Τί με ζητεῖτε; Οὐκ οἴδατε, ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με; Οἱ δὲ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι εἶπον· Σὺ εἶ μήτηρ τοῦ παιδίου τούτου; Ἡ δὲ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι. Καὶ εἶπον αὐτῇ· Μακαρία σὺ εἶ ἐν γυναιξὶν, ὅτι ηὐλόγησεν ὁ θεὸς τὸν καρπὸν τῆς κοιλίας σου· τοιαύτην γὰρ δόξαν καὶ τοιαύτην ἀρετὴν καὶ σοφίαν οὔτε ἴδομεν οὔτε ἠκούσαμέν ποτε. Ἀναστὰς δὲ Ἰησοῦς ἠκολούθησε τῇ μητρὶ αὐτοῦ· καὶ ἦν ὑποτασσόμενος τοῖς γονεῦσιν αὐτοῦ. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ γενόμενα. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

Cap. XIX. *ἀνῆλθε τὸ παιδίον*) Rectius Luc. II, 43. *ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτοὺς ὑπέμεινεν Ἰησοῦς ὁ παῖς ἐν Ἱερουσαλήμ.* — *καὶ ὑπέστρεψαν*) Codd. *καὶ ὑποστρέψαντες.* Antea pro *Ὁδευσάντων* scribas *Ὁδεύσαντες.* — *καὶ ἀκούοντα τοῦ νόμου,*) Videntur haec delenda. Conf. Luc. II, 46. — *ὑπάρχων*) Codd. *ὑπάρχει*, ut supra cap. VII. ubi interseruimus pronomen *ὅς.* — *Ἵνα τί*) Bonon. om. *τί.* — *ὀδυνώμενοι*) Codd.

CAPVT XIX.

Quum vero is duodennis esset, ibant parentes ejus de more in Jerusalem ad festivitatem paschatis una cum eorum comitatu, et post pascha revertebantur in domum suam. Et dum illi reverterentur, rediit puer Jesus Hierosolymam: parentes vero ejus putabant eum esse in comitatu. Quum autem iter unius diei confecissent, quaesierunt illum inter cognatos ipsorum, eumque non invenientes contristati sunt, et denuo redierunt in civitatem quaerentes illum: et post tertium diem invenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, et audientem legem, et audientem atque interrogantem eos. Attenti vero omnes erant, et mirabantur, quomodo puer quum esset, interrogationibus torqueret seniores et magistros populi, edisserens capita legis et parabolas prophetarum. Accedens vero mater ejus Maria dixit ei: Quare hoc fecisti nobis, fili? Ecce dolentes quaerebamus te. Et dixit eis Jesus: Quid me quaeritis? An nescitis, quod in his, quae patris mei sunt, oportet me esse? Scribae vero et Pharisaei dixerunt: Tune es mater huius pueri? Ipsa vero dixit: Ego sum. Et dixerunt ei: Beata es tu inter mulieres, quoniam benedixit deus fructui ventris tui: talem enim gloriam et talem virtutem atque sapientiam neque vidimus unquam neque audivimus. Surgens autem Jesus secutus est matrem suam: et erat subditus parentibus suis. Mater vero ejus conservabat omnia quae fiebant. Jesus autem proficiebat sapientia et aetate et gratia. Ipsi gloria in saecula. Amen.

ὀδυνώμενοι, cui non debebat Mingarellius adscribere *ὠδινόμενοι*. Nam Luc. II, 48. *Τέκνον*, ait mater, *τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; ἰδοὺ, ὁ πατήρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε.* — *οἱ Φαρισαῖοι*) Bonon. om. articulum. — *Μακαρία σὺ εἶ*) Bonon. om. *εἶ*. Seq. *ἴδομεν* ex usu seriorum pro *εἴδομεν*. Ubi supra apud nostrum *Οὐκ οἴδατε*, ibi Luc. II, 49. *οὐκ ᾔδειτε.* — *τοῖς γονεῦσιν αὐτοῦ.*) Bonon. vitiose *αὐτῶν*. — *τῶν αἰώνων*·) Bonon. om.

EVANGELIVM

DE NATIVITATE S. MARIAE.

EVANGELIVM DE NATIVITATE S. MARIAE.

CAPVT I.

Beata et gloriosa semper Virgo Maria de stirpe regia et familia David oriunda, in civitate Nazareth nata, Hierosolymis in templo domini nutrita fuit. Pater ejus Joachim, mater vero Anna dicebatur. Domus paterna ex Galilaea et civitate Nazareth: maternum autem genus ex Bethlehem erat. Vita eorum simplex et recta apud dominum, apud homines irreprehensibilis erat et pia. Nam omnem substantiam suam trifariam diviserunt: unam partem templo et templi servitoribus (*a*) impendebant: aliam peregrinis et pauperibus erogabant: tertiam suae familiae usibus et sibi reservabant. Ita isti deo chari, hominibus pii per annos circiter viginti castum domi conjugium sine liberorum procreatione exercebant. Voverunt tamen (*b*), si forte deus donaret eis sobolem, eam se do-

---

Cap. I. Epistolas Chromatii et Heliodori ad Hieronymum hujusque ad illos, quae in Hieronymi Operum editionibus isti Evangelio solent praemitti, in Prolegomenis habes. Apparet ex iisdem libellum olim jactatum esse sub falsis nominibus scriptoris *S. Matthaei Evangelistae*, et interpretis *Hieronymi*, qui illum ex Hebraico sermone verterit donaveritque interpretatione Latina liberiore. Sequentes adnotationes pleraeque sunt Fabricii. — (*a*) Vocabulum *servitorum* barbariem resipit, ut et alia hujus scripti. Formatum tamen est ut *auditor*, *sarritor*, *nutritor*, *delinitor*, et similia. (*b*) Hoc votum ostendit, quod castum

mini servitio mancipaturos, cujus rei gratia et templum domini singulis per annum festis frequentare solebant.

CAPVT II.

Factum est autem, ut Encaeniorum festivitas (*c*) appropinquaret, unde cum nonnullis contribulibus suis Hierosolymam et Joachim ascendit. Ea vero tempestate Isaschar (*d*) ibi pontifex erat. Cumque inter caeteros concives suos etiam Joachim cum oblatione sua videret, despexit eum et munera ejus sprevit: interrogans, cur inter foecundos infoecundus ipse stare praesumeret: dicens munera nequaquam deo digna posse videri, quem ipse prole indignum judicasset, scriptura dicente, *maledictum omnem esse, qui non genuisset masculum in Israel* (*e*). Dicebat ergo, prius eum ab hac maledictione

---

conjugium in praecedentibus verbis non sit intelligendum de omnimoda ἀποστερήσει. Quanquam, quod hac occasione notetur, Annam quoque matrem Mariae recentioribus placuit appellare *Virginem*. Vid. *Jo. Bapt. Thiers* Traité des Superstitions Tom. II. pag. 302. Mariam vero nunquam sine superaddito *Virginis* titulo nominare solitos esse antiquos jam scribit Epiphanius haer. LXXVIII. cap. 6.

Cap. II. (c) De Encaeniis vid. ad Protev. cap. II. pag. 172. sq. (*d*) Isascharis pontificis loco in Protev. cap. I. est Ruben, ubi vid. notata pag. 166. (*e*) Graeca verba apud Damascenum, qui *νομικὸν πρόσταγμα* vocat, de orthod. fide IV, 24. haec sunt: *ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐγείρει σπέρμα ἐν τῷ Ἰσραήλ.* Hieron. adversus Jovinianum et in Esaiae IV, 1. *Maledicta sterilis, quae non habet semen in Israel.* Augustinus de bono conjugali cap. 22. *Illo itaque tempore cum et lex dies Patriarcharum subsequens, maledictum dixit qui non excitaret semen in Israel, et qui poterat, non promebat, sed tamen habebat.* Pro semine masculum posuit noster: id enim semen κατ᾽ ἐξοχήν. Aut forte conjungenda sunt: *maledictum omnem masculum, qui non genuisset.* Nam alio-

sobolis generatione solvendum, et sic demum in conspectu Domini cum oblationibus esse venturum. Cujus opprobrii objectu pudore magno suffusus Joachim ad pastores, qui cum pecudibus erant, in pascuis suis secessit. Neque enim domum repetere voluit, ne forte a contribulibus suis, qui simul aderant et hoc a sacerdote audierant, eodem opprobrii elogio notaretur.

CAPVT III.

Verum cum ibi aliquamdiu esset, quadam die cum esset solus, angelus domini ei cum immenso lumine (*f*) astitit. Qui cum ad ejus visionem turbaretur, angelus, qui ei apparuerat, timorem ejus compescuit dicens: Noli

---

qui nec Mariâ in lucem editâ masculum generaverant ejus parentes. Sed in Scripturis quidem frustra haec quaeras, etsi inter benedictiones legitur Exod. XXIII, 26. et Deuter. VII, 14. *Οὐκ ἔσται ἄγονος οὐδὲ στεῖρα ἐπὶ τῆς γῆς σου.* Et Esaiae cap. XXXI. ult. in editione Graeca, nam ab Hebraeis hoc derideri ait Hieron. ad Pamach. de opt. gen. interpretandi: *μακάριος, ὃς ἔχει ἐν Σιὼν σπέρμα, καὶ οἰκείους ἐν Ἱερουσαλήμ.* Conf. Is. Casauboni Exerc. I. ad Baron. num. 15. pag. 92. ed. Genev. De gentibus coelibatum poenis subjicientibus vide Benedictinorum notas ad S. Ambrosium Tom. I. pag. 1319.

Cap. III. (*f*) Apparitiones angelorum fere solet comitari lux, quae *δόξα κυρίου* vocatur Luc. II, 9. Sic infra cap. 9. Inde fortasse in historia Josephi Arab. cap. XXII. *lux* dicuntur angeli, nisi ibi *angelorum lux* pro *angelis lucis* 2 Cor. XI, 14. In Liturgia s. Basilii coptica Michael, Gabriel, Raphael et Suriel vocantur *quatuor lucidi*, juxta versionem Eusebii Renaudot Tom. I. pag. 25. Gregorius Naz. Orat. XLIII. pag. 698. angelos appellat *φῶτα δεύτερα, τοῦ πρώτου φωτὸς ἀπαυγάσματα.* Caeterum Epiphanius haeresi LXXIX. num. 5. refert in deserto angelum Joachimo apparuisse et Mariae nativitatem annunciasse.

timere, Joachim, neque in visione mea turberis: ego enim sum angelus domini, missus ab ipso ad te, ut annunciem tibi preces tuas esse exauditas, et eleemosynas tuas ascendisse in conspectum ejus (*g*). Videns quippe vidit pudorem tuum et audivit sterilitatis opprobrium nec recte tibi objectum. Peccati namque (*h*), non naturae ultor est deus, et ideo cum alicujus uterum claudit, ad hoc facit, ut mirabilius denuo aperiat, et non libidinis esse quod nascitur, sed divini muneris cognoscatur. Prima enim gentis vestrae Sara (*i*) mater nonne usque ad octogesimum annum infoecunda fuit? et tamen in ultima senectutis aetate genuit Isaac, cui repromissa erat benedictio omnium gentium. Rachel (*k*) quoque tantum domino grata tantumque a sancto Jacob amata, diu sterilis fuit, et tamen Joseph genuit, non solum dominum Aegypti, sed plurimarum gentium fame periturarum liberatorem. Quis in ducibus vel fortior Sampsone, vel sanctior Samuele? Et tamen hi ambo (*l*) steriles matres habuere. Si ergo ratio verbis meis tibi non persuadet, crede re (*m*), dilatos diu conceptus et steriles partus mirabiliores esse solere. Proinde Anna uxor tua pariet tibi filiam, et vocabis nomen ejus

---

(*g*) Sic Act. X, 4. *Αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ.* Vid. Kuinoelius in Comment. ad h. l. (*h*) Nec peccati quidem, si ad id a natura cogeremur. *Οὐ γὰρ ἐστὶν ἴδιον δικαίου θεοῦ, κολάσαι τὸν ἀνάγκῃ γενόμενον πονηρόν.* Verba sunt Theodoreti in Haeretic. Fabul. Compendio lib. V. cap. 8. Tom. IV. pag. 409. ed. Schulz. (*i*) Gen. XI, 30. XVI, 1. et XVIII, 11. Nusquam tamen fit mentio anni aetatis octogesimi, uti nec Gen. XXI, ubi narratur genitum ex Sara Isaacum Abrahamo jam centum annorum aetatem consecuto. Utcunque tamen id colligas ex tempore Sarae defunctae anno aetatis 127. Gen. XXIII, 1. (*k*) Gen. XXX. (*l*) Judic. XIII. et 1 Sam. I. (*m*) i. e. tot exemplis a me al-

Mariam: haec erit, ut vovistis (*n*), ab infantia sua domino consecrata, et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris (*o*). Omne immundum neque manducabit neque bibet, neque inter populares forinsecus turbas, sed in templo domini conversatio ejus erit, ne quid de ea sinistrum vel suspicari saltem possit vel dici. Itaque aetate procedente sicut ipsa mirabiliter ex sterili nascetur, ita incomparabiliter virgo generabit altissimi filium, qui Jesus vocabitur, secundum nominis etymologiam (*p*) salvator omnium gentium erit. Et hoc tibi eorum quae annuncio (*q*) signum erit: Cum perveneris ad auream in Hierosolymis portam (*r*), habebis ibi obviam Annam uxo-

---

latia. Male antea editum: *persuadet credere.* (*n*) Sic legendum, cum vitiose in aliis editt. *ut novistis.* Vide supra cap. I. Meminit illius voti a matre Mariae nuncupati Gregorius quoque Nyssenus homilia in natalem domini Tom. III. pag. 346. ed. Paris. (*o*) Expressum ex Luc. I, 15. (*p*) Matth. I, 21. Antea *incomparabiliter* id. q. *sine exemplo.* (*q*) *σημεῖον* ut Luc. II, 12. (*r*) Porta, inquit Fabricius, atrii orientalis, de qua vide Ligtfoot. Centur. Chorograph. Matthaeo praemissa cap. 30. Itaque vir doctissimus designari putat illam Nicanoris portam, per quam ex atrio mulierum in atrium Israelitarum aditus patebat. Non tamen video, cur haec potissimum quam ex aere Corinthio confectam fuisse scimus, *aurea* dicatur. Aureae portae fuere plures. Vid. Joseph. de bello Jud. V, 5. 3. *Τῶν δὲ πυλῶν αἱ μὲν ἐννέα χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ κεκαλυμμέναι πανταχόθεν ἦσαν· μία δὲ ἡ ἔξωθεν τοῦ νεὼ Κορινθίου χάλκου.* Conf. ibid. VI, 5. 3. Neque inter varia hujus portae nomina, quae Lundius De rebus sacris Judaeorum lib. II. cap. 23. refert, illud invenitur. Fortasse autem scriptor iste antiquitatis Judaicae imperitus cogitavit de urbis porta cum dicat *auream in Hierosolymis portam*; quod etiam ex cap. IV. extr. et initio cap. V. colligere liceat. Vid. infra historiam de nativ. Mariae cap. III. extr. ubi Annam ad portam auream venisse legimus, ibique Joachimum vidisse cum gregibus suis venientem. Auctor autem Protev. cap. IV. Annam

rem tuam, quae de tuae regressionis tardatione modo sollicita tunc in adspectu tuo gaudebit. His dictis angelus discessit ab eo.

CAPVT IV.

Deinde apparuit Annae uxori ejus dicens: Ne timeas Anna, neque phantasma (*s*) esse putes, quod vides. Ego enim sum angelus ille (*t*), qui preces et eleemosynas vestras obtuli in conspectu dei et nunc missus sum ad vos, ut annunciem vobis nascituram filiam, quae Maria

---

stetisse narrat *πρὸς τῇ πύλῃ τοῦ οἴκου αὐτῆς*, cum Joachimum cum gregibus suis revertentem videret.

Cap. IV. (*s*) Vid. Matth. XIV, 26. et interpp. ad Luc. XXIV, 37. (*t*) De opinione Judaeorum et veterum Christianorum, preces piorum per angelos ad deum deferri, vid. Tob. XII, 12. 15. Apocal. Joann. VIII, 3. 4. Enochi fragm. in Syncelli Chronographia pag. 24. Testamentum XII. Patriarch. III, 3. *Ἐν τῷ μετ' αὐτὸν* (in quinto coelo) *οἱ ἄγγελοί εἰσι τοῦ προσώπου κυρίου, οἱ λειτουργοῦντες καὶ ἐξιλασκόμενοι πρὸς κύριον ἐπὶ πάσαις ταῖς ἀγνοίαις τῶν δικαίων. Προσφέρουσι δὲ κυρίῳ ὀσμὴν εὐωδίας λογικὴν καὶ ἀναίμακτον προσφοράν.* Conf. Tertull. de orat. cap. 12. Augustin. ep. CXXI. et pluribus locis Origenem de orat. cap. 11. (ed. Delarue Vol. I. pag. 213. et 215.), contra Celsum lib. V. cap. 4. (ibid. pag. 579.) et lib. VIII. cap. 56. (pag. 763.), et de principiis lib. I. cap. 8., ubi Michael mortalium preces supplicationesque curare dicitur. Etiam Ephraim Syrus in sermone, cujus antiqua latina versio edita est a Zaccagnio in Monumentis veteris ecclesiae pag. 114. sqq. *Angeli etiam et Archangeli cum gaudio occurrunt sanctorum orationibus et suscipientes eas usque ad thronum gloriae sancti Dei perducunt. Haec enim magna gratia sanctorum Angelorum est et ineffabilis laetitia, cum sanctorum orationes purissimas coram Deo obtulerunt.* Similiter Talmudici docent, esse angelos misericordiae ministros, qui deferant preces hominis ad deum, et vicissim si homo indignus sit hac gratia, esse alios angelos

vocata super omnes mulieres erit benedicta (*w*). Haec a nativitate sua statim, Domini gratia (*x*) plena, tribus ablactationis suae annis in domo paterna permanebit: postea servitio domini mancipata a templo usque ad intelligibiles (*y*) annos non discedet, ibi denique jejuniis et orationibus (*z*) nocte ac die deo serviens ab omni immundo se abstinebit, virum nunquam cognoscet; sed sola sine exemplo, sine macula, sine corruptione, sine virili commixtione virgo filium, ancilla dominum et gratia et nomine et opere salvatorem mundi generabit. Itaque surge, ascende Hierusalem, et cum perveneris ad portam, quae aurea pro eo quod deaurata est vocatur, ibi pro signo virum tuum, pro cujus incolumitatis statu sollicita es, obvium habebis. Cum haec igitur ita evenerint, scito quod quae annuncio, sine dubio complenda erunt.

---

crudeles et accusatores, qui discerpant preces illas atque impediant, ne ad Deum perveniant. Vid. G. Elies. Edzardi in notis ad cap. I. Berachot pag. 198. Prima ejus opinionis indicia habes Jobi XXXIII, 23. de quo loco vid. Ilgenius in libro: *Jobi antiquissimi carminis hebraici natura atque virtutes* pag. 190. sq. et pag. 285. et Jac. Ode in Tract. *De angelis* pag. 1046. sqq. (*w*) Luc. I, 42. (*x*) κεχαριτωμένη quod Luc. I, 28. Syrus quoque interpres reddidit: מלים טיבותא Graeca voce usus ante Lucam Sirachides IX, 8. et XVIII, 17. ut ante Colomesium Observ. Sacr. pag. 72. notatum Drusio XIII, 6. obs. Ceterum quod Ambrosio et aliis quibusdam veteribus *gratia plena* exponitur *Christo plena*, parum congruenter fit ad angeli mentem. (*y*) i. e. usque ad annos intelligentes, sive quibus homo incipit intelligere malum reprobandum et bonum eligendum. Es. VII, 15. Jon. IV, 11. Adjectivis in *bilis* sensu activo uti solent scriptores non infimae tantum aetatis, sed optimae quoque, ut docet Perizonius ad Sanctii Minervam pag. 93. 94. Vid. etiam Ruddimanni Institutiones Gramm. Lat. P. II. pag. 99. ed. Lips. (*z*) Expressum e Luc. II. 37.

CAPVT V.

Igitur juxta angeli praeceptum uterque de loco in quo erant promoventes ascenderunt Hierusalem, et cum ad locum pervenissent angelico vaticinio designatum, ibi sibi invicem obviaverunt. Tunc de mutua sua visione laeti et promissae prolis certitudine securi debitas domino humilium exaltatori (*a*) gratias egerunt. Itaque adorato domino domum regressi (*b*) divinum promissum certi et hilares exspectabant. Concepit ergo Anna et peperit filiam, et juxta mandatum angelicum parentes vocabant nomen ejus Mariam.

CAPVT VI.

Cumque trium annorum circulus volveretur et ablactationis tempus completum esset, ad templum domini virginem cum oblationibus adduxerunt. Erant autem circa templum juxta quindecim graduum psalmos (c)

Cap. V. *(a)* Luc. I, 52. *(b)* In oppidum Nazareth.

Cap. VI. (*c*) De gradibus illis quindecim Ezech. XL, 6. et 34. sqq. Meminit et Josephus de bello Jud. V, 5. 3. Jacobus Juda Leo de templo p. 21. ait, singulos gradus tam altitudine quam latitudine fuisse dimidii cubiti. Olim fere solemnis fuit eruditorum sententia, quindecim *Psalmos graduum*, שירי המעלות, ita dictos esse, quod in quindecim gradibus, quibus ex atrio mulierum ad atrium Israelis ascendebatur, publice cani solerent. Commendata inprimis est a Judaeorum magistris et interpretibus, velut Kimchio ad Ps. CXX, 1. aliisque sua repetentibus fere ex traditione Talmudica. Vid. tract. Succa cap. V. sect. 4. et Middoth cap. II. sect. 5. Inter antiquae ecclesiae doctores Hilarius et Hieronymus adv. Jovinianum lib. II. istam sententiam probaverunt. Plura praeter Gatakerum Cinni lib. II. cap. X. et XI. et Pfeifferum

quindecim ascensionis gradus. Nam quia templum erat in monte constitutum (*d*), altare holocausti, quod forinsecus erat, adiri (*e*) nisi gradibus non valebat. In horum itaque uno beatam Virginem Mariam parvulam parentes constituerunt. Cumque ipsi vestimenta, quae in itinere habuerant, exuerent, et cultioribus ex more vestibus se et mundioribus induerent, Virgo domini cunctos sigillatim gradus sine ducentis et levantis manu ita ascendit, ut perfectae aetati in hac duntaxat causa nihil deesse putares. Jam quippe dominus in Virginis suae infantia magnum quid operabatur, et quanta futura esset, hujus miraculi (*f*) indicio praemonstrabat. Igitur sacrificio secundum consuetudinem legis (*g*) celebrato, et voto suo (*h*)

---

in Dubiis vexatis pag. 418. et 628. sq. a Fabricio laudatos, de hac re disputaverunt Eberh. Tillingius *de ratione inscriptionis XV Psalmorum, qui dicuntur Cantica adscensionum* Brem. 1765. 4. et nuper Theod. Adr. Clarisse in Specimine exeg. de psalmis quindecim Hammaäloth Lugd. Bat. 1819. pag. 3. sqq. A Graecis Psalmi illi dicuntur *τὰ πρὸς κύριον* vel *τὰ προσκύρια*, quia primus ex illis incipit a verbis: *Πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἔκραξα.* (*d*) In monte Moria. Hinc mons sanctus et mons domini pro templo Mich. IV, 2. Ps. XXIV, 3. Vide et Grotium Opp. Theol. Tom. III. pag. 492. (*e*) Etsi altare ipsum gradibus ascendere prohibuit lex Exod. XX, 26. quod ut cum more Judaeorum et Ezech. XLIII, 17. conciliari debeat, inquirunt Spencerus de legibus Hebr. lib. II. cap. 7. et Joh. Jacobus Cramerus disserens de ara exteriore templi secundi. Verisimillimum autem est, quod Ezechiel per מעלות altaris intelligat plures acclives tramites, per quos poterant sacerdotes sine gradibus pervenire in altaris pavimentum et ambitus, uti delineatos illos videre licet in Dassovii diss. de altari exteriore templi Hierosolymitani. (*f*) Quod puella tres annos nata semicubitales gradus conscendere posset. Caeterum haec paulo aliter relata videas licet in Protev. Jacobi cap. VI. et VII. (*g*) Vide 1 Sam. I, 25. (*h*) Morem voti virginitatis faciendi a Jephtae filia repetunt Perkinsus in Cat-

perfecto Virginem intra septa templi cum aliis virginibus ibidem educandam dimiserunt, ipsi vero domum regressi sunt.

CAPVT VII.

Virgo autem domini cum aetatis processu et virtutibus proficiebat, et juxta Psalmistam (*i*) *pater et mater dereliquerat eam, dominus autem assumpsit eam.* Quotidie namque ab angelis (*k*) frequentabatur, quotidie divina visione fruebatur, quae eam a malis omnibus custodiebat, et bonis omnibus redundare faciebat. Itaque ad quartum decimum (*l*) annum usque pervenit, ut non so-

---

Conscient. et Joh. Jacobus Schudt in vita Jephtae. Votum Mariae multis adstruere conantur Vega in Theologia Mariana, Frid. Samuel Geroltus opere singulari, et Petavius lib. XIV. de incarnat. c. 4. quorum argumentis quae opposita sint a Casaubono, Montacutio et aliis, apud ipsos rectius leges.

Cap. VII. (*i*) Psalm. XXVII, 10. (*k*) Frequens hoc Mariae cum angelis commercium memorant multi, Protev. Jacobi etiam ab angelo nutritam narrat cap. VIII. Sed non ita assuetam fuisse consuetudini angelicae docet Lucas I, 29. perculsam eam referens, cum angelum vidisset, suavissimis licet verbis se allocutum. Vide quae infra cap. IX. (*l*) In Protev. cap. VIII. et Historiâ Josephi Arab. cap. III. Maria fertur tantum fuisse duodecennis cum Josepho desponsaretur. Praeter Evodium ap. Niceph. lib. II. cap. 3. cum nostro auctore etiam facit Mich. Glycas, sec. XII. historicus, Annal. pag. 207. *Ἡ γὰρ ἄμωμος αὕτη Μαρία γεννᾶται μὲν ἐξ ἐπαγγελίας, τριετίζουσα δὲ προσάγεται τῷ ναῷ, καιρὸν ἱκανὸν ἐν τοῖς αὐτοῦ διάγει ἀδύτοις, ὑπ᾽ ἀγγέλου κομίζεται τὴν τροφήν. Ὡσεὶ δέκα γίνεται καὶ τεσσάρων ἐτῶν, σκέπτονται περὶ τούτου οἱ ἀρχιερεῖς, ὡς εἰκὸς, δεήσεις προσάγουσι τῷ θεῷ. Μνηστεύεται τηνικαῦτα τῷ Ἰωσὴφ, τοῦ θεοῦ καὶ τοῦτο διὰ τῆς βλαστησάσης ῥάβδου προτρέψαντος.* Iam ante Glycam Hippolytus Thebanus plura ex apocryphis Chronico suo inse-

lum nihil de ea mali reprehensione dignum confingere possent, sed et boni omnes, qui eam noverant, vitam et conversationem ejus admiratione dignam judicarent. Tunc pontifex (*m*) publice denunciabat, ut virgines, quae in templo publice constituebantur et hoc aetatis tempus explessent, domum reverterentur, et nuptiis secundum morem gentis et aetatis maturitatem operam darent. Cui mandato cum ceterae pronae paruissent, sola Virgo domini Maria hoc se facere non posse respondit dicens: *Se* quidem et parentes suos domini servitio mancipasse, et insuper se ipsam domino virginitatem vovisse, quam nunquam viro aliquo commixtionis more (*n*) cognito violare vellet. Pontifex vero in angustia constitutus animi cum neque contra scripturam quae dicit: *Vovete et reddite* (*o*), votum infringendum putaret, neque morem genti insuetum introducere auderet (*p*), praecepit, ut ad festivitatem quae imminebat, omnes ex Hierosolymis et vicinis

---

ruerat, ex quibus huc pertinent, quae in Appendice ad opera Hippolyti Portuensis a Fabricio edita Tom. I. pag. 47. leguntur: *Ἔζησε γὰρ σὺν τῇ ἀνθρωπότητι ἡ πάναγνος θεοτόκος ἐν τῷ ναῷ ἔτη ιδ. ἐν τῷ οἴκῳ Ἰωσὴφ μῆνας δ.* De his quatuor mensibus vid. infra cap. X. (*m*) Pontifex iste Zacharias vocatur in Protev. cap. VIII. (*n*) Sic enim accipiunt verba Mariae *ἄνδρα οὐ γινώσκω* Luc. I, 34. i. e. *non cognituram vovi*, sed cum Josepho meo perpetuam servabo virginitatem. *Εἰ γὰρ ἐπὶ γάμῳ παρειλήπτο παρὰ τοῦ Ἰωσὴφ, πῶς ἂν ἐξενίσθη τῷ τὸν τόκον αὐτῇ προμηνύοντι, πάντως ποτὲ καὶ αὐτὴ μήτηρ γενέσθαι προσδεχομένη κατὰ τὸν νόμον τῆς φύσεως;* Haec Gregorius Nyss. Opp. Tom. III. pag. 347. extr. (*o*) Psal. LXXVI, 11. (*p*) Ut nempe per totam vitam virgo adultior in templo degeret. Idem Gregor. Nyss. ibidem: *Mulierem inter sacerdotes in templo versari, atque in sanctis aedibus conspici, nec lex nec*

locis primores (*q*) adessent, quorum consilio scire posset quid de tam dubia re faciendum esset. Quod cum fieret, omnibus in commune placuit, dominum super hac re esse consulendum. Et cunctis quidem orationi incumbentibus pontifex ad consulendum deum (*r*) ex more accessit. Nec mora, cunctis audientibus de oraculo et de propitiatorii loco (*s*) vox facta est secundum Esaiae vaticinium (*t*), requirendum esse, cui virgo illa commendari et desponsari deberet. Liquet enim Esaiam dicere: *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris domini.* Secundum hanc ergo prophetiam cunctos de domo et familia David nuptui habiles (*u*) non conjugatos virgas suas allaturos ad altare praedixit, et cujuscunque post allationem virgula florem germinasset, et in ejus cacumine spiritus domini in specie columbae consedisset, ipsum esse cui virgo commendari et desponsari deberet.

CAPVT VIII.

Erat autem inter caeteros Joseph homo de domo et familia David grandaevus: cunctis vero virgas suas juxta

---

gravitas permittebat (*οὔτε νόμιμον ἦν καὶ ἅμα τῷ πράγματι τὸ σεμνὸν οὐ πρεπῆν*). (*q*) *Οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ*, de quibus Grot. ad Luc. XIX, 47. (*r*) Num. XXVII, 21. (*s*) Ut Num. VII, 8. 9. Hoc genus *χρηματισμοῦ* בת קול Judaeis. (*t*) Es. XI, 1. (*u*) *Τοὺς χηρεύοντας τοῦ λαοῦ* vocat Protev. cap. VIII. Epiphanius in Ancorat. num. 60. *χήρους καὶ ἀγάμους καθ' ἑκάστην φυλήν.*

ordinem deferentibus, solus ipse suam subtraxit. Unde cum nihil divinae voci consonum apparuisset, pontifex iterato deum consulendum putavit, qui respondit, solum illum ex his qui designati erant, virgam suam non attulisse, qui virginem desponsare deberet. Proditus itaque est Joseph. Cum enim virgam suam attulisset, et in cacumine ejus columba de coelo veniens consedisset, liquido omnibus patuit, ei virginem desponsandam fore. Igitur nuptiarum jure (*x*) de more celebrato ipse quidem in Bethlehem recedit civitatem, domum suam dispositurus et nuptiis necessaria procuraturus. Virgo autem domini Maria cum aliis septem virginibus coaevis et collactaneis (*y*), quas a sacerdote acceperat, ad domum parentum suorum in Galilaea reversa est.

Cap. VIII. (*x*) H. e. sponsalibus, quae fiebant, cum solemni in conventu sponsi sponsaeque nomina tabulis inscriberentur, ut auctor est Philo de legibus special. pag. 608. ed. Genev. A sponsaliorum tempore vero ad deductionem usque mora aliqua concedi solita est, qua de re consules Seldenum Uxor. Hebr. lib. II. cap. 8. (*y*) Ita scribendum pro eo quod editum fuerat *collectaneis*. Intelligit enim virgines quae eodem tempore cum illa fuerint post ablactationem in templum adductae. *Collactanei* autem Graecis sunt *ὁμόθηλοι* et *ὁμογάλακτες* apud Suidam in voce. *ὀργεῶνες* et *γεννῆται*, etiam *σύντροφοι* Act. XIII, 1. ubi Vulg. *collactaneus*. Vide Stephanii notas ad Saxonem Grammaticum pag. 33. seq. et 99. *Collacteum* vel *collactium* dixerunt Hyginus fab. 224. Martianus Capella aliique. Eadem vox reddenda est Tertulliano de resurrectione carnis cap. 63. *Habet* (anima) *instrumentum, habet cultum, habet mancipium suum carnem, ut collacteam* (sive *collactaneam*) *comitabitur*. Diversitas scripturae ibi notata in edit. Semler.

CAPVT IX.

His vero diebus, primo scilicet adventus sui in Galilaeam tempore, missus est ad eam angelus Gabriel a deo, qui ei conceptum dominicum narraret, et conceptionis vel modum vel ordinem exponeret. Denique ingressus ad eam cubiculum quidem, ubi manebat, ingenti lumine perfudit, ipsam vero gratantissime salutans dixit: Ave Maria virgo domini gratissima, virgo (z) gratia plena, dominus tecum, benedicta tu prae omnibus mulieribus, benedicta prae omnibus hactenus natis hominibus. Virgo autem quae jam angelicos bene noverat vultus et lumen coeleste insuetum non habebat, neque angelica visione territa, neque luminis magnitudine stupefacta (*), sed in solo ejus sermone turbata est, et cogitare coepit, qualis ista salutatio tam insolita esse posset, quidve portenderet vel quem finem esset habitura. Huic cogitationi angelus divinitus inspiratus occurrens: Ne timeas, inquit, Maria, quasi aliquid contrarium tuae castitati hac salutatione praetexam. Invenisti enim gratiam apud dominum,

---

Cap. IX. (z) Virginem vocat, licet apud Lucam sit *εὐλογημένη ἐν γυναιξίν.* Et passim *γυνὴ* sexus nomen etiam de virgine. Vid. Suicerum in Thes. Tom. I. pag. 811. et Tom. II. pag. 307. Parum itaque solidum est, quod legitur in Bernhardi sermone de Maria: *Forte etiam propterea primo turbata est in sermone ejus, et cogitabat, qualis ista esset salutatio, quod benedictam sese audisset in mulieribus, quae nimirum benedici in virginibus semper optabat.* (*) Lucas diserte I, 29. *ἰδοῦσα διεταράχθη.* Quod vero additur *ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ*, non ad sola verba est restringendum, sed ad totam apparitionem. Quid enim in verbis dulcissimis et allocutione suavissima angeli erat, quod eam, si visionibus ejusmodi adsueta fuisset, potuisset conterrere?

quia castitatem elegisti. Ideoque virgo sine peccato (*a*) concipies et paries filium. Hic erit magnus, quia dominabitur (*b*) a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrae. Et filius altissimi vocabitur, quia qui in terris nascitur humilis, in coelo regnat sublimis. Et dabit illi dominus deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis. Ipse quippe rex regum (*c*) et dominus dominantium est, et thronus ejus (*d*) in seculum seculi. His angeli verbis Virgo non incredula, sed modum scire volens respondit: Quomodo istud fieri potest? Nam cum ipsa virum juxta votum meum nunquam cognosco (*e*), quomodo sine virilis seminis incremento parere possum? Ad hoc angelus, ne existimes, inquit, Maria, quod humano more concipias. Nam sine virili commixtione virgo concipies (*f*), virgo paries, virgo nutries. Spiritus enim sanctus superveniet

---

(*a*) Nihil hoc loco de *ἀναμαρτησίᾳ* Mariae, sive actuali sive originali, sed tantum quod conceptus ille sit futurus sine labe impuri connubii. Possit etiam sensus esse filium nasciturum esse, separatum a peccatis, non peccatorem, qualem se natum fatetur David Ps. LI, 5. (*b*) Ex Ps. LXXII, 8. quem hymnum etiam Judaei de Messia interpretantur. (*c*) Ex Deut. X, 17. et 1 Tim. VI, 10. (*d*) Ex Ps. XLV, 6. (*e*) Josephus enim illi *ἀνὴρ ἄνανδρος*, ut Epiphanius et alii veteres dicunt. Augustinus de Sancta Virginitate cap. 4. *Quomodo* inquit, *fiet istud, quoniam virum non cognosco. Quod profecto non diceret, nisi deo virginem se ante vovisset. Sed quia hoc Israelitarum mores adhuc recusarent, desponsata est viro justo, non violenter ablaturo, sed potius contra violentos custodituro, quod illa voverat.* (*f*) Anastasius Sinaita serm. de annunciat. Mariae: *ἀσυνδυάστως ἐκυοφόρησεν, ἀνυμφεύτως ἀπέτεκεν.* Hinc solenne illud: *Virgo ante partum, in partu, post partum.* Legis hoc apud Augusti-

in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi contra omnes ardores libidinis. Ideoque quod nascetur ex te solum erit sanctum, quia solum sine peccato conceptum et natum vocabitur filius dei. Tunc Maria manibus expansis et oculis ad coelum levatis dixit: Ecce ancilla domini, (neque enim dominae nomine digna sum,) fiat mihi secundum verbum tuum. (*Longum (g) forte et quibusdam taediosum erit, si cuncta huic opusculo inserere voluerimus, quae nativitatem dominicam vel praecessisse vel subsecuta fuisse legimus. Unde his omissis, quae in Evangelio plenius scripta sunt, ad ea, quae minus habentur, narranda accedamus.*)

CAPVT X.

Joseph igitur a Judaea in Galilaeam veniens desponsatam sibi virginem uxorem ducere intendebat: jam namque tres fluxerant menses, et quartus (*h*) instabat ex eo tempore, quo sibi desponsata fuerat; interea paulatim utero puerperae intumescente (*i*), puerperam se manifestare coe-

---

num Serm. XIV. in Natali Domini Tom. X. col. 598. ed. Basil. aliosque. (*g*) Verba Pseudo-Hieronymi.

Cap. X. (*h*) Evodius ap. Niceph. lib. II. cap. 3. *Τριετὴς γὰρ γενομένη τῷ ἱερῷ προσήχθη, καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων ἔτη ἕνδεκα διεβίβασε, καὶ εὐθὺς διὰ χειρὸς τῶν ἱερέων τῷ Ἰωσὴφ πρὸς φυλακὴν παρεδόθη. τέσσαρας δὲ μῆνας ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Ἰωσὴφ διετέλεσε, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀρχαγγέλου εὐαγγελίζεται Γαβριήλ.* (*i*) In homilia Athanasii *εἰς ἀπογραφὴν τῆς ἁγίας Μαρίας* Tom. II. pag. 650. Josephus inducitur graviter super hoc cum sponsa expostulans *οὐχ ὁρᾷς τὸν ὄγκον τῆς κοιλίας σου; ἔνδον τὸ βρέφος* etc. Mich. Glycas Annal. pag. 207. *Ὀγκοῦται ἡ παρθενικὴ γαστὴρ αὐτῆς, οὐ μικρῶς ἐπὶ τούτοις ὁ Ἰωσὴφ ταράσσεται.* Vid. etiam

pit, neque hoc latere potuit Joseph. Nam sponsi more liberius ad virginem introiens et familiarius cum ea loquens gravidam esse deprehendit. Aestuare itaque animo et fluctuare coepit, quia ignorabat, quid sibi potissimum esset faciendum. Neque enim eam (*k*) traducere voluit, quia justus erat; neque fornicationis suspicione infamare, quia pius. Itaque cogitabat clam dissolvere conjugium, et occulte dimittere eam. Haec autem eo cogitante, ecce angelus domini ei apparuit in somnis dicens: Joseph, fili David, noli timere, hoc est, ne velis fornicationis suspicionem in virgine habere, vel aliquid sinistrum cogitare, neque timeas eam in uxorem ducere. Quod enim in ea natum est et nunc animum tuum angit, non hominis sed spiritus sancti est opus. Pariet enim omnium virgo sola dei filium, et vocabis nomen ejus Jesum, id est Salvatorem, ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Igitur Joseph secundum angeli praeceptum virginem uxorem duxit, nec tamen cognovit eam (*l*), sed caste procurans custodivit. Jamque nonus a conceptione instabat mensis, cum Joseph uxore cum aliis quae necessaria erant assumta, Bethlehem civitatem, unde ipse erat, tetendit. Factum est autem,

---

Protev. cap. XIII. (*k*) Matth. I, 19. Vid. sqq. Augustini Serm. in Natali Domini XIV. (Serm. de Tempore XVIII.) Tom. X. ed. Basil. col. 599. (*l*) Ex Matth. cap. I. extr. Matrimonium autem cum Josepho ideo inire debuit Maria, ut ab iis, qui illam gravem utero cernerent, non adulterium virginitatis, sed desponsatae partus legitimus crederetur. Hinc Servator noster

cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret, et (m) peperit filium suum primogenitum, sicut sancti Evangelistae docuerunt, dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre et Filio et Spiritu sancto vivit et regnat deus per omnia secula seculorum.

ἐνομίζετο Luc. III, 23. filius Josephi, et fabri filius Matth. XIII, 56. *Maluit enim dominus aliquos de sua generatione, quam de matris pudore dubitare.* Ita Ambrosius. (m) Luc. II, 6.

HISTORIA
DE NATIVITATE MARIAE
ET DE INFANTIA SALVATORIS.

INCIPIT HISTORIA DE JOACHIM ET ANNA ET DE NATIVITATE BEATAE DEIGENITRICIS SEMPERQVE VIRGINIS MARIAE ET DE INFANTIA SALVATORIS.

PROLOGVS.

Ego Jacobus, filius Joseph, conversans in timore dei perscripsi omnia, quae oculis meis ipse vidi fieri in tempore nativitatis sanctae Mariae sive Salvatoris: gratias agens deo, qui mihi dedit sapientiam in historiis adventus sui, ostendens plenitudinem duodecim tribubus Israel.

De duobus codicibus Parisiensibus, quorum unus textum hujus libelli nobis suppeditavit, alter varias lectiones, vide Prolegomena. Ibi etiam habes inscriptionem et capitula in altero hoc codice praenotata. — *Jacobus*, qui in hoc prologo *filium Josephi* se dicit, non diversus est ab illo Jacobo, fratre domini, ementito Protevangelii graeci auctore, cujus vide cap. XXV. Ibi quae in cod. Vatic. A. aliisque codd. leguntur *δοξάζων τὸν δεσπότην θεὸν τὸν δόντα μοι σοφίαν τοῦ γράψαι τὴν ἱστορίαν ταύτην*, his reddita videntur verbis: *gratias agens deo qui mihi dedit sapientiam in historiis adventus sui.* — *nativitatis*) Haec vox in altero cod. Paris. deest. Idem vero addit titulos Mariae *Virginis* et *Domini* Salvatoris. Voculam *sive* notes in scriptoribus infimae Latinitatis saepius occurrere pro conjunctiva *et.* — *tribubus Israel.*) In illo cod. legitur *tribuum* omisso nomine *Israel.* Male. Nam *plenitudo* esse videtur *temporis* vel *temporum*, e vers. vulg. Gal. IV, 4. coll. Ephes. I, 10., id est tempus Messiae, quod deus duodecim tribubus ostendisse dicitur. Guarricus Abbas Igniacensis Sermone IV. de nativitate Domini ait: *Plenitudo ista temporis apud Paulum accipitur seu propter abundantiam gratiae, seu propter adimpletionem praecedentis Prophetiae, seu propter pleniorem aetatem fidei adultae.* Vid. Biblioth. PP. Lugdun. Tom. XXIII. pag. 180.

CAPVT I.

Erat vir in Israel nomine Joachim ex tribu Juda, et hic erat pastor ovium suarum timens deum in simplicitate et in bonitate sua; cui cura nulla alia erat nisi gregum suorum, de quorum fructu pascebat omnes timentes deum, duplicia perferens munera in timore dei egentibus (et) in doctrina laborantibus. Sive in agnis sive in lanis sive in omnibus rebus suis, quaecunque possidere videbatur, tres partes faciebat: unam partem dabat viduis, orphanis, peregrinis atque pauperibus, alteram partem colentibus deum, tertiam partem sibi et omni domui suae reservabat. Haec autem illo faciente multiplicabat deus gregem ipsius, ita ut non esset similis illi in populo Israel. Haec autem inchoavit facere a quintodecimo aetatis suae anno. Cum esset annorum viginti, accepit Annam, filiam Achar,

---

Cap. I. Scripturae diversitatem, quam ad hujus libelli textum notabimus, ex uno illo cod. Paris. repetitam esse semel hic monuisse sufficiat. Ubi autem scripturae diversitatem continuo sequitur adnotatio, hujus initium intervallo solito longiori ab illa disjungendum curavimus. — *in Israel*) in Jerusalem. Conf. Protev. cap. I. *Ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ ἦν Ἰωακεὶμ* sqq. et Ev. de Nativ. Mariae cap. I. ubi *domus paterna* Mariae esse dicitur *ex Galilaea et civitate Nazareth.* Vid. ejusdem cap. II. — *perferens*) offerens. — *in doctrina*) in doctrina divina. — *colentibus deum,*) in templo domini servientibus et colentibus deum. Eadem in Ev. de nativ. Mariae cap. I. de liberalitate Joachimi erga sacerdotes et egenos narrantur. — *Achar,*) Aquar. Nomen *Ἄχαρ* legi-

uxorem ex tribu sua, id est de tribu Juda, e genere David; cumque moratus esset cum ea per annos viginti, filios ex ea non excepit.

CAPVT II.

Factum est autem, ut in diebus festis inter eos qui offerebant incensum domino, staret Joachim portans mu-

---

tur Jos. VII, 1. Id vero fuisse patri Annae a nemine, quod sciam, proditum est. Contra Nicephorus hist. eccles. II, 3. locum affert Hippolyti, ut vult, Portuensis, quo Annae parentes appellantur Matthan et Maria. *Τρεῖς γὰρ ἦσαν ἀδελφαὶ ἀπὸ Βηθλεέμ, θυγατέρες Ματθὰν τοῦ ἱερέως καὶ Μαρίας τῆς αὐτοῦ γυναικός. ὄνομα τῇ πρώτῃ Μαρία, καὶ τῇ δευτέρᾳ Σόβη, τῇ δὲ τρίτῃ Ἄννα ὄνομα ἦν. — ἔγημε καὶ ἡ τρίτη Ἄννα εἰς γῆν τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐγέννησε Μαρίαν τὴν Θεοτόκον.* A Fabricio in Appendice edit. Opp. Hippolyti Tom. I. pag. 45. haec ad Hippolytum Thebanum referuntur, seculi decimi scriptorem. Eadem fere leguntur in Andronici Constantinop. Dialogo contra Judaeos cap. XXXVIII. et in Cosmae Vestiarii encomio in Joachimum et Annam, cujus particulam e codd. Pariss. edidit Cotelerius ad Constitut. Apost. lib. III. cap. 6. p. 282. ed. Cler. II., ubi in margine etiam Andream Cretensem laudat. Fabulosa vero esse nec fide digna demonstrat Casaubonus Exercit. I. pag. 95. ed. Genev. Muhammedanis Annam dici filiam *Nahor* docent Calmet *Diction. histor. de la Bible* s. n. Anna, et Herbelot *Biblioth. Orient.* s. n. Miriam, qui ibi plures traditiones de Mariae parentibus, nativitate et educatione e Muhammedanis auctoribus protulit. — *filios*) filios aut filias. — *excepit.*) accepit. Joachimum et Annam *per annos circiter viginti castum domi conjugium sine liberorum procreatione exercuisse* refert Ev. de Nativ. Mariae cap. I.

Cap. II. Narratur hoc capite fabula, qualis est in Protev. cap. I—IV. med., a quo differt Ev. de Nativ. Mariae cap. II. sqq. Ibi enim Rubenis loco est Isaschar pontifex, qui Joachimum Hierosolyma profectum et festis Encaeniorum diebus munera sua offerentem spernit; et angelus ille Joachimo prius quam Annae apparuisse traditur. — *incensum*) Haec vox in vers. vulg.

nera sua in conspectu domini. Et accedens ad eum scriba templi domini nomine Ruben ait ad eum: Non licet tibi inter sacrificia dei consistere, quia non benedixit tibi deus, ut daret tibi germen in Israel. Passus itaque verecundiam in conspectu populi abscessit de templo dei plorans, et non est reversus ad domum suam, sed abiit ad pecora sua et duxit secum pastores inter montes in longinqua terra, ita ut per quinque menses nunquam de eo audire potuisset nec Anna uxor sua. Quae dum fleret in oratione et diceret: Domine, deus Israel, fortissime, quia filios non dedisti mihi, quare virum meum tulisti a me? Ecce enim quinque menses transierunt et virum meum non video, et nescio ubi mortuus sit, ut vel sepulturam illi fecissem. Et dum nimis fleret ingressa in interiore domo sua, cadens in oratione preces deo fundere coepit. Et posthaec surgens ab oratione, elevans oculos ad deum vidit nidum passeris in arbore lauri, et emisit vocem ad deum cum gemitu et dixit:

Exod. XXX, 7. Jes. I, 13. aliisque locis legitur pro hebr. קְטֹרֶת et gr. *θυμίαμα*. Inde *incensum offerre* dicitur sacerdos in Libro Sacramentorum Gregorii M. et in Marci Liturgia, ubi Graecum exemplar habet *θυμίαμα προσφέρειν*. H. l. idem esse videtur, quod *sacrificium*. Plura vid. in Dufresne Glossario med. et inf. Latin. s. h. v. — *scriba*) sacerdos scriba. Fortasse noster praefectum sive magistratum templi (Act. App. IV, 1.) hac voce indicare vult. Vid. Schleusneri Lex. Nov. Test. s. v. *γραμματεύς*, et Glossar. laud. s. vv. *scribae* et *scribones*. — *inter sacrificia dei*) inter sacrificia dei agentes. — *Et posthaec surgens*) Propter sequentia notandum est, locum orationis Annae fuisse hortum teste Protev. Jacobi cap. II. Vid. Combefisii notam ad Georgii Nicomed. Orat. in Conceptionem S. Annae, Biblioth. PP. Auctarii Novi T. I. col. 1227. —

Domine, deus omnipotens, qui omni creaturae donasti filios, bestiis et jumentis et serpentibus, piscibus et volucribus, et gaudent super eos, tibi soli gratias ago, quia, ut voluisti, ita ordinasti, ut me solam a benignitatis tuae munere excluderes. Tu enim, domine, nosti cor meum, quia ab initio conjugii mei hoc vovisse me confiteor, ut si tu, domine, dedisses mihi filium aut filiam, obtulissem tibi in templo sancto tuo. Et dum haec diceret, subito ante faciem ejus apparuit angelus domini dicens ei: Noli timere, Anna, quoniam in consilio dei est germen tuum: et quod ex te natum fuerit, erit in admirationem omnibus seculis usque ad finem. Et cum haec dixisset, ab oculis ejus elapsus est. Illa autem tremens et pavens, quod talem vidisset visionem et talem audisset sermonem, ingressa est in cubiculum suum, et jactavit se in lecto quasi mortua, et per totum diem et totam noctem in tremore nimio atque in oratione permansit. Posthaec vocavit ad se puellam suam, et dixit ad eam: Vidisti me viduitate deceptam et in angustia positam, et tu nec ingredi ad me voluisti? Tunc illa in murmure respondens ait: Si conclusit deus uterum tuum, et virum tuum a te abstulit, ego quid tibi factura sum? Et haec audiens Anna emittens vocem cum clamoribus flebat.

---

qui omni creaturae donasti filios,) qui omnia creasti, tu dedisti filios. — *super eos,*) super illis. — *vovisse me confiteor,*) Eodem modo vovet Anna Protev. cap. IV. Conf. etiam Gregor. Nyss. in diem nat. Christi Tom. III. pag. 346. et Niceph. hist. eccles. lib. I. cap. 7. In Ev. de nativ. Mariae cap. I. extr. commune est votum Joachimi et Annae. — *et tu nec ingredi ad me voluisti?*) et tu quare ad me ingredi noluisti?

CAPVT III.

In ipso autem tempore apparuit juvenis quidam inter montes, ubi Joachim pascebat gregem suum, et dixit ei: Quare non reverteris ad uxorem tuam? Et dixit Joachim: Per viginti annos habui eam, nunc vero quia noluit deus mihi ex ea dare filios, cum verecundia de templo dei exprobratus exivi, ut quid revertar ad eam semel abjectus atque despectus. Per manus autem puerorum meorum pauperibus, viduis et orphanis et colentibus deum partes suas libenter restituam. Et cum haec dixisset, respondit ille juvenis dicens: Angelus dei ego sum, qui apparui uxori tuae flenti et oranti, et consolatus sum eam, quia tu nimis eam reliquisti tristem, quam scias ex semine tuo

---

Cap. III. *inter montes,*) Inter montes vel in monte ab angelo significatum esse Joachimo futurum uxoris partum neque in Ev. de nativ. Mariae cap. III. neque in Protev. cap. IV. legitur. Ibi autem verbum *καταβῆναι* usurpatur de reditu Joachimi, unde illud etiam Eustathius Antiochenus, cujus verba supra pag. 187. extr. laudavimus, videtur collegisse, etsi non satis firmiter. Epiphanius factum id esse refert in deserto, quo secundum Protev. cap. I. Joachim secesserat. Haeres. LXXIX. cap. 5. *Εἰ γὰρ καὶ ἡ τῆς Μαρίας ἱστορία καὶ παραδόσεις ἔχουσιν, ὅτι ἐῤῥέθη τῷ πατρὶ αὐτῆς Ἰωακεὶμ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτι ἡ γυνή σου συνειληφυῖα, οὐχ ὅτι ἄνευ συζυγίας τοῦτο ἐγένετο, οὐδὲ ὅτι ἄνευ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἔσεσθαι προεθέσπιζεν ὁ Ἄγγελος ἀποσταλεὶς, ἵνα μήτις γένηται δισταγμὸς,* κ. τ. λ. Scriptor vero orationis de laudibus S. Mariae, sub Epiphanii nomine editae, Tom. II. p. 292. ed. Colon. *Ἰωακεὶμ γὰρ ἐν τῷ ὄρει προσηύχετο, καὶ Ἄννα ἐν τῷ παραδείσῳ αὐτῆς.* — *ut quid revertar*) Suspicari possis *et quid;* sed saepius ita loquitur auctor, velut cap. X. et XII. Videtur h. l. supplendum *nesciam* ante *quid revertar.* In seqq. *pueri* sunt servi. — *quia tu*) Ms. qui tu. In altero cod. hoc comma corruptum est nec suo loco posi-

concipere filiam: haec in templo dei erit et spiritus sanctus requiescet in ea, et erit beatitudo ejus super omnes sanctas feminas, ita ut nullus possit dicere, quia fuit talis antea aliqua, sed et postea nunquam erit ei similis ventura in hoc seculo: et semen ejus erit benedictum et ipsa erit benedicta, et mater benedictionis aeternae constituetur. Propter quod descende de monte, et revertere ad conjugem tuam, et referetis ambo gratias omnipotenti deo. Et adorans eum Joachim dixit ei: Si inveni gratiam

---

tum. — *concipere*) concepisse. Similiter versus finem capitis scriptum est *et concepi*, ubi in libro antiquiori, cujus textum nos exhibemus, legitur *et ecce concipiam*. Sic in Protev. cap. IV. angelus Joachimo dicit: ἰδοὺ Ἄννα ἡ γυνή σου ἐν γαστρὶ λήψεται, et Anna ipsa ibidem ἡ ἄτεκνος, inquit, ἐν γαστρὶ λήψομαι. ubi in Vatic. A. pro λήψομαι est εἴληφα. Fortasse haec mutata sunt a nimio Mariae cultore, ut Anna marito quinque menses amplius absente praeter concubitum matrimonialem concepisse videretur. Vide sqq. et initium cap. IV. — *Propter quod — omnipotenti deo.*) Propter quod descende de monte, et revertere ad conjugem tuam, et invenies eam habentem in utero de spiritu sancto: unde gratias referas deo. Collocata sunt haec verba in isto codice paulo supra post voces *in hoc seculo*. Ceterum non debebat is, qui angelum hic annuntiantem fecit Joachimo, Annam in utero habere *de spiritu sancto*, intacta relinquere praecedentia ejusdem verba *ex semine tuo*. Poterat autem ab illo additamento dehortari auctoritas Epiphanii (vide supra) et S. Bernardi, qui in epist. 174. ad canonicos Lugdunenses scribit: *Si licet loqui, quod ecclesia sentit, (et verum ipsa sentit,) dico gloriosam de Spiritu s. concepisse, non autem et conceptam fuisse; dico peperisse virginem, non tamen et partam a virgine.* Ubi enim scriptores et concionatores ante seculum duodecimum mirabilem praedicant Mariae conceptionem, plerique id maxime respiciunt, quod Anna eam post diuturnam sterilitatem praeter omnium opinionem conceperit. Ab illo autem tempore immaculata Mariae conceptio celebrari coepta est, et passim Anna quoque *Virginis* titulo ornata, uti jam diximus ad Ev. de nativ. Mariae cap. I. Quanquam id postea quodammodo publica auctoritate improbatum est. Nam

coram te, sede modicum in tabernaculo meo, et benedic me servum tuum. Et dixit illi angelus: Noli dicere servum tuum, sed conservum meum: unius enim domini servi sumus. Nam cibus meus invisibilis est, et potus meus ab hominibus mortalibus videri non potest: et ideo non debes tu me hoc rogare, ut intrem in tabernaculo tuo, sed quod mihi eras daturus, tu in holocaustum offeras deo. Tunc Joachim accepit agnum immaculatum, et dixit ad angelum: Ego non essem ausus offerre holocaustum, nisi jussio tua daret mihi pontificium offerendi. Et dixit ei

---

a. 1677. a Pontifice Innocentio XI. condemnatus est Neapolitanus quidam nomine *Imperialis*, qui contendit Annam, etiam postquam Mariam enixa fuisset, virginem mansisse. Vid. Tillemontium Hist. eccles. Tom. I. pag. 199. ed. Brux. Conf. etiam Bayle Diction. hist. et crit. s. n. *Borri* et *Joachim*. De festo conceptionis Mariae, quod in ecclesia Romana celebratur die VIII. Decembris et in ecclesia Graeca postridie, vid. Jo. Andr. Schmidii Prolusionem Marianam VI. (Helmst. 1721.) et M. Ant. Gravois De ortu et progressu cultus ac festi immaculati conceptus b. Deigenitricis Virg. Mariae. Lucae. 1762. 4. In Horologio Graecorum sequens est ad hunc diem inscriptio: *ἡ σύλληψις τῆς ἁγίας καὶ Θεοπρομήτορος Ἄννης.* Troparium incipit: *Σήμερον τῆς ἀτεκνίας δεσμὰ διαλύονται κτλ.* Et contacium: *Ἑορτάζει σήμερον ἡ οἰκουμένη τὴν τῆς Ἄννης σύλληψιν γεγενημένην ἐκ Θεοῦ· κτλ.* — *conservum meum:*) Vitium his inhaeret. Fortasse omittendum pronomen possessivum. Initio sequentis periodi offensioni est vocula *Nam.* Scribere debebat: *Quoniam vero cibus meus* etc. Causam angelus indicat, cur Joachimo hospitaliter ipsum invitanti obsequi nequeat. Angeli autem, quos veteres Christiani non prorsus *ἀσωμάτους* esse opinati sunt, quo cibo vescantur, disquirunt Justinus in dial. cum Tryphone pag. 162. seq. ed. Marani, Clemens Paedag. lib. I. cap. 6. pag. 122. ed. Potter., Origenes de Oratione Tom. I. pag. 241. ed. Delarue, et Arnobius junior in Ps. LXXVII. in Biblioth. PP. Lugd. Tom. VIII. pag. 279. Respiciunt locum Ps. LXXVIII, 25. ubi de manna dicitur: *Ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος.* Conf. Sap. Salom. XV, 2. et 4 Esdrae I, 19. — *pontificium*) Significat haec vox apud

angelus: Nec ego te ad offerendum invitarem, nisi voluntatem dei cognovissem. Factum est autem, cum offerret deo sacrificium, simul cum odore sacrificii quasi cum fumo (angelus domini) perrexit ad coelos. Tunc Joachim cecidit in faciem suam ab hora diei sexta, et jacuit usque ad vesperam. Venientes autem pueri ejus et mercenarii nescientes quid causae esset expaverunt, et putantes quod ipse se vellet interficere, accesserunt ad eum, et vix eum elevaverunt a terra. Quibus cum enarrasset quae vidisset, stupore nimio et admiratione impulsi hortabantur eum, ut sine mora visionem angeli perficeret, atque velociter ad suam conjugem remearet. Cumque Joachim haec in animo suo discuteret, si reverti deberet an non, factum est, ut a sopore teneretur. Et ecce angelus domini, qui apparuerat ei vigilanti, apparuit ei in somnis dicens: Ego sum angelus, qui a deo datus sum tibi custos, descende securus et revertere ad Annam: quia misericordiae, quas fecisti tu et uxor tua, in conspectu altissimi recitatae sunt, et tale datum est vobis germen, quale nunquam ab initio nec prophetae nec sancti habuerunt nec habituri sunt. Et factum est cum evigilasset Joachim a somno, vocavit ad se gregarios suos, et indicavit eis

---

Scriptores serioris aevi *jus et potestatem* aliquid faciendi. Sic jam apud Gellium Noct. Attic. I, 13. legitur. Vide Juretum ad Symmachum lib. VII. ep. 27. — *quasi cum fumo*) haec desunt in altero codice. — *jacuit*) in oratione jacuit. — *factum est, ut a sopore teneretur.*) contigit, ut soporaretur. Alibi *soporare* est dormire. Ita in Processu de vita et miraculis vener. Mariae de Malliaco, in Actis SS. Martii Tom. III. pag. 749. *Respondit quod in tota nocte non soporaverat seu dormiverat.* — *gregarios*) secretarios. Gregarii sunt pastores, custodes gregum. Joachim inducitur ut vir dives plures sub se

somnium suum. At illi adoraverunt dominum, et dixerunt ei: Vide ne ultra contemnas angelum dei; sed surge, proficiscamur et lento gradu pascentes eamus. Cumque triginta dies ambulantes essent jam prope, apparuit Annae in oratione stanti angelus domini dicens ei: Vade ad portam, quae vocatur aurea, et occurre viro tuo, quoniam veniet ad te hodie. At illa festinanter perrexit cum puellis suis, et coepit in ipsa porta stans orare: et cum diutius exspectaret et longa exspectatione deficeret, elevans oculos suos vidit Joachim venientem cum pecoribus suis. Occurrensque Anna suspendit se in collo ejus, gratias agens deo et dicens: Vidua eram, et ecce jam non sum sterilis, et ecce concipiam. Et factum est gaudium cum omnibus notis et affinibus eorum, ita ut universa terra Israel de ista fama gratularetur.

---

habens pastores. Ex Protev. Jacobi idem hoc multi repetunt, velut Nicetas Paphlago Orat. encom. XIV., Biblioth. PP. Max. Tom. XXVII. p. 423. Inde quod Joachim habitus est pastor ovium, orta est illa traditio, Mariam natam esse *ἐν τῷ τῆς προβατικῆς τοῦ Ἰωακεὶμ οἴκῳ*, hoc est, *in aedibus pecuariis.* Vid. Joannis Damasc. de fide orthod. lib. IV. cap. 14. Conf. Schmidii Prolus. Marian. II. — *ad portam, quae vocatur aurea,*) Iis, quae de *aurea porta* disputavimus ad Ev. de Nativ. Mariae cap. III., adde locum Brocardi in Descriptione terrae sanctae sententiam nostram confirmantem, quem legis in Canisii Lect. ant. ed. Basnage Tom. IV. pag. 21. Ibi enim inter portas urbis Jerusalem memoratur porta *aureae* nomine insignita. — *et ecce concipiam.*) et ecce concepi. — *gaudium cum omnibus*) gaudium magnum omnibus.

CAPVT IV.

Posthaec autem concepit Anna expletisque mensibus novem peperit filiam, et vocavit nomen ejus Mariam. Cum autem tertio anno ablactasset eam, abierunt simul Joachim et Anna uxor ejus ad templum domini, et offerentes hostias domino tradiderunt infantulam suam Mariam

---

Cap. IV. *Posthaec autem — filiam,*) Posthaec autem completis mensibus novem peperit Anna filiam. De hac lectione vid. supra notata ad cap. III. Festum Nativitatis Mariae die VIII. Septembris celebratur. Historiam ejus illustrant Schmidius Prolus. Marian. VI. et Tillemontius Hist. eccles. Tom. I. p. 200. — *ablactasset*) Sic emendavimus vitiosam codd. scripturam *perlactasset.* Verbum *ablactandi* legitur 1 Sam. I, 21. sqq. et de tribus his *ablactationis* annis sermo est in Ev. de Nativ. Mariae cap. IV. et VI. coll. Protev. cap. VII. — *infantulam suam*) famulam dei. Fabulam de Maria trimula in templum vel in sanctum sanctorum deducta ibique educata legimus Protev. cap. VII. et VIII., Ev. de nativ. Mariae cap. III. IV. VI. VII. et Hist. Josephi Arab. cap. III. Ex Protev. eam acceperunt Pseudo-Evodius apud Nicephorum hist. eccles. II, 3., auctor *Christi patientis* vers. 1356. sq., Gregorius Nyss. homil. in diem nat. Christi Tom. III. pag. 346., Andreas Cret. homil. in Nativ. Mariae in Auctario Novo Biblioth. PP. Tom. I. col. 1302., Germanus Patriarcha Cpolit. encom. in S. Deiparam ibid. col. 1414. sq, Joannes Damasc. de orthod. fide lib. IV. cap. 14., Georgius Nicomed. homil. in S. Deiparae Repraesent. Auctarii Novi Tom. I. col. 1087., Leo imperator Orat. in Praesent. Mariae ibid. col. 1620. sq., Jacobus Mon. ibid. col. 1255. Cedrenus Compend. Hist. pag. 153. ed. Bas., Nicephorus hist. eccles. I, 7. aliique. Praeter hos Epiphanius in Ancorato num. 60. ait, primogenitos tam mares quam foeminas in templo consecrari ibique ad annos pubertatis educari solitas et inde Mariam Josepho traditam esse. E Judaeis recentioribus laudatus a Fabricio R. Azarias in Imre Binah c. 60. auctor est, in templo secundo mares pariter foeminasque (viduas juxta et virgines) separatis coetibus assidue versatos continentem vitam duxisse. Totum hoc commentum post Canisium lib. I. de Maria Deipara praecipue Baro-

in contubernio virginum, quae die noctuque in dei laudibus manebant. Quae cum posita esset ante templum domini, quindecim gradus ita cursim ascendit, ut penitus non aspiceret retrorsum, et ut solitum est infantiae parentes requirere. In quo facto omnes stupore attoniti tenebantur, ita ut pontifices templi mirarentur.

CAPVT V.

Tunc Anna repleta spiritu sancto in conspectu omnium dixit: Dominus, deus exercituum, memor factus est verbi sui, et visitavit populum suum visitatione sancta sua, ut gentes, quae insurgebant in nos, humiliet et convertat cor eorum ad se. Aperuit aures suas precibus nostris, et

---

nius in Apparatu ad Annales num. XLVII. sqq. multis probare studuit, sed refutatus est a Casaubono Exercit. I. num. 20 - 23., Wagenseilio ad Sota pag. 437. 1119., atque Schmidio in Prolus. Mariana II. et in Historia sec. I. fabulis maculata cap. I. Conf. etiam Tillemontium Hist. eccles. Tom. I. pag. 200. sq., Combefisium ad Andream Cret. et ad Georgium Nicom. Auctarii Novi Tom. I. col. 1238. et Montacutium in Apparatu ad origines eccles. pag. 319. sq. et in Analect. exercit. VII. sect. 4. Virgines et viduas deo consecratas in templo commoratas esse invito saniori sensu et repugnante historia collegerunt, ut videtur, e locis Exod. XIII, 2. XXXIIX, 8. 2 Macc. III, 19. Luc. II, 37. aliisque similibus. De festo Praesentationis, quod die XXI. Novembris in memoriam illius rei celebratur, vid. Benedicti XIV. Comment. de festis P. IV. p. 232. sqq. ed. Mogunt. et Schmidii Prolus. Marianam VI. — *et ut — requirere.*) nec, ut solet, parentes suos requireret. De gradibus illis quindecim vid. ad Ev. de Nativ. Mariae cap. VI.

Cap. V. *populum suum*) plebem suam. Sic in Bibliis Lat. Luc. I, 68. *Benedictus dominus deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem plebis suae.* — *humiliet et convertat cor eorum ad se.*) in humilitate corda eorum converterentur. —

exclusit a nobis insultationes inimicorum nostrorum. Sterilis facta est mater, et genuit exultationem et laetitiam in Israel. Ecce potero offerre munera domino, et quare me prohibere volebant inimici mei. Dominus enim evertit eos a me, et dedit mihi gaudium sempiternum.

---

et quare) Videtur scribendum *qua re*, h. e. ab oblatione munerum. — *Dominus — sempiternum.*) Dominus convertat corda eorum ad me et det nobis gaudium sempiternum. Anna, quae hic ultimum in ista historia memoratur, dicitur deinde post genitam Mariam amisso Joachimo marito duobus praeterea viris nupsisse Cleophae et Salomae: qua de re hosce versus affert Jo. Gerson. in sermone de nativ. Virginis Mariae Tom. III. pag. 59. *Anna tribus nupsit, Joachim, Cleophae, Salomaeque; Ex quibus ipsa viris peperit tres Anna Marias, Quas duxere Joseph, Alphaeus, Zebedeusque. Prima Jesum: Jacobum, Joseph, cum Simone Judam Altera dat: Jacobum dat tertia datque Johannem.* Eadem legis in Haymonis hist. sacr. lib. II. cap. 3. Ridicule Salomen virum putarunt. Alias de Anna fabulas afferunt Petrus Sutor scripto contra Joannem Fabrum a. 1523. edito de triplici Annae connubio, Jo. Crausius in exercitatione de Josepho et Anna Jen. 1667., auctor libri Anglici *An abridgement of the prerogatives of S. Ann.* Lond. 1688. (cf. The young students library pag. 120. sq.), et Georg. Henr. Goezius in diss. de cultu Annae, aviae Christi, in Misniam invecto. Praeter hos adeundi scriptores de Maria velut Rivetus in Apologia pro Maria aliique, quos recenset Hippol. Maraccii Bibliotheca Mariana Romae 1648. edita. Cantica duo ecclesiastica Graeca in memoriam SS. Joachimi et Annae Msta memorat Lambecius in Commentariis de Biblioth. Vindob. lib. III. p. 207. De templis S. Annae dedicatis et de festis diebus, quibus ejusdem et Joachimi memoria ab ecclesia Graeca et Latina recolitur, vid. Tillemontii Hist. eccles. Tom. I. p. 199. et Benedicti XIV. comment. de festis Jesu Chr. et B. Mariae V. Parte IV. p. 199. sq. ed. Mogunt. Parum autem certa esse omnia, quae de Joachimo et Anna feruntur, et nomina ipsa, de quibus jam diu Hieronymus et Augustinus dubitarunt, fortasse conficta esse, inter ipsos catholicos theologos plures fatentur. Vid. Bollandus in Actis SS. ad diem XX. Martii pag. 77. sqq. et Serry Exercitationes historicae, criticae, polemicae de Christo ejusque Virgine matre etc. Venet. 1719. 4. in exercit. XVIII.

CAPVT VI.

Erat autem Maria in admiratione omni populo, quia cum trium esset annorum, maturo gressu ambulabat, et ita perfectissime in dei laudibus permanebat, ut omnes stupore et admiratione subjacerent: quia non infantula putabatur, sed magna et quasi jam plena annorum, ita in oratione consistebat. Etiam resplendebat facies ejus sicut nix, ita ut vix possent in ejus vultum intendere. Insistebat autem ad opus lanificii, et omnia, quae mulieres antiquae non potuerunt facere, ista in tenera aetate posita explicabat. Hanc autem regulam sibi statuerat, ut a mane usque ad horam tertiam orationibus insisteret, a tertia autem usque ad nonam textrino se opere occuparet. A nona vero hora iterum ab oratione non recedebat, donec

---

Cap. VI. *ambulabat.*) incedebat. Lepide Gelaloddinus de Maria: *Crescebat in uno die, quantum crescunt alii infantes in uno anno.* Vid. Maraccii Prodr. ad refutat. Alcorani Part. IV. pag. 87. — *permanebat,*) vacabat. — *non infantula*) non ut infantula. Item in sqq. sed ut magna. — *jam plena annorum,*) triginta jam annorum. Barbarismos et soloecismos hoc aliisque libelli locis obvios non est quod notemus. Dicere autem vult auctor, Mariam tres annos natam tam assiduam fuisse in precibus, ut non infantula, sed virgo adulta putaretur. — *ad opus*) operi. — *omnia*) opera. — *explicabat*) explebat. Antea mulieres *antiquae* dictae pro *aetate provectis.* Vid. Glossarium med. et inf. Latin. s. vv. *antiquus* et *antiquitas.* — *a mane*) a prima. Ejusmodi fabulam, qualem hic legimus, respexit Marcus Antonius Sabellicus *Exemplorum* lib. II. cap. 4. et 9. lib. III. cap. 4. Ibi enim ex majorum traditione refert, eam otii negotiique rationem Mariae constitisse, ut a prima luce ad tertiam diei horam rebus divinis peculiarem operam daret: inde ad meridiem puellare aliquod opus obiret, saepe et lanificio vacaret, mox autem a cibo, qui parcissimus illi erat, reliquam diei partem scripturae sacrae lectioni sedulo impenderet. —

angelus domini ei appareret, de cujus manu escam acciperet, ut melius atque melius in dei amore proficeret. Denique cum senioribus virginibus in dei laudibus ita docebatur, ut jam nulla ei in vigiliis prior inveniretur, in sapientia legis dei eruditior, in humilitate humilior, in carminibus Davidicis elegantior, in caritate gratiosior, in castitate purior, in omni virtute perfectior. Erat enim constans, immobilis, immutabilis, atque quotidie ad meliora proficiscebatur. Hanc maledicentem nunquam ullus audivit, hanc irascentem nunquam ullus vidit. Omnis autem sermo ejus ita erat gratia plenus, ut cognosceretur in lingua ejus dei veritas. Semper in oratione vel scrutatione legis dei permanebat. Et erat sollicita circa socias suas, ne aliqua ex iis vel in uno sermone peccaret, ne aliqua in risu exaltaret sonum suum, ne aliqua in injuriis aut in superbia circa patrem suum aut matrem existeret. Sine intermissione benedicebat deum, et ne forte salutatione sua a laudibus dei tolleretur, si quis eam salutabat, illa pro salutatione sua *deo gratias* respondebat. Denique primum ab ea exiit, ut cum resalutent homines sancti, *deo gratias* dicant.

---

constans,) casta. — *proficiscebatur.)* proficiebat. — *dei veritas.)* esse deus. — *in injuriis — existeret.)* injuriosa aut superba erga patrem suum et in matrem existeret. Tota haec periodus in isto codice bis legitur, iisdem paene verbis repetita. — *salutatione sua*) in salutatione sua vel aliqua. — *Denique primum*) Quod primum. — *ut cum — dicant.)* ut homines, cum se invicem salutarent, *deo gratias* responderent. *Deo gratias* communem admodum salutationis formulam fuisse Christianis vel potius monachis testatur Augustinus in Ps. CXXXII., ubi haec habet: *Hi etiam* (Agonistici sive Circumcelliones) *insultare nobis audent, quia fratres, quum vi-*

Quotidie esca, quam de manu angeli accipiebat, ipsa tantum reficiebatur: escam vero, quam a pontificibus templi consequebatur, pauperibus dividebat. Frequenter videbantur cum ea angeli loqui, et quasi carissime obtemperabant ei. Si quis autem de infirmantibus tetigisset eam, salvus ad domum suam eadem hora revertebatur.

---

dent homines, *Deo gratias dicunt*. Conf. ejusd. epist. LXXVII. et CX., ex qua apparet variis occasionibus hanc tanquam acclamationem adhiberi consuevisse. In Regula S. Benedicti cap. 66. ostiario praecipitur: *mox ut aliquis pulsaverit aut pauper clamaverit*, *Deo gratias respondeat aut benedicat*. Singularem ecclesiasticum usum notat Mabillonius De liturg. Gallic. lib. I. cap. 2., populum ad titulum alicujus prophetiae vel epistolae nonnunquam respondisse *Deo gratias*. Auctor noster salutationis formulam ficta Mariae auctoritate commendare vult. — *Quotidie esca*, — *reficiebatur*:) Esca vero, quam de manu angeli quotidie accipiebat, ipsam reficiebat. Ab angelo nutritam esse Mariam tradunt Cedrenus, Georgius Nicomediensis aliique, qui Protevangelii narrationem probarunt. Eandem respexit Gregorius Nazianzenus sive quisquis est auctor Christi patientis, qui v. 1354. sqq. Mariam dicentem facit: *Κἀπεὶ δ' ἐτέχθην πατρὸς, οἶμαι, σου κρίσει, Τρέφει με πατὴρ οὐ βροτείαν ἐσχάραν, Μήτηρ τ' ἔδωκεν ἱεροὺς ἀμφὶ δόμους. Ἔνθ' ἐκτραφεῖσαν χερσὶν ἀγγέλου ξένως Εἰς καιρὸν ἀνδρὶ σώφρον' ἐκδέδωκέ με Γερουσία σύμπασα τηρεῖν ἐννόμως*. — *escam vero, quam — dividebat*.) illud autem, quod — erogabat. — *videbantur cum ea angeli)* videbatur cum ea angelus dei. Extremo capite *infirmantes* sunt aegrotantes sive infirmi. Ceterum quid Maria a tertio aetatis anno ad quartum decimum egerit, et quibus virtutibus excelluerit, hoc capite multo pluribus enarratum est, quam in Ev. de Nativ. Mariae cap. VII. et Protev. cap. VIII. ubi haec pauca leguntur: *Ἦν δὲ Μαριὰμ ὡσεὶ περιστερὰ νεμομένη ἐν τῷ ναῷ κυρίου, καὶ ἐλάμβανε τροφὴν ἐκ χειρὸς ἀγγέλου*. Imitatus est scriptor iste medii aevi Ambrosium libr. II. De Virginibus ad Marcellinam col. 164. sq. aliosque, qui quidquid in sexu foemineo, praecipue in virgine sanctimoniali, suo tempore laudabile haberetur, id omne in Maria virgine maxime conspicuum fuisse colligerent, eamque pietatis et omnium virtutum exemplar describerent. Conf. etiam Nicephorum hist. eccles. II, 23.

CAPVT VII.

Tunc Abiathar sacerdos obtulit munera infinita pontificibus, ut acciperet eam filio suo tradendam uxorem. Maria autem prohibebat eos dicens: Non potest fieri, ut aut ego virum cognoscam aut a viro cognoscar. Pontifices autem et omnes affines ejus dicebant ei: Deus a filiis colitur, exin in posteris adoratur, sicut semper fuit in populo Israel. Respondens autem Maria dixit illis: Deus castitate primo omnium probatur aut colitur. Nam ante Abel nullus fuit justus inter homines, et iste pro oblatione placuit deo; ab eo autem, qui displicuit, inclementer occisus est. Duas tamen coronas accepit, oblationis et virginitatis, quia in carnem suam nunquam pol-

---

Cap. VII. *Abiathar*) Abyacar. Eadem scripturae diversitas, quoties infra mentio ejus fit. Illius nominis summus sacerdos in V. T. memoratur 1 Sam. XXII. et 1 Regg. I. et in Abdiae hist. Apost. lib. IV. cap. 8., ubi tamen est persona ficta. Hoc vero capite quae de isto sacerdote narrantur, ea neque in Ev. de Nativ. Mariae neque in Protev. gr. leguntur. In seq. cap. idem Abiathar dicitur pontifex summus, ubi in Protev. cap. VIII. est Zacharias. — *ut aut ego*) ut ego. *Cognoscere* respondet graeco *γινώσκειν*, quod et de foeminis et de maribus dicitur Luc. I, 34. Matth. I, 25. — *probatur aut colitur.*) colitur, ut comprobatur. — *iste pro oblatione*) iste per orationes suas. — *accepit*) a David accepit. Quod h. l. sumitur, Abelem egisse vitam caelibem, idem Basilio, Ambrosio aliisque visum. Suidas in voce Ἄβελ. Ἄβελ, υἱὸς Ἀδάμ. οὗτος παρθένος καὶ δίκαιος ὑπῆρχε καὶ ποιμὴν προβάτων. Contra Chrysostomus eundem uxorem duxisse opinatus est. Vid. Calmeti *Diction. histor. de la Bible* s. v. Abel. Ab auctore *De mirabilibus sacrae scripturae* lib. I. cap. 3. Abel *totius humanae justitiae princeps* dicitur. *Tota enim*, inquit, *justitia haec est, virginitas, sacerdotium et martyrium. Quae triplex justitia in Abel primo fuit, qui et munera deo placita obtulit, prosapiam generis in se-*

lutionem admisit. Denique et Helyas cum esset in carne, assumtus est, quia carnem suam virginem custodivit. Haec ego didici in templo domini ab infantia mea, quod deo cara esse possit virgo. Ideo hoc statui in corde meo, ut virum penitus non cognoscam.

---

culo non reliquit, et martyrii coronam sanguinis effusione promeruit. Opusculum incerti hujus auctoris, qui post a. 700. vixisse perhibetur, editum est inter Augustini Opera. — *cum esset in carne,*) cum esset virgo, in carne. Eliam constat a multis ecclesiae doctoribus castimoniae exemplum proponi; velut a Cassiano De coenobiorum institutis lib. I. cap. 2. *Quorum prior* (Elias) *qui in Veteri Testamento virginitatis jam flores et castimoniae continentiaeque praefigurabat exempla*, etc. Idem princeps monachorum praedicatur. Sozomenus hist. eccles. I, 12. *Ταύτης δὲ τῆς ἀρίστης φιλοσοφίας ἦρξατο, ὥς τινες λέγουσιν, Ἡλίας ὁ προφήτης, καὶ Ἰωάννης ὁ βαπτιστής.* Vid. etiam Hieron. ep. LVIII. ad Paulin. (ed. Vallars. Tom. I. col. 323.) Seriori tempore adeo Carmelitanum Ordinem ab Elia institutum esse creditum est. Inde h. l. elogium *virginis*, quod etiam maribus matrimonii expertibus et castis tribuitur, ut graecum *παρθένου*. Sic Epiphan. haer. LXXIX. num. 5. *ὡς Ἡλίας ἐκ μητρὸς παρθένος, καὶ οὕτω μένων εἰς τὸ διηνεκὲς, καὶ ἀναλαμβανόμενος, θάνατον δὲ οὐχ ἑωρακώς.* Joannes Damasc. de orthod. fide lib. IV. cap. 24. *Τίς Ἰορδάνην ἔτεμεν; οὐχ ὁ παρθένος Ἡλίας;* Hieronymus ep. XXII. ad Eustochium (ed. Vallars. Tom. I. col. 104.) *Virgo Elias, Eliseus virgo, virgines multi filii prophetarum.* Saepe etiam Joannes Evangelista *παρθένος* dicitur. In Actis SS. Tom. VII. Maji pag. 833. in Serm. de S. Joanne Evang. is adeo salutatur: *Inter chorum virginum tu virgo virginissimus.* Quomodo vero Elias *in carne*, quippe quam servaverit puram, h. e. vivus, ante mortem assumtus sit in coelum, explicat Angelomus, monachus sec. IX., Stromatum in lib. Regg. III. cap. 2. Biblioth. PP. Lugd. Vol. XV. pag. 395. Plura vide ad Ev. Nicod. cap. 25. Vox *assumtionis* solemnis est de transitu Mariae. Vid. Lambecium in Commentar. de Biblioth. Vindob. Vol. VIII. p. 295. sqq.

CAPVT VIII.

Factum est autem, ut quartus decimus annus aetatis ei accederet, et esset occasio, qua Pharisaei dicerent, jam pro consuetudine foeminam in templo dei orare non posse. Et inventum est tale consilium, ut praeco mitteretur per totas tribus Israel, ut omnes die tertia in templum domini convenirent. Cum autem universus populus convenisset, surrexit Abiathar pontifex et ascendit in altio-

---

Cap. VIII. *Factum est — accederet,*) Factum est autem, cum duodecim annos haberet. Sic in Protev. cap. VIII. Maria *δωδεκαετὴς ἐν τῷ ναῷ κυρίου* facta dicitur. Sed in Ev. de Nativ. Mariae cap. VII. *ad quartum decimum annum pervenisse* fertur, cum Josepho desponsaretur; quae vulgaris est sententia, ut Baronius in Apparatu num. XLVIII. affirmet, neminem Orthodoxorum ab ea dissensisse. — *orare non posse.*) non posse morari. Nimirum verebantur sacerdotes, *μήπως ἐπέλθῃ αὐτῇ τὰ γυναικῶν, καὶ μιανῇ τὸ ἁγίασμα κυρίου.* Protev. cap. VIII. Similiter in hist. Josephi Arab. cap. III. extr. Mariam pio viro committendam esse dicunt sacerdotes, *ne manenti in templo accidat, quod accidere solet mulieribus.* (Genes. XXXI, 35. דֶּרֶךְ נָשִׁים) Quod vero sacerdotes Judaeorum tanta tenebantur removendae impuritatis cura secundum legem Levit. XV, 19. sqq., id ipsum argumento esse potuisset, nunquam virgines templo inclusas fuisse, praesertim cum primis etiam annis menstruis pollui posse crederentur. Laudatus est hanc in rem a Wallino ad illum historiae Josephi locum R. Moses ben Maimon יד חזקה Tract. *Issure Biah* cap. IV. §. 1. *Potest filiola menstruo pollui etiam in ipso nativitatis die, et filia decem tantummodo dierum profanari profluvio. Atque hoc ipsum ex orali traditione didicere, nullum scilicet interesse discrimen inter adultam et minorennem, ratione immunditiei, ex menstruo vel profluvio emanantis.* — *die tertia*) die octava. — *Abiathar*) Abiatharis hujus loco in Protev. cap. VIII. nominatur Zacharias, in aliquot codd. ibi notatis *ἀρχιερεὺς* dictus, uti Ambrosius quoque, Augustinus et multi alii veteres falso putarunt Joannis Baptistae patrem summum sacerdotem fuisse. Vid. Baronii Apparatum num. 69. et Tillemontium Hist. eccles.

ribus gradibus, ut ab omni populo audiri potuisset et videri. Et facto magno silentio dixit: Audite me, filii Israel, et auribus percipite verba mea. Ex quo aedificatum est templum hoc a Salomone, fuerunt in eo regum virgines filiae et prophetarum et summorum sacerdotum et pontificum, et magnae ac mirabiles exstiterunt: tamen venientes ad legitimam aetatem viros in conjugio sunt adeptae, et secutae priorum suarum ordinem deo placuerunt. Nunc vero apud Mariam novus ordo placendi domino inventus est, quae promittit se deo in virginitate permanere: unde videtur mihi, ut ex interrogatione nostra et responsis dei possimus agnoscere, cui debeat custodienda committi. Tunc placuit sermo iste omni synagogae, et missa est sors a sacerdotibus super duodecim tribus Israel, et cecidit sors super tribum Judae, dixitque sacerdos in sequenti die:

Tom. I. pag. 210. sq. — *tamen venientes*) ut autem venerunt. Consuetudo erat apud Judaeos, filios ad aetatem adultiorem pervenientes nuptui tradere, versumque ignominiae, quod et Apostolus 1 Cor. VII, 36. indicat, si quae exspectarent, dum essent ὑπέρακμοι. Et obtinet adhuc apud hanc gentem eadem opinio. — *apud Mariam*) a sola Maria. Nempe Maria voverat deo virginitatem. Vid. cap. VII. et Ev. de nativ. Mariae cap. VII. Dicitur autem prima fuisse, quae ejusmodi votum conciperet. Conf. Baronium in Apparatu ad Annales num. 57., Benedictum XIV. in Comment. de festis P. IV. p. 12. sqq. ed. Mogunt. et scriptores ad Ev. de nativ. Mariae cap. VI. laudatos. — *ex interrogatione nostra et responsis dei*) per interrogationem nostram et responsionem dei. — *dixitque sacerdos*) Hic alterius codicis scripturam in textu posuimus. In illo enim, cujus exemplar typis reddendum curamus, oratio est male cohaerens haec: *dicentes, ut sequenti die, quicunque sine uxore esset, veniat* etc. Narratio de modo, quo Maria Josepho tradita vel desponsata sit, non eadem est apud apocryphos auctores. Simplicissimam exhibet auctor hist. Josephi Arab. cap. III., qui e duodecim senibus de tribu Juda Josephum sorte electum

Quicunque sine uxore est, veniat et deferat virgam in manu sua. Unde factum est, ut Joseph cum juvenibus

---

esse prodit, cui Maria usque ad nuptiarum tempus custodienda committeretur. Quale fuerit sortis genus, non definitum est. Pariter Epiphanius haer. LXXVIII, 7. Josepho Mariam traditam scripsit *κλήρων εἰς τοῦτο ἀναγκασάντων*, sortis necessitate hoc ita suadente; quae verba Casaubonus ad Baron. Exercit. I. num. 13. Grotius ad Matth. I, 16. et Luc. III, 23. Spanhemius Dub. Evang. Part. I. pag. 70. aliique ita acceperunt, ac si *κλῆροι* essent jura haereditatis, et Mariam fuisse virginem *ἐπίκληρον* docuisset Epiphanius. Rectius vero alii observarunt, vocem *κλήρων* isto in loco prima et genuina sua significatione sumendam esse atque sic fortasse respici sortem illam per ramos sive virgas, de qua postea dicetur. Vid. Seldenus de success. in bona defunctorum cap. XVIII. pag. 61. Gatakerus Miscell. cap. XXXVI. pag. 813. Petavius Theol. Dogm. Tom. VI. pag. 221. ed. Cler. et Steph. le Moyne ad Varia sacra pag. 587. sqq. Probatur id maxime altero Epiphanii loco in Ancorato num. 60. *Οὗτος ὁ Ἰωσὴφ γέρων ὢν καὶ χῆρος, κατ' ἀνάγκην τῶν κλήρων βαλλομένων ἐπὶ χήρους καὶ ἀγάμους καθ' ἑκάστην φύλην εἰς τὰς ἀπὸ ναοῦ παρθένους, διὰ τὸ ἀφιερωθῆναι ἐν τῷ ναῷ τοὺς πρωτοτόκους παῖδας, ἄῤῥενάς τε καὶ θηλείας, ἔλαβε κατὰ κλῆρον τὴν ἁγίαν πάρθένον Μαρίαν,* Conf. Germani Patriarchae Encom. in S. Deiparam, Auctar. Novi Biblioth. PP. Tom. I. col. 1419. *Καὶ τότε νεύματι θεοῦ καὶ βουλῇ ἱερέων δίδοται περὶ αὐτῆς κλῆρος, καὶ κατακληροῦται Ἰωσὴφ ὁ δίκαιος, καὶ τὴν ἁγίαν ταύτην παρθένον οἰκονομικῶς ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ἱερέων παραλαμβάνει.* Pluribus ordinem rei gestae enarrant auctores Protev. cap. VIII. et IX. et Ev. de Nativ. Mariae cap. VII. et VIII., quorum illum noster hic sequitur, ita tamen ut addat quaedam et mutet satis inepte. Etenim Protévangelio si fides habetur, pontificis divinitus moniti jussu *οἱ χηρεύοντες τοῦ λαοῦ* virgas attulerunt, atque Joseph custos Mariae designatus est eo, quod columba ex ipsius virga prodiret et super caput ejus alas expanderet. A quo Ev. de Nativ. Mariae dissentit, ubi cuncti de domo et familia David nuptui habiles non conjugati virgas attulisse dicuntur, et Josephi eligendi signum indicatur hoc, quod columba de coelo veniens in cacumine virgae ejus consideret. Ad illud autem sortis genus per ramos quod attinet, Fabricio id expressum videtur ex eo, quod Numer. cap. XVII. narratur. Idem eos,

deferret virgam suam. Cumque tradidissent pontifici virgas suas, obtulit sacrificium deo, et interrogavit dominum, et dixit dominus ad eum: Intromitte omnium virgas intra sancta sanctorum, et ibi maneant omnium virgae: et praecipe iis, ut mane veniant ad te ad recipiendas virgas suas. Et ex cacumine (unius) virgae columba egredietur et volabit ad coelos: in cuius autem manu virga reddita hoc signum dederit, ipsi tradatur Maria custodienda. Factum est autem, ut altero die maturius venirent universi, et facta oblatione incensi ingressus pontifex intra sancta sanctorum pertulit virgas. Cumque erogasset singulas ad tria millia virgas, et ex nulla earum exiisset columba, induit se Abiathar pontifex duodecim tintinnabulis et veste sacerdotali, et ingressus in sancta sanctorum incendit sacrificium. Et effundente illo orationem apparuit ei an-

---

qui varia superstitiosae *ῥαβδομαντείας* genera olim hodieque apud diversas gentes usitata cognoscere cupiant, adire jubet interpretes ad Ezech. XXI, 21. Hos. IV, 12. Casaub. ad Strabon. p. 209. Lindenbrog. ad Ammian. p. 78. Bulengerum de divinat. lib. III. cap. 26. Antonium van Dale de Oraculis p. 350. et de divinationibus idololatricis p. 455. Conf. etiam Fabricii Bibliographiam antiquar. p. 609. ed. III. Sortium quidem usum apud Hebraeos in rebus dubiis frequentem fuisse satis constat; sed matrimonia sortibus fuisse commissa et soli fortunae arbitrio, nullis testatum est exemplis. Neque Gregorius Nyss. illius sortitionis mentionem facit Tom. III. pag. 347., ubi haec ex historia apocrypha refert: *Βουλευομένοις δὲ αὐτοῖς* (sacerdotibus) *περὶ τούτων θέοθεν γίνεται συμβουλὴ, δοῦναι μὲν αὐτὴν ἀνδρὶ μνηστείας ὀνόματι, τοῦτον δὲ τοιοῦτον εἶναι, οἷον πρὸς φυλακὴν τῆς παρθενίας αὐτῆς ἐπιτηδείως ἔχειν. εὑρέθη τοίνυν ὁ Ἰωσὴφ, οἷον ἐπεζήτει ὁ λόγος κτλ.* Conf. Nicephorus hist. eccles. lib. I. cap. 7. extr. — *Factum est — et facta*) Altero autem die cum mane universi convenirent, facta. — *singulas ad tria millia virgas,*) singulis virgas suas. — *duodecim tintinnabulis*) Vid. ad Protev. cap. VIII. ubi *τὸ δωδεκακώδωνον*. —

gelus dicens: Est hic virgula brevissima, quam pro nihilo computasti, illamque simul cum ceteris posuisti: hanc tu dum tuleris et dederis, in ipsa apparebit signum, quod locutus sum tibi. Erat autem haec virga Joseph, eratque ipse abjectus habitus, quoniam senex erat: et ne forte cogeretur accipere eam, requirere noluit virgam suam. Cumque staret humilis et ultimus, voce magna clamavit ad eum Abiathar pontifex dicens: Veni et accipe virgam tuam, quoniam tu exspectaris. Et accessit Joseph expavescens, quod summus pontifex cum clamore nimio vocasset *eum*. Mox autem extendens manum, ut suam vir-

---

eratque ipse — erat:) qui senex abjectus erat. Josephum fuisse senem, cum Maria ipsi desponsaretur, vetus est traditio, cujus fontem non est quod aperiamus. Vid. Protev. cap. IX. et Ev. de Nativ. Mariae cap. VIII. init. Secutus eam Epiphanius haer. LI. num. 10. statuit Josephum tum fuisse *πρεσβύτην ὀγδοήκοντα ἐτῶν πλεῖω ἢ ἐλάσσω.* Conf. Ancoratum num. 60. et haer. LXXVIII. num. 8. Ibidem num. 10. scribit reducem ex Aegypto octoginta quatuor annos eum complevisse additosque deinde fuisse octo annos. Hoc igitur auctore Josephus mortuus est anno aetatis altero et nonagesimo. Secundum hist. Josephi Arab. cap. IV. X. XIV. et XV. Josepho nonaginta annos nato Maria commissa est, et tota aetas ejus centum confecit et undecim annos. Sic uno aetatis anno superavit Josephum, Jacobi filium Genes. L, 26.; quanquam secundum nonnullorum Judaeorum chronologiam hujus quoque centum et undecim anni colligi possunt. Vid. Vorstii Observat. ad R. David Ganz צמח דוד pag. 206. Pictoribus placuit illa fabula, a quibus plerumque Josephus tanquam decrepitus senex depingi solet. Vid. Molanus in hist. imaginum lib. II. cap. 29. et lib. III. cap. 12. Phil. Rohr in diss. de pictore errante in historia sacra. Lips. 1679. et in Thes. dispp. Tom. II. pag. 865. Paul. Christ. Hilscherus in disp. de erroribus pictorum circa nativitatem Christi sect. 6. Jo. Frid. Mayerus in Ecleg. Evang. ad Dominicam post festum Circumcis. et in diss. num Joseph tempore nativitatis Christi fuerit senex decrepitus Lips. 1692. et G. H. Goezius in diss. de cultu Jose-

gam acciperet, statim de cacumine virgae egressa est columba nive candidior, speciosa nimis, et volans diu per templi fastigium petivit coelos. Tunc universus populus congratulabatur seni dicens: Beatus factus es tu in senectute tua, et deus te idoneum elegit ad accipiendam Mariam. Cum autem sacerdotes dicerent ei: Accipe eam, quia ex omnibus beatus solus tu a deo electus es; tunc coepit adorare et rogare eos Joseph, atque cum verecundia dicere: Senex sum et filios habeo, ut quid mihi

---

phi, in ejusd. Meletem. Annaeberg. p. 947. sqq. — *de cacumine virgae* etc.) Paulo aliter hoc narrat, ut supra jam vidimus, Ev. de Nativ. Mariae. Ibi cap. VII. extr. secundum prophetiam Esaiae XI, 1. praedixisse fertur pontifex, *cujuscunque virgula florem germinasset, et in ejus cacumine Spiritus Domini in specie columbae consedisset, ipsum esse, cui virgo commendari et desponsari deberet.* Intelligitur hinc, columbam in hac fabula tanquam symbolum Spiritus sancti spectari secundum Matth. III, 16. Ceterum inde etiam mos pictorum, Josephum cum ramusculo virente pingentium. Vid. Steph. le Moyne not. ad Varia sacra pag. 589. sq. Neque audiendus Jo. Molanus in hist. imaginum lib. II. cap. 29., qui ramo iste Josephi virginitatem significari credit. — *et deus te idoneum elegit*) ut idoneum te deus ostenderet. — *Senex sum et filios habeo.*) Eadem Josephi verba habes Protev. cap. IX. Praeterea ibidem cap. XVII. filiorum Josephi mentio fit, et Ev. infantiae Arab. cap. XXXV. et XLIII. Auctor hist. Josephi Arab. cap. II. quatuor Josephi filios duasque filias nominat. Filios autem Josepho fuisse e priori conjuge, quam ipse ante Mariam duxerit, inter patres ecclesiae *primus* refert Origenes ex traditione evangelii secundum Petrum inscripti vel libro Jacobi. Vid. Comment. in Matth. pag. 223. ed. Huet. coll. Catena in cap. II. Joannis pag. 75. Idem tradunt Gregorius Nyss. Orat. II. de resurrect. Christi Tom. III. pag. 412. sq. Chrysostomus homil. V. in Matth. p. 59. Cyrillus Alex. Glaphyrorum lib. VII. pag. 221. Amphilochius (sive potius Theodotus Ancyranus) homil. IV. pag. 56. ed. Combef. Oecumenius ad Act. XV, 13. Euthymius ad Matth. XII, 46. Hilarius cap. I. in Matth. col. 671. ed. Veron. Ambrosius de

infantulam istam traditis? Tunc Abiathar summus pon-

---

institut. virginis cap. VI. et Ambrosiaster ad Gal. I, 19. Ii, qui nominatim Josephi progeniem recensent, aliquantum inter se dissentiunt. Epiphanius haer. LI. num. 8. et 10. Josephum sex liberorum e priori uxore parentem facit, quos nominat haer. XXVIII. num. 7. et haer. LXXVIII. num. 9. filios Jacobum, Jose, Symeonem, Judam (secundum Matth. XIII, 55.) et filias Salomen et Mariam. In Ancorato num. 60. filiae audiunt Anna et Salome, et loco Josetis est Joannes; quod fortasse erratum est librariorum. Vide tamen Cotelerium ad Constitut. Apost. lib. III. cap. 6. pag. 280. ed. Clerici II. Quando idem Epiph. haer. LXXVIII. num. 10. ait: *οὐδαμοῦ δὲ ἠκούσαμεν τὸν Ἰωσὴφ. υἱοὺς πεποιηκότα*, negare vult, Josephum liberos e Maria suscepisse post Christum natum. Anastasius Antioch. Quaestione 153. pariter filias Josephi duas memorat, Mariam et Salomen; ubi tamen in cod. Paris. *Μάρθα καὶ Μαρία*, non *ἡ Μαρία καὶ ἡ Σαλώμη*. Hippolytus Thebanus uxorem Josephi nominat Salomen, filiam Aggaei, fratris Zachariae, qui Joannis Baptistae pater fuit. Quatuor filii iidem, qui apud Epiphanium; duas autem filias appellat Estherem et Thamar vel transpositis litteris Martham. Vid. Appendicem Opp. Hippolyti ed. Fabric. Tom. I. pag. 43. 47. 48. et 51. et conf. fragm. Chrysostomi apud Coteler. l. l. p. 281. sq. Binis his filiabus Sophronius in fragm. apud Lambecium Biblioth. Vindob. Tom. III. p. 54. addit tertiam Salomen matri cognominem, Zebedaeo deinde desponsatam, qui ex ea Jacobum et evangelistam Joannem susceperit. Idem faciunt Cosmas Vestitor, cujus locum exhibet Cotelerius l. l. pag. 283. et Theophylactus Prologo in Joan. pag. 554. ed. Paris.; qui tamen secum ipse pugnans in Comment. ad Matth. cap. XIII. pag. 79. scribit, Josephum uxorem Clopae fratris sui absque liberis mortui juxta legem accepisse, et sex liberos ex ea procreasse, quatuor filios et *duas* filias Mariam et Salomen. Ab his scriptoribus dissentit auctor Hist. Josephi Arab. cap. II. duarum filiarum nomina vocans Assiam et Lydiam. Assia vel Escha (אִשָּׁה) fortasse eadem est ac Salome. Conf. ejusd. hist. cap. VIII. Illa enim nomina confundi solent; unde etiam priorem Josephi uxorem alii Salomen, alii teste Hieronymo in Matth. XII, 46. Escham appellarunt. Lydiae nomen unde sumtum sit, an ex Act. XVI, 14., incertum est. Prudenter Helvidius apud Hieron. cap. XII. Josepho dabat filios quatuor et *filias innumeras*, h. e.

tifex dixit: Memor esto, Joseph, quemadmodum Dathan et Abiron perierunt, quia voluntatem dei contemserunt: ita eveniet tibi, si hoc, quod a deo jubetur tibi, contemseris. Et dixit ei Joseph: Ego quidem non contemno voluntatem dei, si cognoscere possim, quis eam possit habere ex filiis meis conjugem. Dentur aliquae ex sodalibus ejus virgines, cum quibus interea degat. Iterum

---

quarum numerus definiri non potest tacente sacra pagina. Conf. Matth. XIII, 56. et Marc. III, 32. Haec vero omnia, quae de priori Josephi conjugio traduntur, velut ex *deliramentis apocryphorum* petita et conficta prorsus rejecit Hieronymus contra Helvidium cap. VII. et in Matth. XII, 46. Fratres Domini non filios Josephi, sed consobrinos Salvatoris intelligi vult, et Josephum semper coelibem fuisse contendit. Hieronymum secuti sunt Augustinus aliique laudati a Baronio in Apparatu num. 61. sq.; qui ipse hanc sententiam probat cum Pontificiis plerisque. Vide etiam Combefisium ad Amphilochium pag. 245. et Scorsum ad Theophanem Cerameum pag. 509. disquirentes, num Joseph ante Mariam uxori junctus fuerit. Immodici in virginitate extollenda fieri non potuisse putarunt, quin sancta illa familia tota virginibus constaret. Conf. Lipomannus apud Surium ad XXV. Martii. Aliter antiquissimis temporibus sensit Tertullianus, qui *de carne Christi* cap. VII. coll. *de monogam.* cap. VIII. affirmare videtur, fratres Domini revera fuisse uterinos. Eadem fortasse mens Eusebii hist. eccles. II, 1., ubi simpliciter Jacobum Josephi filium dicit. Alios non veritos dicere, Mariam post editum partum divinum plures e Josepho liberos peperisse, refutat Hilarius cap. I. in Matth. Tacemus de Eunomio Ariano, Antidicomarianitis, Helvidio, Bonoso et Joviniano; de quibus vid. Petavium Theolog. Dogm. de incarnatione lib. XIV. cap. III. et Walchium in hist. haeres. Tom. III. p. 577. sqq. Ceterum prius illud Josephi conjugium suspicari possis a Gnosticis primum excogitatum esse, qui fratres domini in evangeliis memoratos nollent haberi uterinos, ne inde nativitatis humanae et carnis Christi veritas confirmaretur. Conf. Tertull. de carne Christi cap. VII. et Archelai et Manetis Disputationem cap. 47. — *Dathan et Abiron*) Dathan et Abiron et Core. Vid. Protev. cap. IX. — *Ego quidem — interea degat.*) Ego voluntatem domini non con-

Abiathar pontifex dixit: Virgines quidem ad solatium ejus dabuntur, quousque dies statutus veniat, in quo tu eam accipias. Non enim poterit alii in matrimonio copulari. Tunc Joseph accepit Mariam cum aliis quinque virginibus, quae essent cum ea in domo sua. Erant autem istae virgines Rebecca, Sephiphora (Sephora), Susanna, Abigea et Zahel; quibus datum est a pontificibus sericum, hyacinthum, (coccinus) et byssum et purpura et linum. Miserunt autem sortes inter se, quid unaquaeque virgo fa-

---

temno; sed quia custos ejus ero, quousque hoc voluntate dei cognosci possit, quis eam ex filiis meis poterit habere conjugem, dentur ei ad solatium aliquae virgines, cum quibus interea degat. Extrema verba ex hoc codice in textum recepimus, quorum loco in nostro vitiose scriptum erat: „*cum quibus interim se tegat*. — *in domo sua.*) Mariam ex templo in Josephi domum deductam esse etiam Protev. cap. IX. et Hist. Josephi Arab. cap. IV. relatum legis. Ab his abit Ev. de Nativ. Mariae cap. VIII. extr., quod eam ad parentes reversam dicit. Josephum vero datum fuisse Virgini sponsum, non ad opus conjugii, sed potissimum ob virginitatis custodiam, etiam Gregorius Nyssenus, Epiphanius, Hieronymus aliique patres ecclesiae affirmant. Docent tamen doctores catholici sponsalia inter Mariam et Josephum in verum tandem matrimonium, licet sacrosanctum, sine ulla corporum commixtione, abiisse. Vid. Theoph. Raynaudus in Diptychis Marianis, Opp. ejusdem Tom. VII. pag. 43. et Combefisius ad Georgium Nicom. in Auctario novo Tom. I. col. 1250. sqq. Festum autem desponsationis b. Mariae V. cum S. Joseph die 23. Januarii celebratur; de quo leg. Benedicti XIV. Comment. de festis P. IV. p. 6. sqq. ed. Mogunt. Annulus pronubus ostentatur Perusiae. Vid. Acta SS. Tom. III. Martii pag. 16. atque Schmidium in Historia sec. I. fabulis maculata. cap. II. — *Sephiphora*) Sefora. Sephora, uxor Mosis Exod. II, 21. In Ev. de Nativ. Mariae cap. VIII. et Protev. cap. X. sex vel septem virgines Mariae comites memorantur, quarum tamen nomina non adduntur. — *hyacinthum*) In codd. vitiose scriptum *iacinctum* et *iacinthum*. In Protev. l. l. est τὸ ὑακίνθινον, hyacinthinum filium. Vid. ibi notata. Scribere debebat noster *hyacin-*

ceret. Et factum est, ut Maria purpuram nondum acciperet ad velum templi domini: quam cum acciperet, dixerunt ei illae virgines: Cum junior tu sis omnibus, purpuram obtinere meruisti? Et hoc dicentes quasi in fatigationem sermonis reginam virginum eam appellare coeperunt. Cumque haec inter se agerent, apparuit angelus domini in medio eorum et dixit: Non erit sermo iste in fatigationem missus, sed in probationem verissimam prophetatus. Expaverunt autem in conspectu angeli et in verbis ejus, et coeperunt rogare Mariam, ut indulgeret eis et rogaret pro eis.

CAPVT IX.

Altera autem die dum staret juxta fontem, apparuit ei angelus domini dicens: Beata es Maria, quoniam in

---

thinum, *coccinum*, *byssinum*. Voc. *coccinus* parentheseos signo inclusum ex altero cod. sumtum est. — *cum acciperet*,) cum accepisset. — *Cum junior tu sis*) cum tu sis minor. — *prophetatus*.) prophetantis. Verbo *prophetare* significatu praedicendi utuntur Tertullianus, Prudentius, Hieronymus aliique. Antea *fatigatio* pro *cavillatione* et *dicteriis*, uti apud Sidonium lib. III. ep. 8. legitur. Conf. etiam lib. V. ep. 17.

Cap. IX. *juxta fontem*) Apud Phocam quoque in Allatii συμμίκτοις p. 11. legas Mariam ab angelo salutatam, cum ad fontem pro more aquatum ivisset; quod ex Protev. cap. XI. petitum esse apparet. Hujus autem auctor ibi Genes. XXIV, 15. respexisse videtur. Lucas I, 28. ait angelum ad Mariam ingressum esse. Ad quem locum Ambrosius: *Sola in penetralibus, quam nemo virorum videret, solus angelus reperiret*. Et lib. II. de virgg. c. 2.: *Denique et Gabriel eam ubi revisere solebat, invenit, et angelum Maria quasi virum specie mota trepidavit, quasi non incognitum audito nomine recognovit*. In fabula illa a Suida in Lex. s. v. Ἰησοῦς relata ipsa Maria sacerdotibus narrat, angelum

mentem tuam habitaculum domino praeparasti. Ecce veniet lux de caelo, ut habitet in te, et per te universum mundum resplendeat. Item tertia die dum operaretur purpuram digitis suis, ingressus est ad eam juvenis, cujus pulchritudo non potuit enarrari. Tunc videns Maria expavit et contremuit, cui ille ait: Noli timere, Maria: invenisti

---

dei ingressum in conclave, in quo versaretur, sibi laetum nuntium attulisse. (ἄγγελος θεοῦ εἰσελθὼν ἐν ᾧ ἤμην οἰκήματι εὐηγγελίσατό μοι κτλ.) Beda de locis Hebr. p. 194. testatur sua aetate templum eo in loco conditum fuisse, ubi angelus Mariae apparuisset. Conf. Relandi Palaestina pag. 669. ed. Norimb. Fabula autem de idolo Lauretano satis nota est, quod camera, in qua Maria ab angelo salutata fuit, ab apostolis in ecclesiam consecrata, et extremo seculo XIII. ab angelis fundamento suo avulsa atque in Italiae partes deportata fuerit. — *Beata — praeparasti.*) Haec in altero cod. desunt. — *resplendeat.*) resplendebit. — *Item*) Iterum. Duplicem apparitionem angeli noster narrat secundum Protev. cap. XI., ubi tamen primum Mariam juxta fontem solam vocem audivisse dicitur. — *Tunc videns*) quem videns. — *Noli timere, Maria.*) Ave Maria, gratia plena, dominus tecum; benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui: noli timere. Conf. Protev. cap. XI. et Ev. de Nativ. Mariae cap. IX. De festo annuntiationis angeli ad B. Mariam, quod die XXV. Martii celebratur, vide Schmidii Prolus. Marian. VI. et Augustium de festis veterum Christianorum Tom. III. p. 61. sq. De modo conceptionis Mariae noster tacet; quo nomine laudandus est cum auctore hist. Josephi cap. V., qui Christum ipsum dicentem facit: *Et incarnatus fui de illa, mysterio creaturarum rationis captum superante.* In Protev. cap. XI. notabile est, quod angelus Mariae ait: συλλήψῃ ἐκ λόγου αὐτοῦ. Cum istis nescio an aliqua ratione conjuncta sint, quae ab ecclesia Romana in festo Natalitiorum Christi cantabantur: *Sancta Dei genitrix, quae concepisti per aurem Dominum nostrum.* Item: *Introivit per aurem Virginis.* Jure meritoque haec jam reprehensa sunt ab Agobardo de correctione antiphonarii cap. VII. Vid. Foinarti, parochi quondam Caletensis, librum Francogallice scriptum: *Projet d'un nouveau Breviaire.* Paris 1720. pag. 57. Alia etiam magis ridicula vel potius blasphema protulerunt

gratiam apud deum. Ecce concipies et paries regem, qui imperat non solum in terra, sed etiam in coelis, et regnabit in saecula saeculorum. Amen.

CAPVT X.

Cum autem haec agerentur, Joseph in Capharnaum maritima erat in opera occupatus: erat enim faber ligni:

Beidhavius, Gelaloddinus aliique commentatores Arabici ad Corani Sur. XIX. et LXVI., quae fortasse ex aliis libris apocryphis inter Christianos Orientales divulgatis acceperant. Conf. etiam Herbelot Biblioth. Orient. s. n. *Alancava* et *Issa*.

Cap. X. *erat in opera occupatus:*) opere erat lignorum occupatus. Fortasse ex sententia auctoris Joseph ibi naviculis aedificandis operatus est. — *faber ligni*) faber lignarius. Josephum fuisse fabrum lignarium (τέκτονα Matth. XIII, 55.) qui non minoribus solum utensilibus, sed etiam struendis aedificiis operam daret, una voce tradunt auctores apocryphi Protev. cap. IX. et XIII. Ev. Thomae cap. XIII. Ev. infantiae Arab. cap. XXXVIII. et XXXIX. et Hist. Josephi Arab. cap. II. et IV., ubi ipsa officina ejus memoratur. (Ruinas templi ejus in loco erecti etiamnum conspici sec. XVII. testantur Franc. Quaresmius Elucidat. Terrae sanctae lib. VII. cap. 6. Tom. II. p. 840. et Eugen. Roger Description de la Terre sainte lib. I. cap. 9. p. 83.) Vid. etiam Acta Thomae §. 2. Partim isti auctores Jesum quoque eandem artem illam, quam nutricius profitebatur, edoctum fuisse et exercuisse innuunt secundum Marc. VI, 3. Antiquitatem hujus traditionis testantur Justinus dial. cum Tryph. cap. 88. Celsus apud Origenem lib. VI. cap. 36. paedagogus ille Libanii cavillae respondens apud Theodoretum hist. eccles. III, 18. coll. Sozomeni hist. eccles. VI, 2. Auctor Operis imperf. in Matth. homil. I. aliique, quos vide apud Barradium Jesuitam Histor. Evang. Tom. I. lib. X. cap. 15. et in Actis SS. Martii Tom. III. p. 17. Etiam Muhammedanis Josephus faber lignarius et architectus ex Christianorum traditione innotuit, quem volunt in domo Sanctuarii artem suam exercuisse. Hilarius vero Josephum pro fabro ferrario habuisse videtur. Scribit enim cap. XIV. in Matth. col. 737. ed. Veron.

ubi moratus est mensibus novem. Reversusque in domum suam invenit Mariam praegnantem, et totus contremuit; et positus in angustia exclamavit et dixit: Domine, domine, accipe spiritum meum, quoniam melius est mihi mori, quam vivere. Cui dixerunt virgines illae, quae cum Maria erant: Nos scimus, quoniam vir non tetigit eam; nos scimus, quia integritas et virginitas in ea immaculata perseverat: nam custodita est a deo, semper in oratione permansit. Quotidie cum ea angelus domini loquitur, quotidie escam de manu angeli accipit. Quomodo fieri potest, ut sit aliquod peccatum in ea? Nam si suspicionem nostram tibi vis ut pandamus, istam gravidam non

---

Sed plane hic (Jesus) *fabri erat filius ferrum igne vincentis, omnem seculi virtutem* (h. e. diabolum) *judicio* (h. e. igne judicii) *decoquentis, massamque formantis in omne opus utilitatis humanae.* Quanquam hoc loco sub *Patris* nomine non intelligitur Joseph, sed deus ipse, qui allegorice faber vocatur, et quidem ferrarius, cum minus commode ad ipsum applicari posse videretur ars lignaria. Similes sunt loci Petri Chrysologi serm. XLVIII. Bedae in Marc. cap. VI. p. 130. Anselmi in Matth. cap. XIII. Tom. I. pag. 66. Vide etiam Ambrosium Exposit. Ev. secundum Lucam lib. III. cap. 2. col. 1313. ed. Bened. Is Josephum agnoscit fabrum lignarium et ferrarium. Hugoni Card. in Ev. Marci cap. VI. aurifex est; neque tamen hic damnat eos, qui *caementarium* faciunt. Sed antiquissimam illam traditionem tuetur usus vocis τέκτων, quod nullo materiae vocabulo addito speciatim significat fabrum lignarium. Vid. Xenoph. Cyrop. lib. III. cap. 2. sect. 11. et Sturzium in Lex. Xenoph. s. h. v. — *mensibus novem.*) Hist. Josephi Arab. cap. V. Josephum refert domum rediisse tribus mensibus a conceptione elapsis. Protev. cap. XIII. habet sex menses. Ceterum nota a nostro auctore omitti, quae Protev. cap. XII. coll. Luc. I, 39. sqq. continet de Maria Elisabetham cognatam invisente. Memoriam ejus rei festo Visitationis, die II. Julii in ecclesia Romana celebrari constat. Vid. Schmidii Prolus. Marian. VII. et Benedicti XIV.

fecit nisi angelus dei. Joseph autem dixit: Ut quid seducitis me, ut credam vobis, quia angelus domini impraegnasset eam? Potest enim fieri, ut quisquam finxerit se esse angelum domini, ut deciperet eam. Et hoc dicens flebat et dicebat: Qua fronte ad templum dei iturus sum? qua facie sacerdotes dei visurus sum? quid facturus sum? Et haec dicens cogitabat occultare se et eam dimittere.

CAPVT XI.

Cumque ordinasset in nocte exsurgere, ut fugiens habitaret in occultis: ecce in ipsa nocte apparuit ei angelus domini in somnis dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quoniam, quod in utero ejus est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium, qui vocabitur Jesus: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Exsurgens autem Joseph gratias egit

---

Comment. de festis P. IV. p. 89. sqq. — *impraegnasset.*) impraegnavit. Hoc verbum apud patres ecclesiae et recentiores scriptores saepius legitur significans *gravidam facere*; velut apud Augustinum Serm. XIV. in nat. dom. Vid. Glossar. s. h. v. — *ut quisquam finxerit se esse angelum)* Haec ex altero cod. recepimus, pro quibus in nostro vitiose scriptum: *vinxisse* (finxisse) *se dd angelum.* Hoc vero Josephi colloquium cum virginibus Mariam ab angelo gravidatam esse suspicantibus neque in Protev. neque in Ev. de Nativ. Mariae legitur. Vide illius cap. XIII. et XIV., hujus cap. X.

Cap. XI. *in ipsa nocte*) Conf. Protev. cap. XIV. et Ev. de Nativ. Mariae cap. X. In hist. Josephi Arab. cap. VI. Gabriel sub medio die Josepho somnianti apparuisse dicitur. — *qui vocabitur Jesus:*) et vocabitur nomen ejus Jesus. Neutra scriptura cum vers. vulg. Matth. I, 21. consentit, ubi legitur: *et vocabis nomen ejus Jesum.*

deo suo, et locutus est Mariae et virginibus, quae erant cum ea, et narravit visionem suam, et consolatus est super Maria, dicens: Peccavi, quoniam suspicionem aliquam habui in te.

CAPVT XII.

Factum est autem posthaec exiit rumor, quod Maria esset gravida. Et comprehensus a ministris templi Joseph ductus est ad pontificem, qui una cum sacerdotibus coepit exprobrare ei et dicere: Ut quid fraudatus es nuptias tantae ac talis virginis, quam angeli dei sicut columbam in templo dei nutriverunt, quae virum nunquam nec videre voluit, quae in lege dei eruditionem optimam habuit? Tu autem si ei violentiam non fecisses, illa hodie virgo perseverasset. Joseph autem devotabat se jurans, quod nunquam tetigisset eam. Cui Abiathar pontifex dixit: Vivit dominus, quoniam modo te faciam potare aquam potationis domini, et statim apparebit peccatum tuum. Tunc congregata est omnis multitudo Israel, quae dinumerari non poterat. Adducta est etiam Maria ad templum domini. Sacerdotes vero et affines ac parentes ejus flentes dicebant ad eam: Confitere sacerdotibus peccatum tuum, quae eras

---

Cap. XII. De re hoc capite narrata vid. Protev. cap. XVI. et quae ibi notata sunt. Geminum morem etiam apud alios populos praecipue Orientis olim obtinuisse et hodie obtinere docent Philostratus de vita Apollonii III, 14. p. 103. ed. Olear. aliique scriptores laudati a Winero in libro: *Biblisches Realwörterbuch* Vol. I. p. 186. et 187. An vero fide digna sint, quae de Josephi atque Mariae probatione per aquas redargutionis traduntur, disquisivit Combefisius ad Georgium Nicom. Auctarii Novi Tom. I. col. 1224. sq. — *devotabat*) De usu hujus verbi

sicut columba in templo dei, et accipiebas cibum de manu angeli. Vocatus est autem et Joseph ad altare sursum, et data est ei aqua potationis domini; quam si gustasset homo metuens, et septies circuisset altare, dabat deus signum aliquod in faciem ejus. Cum ergo bibisset Joseph securus et gyrasset altare, nullum signum peccati apparuit in facie ejus. Tunc justificaverunt eum omnes sacerdotes et ministri et populi dicentes: Beatus es tu, quoniam non est inventus reatus in te. Et vocantes Mariam dixerunt ei: Tu quam excusationem afferre poteris, aut quod signum majus apparebit in te, quam hoc, quod prodidit conceptus ventris tui? Hoc solummodo a te requirimus, ut quia Joseph mundatus est, confitearis, quis est, qui te decepit. Melius est enim, vitam tuam confessio prodat, quam ira dei dans signum in faciem tuam in medio populi te manifestet. Tunc Maria intrepida dixit: Si est in me aliqua pollutio aut aliquod peccatum, aut fuit in me aliqua concupiscentia impudicitiae, detegat me deus in conspectu omnium populorum, ut fiam omnibus mendacibus exemplum. Et accessit ad altare domini confidenter, et bibit aquam potationis, et septies circuivit altare, et non est inventa in ea ulla macula.

---

vid. Cangii Glossarium. — *homo metuens,*) homo nesciens. — *gyrasset*) Gyrare saepius in Bibliis Latinis est *circuire*, *circumeundo visitare.* Sic Genes. XXX, 32. *Gyra omnes greges tuos.* — *excusationem afferre*) Cod. accusationem afferre. Corruptam scripturam emendavimus ex altero codice, in quo legitur *excusationem habere.* — *Melius — manifestet.*) Melius est enim, ut tua confessio te prodat, quam ira dei dans signum in faciem tuam; in medio populi vitam tuam manifestet. — *impudicitiae,*) vel impudicitia. — *mendacibus*) emen-

Et cum omnis populus stuperet et haesitaret, videntes conceptum ventris, at nullum signum in faciem ejus apparuisse, coeperunt intra se varia populi loquacitate turbari. Alii dicebant sanctitatem, alii vero per malam conscientiam accusabant eam. Tunc Maria videns populi suspicionem non ex integro fuisse purgatam, omnibus audientibus voce clara dixit: Vivit dominus Adonai exercituum, in cujus conspectu sto, quoniam virum nunquam cognovi, sed nec cognoscere habeo; quia ab infantia aetatis meae in hoc mentem definivi et hoc deo meo votum feci, ut ipsi, qui me creavit, in integritate permaneam, in qua me confido ipsi soli vivere et ipsi soli sine aliqua pollutione, quamdiu vixero, permanere. Tunc omnes osculabantur eam rogantes, ut malis suspicionibus eorum daret indulgentiam. Et deduxerunt eam omnes populi et sacerdotes et omnes virgines cum exultatione et gaudio usque ad domum suam clamantes et dicentes ei: Sit nomen domini benedictum, qui manifestabit sanctitatem tuam universae plebi Israel.

CAPVT XIII.

Factum est autem post aliquantum tempus, ut fieret professio ex edicto Caesaris Augusti, ut proficisceretur unusquisque in patriam suam. Haec professio prima fa-

---

dationis. — *omnis populus stuperet et haesitaret,*) omnes populi stuperent et haesitarent. — *sanctitatem,*) sanctitatem ex innocentia. Fortasse locus mutilus est. Quid dicere velit auctor, contextus docet. — *suspicionem non*) suspicionem, nec se. — *dominus Adonai exercituum,*) dominus exercituum, Adonai.

cta est a praeside Syriae Cyrino. Necesse autem fuerat, ut et Joseph cum Maria proficisceretur in Bethleem, quia exinde erat, et Maria de tribu Juda et de domo ac patria David. Cum ergo Joseph et Maria irent per viam, quae ducit ad Bethleem, dixit Maria ad Joseph: Duos

---

Cap. XIII. *Professionis* voce utitur auctor respiciens ad vers. vulg. Luc. II, 3. et 5. Argumentum vero totius capitis hujus petitum ex Protev. cap. XVII — XX. Conf. hist. Josephi Arab. cap. VII. et Ev. infantiae Arab. cap. II. et III. — *Necesse autem — dixit Maria ad Joseph:*) Necesse autem fuerat, ut Joseph, qui exinde erat, et Maria de tribu Juda et de domo ac patria David, irent per viam, quae ducit in Bethleem. Dixit autem Maria ad Joseph. Auctor noster h. l. innuit, Josephum fuisse ex oppido Bethlehem, et propterea debuisse eo se conferre, ut nomen suum in tabulas referendum profiteretur. Conf. hist. Josephi Arab. cap. II. Eundem cum Maria illo tempore Nazarethi habitasse tacet. Fortasse in exemplo Protevangelii, ex quo expressa est haec narratio, deerant illa verba cap. XVII. Ἠναγκάζετο δὲ Ἰωσὴφ ἀπελθεῖν ἐκ Ναζαρὲτ εἰς Βηθλεὲμ, quae ibi a pluribus codd. abesse notavimus. Josephum autem a nostro haberi filium David de tribu Juda, quod in Protev. nusquam diserte dictum est, apparet ex cap. VIII. et XI. Consentiunt Ev. de Nativ. Mariae cap. VIII. et Hist. Josephi Arab. cap. VII. Hujus tamen auctor sibi ipse detrahens fidem cap. II. scribit, *Josephum scientia et doctrinis probe instructum sacerdotem factum esse in templo domini.* Verosimile non est errorem hunc esse confundentis nutricium Christi cum illo Josepho, qui Act. I, 23. memoratur et unus ex LXX. discipulis fuisse fertur. Videtur potius de industria titulus sacerdotalis Josepho affingi. Etenim in fabula a Suida s. v. Ἰησοῦς relata sacerdos ille, qui Jesum vult in sacerdotale collegium cooptari, contendit *Josephi genus mixtum esse: olim enim tribus Juda et Levi permixtas fuisse et inde Josephi genus esse ortum.* Ὁ δὲ τοῦτον (Ἰησοῦν) ὀνομάσας ἱερεὺς ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς εἶπε, μικτὸν εἶναι τὸ γένος αὐτοῦ. Πάλαι γὰρ ἐν γενεαῖς ἀρχαίαις ἐπιμιξία τις γέγονε τῶν δύο φυλῶν· κἀκεῖθεν κατάγεσθαι τὸ γένος τοῦ Ἰωσήφ. Christo ipsi ibi sacerdotii dignitas asseritur; quem etiam prisci pictores sacerdotali stola velatum repraesentant; quanquam hoc non-

populos video ante me, unum flentem et alium gaudentem. Cui respondit Joseph et dixit: Sede et tene te in

---

nisi simplici quadam reverentia factum esse videtur. Praeterea huc pertinet locus Epiphanii haer. XXIX. num. 4. de Jacobo, Josephi filio, sacerdote. *Ἀλλὰ καὶ εὑρίσκομεν αὐτὸν ἐκ τοῦ Δαβὶδ ὄντα, διὰ τὸ υἱὸν εἶναι τοῦ Ἰωσὴφ Ναζωραῖον γενόμενον. ἦν γὰρ πρωτότοκος τῷ Ἰωσὴφ, καὶ ἡγιασμένος. ἔτι δὲ καὶ ἱερατεύσαντα αὐτὸν κατὰ τὴν παλαιὰν ἱερωσύνην εὕρομεν. διὸ καὶ ἠφίετο αὐτῷ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσιέναι κτλ.* Deinceps addit Jacobo etiam licuisse *τὸ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρειν.* Plura hoc de loco vid. ad Abdiae hist. apost. lib. VI. cap. 5. Quo autem haec omnia spectent, ibidem docemur ab Epiphanio his verbis: *Ἱερεὺς τοίνυν, ὡς ἔφην, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, βασιλεύς τε ὁμοῦ κατὰ τὴν τάξιν τὴν ἄνωθεν, ἵνα μεταγάγῃ τὴν ἱερωσύνην ἅμα τῇ νομοθεσίᾳ.* Christiani e Judaeis, ut in Messia sacerdotalis dignitas cum regia unita esset, eum e tribu Juda et Levi oriundum faciebant. Testantur hoc plures loci Testamenti XII. Patriarcharum, praecipue Simeon cap. VII., ubi de Juda et Levi loquens *ἐξ αὐτῶν*, inquit, *ἀνατελεῖ ὑμῖν τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. Ἀναστήσει γὰρ κύριος ἐκ τοῦ Λευῒ ὡς ἀρχιερέα, καὶ ἐκ τοῦ Ἰούδα ὡς βασιλέα.* Conf. Levi cap. II. Dan cap. V. Gad cap. VIII. et Joseph cap. XIX. Inde etiam illud fluxit, quod in quibusdam scriptis apocryphis Maria ferebatur fuisse de tribu Levi. Conf. Augustini contra Faustum lib. XXIII. cap. 4. et 9. Vix enim crediderim hoc niti conjectura e Luc. I, 36. facta, ubi Elisabetha ex Aaronis gente oriunda (Luc. I, 5.) cognata Mariae appellatur; unde plures de genere ejusdem Davidico dubitarunt. Vid. Marcus Antonius de Dominis lib. VI. cap. 1. de Republica ecclesiastica, Wetstenius ad Luc. I, 36. et Thiessius Comment. in tria priora Evangelia Vol. II. p. 328. sq. Ceterum liceat hoc loco pauca addere in gratiam eorum, qui plura de Josepho commenta cognoscere cupiant. Prolixe historiam ejus pertractavit Joannes Gersonius, Cancellarius Parisiensis, in carmine heroico, quod *Josephina* inscriptum. Legitur in Gersonii Operum ed. Dupin. Tom. IV. Conf. Dupinium in Gersonianis lib. IV. pag. CIX. Vita Josephi quinque libris scripta Italice ab Antonio Maria Affaitati Capucino. Mediolan. 1716. 8. (Vid. Giornale de letterati d'Italia Tom. XXVII. p. 413.) Praecipue vid. Acta SS. ad XIX. Martii Tom. III. p. 4 — 25. et Tille-

jumento tuo, et noli superflua verba loqui. Tunc apparuit puer speciosus ante eos, indutus veste splendida, et dixit ad Joseph: Quare dixisti verba superflua de duobus populis, quae audisti dicentem Mariam? Populum enim Judaeorum flentem vidit, quia recessit a deo suo; et gentium populum gaudentem, quia accessit et prope factus est ad dominum, secundum quod promisit patribus nostris Abraam, Isaac et Jacob. Tempus enim advenit, ut in semine Abrahae benedictio omnibus gentibus tribuatur. Et cum haec dixisset, jussit angelus stare jumentum, quia tempus advenerat pariendi. Et praecepit descendere de animali Mariam, et ingredi in speluncam subterraneam, in qua lux non fuit unquam, sed sem-

---

montii Hist. eccles. Tom. I. p. 32. sqq. et p. 208. sqq., etiam Benedictinorum notas ad Ambrosium Tom. I. col. 1282. 1284. 1313. De cultu Josephi, quem ecclesia Romana sub magnifico *Confessoris*, *Patriarchae*, immo *Collegae Spiritus sancti* titulo invocat, vid. G. H. Goezius in singulari dissert. supra ad cap. VIII. laudata. Nemo autem honoribus et privilegiis in Josephum collatis superavit facile liberalitatem *Mariae de Jesu*, Abbatissae Agredensis in Hispania, cui praeter alia revelatum est, Josephum inter Apostolos sedem habiturum et mundum judicaturum esse. Vide ejus *Cité mistique de Dieu* Tom. I. pag. 304., quem famosum librum descripsit Baumgartenius *Nachrichten von merkwürdigen Büchern* T. IV. p. 208. sqq. Quanquam adeo non defuerunt, qui Josephum tertiam personam *sanctae et in terris regnantis* (creatae scilicet) *trinitatis* constituerent; prout id legitur in libello quodam Gallico precum, *Les saints devoirs de l'ame devote*, impresso cum approbatione Facultatis Theologicae Paris. a. 1627. p. 137. — *Populum enim Judaeorum etc.*) Visionem, quam Maria instar Rebeccae Genes. XXV, 23, videt, auctor hic aliter interpretatur, ac Fabricius ad Protev. cap. XVII. Is enim putabat respici, quod nasciturus ex Maria Jesus esset ponendus in ruinam pariter et resurrectionem multorum in Israel Luc. II, 34. — *in semine*) Haec alter cod. omittit. — *in speluncam subterraneam,*) Inde Euseb. de vita Constantini lib. III.

per tenebrae fuerunt, quia lumen diei penitus non habebat. Ad ingressum vero Mariae coepit tota spelunca splendorem habere, et quasi sol ibi esset, ita tota fulgorem lucis ostendere; et quasi esset ibi hora diei sexta, ita eandem speluncam lux divina illustravit, nec in die nec in nocte lux ibi divina defuit, quamdiu ibi Maria fuit. Et ibi peperit masculum, quem circumdederunt angeli nascentem et natum adoraverunt dicentes: Gloria in excelsis deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Jam enim dudum Joseph perrexerat ad quaerendam obstetricem: qui cum reversus esset ad speluncam, Maria jam

---

cap. 43. *καὶ γὰρ καὶ γέννησιν ὑπὸ γῆν ὁ μεθ᾽ ἡμῶν θεὸς δι᾽ ἡμᾶς ἠνέσχετο.* Haec recte Valesius interpretatus est: *Nam et Emanuel, quod est nobiscum deus, sub terra pro nobis nasci dignatus est.* Falso verterat Christophorsonus *in terris nasci.* Ad seqq. conf. Protev. cap. XIX. et Ev. inf. Arab. cap. III. — *ad quaerendam obstetricem:*) ad quaerendas obstetrices. Sane auctor duas obstetrices ad Mariam accessisse narrat, quarum alteram Salomen de virgineo Mariae partu dubitantem et incredulitatis poenam luentem facit: discedens a Protev. cap. XIX. et XX., ubi Salome obstetricis personam non gerit. In Ev. infantiae Arab. cap. III. una tantum obstetrix nomine non addito memoratur, quae manibus infanti impositis sanata dicitur; quanquam ibi antea neque curiositatis illius, neque morbi mentio facta est. Eandem fabulam respicit Epiphanius monachus sec. XII. in libro *de vita Mariae*, quem Jo. Aloysius Mingarellius primus graece edidit in Amadutii Anecdotis litterar. Vol. III. p. 29. sqq. Diu ante hunc Zeno Veronensis Serm. II. de nativ. domini (Biblioth. PP. Gallandii Vol. V. pag. 137.) haec profert: *Maria incorrupta concepit, post conceptum virgo peperit, et post partum virgo permansit. Obstetricis incredulae periclitantis enixam, in testimonium reperta ejusdem esse virginitatis, incenditur manus; in qua tacto infante statim edax illa flamma sopitur: sicque illa medica feliciter curiosa dein admirata mulierem virginem, admirata infantem deum ingenti gaudio exsultat, quae curatum venerat, curata recessit.* Merito haec a Baronio ad ann. Chr. I.

infantem genuerat. Et dixit Joseph ad Mariam: Ego tibi

---

num. 7. tanquam ex apocryphis hausta rejiciuntur. Olim jam Hieronymus contra Helvidium totam de obstetrice fabulam refutavit his verbis: *Nulla ibi obstetrix, nulla muliercularum sedulitas intercessit. Ipsa* (Maria) *pannis involvit infantem, ipsa et mater et obstetrix fuit.* Tum laudat Luc. II, 7. et addit: *Quae sententia et apocryphorum deliramenta convincit.* Opp. ed. Vallars. T. II. P. I. col. 214. Hieronymum fortasse imitatus est Pseudo-Cyprianus (Arnoldus Carnotensis, Abbas Bonae-Vallis sec. XII.) in Tract. de cardinalibus Christi operibus: *Genitrix est* (Maria) *et obstetrix et devotam dilectae soboli ipsa exhibet clientelam* etc. Vid. Cypriani Opp. ed. Brem. Append. pag. 23. Antiquitatem vero commenti de perpetua Mariae virginitate post partum ab obstetrice explorata testatur locus Clementis Alex. Strom. lib. VII. p. 889. ed. Potter. *Ἀλλ', ὡς ἔοικεν, τοῖς πολλοῖς καὶ μέχρι νῦν δοκεῖ ἡ Μαριὰμ λεχὼ εἶναι διὰ τὴν τοῦ παιδίου γέννησιν, οὐκ οὖσα λεχώ· καὶ γὰρ μετὰ τὸ τεκεῖν αὐτὴν μαιωθεῖσαν φασί τινες παρθένον εὑρεθῆναι.* Paulo post etiam legitur illud *τέτοκεν καὶ οὐ τέτοκεν, peperit et non peperit*, de quo vid. not. Potteri. Apud Suidam in Lex. s. v. *Ἰησοῦς* traditur, Mariam jussu sacerdotum, qui Jesum in defuncti collegae locum vellent substitui, ab obstetricibus esse exploratam, an adhuc vere virgo esset, prout dixisset, idque ab illis affirmatum esse. Alia plura vid. apud Georg. Henr. Goezium in problemate theologico: *Num Maria, filium dei pariens, obstetricis ope fuerit usa?* Lubecae 1707. et in Benedicti XIV. Comment. de festis Jesu Christi P. III. p. 232 — 235. ed. Mogunt. Ceterum vix dubitari potest, quin Gnostici primi illo commento usi sint, ut suae de putativo vel aetherio Christi corpore sententiae fidem facerent; unde etiam in decreto Gelasiano inter apocrypha rejicitur singularis liber *de S. Maria et obstetrice.* Iidem hac de causa protulerunt apocrypham Ezechielis prophetiam *de vacca illa, quae peperit et non peperit;* quod apparet ex Tertulliano de carne Christi cap. XXIII. et Epiphanio haer. XXX. c. 30. Praeter Potterum supra laudatum vid. Junium in not. ad Tertullianum p. 212. et Fabricium Cod. Pseudepigr. V. T. p. 1119. A Gnosticis vero dogma de virginitate Mariae post partum servata ad Catholicos translatum est, iisque tantopere placuit, ut canone III. concilii Lateranensis sub Martino I. decretum fuerit, *Mariam incorruptibiliter genuisse, indissolubili permanente et post partum*

Zelemi et Salomen obstetrices adduxi, quae foris ante speluncam stant, et prae splendore nimio hic non possunt introire. Audiens autem haec Maria subrisit. Et dixit ad eam Joseph: Noli subridere, sed cauta esto, ne forte infligeas medicina. Tunc jussit unam ex illis introire ad se. Cumque ingressa esset Zelemi ad Mariam, dixit: Dimitte me, ut tangam te. Cumque permisisset se Maria tangi, exclamavit voce magna et dixit obstetrix: Domine, domine, miserere: adhuc hoc nec audivi, nec in suspicionem habui, ut mamillae plenae sint lacte, et natus masculus matrem suam virginem ostendat. Nulla pollutio in nascentem facta est, nullus dolor in parturientem.

---

ejus virginitate. Vid. Harduini Collect. Concil. Tom. III. col. 822. Ratio tamen hujus decreti diversa erat ab illa, quam Docetae habuere; nam Catholici non filii natura, sed Dei patris omnipotentia virginitatem Mariae conservatam esse statuerunt. — *Zelemi*) In altero cod. scriptum hic videtur Zaelem. Fortasse Zelemi vel Zelomi corrupta est nominis *Salome* scriptura, quam autor istius fabulae alicubi invenit, et unde duas obstetrices fuisse opinatus est. — *hic non possunt introire.*) huc introire non audent. — *Cumque ingressa esset Zelemi ad Mariam, dixit:*) Codex, cujus textum reddimus, ineptum hic habet additamentum. Quare alterius secuti sumus fidem. — *adhuc hoc nec audivi, nec in suspicionem habui,*) nunquam hoc auditum est, nec in suspectione habitum. — *in nascentem*) in nascente. — *in parturientem*) in pariente. Saepius hoc legis in PP. Sermonibus de nativitate domini, Mariam sine dolore peperisse, neque omnino incommoda gravidarum sensisse; velut Zeno ille ait: *Maria decem mensium fastidia nescit.* Conf. Prudentii Cathem. hymn. XI. v. 53. sqq. aliosque laudatos a Petavio de theolog. dogm. Vol. VI. p. 230. Ipsum concilium Trullanum can. LXXIX. *ἀλόχευτον τὸν ἐκ τῆς παρθένου θεῖον τόκον ὁμολογεῖ, ὡς καὶ ἀσπόρως συστάντα.* Zonaras in scholio ad hunc canonem ita scribit: *Λοχεῖά ἐστιν ἡ μετ᾽ ὠδίνων τοῦ βρέφους ἀπότεξις καὶ ἡ τῶν αἱμάτων ἀκόλουθος ῥύσις· ὧν μὴ πειραθῆναι τὴν θεοτόκον πιστεύομεν.* Vid. Beveregii Pan-

Virgo concepit, virgo peperit, virgo permanet. Audiens hanc vocem alia obstetrix nomine Salome dixit: Quod ego audio, non credam, nisi forte ipsa probavero. Et ingressa Salome ad Mariam dixit: Permitte me, ut palpem te et probem, utrum verum dixerit Zelemi. Cumque permisisset Maria, ut eam palparet, misit manum suam Salome; et cum misisset et tangeret, statim exaruit manus ejus. Et prae dolore coepit flere vehementissime et angustiari et clamare et dicere: Domine, tu nosti, quia semper te timui, et omnes pauperes sine acceptione retributionum curavi: de vidua et orphana nihil accepi, et inopem vacuum a me nunquam dimisi. Et ecce misera facta sum propter incredulitatem meam, quia ausa fui temptare virginem tuam. Cumque haec diceret, apparuit juxta illam juvenis splendidus dicens ei: Accede ad infantem et adora eum, et continge manu tua: et ipse sanabit eam, quia ipse est salvator seculi et omnium sperantium in se. Et confestim ad infantem accessit Salome, et adorans eum tetigit fimbrias pannorum, in quibus infans erat involutus et statim sanata est manus ejus. Et

---

dectas canon. Tom. I. pag. 249. Aliter senserunt Patres antiquissimi, ex quibus conf. Tertullianum de carne Christi cap. IV. et XXIII. Hi alieni erant a tali nativitatis et carnis humanae contemtu et a Gnosticis ejusmodi placitis, qualia sunt Valentinianorum ap. Tertull. contra Valentinianos cap. XXVII. et de praescript. haeret. cap. XLIX. — *nisi forte ipsa*) donec et ipsa. — *ut eam palparet,*) ut se palparet. — *sine acceptione retributionum*) sine retributionis munere. — *orphana*) orphano. Videntur haec ex Protev. cap. XX. petita, ubi in codd. aliquot haec leguntur Salomes verba: *Σὺ γὰρ οἶδας, δέσποτα, ὅτι ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι τὰς θεραπείας ἐπετέλουν, καὶ τὸν μισθόν μου παρὰ σοῦ ἐλάμβανον.* Vid. ibi notata pag. 252. — *temptare*) Sic passim scribitur pro *tentare*. — *sanabit*

exiens foras clamare coepit et dicere magnalia virtutum, quae viderat, et quae passa fuerat, et quemadmodum curata; ita ut ad praedicationem ejus multi crederent. Nam et pastores ovium asserebant se angelos vidisse in medio noctis hymnum dicentes: Deum coeli laudate et benedicite, quia natus est salvator omnium, qui est Christus dominus, in quo restituetur omne regnum Israel. Sed et stella ingens a vespere usque ad mane splendebat super speluncam, cujus magnitudo nunquam visa fuerat ab origine mundi. Et prophetae, qui fuerant in Jerusalem, dicebant, hanc stellam indicare nativitatem Christi, qui restauraret promissionem non solum Israel sed et omnium gentium.

CAPVT XIV.

Tertio autem die nativitatis domini egressa est beata Maria de spelunca, et ingressa est stabulum, et posuit

---

eam,) te salvabit. — *Deum coeli*) Praetulimus hic alterius cod. textum. In nostro enim legitur: *deum Helye* (h. e. Éliae. Sic 2 Regg. II, 14. *Ubi est deus Eliae etiamnunc?*) *laudantes et benedicentes atque dicentes*, *quia* etc. Sequentia verba sunt Lucae II, 11. — *Christus dominus*,) Christus dominus in civitate David. Vid. Luc. l. l.

Cap. XIV. Proprium est huic fabulatori, quod tradit Mariam partu in spelunca edito stabulum tertio die ingressam esse et puerum in praesepio posuisse. Procul dubio voluit ita narrationem Lucae II, 7. componere cum traditione ecclesiastica pluribus tradita, quae speluncam fuisse locum nativitatis Christi asserit. Praeter auctores apocryphos Protev. cap. XVIII. sqq. Histor. Josephi Arab. cap. VII. et Ev. infantiae Arab. cap. II. tuentur eam ex Patribus ecclesiae primi Justinus et Origenes. Ille in dial. cum Tryphone cap. 78. (pag. 184. ed. Marani.) *Γεννηθέντος δὲ τότε τοῦ παιδίου ἐν Βηθλεέμ, ἐπειδὴ Ἰωσὴφ οὐκ*

puerum in praesepio, et bos et asinus adorabant eum. Tunc

εἶχεν ἐν τῇ κώμῃ ἐκείνῃ ποῦ καταλῦσαι, ἐν (δὲ) σπηλαίῳ τινὶ σύνεγγυς τῆς κώμης κατέλυσε· καὶ τότε αὐτῶν ὄντων ἐκεῖ ἐτετόκει ἡ Μαρία τὸν Χριστὸν, καὶ ἐν φάτνῃ αὐτὸν ἐτεθείκει. Hic contra Cels. lib. I. cap. 51. (Opp. ed. Delarue Vol. I. pag. 367.) *Δείκνυται τὸ ἐν Βηθλεὲμ σπήλαιον, ἔνθα ἐγεννήθη, καὶ ἡ ἐν τῷ σπηλαίῳ φάτνη, ἔνθα ἐσπαργανώθη. Καὶ τὸ δεικνύμενον τοῦτο διαβόητόν ἐστιν ἐν τοῖς τόποις καὶ παρὰ τοῖς τῆς πίστεως ἀλλοτρίοις, ὡς ἄρα ἐν τῷ σπηλαίῳ τούτῳ ὁ ὑπὸ Χριστιανῶν προσκυνούμενος καὶ θαυμαζόμενος γεγέννηται Ἰησοῦς.* Accedunt Eusebius Evang. Demonstr. VII, 2. (ed. Colon. pag. 343.) et de vita Constantini III, 41. Socrates hist. eccles. I, 17. Sozomenus hist. eccles. II, 2. (qui ab Helena, Constantini matre, apud Bethleem juxta speluncam, in qua natus Christus, templum erectum esse narrant) Pseudo-Athanasius homil. in descriptionem B. Virginis Tom. II. pag. 647. ed. Colon. Gregorius Nyss. in diem nat. Christi Tom. III. pag. 348. sq. Epiphanius haer. XX. pag. 47. et haer. LI. pag. 431. ed. Colon. Theodoretus Comment. in Joelis cap. II. v. 31. et Hieronymus epist. LVIII. ad Paulinum Tom. I. pag. 321. ed. Vallars. ubi haec: *Bethleem nunc nostram, et augustissimum orbis locum, de quo Psalmista canit:* Veritas de terra orta est, *lucus inumbrabat Thamuz, id est Adonidis: et in specu, ubi quondam Christus parvulus vagiit, Veneris amasius plangebatur* (scil. ab Hadriani temporibus usque ad imperium Constantini). Media vero, quam dicunt, aetate et recentiori spelunca illa et ecclesia ibi aedificata multo ac vario sermone celebratae sunt praecipue in Itinerariis et Descriptionibus terrae sanctae. Conf. Antoninus Martyr Itiner. pag. 22. Adamnanus de locis terrae s. lib. II. cap. 2. Beda de locis sanctis cap. VIII. Brocardus Descr. terrae s. in Canisii lect. ant. ed. Basnage Tom. IV. pag. 19. Nic. Christoph. Radzivil Peregrinat. Hieros. Ep. II. pag. 84. Eugen. Roger Description de la Terre sainte lib. I. cap. XVII. Thevenot Voyages de Levant Tom. II. pag. 631. sq. D'Arvieux Memoires contenants ses Voyages Tom. II. pag. 229. Franc. Ferd. de Troilo Itinerarium Orientale (*Orientalische Reisebeschreibung*) pag. 395. aliique recentiores. Inde traditionem istam multi theologi etiam Evangelicae ecclesiae satis testatam habuerunt; et haud pauci interpretes N. T., inter quos Grotius et Wetstenius, Patrum auctoritate nixi *φάτνην* Luc. II, 7. praesepe sive stabulum in spelunca intellexerunt. Rectius vero alii eam interpretationem ab Evangelico textu alienam esse judicarunt, velut Ernestius in

adimplètum est, quod dictum est per Isaiam prophetam

Opusc. theol. pag. 595. sqq. ed. II., Michaelis in Animadvers. ad Luc. II, 7., Kuinoelius aliique. Neque profecto temere ipsa illa traditio addubitatur. Etenim quod Grotius in Annotat. ad Luc. II, 7. et Tillemontius in Hist. eccles. Tom. I. pag. 179. ed. Bruxell. maximi ponderis esse dicunt Justini testimonium, ut hominis in Palaestina nati, cujus temporibus recens esset rei memoria, id pluribus de causis suspectum est. Primum enim Justinus, siquidem is auctor fuit dialogi cum Tryphone, saepius fabulis sb decipi passus est et plura ἀνιστορησίας et ἀκρισίας suae specimina dedit insignia. Conf. Abbatis de Longuerue diss. de vita S. Justini Mart. pag. 210. sqq. Deinde parum credibile est, medio seculo secundo Christianis Palaestinae incolis notitiam fuisse illius loci natalis Christi fide dignam. Vid. Michaelis l. l. Contra satis constat, illo jam tempore piam quandam curiositatem varias fabulas commentam esse, quibus initia historiae Christi illustrarentur et supplerentur. Tum ipsa Justini verba, quae laudavimus, dubitationem lectori injiciunt, quippe quibus hoc dicatur, Mariam natum Bethlehemi (ἐν Βηθλεέμ) puerum peperisse ἐν σπηλαίῳ τινὶ σύνεγγυς τῆς κώμης. Videtur auctor sibi ipsi contradicere, dum Evangelicae veritati (Matth. II, 1.) aliena admiscere conatur. Denique non obscura est traditionis ecclesiasticae origo. Provocat enim Justinus l. l. ad Jesaiae vaticinium cap. XXXIII, 16. οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς. Secundum hoc igitur vaticinium quum Christiani Judaicis opinionibus imbuti putarent necesse fuisse, ut Christus in specu nasceretur, mox id vere factum esse divulgatum est, atque in regione Bethlehemi petrosa facile specus aliquis natalis Christi monstratus. Vid. Casauboni Exercit. II. pag. 146. Accesserunt fortasse aliae rationes, quibus hoc commentum commendaretur. Vid. Gersdorfium in libro: *Beiträge zur Sprach-Charakteristik der Schriftst. des N. T.* Vol. I. pag. 222. sqq. His igitur de causis nobis illa traditio dubia videtur. Inde etiam intelligitur nullius momenti esse controversiam olim a viris doctis agitatam, utrum Christus ἐν Βηθλεέμ, an σύνεγγυς τῆς κώμης, in suburbiis vel in agro Bethlehemitico natus sit; de qua vid. Benedicti XIV. Commentar. de festis Jesu Chr. Parte III. p. 239. sqq. Plurimos eorum, qui de loco nativitatis Christi disquisiverunt, laudavit Thiessius in Comment. crit. T. II. pag. 342. 367. et 392. sq. — *et bos et asinus adorabant eum.*) Hujus quoque historiolae ad locum Luc. II, 7. fingendae occasionem dederunt verba propheta-

dicentem: Cognovit bos possessorem suum, et asinus presepe domini sui. Ipsa enim animalia, scilicet asinus et bos in medio eum habentes incessanter adorabant eum. Tunc adimpletum est, quod dictum est per Habacuc prophetam dicentem: In medio duorum animalium innotesceris.

---

rum perverse intellecta, Jesaiae cap. I, 3. et Habac. III, 2. Prior locus a nostro laudatus est, ut in Vers. vulg. legitur. Alter vero secundum vers. Alex. ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ redditus, ubi Hieronymus Hebraicam veritatem secutus vertit: *In medio annorum vivifica illud.* Illum jam ab Hieronymo citatum videmus hac in re, qui in ep. ad Eustochium (ed. Vallars. Tom. I. col. 698.) haec scribit: *Atque inde Bethleem ingressa et in specum Salvatoris introiens postquam vidit sacrum virginis diversorium, et stabulum, in quo agnovit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui; ut illud impleretur, quod in eodem propheta scriptum est: Beatus qui seminat super aquas, ubi bos et asinus calcant, me audiente jurabat, cernere se oculis fidei infantem pannis involutum* etc. Ceterum satis noti sunt versiculi isti: *Cognovit bos et asinus, quod puer erat dominus.* Saepe ista fabula etiam artis operibus expressa conspicitur. Vide S. R. Muenteri librum: *Die Sinnbilder und Kunstvorstellungen der alten Christen.* Part. II. pag. 77. et Benedicti XIV. Comment. de festis Jesu Chr. P. III. p. 253. Amplexa est eam ecclesia catholica in Officio de Circumcisione Domini: *Domine, audivi auditum tuum et timui; consideravi opera tua et expavi: in medio duorum animalium jacebat in praesepio et fulgebat in coelo.* Argumenta, quibus istam traditionem probare studet Baronius ad ann. Chr. I. num. 3., docte profligata dedit Casaubonus Exercit. II. pag. 148. Alios scriptores eam aut vindicantes aut repudiantes laudant Benedictus XIV. l. l. p. 248. et Thiessius in Commentario crit. Tom. II. p. 368. sq., quibus adde Saldeni Otia theologica pag. 808. Ex Protev. Jacobi huc pertinet, quod cap. XXII. legitur in pluribus codicibus ἔθηκεν ἐν φάτνῃ βοῶν. — *Ipsa enim*) Sic alter codex, ubi in nostro male scriptum *Ipsa autem.* Ex eodem recepimus *scilicet* pro *id est.* — *innotesceris.*) Graece γνωσθήσῃ, *nosceris* vel *cognosceris.* Scriptores medii aevi illo verbo utuntur significatione activa. Vid. Glossar. s. h. v.

In eodem autem loco moratus est Joseph et Maria cum infante tribus diebus.

CAPVT XV.

Sexto autem die cum beata Maria ingressus est Joseph Bethleem: ubi impletis triginta tribus diebus duxit infantem ad templum domini, et obtulerunt pro eo par turturum et duos pullos columbarum. Erat autem in templo vir dei perfectus et justus, nomine Simeon, annorum centum tredecim. Hic responsum acceperat a do-

---

Cap. XV. In altero codice caput XV. inscriptum est: *De circumcisione domini et de adventu magorum in Jerusalem.* Incipit vero: *Sexto die cum beata Maria ingressus est Joseph Bethleem, ubi octavo die circumciderunt puerum et vocatum est nomen ejus Jesus. Tertio decimo vero die venerunt magi ab Oriente in Hierosolymis* etc. Sequentia habes in nostro textu cap. XVI. Vicissim quae hic cap. XV. continet, in illo caput XVI. faciunt, cujus initium est: *Impletis igitur quadraginta diebus Joseph duxit infantem in templum domini, et obtulerunt pro eo par turturum et duos pullos columbarum. Erat autem* etc. Differunt igitur uterque textus praecipue de tempore adventus magorum. Is, quem nos exhibemus, magos advenisse refert post quadraginta dierum a partu decursum, alter vero, tertio decimo post partum die, antequam Maria Hierosolyma se contulisset, ut offerret filium suum eumque redimeret. Idem fere est virorum doctorum in Harmoniis Evangelicis dissensus de temporis ordine, quo quae Matth. II, 1. sqq. et Luc. II, 1. sqq. narrantur, facta sint. Vid. Thiessii Commentar. crit. Tom. II. p. 409. sq. Praeterea noster circumcisionem Christi silentio praetermittit, paucis in altero textu commemoratam. Auctor Ev. infantiae Arab. cap. V. anilem profert fabulam, anum Hebraeam praeputium Christi sumsisse idque in alabastro olei nardini vetusti recondidisse. Aliae hujuscemodi παραδόσεις, quibus fidem habet ecclesia Romana, notatae sunt a Jo. Bened. Carpzovio in Concionibus Erotematicis (Frag-Predigten) ad Evangelia ad festum Circumcisionis Christi, quaestione curiosa, parte I. p. 144., a Matth. Kunstmanno in disquis.

mino, quod non gustasset mortem, nisi vidisset Christum dei filium in carne. Qui cum vidisset infantem, exclamavit voce magna dicens: Visitavit deus plebem suam, et implevit dominus promissionem suam. Et festinans adoravit infantem, et posthaec suscipiens eum in pallio suo adoravit eum iterum, et osculabatur plantas ejus dicens:

---

hist. de praeputio Christi, Regiom. 1688., et ab Hirschio in hist. crit. praeputii Christi pontificiorum commentis opposita, quae legitur in Winckleri anecd. hist. eccles. Vol. I. p. 787. sqq. De reliquiis praeputii Christi servatis Romae in aede S. Joannis Lateranensis vid. imprimis Salianus in Annal. ad a. 4053. num. 5. sq. et Bollandus in Actis SS. Tom. I. Januarii p. 3. sq. Etiam praesegmen umbilici Christi ostentatum Romae in aede S. Mariae Populi, et lapis, super quo Christus circumcisus est, in templo S. Jacobi Scossa cavalli. Bene Theophylactus ad Luc. II, 21. *ἀνόνητον δὲ καὶ τὸ ἐξετάζειν, ποῦ ἐστι τὸ ἀποτμηθὲν ἐκεῖνο μόριον· ἃ γὰρ ἡ γραφὴ ἀπεσιώπησεν, οὐ δεῖ ἐξετάζειν.* Idem tamen ipse nescit *ἐπέχειν* paulo post scribens: *οἷς δὲ οἶδε λόγοις, ἐφύλαξε τοῦτο τὸ μόριον ἀβλαβὲς, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀναλαβόμενος τοῦτο, ἠγέρθη, ἵνα καὶ κατὰ τοῦτο ἀνελλιπῶς ἔχων εὑρεθῇ.* — *gustasset mortem, nisi vidisset*) gustaret mortem, nisi videret. — *in carne.*) in carne viventem. — *iterum,*) Hanc voculam ex altero cod. recepimus. Sequens Simeonis sermo ad verbum legitur Luc. II, 29—32. in vers. vulg. In ipsa historia auctor pauca quaedam de suo addidit, velut quod Simeonem *tum annorum centum tredecim* fuisse scribit. Eutychius, qui Simeonem hunc LXX annumerat interpretibus et confundit cum Simeone Justo, de quo Josephus Antiquit. Jud. XII, 2., eum adeo trecentos quinquaginta annos vixisse fabulatur. Fertur ille, cum ad locum Jes. VII. de Messia e virgine nascituro vertendum venisset, plane obstupuisse, ignarus quomodo redderet; atque hac occasione per *χρηματισμὸν* promissionem accepisse, ipsum mortem non visurum, donec hoc vaticinium compleretur. Epiphanius de vitis prophetarum cap. XXIV. aetatem ignoravit narrans: *ἀπέθανε δὲ καὶ ἐτάφη πλησίον τῶν ἱερέων πρεσβύτης, πλήρης ἡμερῶν.* Is vero cum Pseudo-Cyrillo Hierosol. in oratione de occursu Domini p. 322. ed. Milles. et Athanasio sive quisquis auctor libri de communi essentia Patris,

Nunc dimittis servum tuum, domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tuae Israel. Erat autem in templo domini Anna, filia Phanuel, de tribu Asser, quae vixerat cum viro suo annis septem, et haec vidua erat jam per annos octoginta et quatuor: quae nunquam discessit de templo dei, jejuniis et orationibus vacans. Haec accedens adorabat infantem dicens: Quoniam in isto est redemtio seculi.

Filii et Sp. S. Opp. Tom. I. p. 230. Simeonem sacerdotem fuisse tradit; unde etiam pictores vulgo hunc sacerdotalibus vestibus indutum pingunt, ut ostendit Ayala in opere *Pictor Christianus eruditus*, Matriti edito a 1703. lib. III. cap. 4. Plura de ficto Simeonis sacerdotio testimonia vid. in Leonis Allatii diatr. de Simeonibus p. 3. sq. Rectius alii cum Photio quaest. ad Amphilochium c. 156. sacerdotem haud fuisse, sed sacerdotum virtutibus plurimum excelluisse affirmant. *Οὐκ ἦν ἱερεὺς ὁ Συμεών, τῶν δὲ ἱερέων ταῖς ἀρεταῖς πολλὰ προεῖχεν.* Auctor Protev. Jacobi cap. XXIV. fortassis primus est, apud quem commentitium Simeonis sacerdotium memoratur. De diebus Simeonis et Annae memoriae dicatis conf. Tillemontium in hist. eccles. T. I. p. 181. — *et haec vidua erat jam per annos octoginta et quatuor:)* Sic etiam plures interpretes intellexerunt verba graeca Lucae II, 37. *Καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων*, quae vers. vulg. reddit: *Et haec vidua usque ad annos octoginta quatuor.* Rectius alii: *Ea jam vidua, fere quatuor et octoginta annos nata.* De festivitate purificationis Mariae die 2. Februarii vid. Tillemontium l. l. et Benedicti XIV. Comment. de festis etc. P. IV. p. 24. sqq.

CAPVT XVI.

Transactis autem duobus diebus venerunt magi ab Oriente Hierosolymam, magna munera offerentes; qui

---

Cap. XVI. De primis verbis vid. notata ad initium cap. XV. Miramur hoc capite fabulatorem nostrum omnino acquievisse in iis, quae de magis narraverant Matthaeus et auctor Protev. cap. XXI. Ibi Fabricius hoc testari notat antiquitatem Protevangelii; quod ad istum libellum non transferri potest. *Vides*, inquit ille, *auctorem hujus Protevangelii apocryphum licet, antiquum tamen, neque Regum nomine Magos appellare, quod nescio an quisquam fecerit ante Chrysostomum, neque numerum definire, neque nomina tradere, neque alias fabulas adjungere, quae apud recentiores passim reperiuntur. Has toto, quod ajunt, sacco effusas videre si quis gestiat, is Vipertum, Melch. Inchoferum et Herm. Crombachium in Historia Magorum evolvat.* Alia plurima de magis scripta, et ineptas curiosorum hominum conjecturas fictionesque recensuit Thiessius in Comment. crit. Tom. II. p. 346. sqq. Conf. etiam Calmeti Bibliothecam Biblicam annexam ejus Diction. Bibl. T. IV. pag. 479. sqq. vers. Germ. Reges autem fuisse Magos diu ante Chrysostomum innuere videtur Tertullianus adv. Marcionem lib. III. cap. 13. coll. adv. Judaeos cap. 9. *De illo autem tunc auri munere etiam David: Et dabitur illi ex auro Arabiae. Et rursus: Reges Arabum et Saba munera offerent illi. Nam et Magos reges habuit fere Oriens.* Certe ex isto loco Ps. LXXII, 10. coll. Jes. LX, 1—6. id collegerunt veteres, qui e vaticiniis Messianis historiam Evangelicam auxerunt. Inde etiam illud fluxit, quod plures regna Magis assignant Tharsis, Nubiae et Sabae. Tres fuisse Magos primus, quod sciam, dixit Leo Magnus in Sermonibus de Epiphania Domini IV. V. aliisque. Tum hoc constanter traditum a plurimis scriptoribus praecipue ecclesiae Latinae, et expressum in artis operibus. Vid. Muenteri librum: *Sinnbilder und Kunstvorstellungen der alten Christen.* P. II. p. 77., ubi simul veterum poetarum versus laudantur de mystica significatione munerum a magis oblatorum. In nummo Joannis Zimiscae apud Cangium in familiis Byzantinis p. 152. magi tres occurrunt pileati, non coronati ut in gemma apud Laur. Begerum Thesauri Brandenburg. Tom. III. p. 214. In ejusdem Begeri

instanter interrogaverunt Judaeos dicentes: Ubi est rex, qui natus est nobis? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum. Haec opinio perterruit omnes: et misit Herodes ad scribas et Pharisaeos et doctores populi, ut inquireret ab eis, ubi Christum propheta nasciturum praedixerat. At illi dixerunt: In Bethleem. Sic enim scriptum est: Et tu Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda; ex te enim exiet dux, qui reget populum meum Israel. Tunc Herodes rex vo-

---

nummis Pontificum pag. 17. etiam nummus Leonis X describitur, in quo tres magi reges cernuntur. (Carolus V. Franciscus I. et Henricus VIII.) Illud autem statuendi conjecturam praebuerunt tria munerum genera, aurum, thus et myrrha, cum singuli peculiare munus exhibuisse crederentur. Aliam traditionem auctor Operis imperf. in Matth. hom. II. sequitur. Is enim ex auctoritate veteris cujusdam scripturae apocryphae, cui nomen Sethi praefixum erat, duodecim fuisse magos narrat, quos postea a Thoma Apostolo in provinciam eorum profecto baptizatos esse ait. Nomina diversa tribus magis data reperis apud Zachariam Chrysopolitanum Biblioth. PP. Lugdun. Tom. XIX. pag. 758. et Petrum Comestorem in Historia Scholastica, Hist. Evang. c. VIII. Conf. Casauboni Exercit. II. p. 164. sq. Scaligeri excerpta chronolog. p. 8. et Ludolphi Lex. Aethiop. p. 539. sqq. Antiquitati haec aliaque ludibria incognita sunt neque ante seculum duodecimum divulgata; quo quidem seculo a Reinaldo Coloniensi episcopo corpora magorum reperta esse feruntur. Vid. Georg. Henr. Goezii dissert. de reliquiis Magorum ad Christum conversorum, quae prodiit Lubecae 1714. 4. Similes sunt fabellae de pastoribus Bethlehemiticis, qui Dominum inviserunt. Beda, Haymo aliique tres fuisse hariolati sunt, alii quatuor, iisque nomina indiderunt *Μισαὴλ*, *Ἀχεὴλ*, *Κυριακὸς καὶ Στέφανος*. Vid. Casaubonum l. l. pag. 165. Ex apocryphis scriptoribus solus auctor ev. infantiae Arab. cap. IV. eorundem mentionem facit. — *Ubi est rex,*) Vocem *rex* ex altero cod. recepimus, unde etiam illa sequentia *in Oriente*. Vid. Matth. II, 2. — *perterruit omnes:*) perterruit Judaeos. — *in Bethleem.*)

cavit magos et diligenter inquisivit, quando eis apparuit stella: et misit eos ad Bethleem dicens: Ite et mihi rogate diligenter de puero, et cum inveneritis eum, renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum. Euntibus autem magis in via apparuit stella, et quasi quae ducatum

---

in Bethleem Judae. — *et mihi rogate diligenter de puero,)* Haec ex altero cod. addita. Conf. Matth. II, 8. In eo, cujus textum nos exhibemus, plura videntur male omissa in extremis capitibus. — *in via)* Haec desunt in altero codice. De stella, quae magis visa est, hic ea tantum licet nobis exponere, quae ad loca librorum apocryphorum illustranda faciunt. Noster auctor hic sequitur Matthaeum II, 9. 10., neque fabulosa admiscet. Eadem fere habet Protevangel. Jacobi cap. XXI. *Καὶ ἐξῆλθον οἱ μάγοι· καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτῶν, ἕως οὗ ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω τοῦ σπηλαίου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ παιδίου.* A graeco enim textu abest illa, quam vitiosa Postelli versio exprimit, putida fabula de stella speluncam ingrediente; cui geminum est commentum, quod legas apud Gregorium Turonensem et Haymonem, de stella prolapsa in puteum Bethlehemiticum inque ejus fundo adhuc conspicienda. In illo tamen Protev. capite antea descriptio magnitudinis et splendoris, quo illa stella insignis fuerit, exhibetur. *Εἴδομεν ἀστέρα παμμεγέθη, λάμψαντα ἐν τοῖς ἄστροις τούτοις, καὶ ἀμβλύναντα αὐτοὺς τοῦ φαίνειν.* Fortasse haec respexit Ignatius in ep. ad Ephes. cap. XIX. scribens: *Ἀστὴρ ἐν οὐρανῷ ἔλαμψεν ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ ἀνεκλάλητον ἦν, καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότης αὐτοῦ· τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἄστρα ἅμα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ χόρος ἐγένετο τῷ ἀστέρι. αὐτὸς δὲ ἦν ὑπερβάλλων τὸ φῶς αὐτοῦ ὑπὲρ πάντα.* Similia praedicantur de hac stella apud alios auctores, velut Prudentium Cathemer. XII. v. 5. sqq. *Haec stella, quae solis rotam Vincit decore et lumine, Venisse terris nunciat Cum carne terrestri Deum;* et apud Glycam in Annal. p. 210. *εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐπὶ τοσοῦτο ἔφαινεν, οὐκ ἂν ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ὑπερηκόντιζεν.* Plures vid. in nota Cotelerii ad l. l. Ignatii. Nimirum, ut Eusebii verbis Demonstr. Evang. lib. VIII. pag. 419. utamur, *ξένος καὶ οὐ συνήθης οὐδὲ τῶν πολλῶν καὶ γνωρίμων εἷς, ἀλλά τις καινὸς καὶ νέος ἀστὴρ ἐπιφανεὶς τῷ βίῳ, σημεῖον ξένου φωστῆρος ἐδήλου καταλάμψαντος τῷ παντὶ κόσμῳ, ὃς ἦν ὁ Χριστὸς τοῦ θεοῦ, μέγας καὶ*

praestaret illis, ita antecedebat eos, quousque pervenirent ubi puer erat. Videntes autem stellam magi gavisi sunt gaudio magno. Et ingressi domum invenerunt infantem Jesum sedentem in sinu Mariae. Tunc aperuerunt thesauros suos et ingentibus muneribus muneraverunt Ma-

---

νέος ἀστὴρ, *οὗ τὴν εἰκόνα συμβολικῶς ὁ φανεὶς τότε τοῖς Μάγοις ἐπεφέρετο.* Conf. Origenes adv. Celsum lib. I. cap. 69. Propter hunc vero splendorem stellae aliaque in via ejusdem et cursu singularia plures opinati sunt, fuisse divinam quandam *δύναμιν* vel angelum lucido corpore instar sideris indutum, qui magis viam in Judaeam monstrasset. Istam opinionem cum auctore ev. infantiae Arab. cap. VII. communem habent Chrysostomus homil. VI. in Matth., Theophylactus et Euthymius ad Matth. cap. II. etiam Caesarius Dialogo II. (Biblioth. PP. Lugd. Tom. V. pag. 771.) Diodorus Tarsensis in Photii Biblioth. Cod. CXXIII. et auctor De mirabilibus sacrae scripturae lib. III. cap. 4.; ubi altera quoque huic gemina opinio commendatur, novum illud sidus ipsum fuisse Spiritum sanctum, qui magis sub ea specie spectandum se praebuerit. Ad illustrandam hujus opinionis originem faciunt disputata a Muentero in doctissimo libello: *Der Stern der Weisen. Kopenhagen* 1827. pag. 40. Auctor autem Operis imperf. in Matth. homil. II. ex apocrypha, ut videtur, scriptura tradit, stellam novam magis primum *apparuisse descendentem super montem illum Victorialem*, (unde coelum spectavisset jam inde a pluribus seculis succedens magorum soboles,) *habentem in se formam quasi pueri parvuli, et super se similitudinem crucis, et locutam esse eis, et docuisse eos et praecepisse, ut proficiscerentur in Judaeam.* Denique quod attinet ad vaticinium Zoroastris Ev. infantiae Arab. cap. VII. memoratum, loca Abulfaragii id illustrantia jam produxit Sikius. Vid. supra p. 139. sq. Recte autem Prideaux Hist. Vet. et Nov. Test. connex. lib. IV. p. 329. (vers. Germ. Tom. I. p. 294.) monuit, Abulfaragium aliosque auctores Orientales, stellam magis visam a Zoroastre praedictam esse referentes, id ex fabulosis Orientalium Christianorum scriptis sumsisse. Inde etiam fluxerunt nugae et *τερατολογία* de profectione Magorum ad Christum, quas continet illa *Narratio de iis, quae Christo nato in Persia acciderunt*, Julio Africano adscripta. Edita est e duobus codd. Monacens. et latinitate donata

riam et Joseph. Ipsi autem infanti obtulerunt singuli munera. Unus obtulit aurum, alius thus, alius vero myrrham. Qui cum ad Herodem regem reverti vellent, admoniti sunt in somniis, ne redirent ad Herodem. Illi autem adoraverunt infantem cum omni gaudio, et per viam aliam reversi sunt in regionem suam.

CAPVT XVII.

Videns autem Herodes rex quod illusus esset a magis, inflammatum est cor ejus, et misit per omnes vias volens capere eos et interficere; quos cum penitus invenire non potuisset, misit ad Bethleem, et omnes occidit infantes a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a magis. Ante unum vero diem, quam hoc fieret, admonitus est Joseph ab angelo domini, qui di-

---

in *Jo. Christoph. von Aretin Beiträgen zur Geschichte und Litteratur* Part. IV. p. 49. sqq. Editor recte judicavit eam Africani chronographi ingenio prorsus indignam esse, eique adstipulatus est Routhius in Reliquiis sacris Tom II. p. 355. sq. — *singuli munera.*) In nostro codice male scriptum erat *singuli singulos aureos.* Praeferenda igitur erat scriptura alterius codicis.

Cap. XVII. *Videns autem Herodes rex*) Anno sequenti Herodes rediens a Roma cum videret. Sic male ad Herodem Magnum, sub quo Christus natus est et qui infantes occidi jussit, refertur, quod de Archelao sive Antipa post patris mortem Romam profectis narratur. Vide Josephi Antiqu. Jud. lib. XVII. cap. 9. Similiter contra historicam veritatem peccat auctor hist. Josephi cap. VIII. ubi Herodis Magni jussu Joannem Baptistam obtruncatum esse scribit. — *misit ad Bethleem — et infra,*) misit in Bethleem et in omnibus finibus ejus, et occidit omnes pueros, qui erant in eis a bimatu et infra. Vid. Matth. II, 16. et interpretes ad h. l. — *admonitus est Jo-*

xit illi: Tolle Mariam et infantem, et per viam eremi perge et vade in Aegyptum. Joseph vero secundum angeli dictum ivit.

CAPVT XVIII.

Cumque pervenissent ad speluncam quandam et in ea requiescere vellent, descendit Maria de jumento et sedens habebat Jesum in gremio suo. Erant autem cum Joseph tres pueri et cum Maria puella iter agentes. Et ecce subito de spelunca egressi sunt dracones multi, quos videntes pueri exclamaverunt. Tunc Jesus descendens de gremio matris pedibus suis stetit ante dracones: illi autem adoraverunt eum, et cum adorassent, abierunt. Tunc adimpletum est, quod dictum est per prophetam dicentem: Laudate dominum de terra dracones. Ipse autem infantulus ambulabat ante eos, et praecepit iis, ut nulli hominum nocerent. Sed Maria et Joseph in gravi pavore erant, ne forte infantulus laederetur a draconibus. Quibus Jesus ait: Nolite me considerare, quia in-

---

seph) admonitus est Joseph in somnis. Vid. Matth. II, 13. Hist. Josephi cap. VIII. Ev. infantiae Arab. cap. IX. Protev. cap. XXII. — *Joseph vero — ivit.*) Haec in nostro codice male omissa ex altero assumsimus. De *via eremi*, quae antea dicitur, vid. interpp. ad Act. VIII, 26.

Cap XVIII. *Cumque pervenissent*) Cum autem venissent. — *puella*) quaedam puella. Hist. Josephi cap. VIII. hanc itineris comitem appellat Salomen. — *exclamaverunt.*) pro (leg. prae) nimio timore exclamaverunt. — *per prophetam*) per David prophetam. Locus est Ps. CXLVIII, v. 7. *Laudate dominum de terra, dracones et omnes abyssi.* — *Nolite me considerare,*) Nolite timere, nec me considerate.

fantulus sum; ego enim vir perfectus sum, et necesse est, ut ferae omnes silvarum mansuescant ante me.

CAPVT XIX.

Similiter autem et leones et pardi adorabant eum, et comitabantur cum eis in deserto. Quacunque Maria et Joseph ibant, antecedebant eos ostendentes viam, et inclinantes capita sua adorabant Jesum. Primo autem ut vidit Maria leones circa se venientes atque varia ferarum genera, expavit; in cujus faciem infans Jesus laeto vultu aspiciens dixit: Noli timere, mater, non enim ad injuriam tuam, sed ad obsequium tuum venire festinant. Et his dictis amputavit timorem de cordibus eorum. Ambulabant autem leones cum eis simul et cum

---

' Cap. XIX. *Primo autem ut vidit — expavit;)* Sic ex altero cod. edidimus. In nostro erat: *Prima autem die vidit — et expavit.* Illum etiam secuti sumus in sequentibus, quae in nostro partim depravata erant. De voc. *summarium* vid. Cangium in Glossario s. v. *Sagma.* Verba autem prophetae sunt Jesaiae LXV, 25. in vers. vulg. sic reddita: *Lupus et agnus pascentur simul, leo et bos comedent paleas.* Similem fabellam de leone Christi infantis mandato parente ex Kessaeo Muhammedano attulit Sikius. Vid. supra pag. 141. Puerili hominum superstitiosorum credulitati haec aliaque ejusmodi vehementer placuerunt, quibus Jesus Christus rerum omnium dominus declararetur et celebraretur. Aliis quoque viris sanctitate insignibus et vi miracula patrandi instructis animalia ἄλογα morem gessisse dicuntur, velut S. Francisco, quod pluribus exemplis probat Waddingus in Annalibus Minorum Tom. I. p. 129. sqq. ed. Rom. Ex antiquis scriptoribus comparare licet, quod Suetonius Octav. cap. 94. tradit: *Quum primum (Augustus) fari coepisset, in avito suburbano obstrepentes forte ranas silere jussit: atque ex eo negantur ibi ranas coaxare.*

bobus et asinis et sumariis, quae iis erant necessaria, portantibus, et nullum laedebant, quamvis ipsi simul manerent, sed erant mansueti inter oves et arietes, quos secum de Judaea adduxerant et secum habebant. Inter lupos ambulabant et nihil formidabant, et nullus ab aliquo laedebatur. Tunc adimpletum est, quod dictum est per prophetam: Lupi cum agnis pascentur, leo et bos simul paleas vescentur. Erant autem duo boves et plaustrum, in quo necessaria portabantur.

CAPVT XX.

Factum est autem in die tertia profectionis suae, ut Maria nimio ardore solis fatigaretur in eremo. Et videns arborem dixit ad Joseph: Quiescamus aliquantulum sub umbra ejus. Joseph autem festinans duxit eam ad palmam et descendere eam fecit de jumento. Cumque resedisset Maria, respexit ad comam palmae, vidensque eam repletam pomis dixit ad Joseph: Desiderium mihi est, si fieri posset, ut ex fructibus hujus palmae perciperem. Et ait ad eam Joseph: Miror te dicere hoc, cum videas, quantam altitudinem habeant rami palmae hujus. Ego autem gravissime de aqua cogito, quae nobis jam defecit in utribus: et non habemus, unde eos replere aut nos ipsos refocillare debeamus. Tunc infantulus Jesus laeto vultu in sinu matris suae Mariae virginis dixit ad palmam: Reflecte, arbor, ramos tuos, et de fructibus

---

Cap. XX. *Ego autem gravissime de aqua cogito,*) Et quidem tu de fructibus palmae cogitas edere, ego magis de aquae penuria cogito. — *Reflecte, arbor, ramos tuos,*)

tuis refice matrem meam. Statim ad hanc vocem inclinavit palma cacumen suum usque ad plantas Mariae, et colligentes ex ea fructus, quos habebat, omnes referti sunt. Postea vero quam collecta sunt omnia poma ejus, inclinata manebat exspectans, ut ejus imperio surgeret, cujus imperio fuerat declinata. Tunc Jesus dixit ad eam: Erige te, palma, et confortare et esto consors arborum mearum, quae sunt in paradiso patris mei. Aperi autem ex radicibus tuis venam, quae occulta est in terra, et fluant ex ea aquae ad satietatem nostram. Et statim erecta est palma, et ceperunt per radices ejus egredi fontes aquarum limpidissimi et frigidi et dulcissimi nimis. Videntes autem fontes aquarum gavisi sunt gaudio magno, et satiati sunt cum omnibus jumentis et hominibus gratias agentes deo.

Flectere, arbor. — *venam*, — *aquae*) quae abscondita est in terra, et fluat ex ea aqua. — *et hominibus*) et bestiis suis. Conferri potest cum ista narratione traditio Aegyptiorum apud Sozomenum hist. eccles. V, 21. proceram arborem *Persicam*, quum Jesus in fuga Aegypti Hermopolin venisset, ejus ita sustinere adventum non potuisse, ut ad terram se inflecteret, eumque adoraret. Vid. Ev. infantiae Arab. cap. XXIV. et Sikii notam supra pag. 143 et 144. Nostrum hoc infantiae evangelium respicere videtur Martinus Polonus lib. III. Chronici p. 104. edit. Suffridi Petri: *Legitur in quodam libro de infantia Salvatoris, quod Jesu fugiente in Aegyptum, cum sub una palma recubuisset, beata virgine matre pueri fama laborante, ad praeceptum pueri se palma ad terram usque inclinavit, et post collectionem ipsius fructus ad pristinum statum se palma erexit. Et sitiente Josepho, ibidem ex praecepto pueri Jesu arida terra fontem produxit. Legitur quoque ibidem, quod cum in eodem itinere in ore cujusdam speluncae hospitati fuissent, de eadem spelunca duo magni dracones sunt egressi, ad quorum contuitum dum beata virgo et Joseph terrerentur, ad nutum pueri Jesu dracones cum omni mansuetudine inclinatis capitibus deserta petierunt. Et etiam quod unus*

CAPUT XXI.

Die autem altera profecti sunt; et in hora, qua iter agere coeperunt, Jesus conversus ad palmam ait: Hoc ex praecepto meo tibi dico, palma, ut unus de ramis tuis transferatur ab angelis meis et plantetur in paradiso patris mei. Hanc autem benedictionem in te conferam, ut omnes, qui in aliquo bono certamine vicerint, dicatur iis: Pervenistis ad palmam victoriae. Haec eo loquente ecce angelus domini apparuit stans super arborem palmae et auferens unum ex ramis ejus et volans per medium caelum, habens ramum arboris palmae in manu sua. Cumque haec viderent, facti sunt velut mortui. Tunc Jesus locutus est ad eos dicens: Quare formido obtinuit cor vestrum? An nescitis, quoniam palma haec, quam feci transferri in paradiso, erit omnibus sanctis in loco deliciarum, sicut vobis parata fuit in loco deserti hujus?

---

leo in ipso itinere adveniens usque in Aegyptum ipsis obsequens fuit.

Cap. XXI. *qui in aliquo bono certamine vicerint,*) In nostro cod. scriptum erat *qui certamine positi vicerint.* — *et volans per medium coelum*) volavitque ad coelum. Tota haec narratio ita comparata est, ut auctoris oculis pictura aliqua obversata esse videatur.

CAPVT XXII.

Et dum iter agerent, dixit ei Joseph: Domine, calor nimis decoquit nos: si tibi placet, teneamus viam maris, ut possimus per civitates maritimas requiescendo transire. Dixit ei Jesus: Noli timere, Joseph, ego vobis mansiones breviabo ita, ut quod per triginta dies vobis perpetrandum erat, in hac una diei mansiuncula pertingatis. Adhuc eo loquente ecce perspicientes videre coeperunt montes Aegyptios et civitates ejus: et gaudentes atque exultantes in unam ex civitatibus, quae Sotinen dicitur, ingressi sunt. Et quoniam in ea nullus erat notus, apud quem potuissent hospitari, ingressi sunt templum, quod Aegyptii ejusdem civitatis Capitolium vocabant: in quo diebus singulis honor deitatis sacrilegis praebebatur.

Cap. XXII. *Et dum)* Cum autem. — *teneamus viam maris,)* viam teneamus juxta mare. — *perpetrandum)* In cod. legitur *perperandum*, quod videtur esse scripturae vitium. — *in unam ex civitatibus,)* in quadam civitate. Quam noster *Sotinen* appellat urbem vel civitatem, nomine nescio unde accepto, ubi idolorum ruina Christo adveniente facta traditur, ea apud Sozomenum hist. eccles. V, 21. dicitur Hermopolis Thebaidis. Vide ibi Valesii notam, et adde Vitas Patrum per Rosweydum editas pag. 460. ed. Antwerp. In ev. infantiae Arab. cap. XXIII. extr. *urbs idolorum* commemoratur, cujus nomen non additum. Ibidem cap. XXIV. et cap. XXV. narratur, Josephum cum Maria et Christo Mataream transiisse et Memphin descendisse. Conf. Sikii notas supra p. 143. sqq. — *in quo diebus — praebebatur.)* In altero codice additamentum est, quo CCCLXV. idola in illo templo posita fuisse proditur.

CAPVT XXIII.

Factum est autem, cum beata Maria cum infantulo suo templum ingressa esset, ut universa idola in terra corruerent, ita ut omnia convulsa et confracta in facies suas jacerent, ac si nihil essent: ne evidentius aliquid praediceretur, quam quod impletum esset, quod propheta Isaias praedixerat: Ecce dominus veniet super nubem levem, et commovebuntur omnia manu facta Aegyptiorum a facie ejus.

Cap. XXIII. *Factum est autem — praedixerat:*) Haec ex altero codice recepimus in textum. In nostro locus sic legebatur: *Factum est, ut ingressâ Mariâ templum cum infantulo universa idola corruerent: et omnia ipsa idola jacentia in facies suas comminuta sunt, ita ut nihil esse evidentius praediceretur. Nam tunc adimpletum est, quod propheta praedixerat:* sqq. Simulacra deorum Aegyptiorum adventante Christo corruisse plurimi patrum tradiderunt, velut Eusebius Demonstr. evang. lib. VI. cap. 20. et lib. IX. cap. 2. Athanasius de incarnat. verbi Tom. I. pag. 89. Sozomenus hist. eccles. lib. V. cap. 21. aliique citati a Barradio Jesuita prolixe hac de re disserente in Histor. Evang. Tom. I. lib. X. cap. 8. et a Tillemontio in hist. eccles. Tom. I. pag. 5. Putant illi istam idolorum ruinam praedictam esse a Jesaia XIX, 1., quem locum noster supra laudavit, et a Jeremia cap. XLIII, 12. 13. Vide Carolum Magnum de imaginibus lib. I. p. 93. Nobis hoc argumento est, hanc quoque fabulam deberi miro veterum studio Messiae omnia prophetarum oracula ac paene dicta aptandi. Vid. Casaubonum Exercit. II. p. 172. Unius cujusdam idoli collapsi mentio fit in ev. infantiae Arab. cap. X.; ubi id ipsum sive daemon ei inhabitans de causa consternationis, quae regionem invaserit, a sacerdotibus interrogatus respondet: *Appulit huc deus ignotus, qui revera est deus, neque quisquam praeter illum divino cultu dignus est*, etc. Huic responso geminum est fictitium Apollinis oraculum apud Suidam in *Αὔγουστος*, quod Augusto consulenti reddidisse fertur: *Ἑβραῖος κέλεταί με θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσων Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ᾅδον πάλιν αὖθις ἱκέσθαι.* Conf. de hoc oraculo Casaubonum Exercit. I. p. 84. et Antonium van Dale de Oraculis p. 442. ed. secundae.

CAPVT XXIV.

Tunc Afrodisio duci illius civitatis cum nuntiatum fuisset, cum universo exercitu suo venit ad templum et cum omnibus comitibus suis. Pontifices vero templi ut viderunt Afrodisium cum omni exercitu suo properantem ad templum, putaverunt se vindictam videre in eos, quorum causa dii corruerant. Ille autem ingressus templum et videns omnia idola in faciem suam in terra jacere, accessit ad Mariam et adoravit infantem, quem ipsa in sinu suo portabat. Et cum adorasset eum, allocutus est universum exercitum suum et amicos suos dicens: Nisi hic deus esset, dii nostri coram eo in facies suas minime cecidissent, neque in ejus conspectu prostrati jacerent: dominum enim suum esse taciti protestantur. Nos vero, quod deos nostros vidimus facere, nisi cauti et solliciti fecerimus, omnes indignationis ejus in periculum incurrere poterimus, et universi in interitum mortis cademus, sicut evenit Pharaoni regi, qui deum audire contemsit. Non post multum tempus dixit angelus ad Joseph: Revertere in terram Juda: mortui enim sunt, qui quaerebant animam pueri.

Explicit liber de infantia Salvatoris.

Cap. XXIV. *Tunc Afrodisio — fuisset,*) Cum autem ab Afrodisio illius civitatis duci nuntiatum fuisset. — *et videns*) ut vidit. — *in faciem suam in terra jacere,*) in facies suas prostrata jacere. — *et universi* sqq.) et universi in interitum devenire. Sic enim contigit Pharaoni, regi Aegyptiorum, qui tantis virtutibus non credens cum omni exercitu suo in mari demersus est. Tunc omnis populus ejusdem civitatis credidit domino deo per Jesum Christum. Joseph autem et Maria hospitium acceperunt in domo cujusdam viduae, feceruntque annum in eodem loco. In altero codice, in quo haec leguntur, librum istum plura continere capitula in Prolegomenis observatum est. Reditus Jesu ex Aegypto ibi cap. XXVII. narratur. Ceterum quod ad tempus commorationis in Aegypto attinet, auctor hist. Josephi cap. VIII. unum ponit annum integrum, evangelium infantiae Arab. cap. XXV. et XXVI. tres annos habet; quocum consentit Nicephorus hist. eccles. lib. I. cap. 14. Alias veterum opiniones de hac re recensent viri docti supra p. 145. a Sikio laudati.

EVANGELIVM MARCIONIS

EX

AVCTORITATE VETERVM MONVMENTORVM

DESCRIPSIT

AVGVSTVS HAHN,

THEOL. D. ET P. P. O. IN ACAD. LIPSIENSI.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ[1]).

CAPUT IV.

(Luc. III. 1 et IV. 31.) Ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος *) ὁ θεὸς κατῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ, πόλιν τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν διδάσκων ἐν τοῖς σάββασι [2]). (v. 32.) Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ·

Lectiones variantes. *) Si fides est penes *Pseudo-Orig.* Dial. de recta fide p. 823. B. (ed. de la Rue) non defuerunt quoque vv. sqq.: ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας.

1) Haec evangelii inscriptio fuisse videtur, si quidem conjicere licet e vv. *Tertull.* adv. Marc. IV. 2: „Marcion evangelio scilicet suo nullum adscribit autorem, quasi non licuerit illi titulum quoque affingere, cui nefas non fuit ipsum corpus evertere. Et possem hic jam gradum figere, non agnoscendum contendens opus, quod — — — nullam fidem repromittat de *plenitudine tituli* et *professione debita autoris*"; cll. c. 5. et *Pseudo-Orig.* Dial. de R. F. p. 829. D. ubi *Marcus* Marcionita contendit: οὐ Πέτρος ἔγραψεν, ἀλλ' ὁ Χριστὸς τὸ εὐαγγέλιον. V. *Hahnii* Evangelium Marc. p. 132. cll. 17. 30. et 34.

2) Hoc evangelii Marcionitici initium et quae praecedunt abjecta fuisse, unanimi consensu tradunt *Tertull.* adv. M. IV. 7. (cll. 8. et de carne Christi c. 1. et 2. et adv. M. V, 6. p. 395.), *Epiphan.* haeres. XLII. p. 311. cll. 342. *Iren.* adv. haer. I. 27. et III. 10. *Orig.* Comment. in Jo. T. IV. p. 165. (ed. de la Rue) *Theodoret.* H. F. I. 24. *Isidor. Pelus.* Ep. 371. *Pseudo-Orig.* Dial. p. 823. B. cll. 869. A. *Deum bonum* apparuisse subitum, ex inopinato, *de coelo statim in synagogam* descendisse dictitabant Marcionitae.

ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ [3]). (v. 33.) *Καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ ἦν ἄνθρωπος ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, καὶ ἀνέκραξε φωνῇ μεγάλῃ.* (v. 34.) *Λέγων·* ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί, Ἰησοῦ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς· οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ [4]). (v. 35.) *Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς λέγων·* φιμώθητι καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ. καὶ ῥίψαν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον εἰς μέσον ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ μηδὲν βλάψαν αὐτόν [5]). (v. 36.) *Καὶ ἐγένετο θάμβος ἐπὶ πάντας, καὶ συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους λέγοντες·* τίς ὁ λόγος οὗτος, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει ἐπιτάσσει τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ ἐξέρχονται; (v. 37.) *Καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου.* (v. 38.) *Ἀναστὰς δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος· πενθερὰ δὲ τοῦ Σίμωνος ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ, καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς.* (v. 39.) *Καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ, καὶ ἀφῆκεν αὐτήν.* παραχρῆμα δὲ ἀναστᾶσα διηκόνει αὐτοῖς [6]). (v. 16.) *Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρέτ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν συναγωγήν.* (v. 20.) *Καὶ ἐκάθισε·* καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ. (v. 21.) *Ἤρξατο δὲ λέγειν πρὸς αὐτούς.* (v. 22.) *Καὶ πάντες ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς ἐκπο-*

---

3) *Tert.* l. l. p. 200. ed. Semler.: Stupebant, quoniam adversus legem et prophetas docebat (ex interpretatione *Marcionis*).

4) Ejecto *Ναζαρηνέ*, scilicet quia Jesus, ut *ἀπάτωρ* ita et *ἀμήτωρ*, nusquam terrarum antea fuerat, quam carne putativa indutus coelitus Capernaumi appareret. *Tert.* l. l. (cll. V, 6. p. 395.).

5) *Tert.* l. l. p. 202. sq.

6) VV. 36 — 39. non allegantur quidem neque a Tertulliano neque ab alio veterum scriptorum ex evangelio Marcionis, neque vero continent, cur ejiceret Marcion, neque suppeditabant, quo haereticum facile confutarent illi.

ῥεομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. (v. 23.) *Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην· ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν· ὅσα ἠκούσαμεν γενόμενα εἰς Καπερναοὺμ, ποίησον καὶ ὧδε.* (v. 28.) *Καὶ ἐπλήσθησαν πάντες θυμοῦ ἐν τῇ συναγωγῇ ἀκούοντες ταῦτα.* (v. 29.) *Καὶ ἀναστάντες ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως· καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἕως ὀφρύος τοῦ ὄρους, ἐφ' οὗ ἡ πόλις αὐτῶν ᾠκοδόμητο, ὥστε κατακρημνίσαι αὐτόν.* (v. 30.) *Αὐτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ἐπορεύετο* [7]. (v. 40.) *Δύνοντος δὲ τοῦ ἡλίου πάντες, ὅσοι εἶχον ἀσθενοῦντας νόσοις ποικίλαις, ἤγαγον αὐτοὺς πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς ἐθεράπευσεν αὐτούς.* (v. 41.) *Ἐξήρχετο δὲ καὶ δαιμόνια ἀπὸ πολλῶν κράζοντα καὶ λέγοντα· ὅτι σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. καὶ ἐπιτιμῶν οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν, ὅτι ᾔδεισαν τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι* [8]. (v. 42.) *Γενομένης δὲ ἡμέρας ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἔρημον τόπον· καὶ οἱ ὄχλοι ἐπεζήτουν αὐτὸν, καὶ ἦλθον ἕως αὐτοῦ, καὶ κατεῖχον αὐτὸν τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν.* (v. 43.) *Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· ὅτι καὶ ταῖς ἑτέραις πόλεσιν εὐαγγελίσασθαί με δεῖ τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, ὅτι εἰς τοῦτο ἀπέσταλμαι.* (v. 44.) *Καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῆς Γαλιλαίας* [9].

---

7) Hos vv. (16—30.) h. l. apud M. lectos fuisse, e *Tertulliano* scimus l. l. IV. 8., ita vero *mutatos* fuisse, partim Marcionis gnosis probat, partim conjicere licet e vv. *Tert.*: „Et tamen apud *Nazareth* quoque — soluto, uti assolet, tumultu." Cf. *Marcion's Evang.* p. 135. sq. et *Kirchenhist. Archiv* v. *Staeudlin*, *Tzschirner* und *Vater* 1. Heft (1825) p. 69. sqq.

8) *Tert.* l. l. p. 204.

9) *Tert.* l. l. p. 205 extr. et sq.

CAPVT V.

(Luc. V, 1.) *Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ τοῦ ἀκούειν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτὸς ἦν ἑστὼς παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ·* (v. 2.) *Καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην· οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα.* (v. 3.) *Ἐμβὰς δὲ εἰς ἓν τῶν πλοίων, ὃ ἦν τοῦ Σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον· καὶ καθίσας ἐδίδασκεν ἐκ τοῦ πλοίου τοὺς ὄχλους.* (v. 4.) *Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα· ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν.* (v. 5.) *Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Σίμων εἶπεν αὐτῷ· ἐπιστάτα, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες οὐδὲν ἐλάβομεν, ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίκτυον.* (v. 6.) *Καὶ τοῦτο ποιήσαντες συνέκλεισαν ἰχθύων πλῆθος πολύ· διεῤῥήγνυτο δὲ τὸ δίκτυον αὐτῶν.* (v. 7.) *Καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς· καὶ ἦλθον, καὶ ἔπλησαν ἀμφότερα τὰ πλοῖα, ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά.* (v. 8.) *Ἰδὼν δὲ Σίμων Πέτρος προσέπεσε τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ λέγων· ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, κύριε.* (v. 9.) *Θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτὸν καὶ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ, ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων, ᾗ συνέλαβον·* (v. 10.) *Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, υἱοὺς Ζεβεδαίου, οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ Σίμωνι. Καὶ εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα ὁ Ἰησοῦς· μὴ φοβοῦ· ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν.* (v. 11.) *Καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν, ἀφέντες ἅπαντα, ἠκολούθησαν αὐτῷ* [10]. (v. 12.) *Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν μιᾷ τῶν πόλεων, καὶ ἰδού, ἀνὴρ πλήρης λέπρας· καὶ*

---

10) *Tertull.* l. IV. c. 9.

ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν, πεσὼν ἐπὶ πρόςωπον ἐδεήθη αὐτοῦ λέγων· κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. (v. 13.) Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἥψατο αὐτοῦ εἰπών· θέλω, καθαρίσθητι. καὶ εὐθέως ἡ λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ. (v. 14.) Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προςένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προςέταξε Μωσῆς, εἰς *) μαρτύριον ὑμῖν [11]). (v. 15.) Διήρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ· καὶ συνήρχοντο ὄχλοι πολλοὶ ἀκούειν, καὶ θεραπεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν. (v. 16.) Αὐτὸς δὲ ἦν ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις καὶ προςευχόμενος. (v. 17.) Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἦν διδάσκων· καὶ ἦσαν καθήμενοι Φαρισαῖοι καὶ νομοδιδάσκαλοι, οἳ ἦσαν ἐληλυθότες ἐκ πάσης κώμης τῆς Γαλιλαίας καὶ Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλήμ· καὶ δύναμις κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. (v. 18.) Καὶ ἰδού, ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον, ὃς ἦν παραλελυμένος· καὶ ἐζήτουν αὐτὸν εἰςενεγκεῖν, καὶ θεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ. (v. 19.) Καὶ μὴ εὑρόντες διὰ ποίας εἰςενέγκωσιν αὐτόν, διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ εἰς τὸ μέσον ἔμπροσθεν τοῦ Ἰησοῦ. (v. 20.) Καὶ ἰδὼν τὴν πίστιν

Lectt. var. *) Fortasse Marcion legit: ἵνα ᾖ μαρτύριον τοῦτο ὑμῖν, quae lectio etiam in cod. Cantabr. reperta est. *Tertull.* saltem scripsit p. 210: „ut sit vobis in testimonium;" cll. *Epiphan.* p. 312. B. et 322 sq. Hic Marcionem etiam, sed immeritum, arguit, quod eraserit τὸ δῶρον post καθ. σου, quae vox apud Lucam nunquam lecta videtur.

---

11) *Tertull.* l. l. p. 207 sqq. et *Epiphan.* p. 312. B. cll. 322 sq. Marcion in ultimo mandato Christi (v. 14.) indulgentiam et bonitatem ejus agnovit, „nam et bonus, inquit, praeterea sciens, omnem, qui lepra esset liberatus, solemnia legis executurum, ideo ita praecepit."

αὐτῶν, εἶπεν αὐτῷ· ἄνθρωπε, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. (v. 21.) Καὶ ἤρξαντο διαλογίζεσθαι οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι λέγοντες· τίς ἐστιν οὗτος, ὃς λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός; (v. 22.) Ἐπιγνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς· τί διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; (v. 23.) Τί ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν· ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, ἢ εἰπεῖν· ἔγειραι καὶ περιπάτει; (v. 24.) Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, (εἶπε τῷ παραλελυμένῳ·) σοὶ λέγω, ἔγειραι, καὶ ἄρας τὸ κλινίδιόν σου πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου. (v. 25.) Καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς ἐνώπιον αὐτῶν, ἄρας ἐφ' ᾧ κατέκειτο, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, δοξάζων τὸν Θεόν. (v. 26.) Καὶ ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν· καὶ ἐπλήσθησαν φόβου λέγοντες· ὅτι εἴδομεν παράδοξα σήμερον [12]. (v. 27.) Καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆλθε, καὶ ἐθεάσατο τελώνην ὀνόματι Λευῖν, καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀκολούθει μοι. (v. 28.) Καὶ καταλιπὼν ἅπαντα, ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ· (v. 29.) Καὶ ἐποίησε δοχὴν μεγάλην ὁ Λευῖς αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ· καὶ ἦν ὄχλος τελωνῶν πολὺς καὶ ἄλλων, οἳ ἦσαν μετ' αὐτῶν κατακείμενοι. (v. 30.) Καὶ ἐγόγγυζον οἱ γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ λέγοντες· διατί μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίετε καὶ πίνετε; (v. 31.) Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτούς· οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχον-

---

12) VV. 15—26. v. *Tert.* l. l. c. 10. — *Epiphanius* quoque l. l. p. 323. B. e Marcionis Ev. excerpsit versum 24. Quod si mireris, Marcionem non mutasse verba *ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, reputes, secundum haeretici quoque opinionem Christum apparuisse *filium hominis*, etsi vera carne non indutum.

τες. (v. 32.) Οὐκ ἐλήλυθα καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. (v. 33.) Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν· διὰ τί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου [13]) νηστεύουσι πυκνὰ, καὶ δεήσεις ποιοῦνται, ὁμοίως καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων· οἱ δὲ σοὶ ἐσθίουσι καὶ πίνουσιν; (v. 34.) Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· μὴ δύνασθε τοὺς υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, ποιῆσαι νηστεύειν; (v. 35.) Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, καὶ ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. (v. 36.) Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτούς· ὅτι οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιόν· εἰ δὲ μήγε, καὶ τὸ καινὸν σχίζει, καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνεῖ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ. (v. 37.) Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μήγε, ῥήξει ὁ νέος οἶνος τοὺς ἀσκούς, καὶ αὐτὸς ἐκχυθήσεται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται. (v. 38.) Ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον· καὶ ἀμφότεροι συντηροῦνται *). (v. 39.) Καὶ οὐδεὶς πιὼν παλαιὸν, εὐθέως θέλει νέον· λέγει γάρ· ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστιν [14]).

Lectt. varr. *) VV. 36—38. profecto non e codice Evangelii Marcionitici accurate lectos, sed e memoria minus fideli depromtos liberiusque mutatos *Marcus* Marcionita in *Pseudo-*

---

13) Resectis tribus prioribus Evangelii Lucae capitibus inopportuna est h. l. *Joannis baptistae*, hominis prorsus ignoti, mentio. Quod *Tertullianus*, quae fuit ejus mira subinde sagacitas, bene observavit, ideoque l. l. c. 11. scripsit: „Unde autem et Joannes venit in medium? Subito Christus (de coelo statim in Synagogam), subito et Joannes. Sic sunt omnia apud Marcionem, quae suum et plenum ordinem habent apud Creatorem" (in integro evangelio Lucae, quem pariter ac reliquos Evangelistas Marcion *Judaistis* adnumeravit, quippe qui Creatoris studio genuinum Dei boni evangelium depravaverint).

14) VV. 27—39. v. *Tertull.* l. l. c. 11. cll. Lectt. varr. — *Portitorem*, „extraneum legis et Judaismi prophanum" ideoque

CAPVT VI.

(Luc. VI, 1.) *Ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων· καὶ ἔτιλλον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοὺς στάχυας, καὶ ἤσθιον ψώχοντες ταῖς χερσί.* (v. 2.) *Τινὲς δὲ τῶν Φαρισαίων εἶπον αὐτοῖς· τί ποιεῖτε, ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τοῖς σάββασι;* (v. 3.) *Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε, ὃ ἐποίησε Δαυΐδ, ὁπότε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες;* (v. 4.) *Ὡς εἰςῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔλαβε, καὶ ἔφαγε, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς;* (v. 5.) *Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· ὅτι κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.* (v. 6.) *Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ εἰςελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ διδάσκειν· καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρά.* (v. 7.) *Παρετήρουν δὲ αὐτὸν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύσει· ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν αὐτοῦ.* (v. 8.) *Αὐτὸς δὲ ᾔδει τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, καὶ εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ξηρὰν ἔχοντι τὴν χεῖρα· ἔγειραι, καὶ στῆθι εἰς τὸ μέσον. ὁ δὲ ἀναστὰς ἔστη.* (v. 9.)

Orig. Dial. p. 831. A. B. ita affert: *λέγει ὁ σωτήρ· Βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς νέους, καὶ ἀμφότεροι συντηροῦνται. — πάλιν λέγει ὁ σωτήρ· οὐδεὶς ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἱματίῳ παλαιῷ.* Simili licentia citant *Epiph.* l. l. p. 302. et *Philastr.* de haeres. 20. — cf. Matth. 9, 16. 17.

„adversarium legis" a Christo lectum esse Marcion finxit. Christum cum discipulis a Joannis baptistae ejusque asseclarum moribus abhorruisse dixit, quod hic, Creatoris, Judaeorum dei, propheta, novo, quod in illo apparuerit, numini adversatus sit. Inprimis vero versibus 36 — 39. abusi sunt Marcionitae ad probandum, novae Christi oeconomiae nullam prorsus cum vetere rationem intercedere.

Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτούς· ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι· ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀπολέσαι; (v. 10.) Καὶ περιβλεψάμενος πάντας αὐτοὺς, εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ· ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτω· καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὡς ἡ ἄλλη. (v. 11.) Αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας· καὶ διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, τί ἂν ποιήσειαν τῷ Ἰησοῦ [15]). (v. 12.) Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προςεύξασθαι· καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προςευχῇ τοῦ Θεοῦ [16]). (v. 13.) Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα, προςεφώνησε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα, οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε· (v. 14.) Σίμωνα, ὃν καὶ ὠνόμασε Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον, (v. 15.) Ματθαῖον καὶ Θωμᾶν, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου, καὶ Σίμωνα τὸν καλούμενον ζηλωτήν, (v. 16.) Ἰούδαν Ἰακώβου, καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ ἐγένετο προδότης· (v. 17.) Καὶ καταβὰς ἐν αὐτοῖς *), ἔστη ἐπὶ τόπου πεδινοῦ· καὶ ὄχλος μαθη-

---

Lectt. var. *) V. 17. Loco μετ' αὐτῶν in text. rec. Marcion legit ἐν αὐτοῖς v. Epiph. p. 312. B. cll. p. 323. D. Refut. (ἐν αὐτῷ ibid. C. Schol. 4. vitium est). Quum ἐν αὐτ. idem significet quod μετ' αὐτ., Epiphanius h. l. inique in lectione variante *depravationem* vidit.

---

15) VV. 1—11. *Tert.* l. l. c. 12. — Christus sabbati contemtu suam erga Judaeorum deum inimicitiam manifestavit. — *Epiphanius* quoque aliquot hujus sectionis versus allegavit et quintum quidem justo loco p. 312. B. cll. 323. B. C., praecedentes vero (3. et 4.), calami forte vitio, inepto loco post 9, 44. p. 313. B. cll. p. 329.

16) *Tertull.* l. l. c. 13. — Moniti a Censore doctissimo (Hall. Allg. Lit. Z. Octobr. 1823. p. 246) intelleximus, textum evangelii Marcionitici h. l. (quod prius putavimus in *Evang. M.* p. 140.) a recepto textu ev. Lucae non recessisse.

τῶν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ ἀπὸ πάσης τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς παραλίου Τύρου καὶ Σιδῶνος, οἳ ἦλθον ἀκοῦσαι αὐτοῦ, καὶ ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν. (v. 18.) Καὶ οἱ ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων· καὶ ἐθεραπεύοντο. (v. 19.) Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ· ὅτι δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο, καὶ ἰᾶτο πάντας [17]). (v. 20.) Καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἔλεγε· μακάριοι οἱ πτωχοί· ὅτι ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. (v. 21.) Μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν· ὅτι χορτασθήσεσθε. μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν· ὅτι γελάσετε. (v. 22.) Μακάριοί ἐστε, ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς, καὶ ὀνειδίσωσι, καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν, ἕνεκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου [18]). (v. 23.) Χαίρετε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ σκιρτήσατε· ἰδοὺ γὰρ, ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τῷ οὐρανῷ· κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς προφήταις [19]) οἱ πατέρες αὐτῶν *). (v. 24.) Πλὴν οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις· ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν [20]).

Lectt. var. *) V. 23. *οἱ πατέρες ὑμῶν* Epiph. in suo cod. legit, *Tert.* *αὐτῶν* („eorum").

---

17) VV. 13 — 19. *Tert.* l. l. p. 229 seq. De v. 17. apud *Epiph.* v. *Lectt. varr.*

18) VV. 20 — 22. *Tert.* l. l. c. 14.

19) V. 23. *Tert.* l. l. c. 15. cll. *Epiphan.* l. l. Marcion monuit, ne quis putaret, Christum prophetas Dei Judaeorum tuitum esse, si iniquitatem Judaeorum affirmatam voluisset, quod nec cum prophetis *suis* pie egissent. *Tert.* p. 236 sq.

20) V. 24. *Tert.* l. l. In interpretanda interjectione *οὐαὶ*, quae „Deum optimum, qui nescit offendi et irasci," parum decere videtur, Tertullianus dissentientes vidit Marcionitas a Marcione. Haeresiarcha enim, qui sane haec verba Christi, utpote Dei boni, esse agnovit, *οὐαὶ* „non tam *maledictionis*, quam *admonitionis* esse

(v. 25.) Οὐαὶ ὑμῖν, οἱ ἐμπεπλησμένοι· ὅτι πεινάσετε. οὐαὶ ὑμῖν, οἱ γελῶντες νῦν· ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε. (v. 26.) Οὐαὶ ὑμῖν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι· κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς ψευδοπροφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν [21]). (v. 27.) Ἀλλ' ὑμῖν λέγω τοῖς ἀκούουσιν· ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς· (v. 28.) Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν· καὶ προςεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς *). (v. 29.) Τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην· καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς. (v. 30.) Παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει. (v. 31.) Καὶ καθὼς θέλετε, ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως. (v. 32.) Καὶ εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς ἀγαπῶσι. (v. 33.) Καὶ ἐὰν ἀγαθοποιῆτε τοὺς ἀγαθοποιοῦντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τὸ αὐτὸ ποι-

---

Lect. varr. *) VV. 27. et 28. *Megethius* Marcionita in Dial. de R. F. Sect. I. p. 812. D. evangelio Matthaei magis respondentes, attamen, pro ipsius more, liberius profecto mutatos, ut Deum *bonum* Deo Judaeorum *justo*, e diametro, quod dicunt, opponeret, ita affert: *ὁ ἐν τῷ νόμῳ κύριος λέγει· ἀγαπήσεις τὸν ἀγαπῶντά σε καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου· ὁ δὲ κύριος ἡμῶν, ἀγαθὸς ὤν, λέγει· ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς.* (cll. Matth. 5, 43. 44.) cf. Theod. H. F. V, 16. cll. I. 24.

---

verbum" dixit. Alii vero, asseclae ejus, „agnoverunt quidem verbum maledictionis, sed voluerunt, Christum sic *vae* pronuntiasse, non quasi *ex sententia sua* proprie, sed quod *vae a Creatore sit*, et voluerit Judaeis asperitatem Creatoris opponere, quo suam supra in *benedictionibus* sufferentiam (benignitatem) commendaret." *Tert.* p. 237.

21) VV. 25. 26. *Tert.* l. c.

ῥῦσαι [22]). (v. 34.) *Καὶ ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσιν, ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα.* (v. 35.) *Πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες· καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς, καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ ὑψίστου· ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς.* (v. 36.) *Γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί.* (v. 37.) *Καὶ μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· μὴ καταδικάζετε, καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε· ἀπολύετε, καὶ ἀπολυθήσεσθε·* (v. 38.) *Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον καὶ ὑπερεκχυνόμενον, δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν· τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ, ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν* *). (v. 39.) *Εἶπε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς· μήτι δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν; οὐχὶ ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται;* (v. 40.) *Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ. κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ.* (v. 41.) *Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου· τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς;* (v. 42.) *Ἢ πῶς δύνασαι λέγειν τῷ ἀδελφῷ σου· ἀδελφὲ, ἄφες, ἐκβάλω τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου· αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων; ὑποκριτὰ, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου,*

Lectt. varr. *) *Marcus* Marcionita in Dial. Sect. II. p. 824. C.: *ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν.* Sed vid. lectt. varr. ad V, 36—38.

---

22) VV. 27—31. attingit *Tert.* l. l. c. 16. — Versus 27. 28. aliquantum variatos v. inter lectt. variantes e Dial. et *Theodoreto.* Versus 29. citatur quoque ex evang. Marcionis in Dial. p. 814. A. et 815. E. — De verss. 32. et 33. idem valet, quod de alio loco (IV, 36—39.) supra scripsimus not. 6.

καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου. (v. 43.) Οὐ γάρ ἐστι δένδρον καλὸν, ποιοῦν καρπὸν σαπρόν· οὐδὲ δένδρον σαπρὸν, ποιοῦν καρπὸν καλόν *). (v. 44.) Ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ γινώσκεται· οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλλέγουσι σῦκα, οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλήν. (v. 45.) Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ ἀγαθόν· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ πονηρόν· ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας λαλεῖ τὸ στόμα αὐτοῦ. (v. 46.) Τί δέ με καλεῖτε, κύριε, κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω; (v. 47.) Πᾶς ὁ ἐρχόμενος πρός με, καὶ ἀκούων μου τῶν λόγων, καὶ ποιῶν αὐτοὺς, ὑποδείξω ὑμῖν, τίνι ἐστὶν ὅμοιος. (v. 48.) Ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι οἰκίαν, ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε καὶ ἔθηκε θεμέλιον ἐπὶ τὴν πέτραν· πλημμύρας δὲ γενομένης, προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἴσχυσε σαλεῦσαι αὐτήν· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. (v. 49.) Ὁ δὲ ἀκούσας καὶ μὴ ποιήσας, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομήσαντι οἰκίαν ἐπὶ τὴν γῆν χωρὶς θεμελίου, ᾗ προσέῤῥηξεν ὁ ποταμός, καὶ εὐθέως ἔπεσε, καὶ ἐγένετο τὸ ῥῆγμα τῆς οἰκίας ἐκείνης μέγα [23]).

Lectt. varr. *) Dial. Sect. I. p. 820. E. sq. habet: οὐ δύναται δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ἐνεγκεῖν, οὐδὲ δένδρον καλὸν καρποὺς κακοὺς — verbis profecto *memoriae* errore paullulum immutatis secundum Matth. 7, 18.; vid. p. 821. C. ubi pro ἐνεγκεῖν scripsit auctor *προσεν.* et *προσενέγκαι* et loco κακοὺς, *σαπρούς*. Adeo parum his *variationibus* Dialogi tribuendum est e licentia citandi ortis! Similes hujus versus variationes, sîs, vide apud *Tert.* adv. M. II. 24. *Orig.* περὶ ἀρχ. II, 5. *Philastr.* de haeres. 20.

---

23) VV. 34—49. *Tert.* l. l. c. 17. De verss. 38. et 43. alibi quoque allegatis vide in *Lectt. varr.*

CAPVT VII.

(Luc. VII, 1.) *Ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, εἰσῆλθεν εἰς Καπερναούμ.* (v. 2.) *Ἑκατοντάρχου δέ τινος δοῦλος κακῶς ἔχων ἤμελλε τελευτᾶν, ὃς ἦν αὐτῷ ἔντιμος.* (v. 3.) *Ἀκούσας δὲ περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων, ἐρωτῶν αὐτὸν, ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτοῦ.* (v. 4.) *Οἱ δὲ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, παρεκάλουν αὐτὸν σπουδαίως λέγοντες, ὅτι ἄξιός ἐστιν, ᾧ παρέξει τοῦτο·* (v. 5.) *Ἀγαπᾷ γὰρ τὸ ἔθνος ἡμῶν, καὶ τὴν συναγωγὴν αὐτὸς ᾠκοδόμησεν ἡμῖν.* (v. 6.) *Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπορεύετο σὺν αὐτοῖς. ἤδη δὲ αὐτοῦ οὐ μακρὰν ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν ὁ ἑκατόνταρχος φίλους, λέγων αὐτῷ· κύριε, μὴ σκύλλου· οὐ γάρ εἰμι ἱκανὸς, ἵνα ὑπὸ τὴν στέγην μου εἰςέλθῃς·* (v. 7.) *Διὸ οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα πρός σε ἐλθεῖν· ἀλλὰ εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου.* (v. 8.) *Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ᾽ ἐμαυτὸν στρατιώτας· καὶ λέγω τούτῳ· πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ· ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου· ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ.* (v. 9.) *Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς ἐθαύμασεν αὐτόν· καὶ στραφεὶς τῷ ἀκολουθοῦντι αὐτῷ ὄχλῳ εἶπε· λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.* (v. 10.) *Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ πεμφθέντες εἰς τὸν οἶκον εὗρον τὸν ἀσθενοῦντα δοῦλον ὑγιαίνοντα.* (v. 11.) *Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ἑξῆς, ἐπορεύετο εἰς πόλιν καλουμένην Ναΐν· καὶ συνεπορεύοντο αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἱκανοὶ, καὶ ὄχλος πολύς.* (v. 12.) *Ὡς δὲ ἤγγισε τῇ πύλῃ τῆς πόλεως, καὶ ἰδοὺ, ἐξεκομίζετο τεθνηκὼς, υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ, καὶ αὕτη χήρα· καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς ἦν σὺν αὐτῇ.* (v. 13.) *Καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ κύριος,*

ἐσπλαγχνίσθη ἐπ᾽ αὐτῇ, καὶ εἶπεν αὐτῇ· μὴ κλαῖε. (v. 14.) *Καὶ προςελθὼν ἥψατο τῆς σοροῦ, (οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν,) καὶ εἶπε· νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι.* (v. 15.) *Καὶ ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς, καὶ ἤρξατο λαλεῖν· καὶ ἔδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ αὐτοῦ.* (v. 16.) *Ἔλαβε δὲ φόβος ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν θεὸν, λέγοντες· ὅτι προφήτης μέγας ἐγήγερται ἐν ἡμῖν, καὶ ὅτι ἐπεσκέψατο ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ.* (v. 17.) *Καὶ ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ.* (v. 18.) *Καὶ ἀπήγγειλαν Ἰωάννῃ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ πάντων τούτων.* (v. 19.) *Καὶ προςκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης, ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰησοῦν, λέγων· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προςδοκῶμεν *);* (v. 20.) *Παραγενόμενοι δὲ πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνδρες, εἶπον· Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς ἀπέσταλκεν ἡμᾶς πρός σε, λέγων· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προςδοκῶμεν;* (v. 21.) *Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων καὶ μαστίγων καὶ πνευμάτων πονηρῶν· καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν.* (v. 22.) *Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ εἴδετε καὶ ἠκούσατε· ὅτι τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, πτωχοὶ εὐαγγελίζονται·* (v. 23.) *Καὶ μακάριός ἐστιν, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί **).* (v. 24.) *Ἀπελθόντων δὲ τῶν*

Lectt. var. *) *Megethius* Marcionita in *Dial.* S. I. p. 819. C. verba Matthaei (11, 2. 3.), Marcionis de ratione, quae inter Joannem et Christum intercesserit, opinioni magis respondentia, citat (*Ἰωάννης ἀκούσας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ ἔπεμψε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν λέγων· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν;*). Vide tamen ad VI, 27. et 28.

**) Post *Petavium* in *Animadverss.* ad *Opp. Epiph.* T. II. p. 77., *Michaëlis Arneth* (Ueber die Bekanntsch. Marcions mit unserm Canon etc.) ad h. l. et *Aloysius Gratz* (Kritische Untersuchungen über Marcions Evangelium) p. 56 sq.

ἀγγέλων Ἰωάννου, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς ὄχλους περὶ Ἰωάννου· τί ἐξεληλύθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; (v. 25.) Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ, οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν. (v. 26.) Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν; προφήτην; ναὶ, λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου. (v. 27.) Οὗτός ἐστι, περὶ οὗ γέγραπται· ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. (v. 28.) Λέγω γὰρ ὑμῖν, μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφήτης Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ οὐδείς ἐστιν· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, μείζων αὐτοῦ ἐστι [24]. (v. 36.) Ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων, ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ· καὶ εἰςελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Φαρισαίου, ἀνεκλίθη. (v. 37.) Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, ἐπιγνοῦσα ὅτι ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου, κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου,

---

erraverunt scribentes, *Epiphanium* (secundum ejus *scholion* 8. cum *refutatione*) apud Marcionem legisse ἐν αὐτῷ loco ἐν ἐμοί.

---

24) VV. 1—28. *Tert.* l. l. c. 18. E Marcionis opinione *Joannes Baptista*, propheta Dei Judaeorum, offensus est *Christo*, Dei scilicet peregrini (v. 23.). Quare Christus, etiamsi prophetarum, qui eo usque apparuerant, summum declararet Joannem, eum, qui in regno Dei veri, puta boni, minimus esset, majorem illo duxit (v. 28.). — Versus 9. 23. 27. et 28. excerpsit quoque *Epiphan.* l. l. Schol. 7. 8. (ubi in refut. de v. 28.) et 9. — *Dialogus* Sect. I. p. 819. C. versum 19. mutatum (v. Lectt. varr.), et Sect. V. p. 867. F. versum 27. integrum affert. — Versus sequentes 29—35, a *Tertulliano* e Marcionis evangelio non allati, neque cum hujus de ratione inter Joannem et Christum opinionibus, neque cum ejusdem de vita vere christiana, ab usu vini prorsus aliena, commentis conveniebant.

προςευχῆς ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εὗρεν αὐτοὺς κοιμωμένους ἀπὸ τῆς λύπης, (v. 46.) Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· τί καθεύδετε; ἀναστάντες προςεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰςέλθητε εἰς πειρασμόν. (v. 47.) Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ ὄχλος, καὶ ὁ λεγόμενος Ἰούδας, εἷς τῶν δώδεκα, προήρχετο αὐτῶν, καὶ ἤγγισε τῷ Ἰησοῦ φιλῆσαι αὐτόν. (v. 48.) Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Ἰούδα, φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως [90]); (v. 52.) Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς παραγενομένους ἐπ᾽ αὐτὸν ἀρχιερεῖς καὶ στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ, καὶ πρεσβυτέρους· ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξεληλύθατε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων; (v. 53.) Καθ᾽ ἡμέραν ὄντος μου μεθ᾽ ὑμῶν ἐν τῷ ἱερῷ, οὐκ ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ἐπ᾽ ἐμέ· ἀλλ᾽ αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ ὥρα καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους. (v. 54.) Συλλαβόντες δὲ αὐτὸν ἤγαγον, καὶ εἰςήγαγον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀρχιερέως· ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει μακρόθεν [91]). (v. 55.) Ἁψάντων δὲ πῦρ ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς καὶ συγκαθισάντων αὐτῶν, ἐκάθητο ὁ Πέτρος ἐν μέσῳ αὐτῶν. (v. 56.) Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν παιδίσκη τις καθήμενον πρὸς τὸ φῶς, καὶ ἀτενίσασα αὐτῷ, εἶπε· καὶ οὗτος σὺν αὐτῷ ἦν. (v. 57.) Ὁ

---

90) Loci (VV. 31 — 51.) hujus plures versus *Tertullianus* l. l. p. 360. non allegavit, *nonnullos*, quibus contra adversarium uti nesciret (39 — 41, — qui haud dubie servati erant, quum vv. 47. et 48. legerentur — 45. et 46), *reliquos*, quia non reperit apud Marcionem, nempe vv. 35 — 38. 42 — 44. 49 — 51, quos ejus commentis adversari sponte incurrit in oculos. *Epiphanius* testis adest in *schol.* 64. et 67., defuisse vv. 35 — 37. et 49 — 51., secundum *schol.* 65. et 66. legit apud Marcionem v. 41. et 47.

91) Versus 52 — 54. se apud Marcionem legisse *Tertullianus* jam indicavit l. l. c. 40. p. 357. verbis: „Quanta enim opera traditoris circa Eum, qui populum coram offendens nec tradi magis potuisset, quam invadi?“

δὲ ἠρνήσατο αὐτὸν λέγων· γύναι, οὐκ οἶδα αὐτόν. (v. 58.) *Καὶ μετὰ βραχὺ ἕτερος ἰδὼν αὐτὸν ἔφη· καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ. Ὁ δὲ Πέτρος εἶπεν· ἄνθρωπε, οὐκ εἰμί.* (v. 59.) *Καὶ διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς ἄλλος τις διϊσχυρίζετο λέγων· ἐπ' ἀληθείας καὶ οὗτος μετ' αὐτοῦ ἦν· καὶ γὰρ Γαλιλαῖός ἐστιν.* (v. 60.) *Εἶπε δὲ ὁ Πέτρος· ἄνθρωπε, οὐκ οἶδα ὃ λέγεις. Καὶ παραχρῆμα, ἔτι λαλοῦντος αὐτοῦ, ἐφώνησεν ὁ ἀλέκτωρ.* (v. 61.) *Καὶ στραφεὶς ὁ κύριος ἐνέβλεψε τῷ Πέτρῳ· καὶ ὑπεμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ λόγου τοῦ κυρίου, ὡς εἶπεν αὐτῷ· ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, ἀπαρνήσῃ με τρίς.* (v. 62.) *Καὶ ἐξελθὼν ἔξω ὁ Πέτρος ἔκλαυσε πικρῶς.* (v. 63.) *Καὶ οἱ ἄνδρες οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν ἐνέπαιζον αὐτῷ δέροντες·* (v. 64.) *Καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν ἔτυπτον αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες· προφήτευσον, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε;* (v. 65.) *Καὶ ἕτερα πολλὰ βλασφημοῦντες ἔλεγον εἰς αὐτόν* [92]. (v. 66.) *Καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα, συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, ἀρχιερεῖς τε καὶ γραμματεῖς, καὶ ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον ἑαυτῶν,* (v. 67.) *Λέγοντες· εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, εἰπὲ ἡμῖν. Εἶπε δὲ αὐτοῖς· ἐὰν ὑμῖν εἴπω, οὐ μὴ πιστεύσητε·* (v. 68.) *Ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτέ μοι, ἢ ἀπολύσητε.* (v. 69.) *Ἀπὸ τοῦ νῦν ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ.* (v. 70.) *Εἶπον δὲ πάντες· σὺ οὖν εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ; ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη· ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐγώ εἰμι.* (v. 71.) *Οἱ δὲ εἶπον· τί*

---

92) VV. 55—65. a *Tertulliano* repertos esse in evangelio Marcionis, clare indicant ejus verba l. l. c. 41. p. 360: „Nam et Petrum *praesumtoria* (temere) aliquid *elocutum* (31—34) *negationi* (54—65) potius destinando zeloten deum (bonum) tibi ostendit (Christus tuus)."

ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτυρίας; αὐτοὶ γὰρ ἠκούσαμεν ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ [93]).

CAPVT XXIII.

(Luc. XXIII, 1.) Καὶ ἀναστὰν ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν Πιλάτον. (v. 2.) Ἤρξαντο δὲ κατηγορεῖν αὐτοῦ λέγοντες· τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ κωλύοντα Καίσαρι φόρους διδόναι *), λέγοντα ἑαυτὸν Χριστὸν βασιλέα εἶναι. (v. 3.) Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπηρώτησεν αὐτὸν λέγων· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς (τῶν Ἰουδαίων); Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ ἔφη· σὺ λέγεις [94]). (v. 4.) Ὁ δὲ Πιλάτος εἶπε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ὄχλους· οὐδὲν εὑρίσκω αἴτιον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ. (v. 5.) Οἱ δὲ ἐπίσχυον λέγοντες· ὅτι ἀνασείει τὸν λαὸν, διδάσκων καθ᾽ ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἕως ὧδε. (v. 6.)

Lectt. varr. *) *Epiphan. schol.* 69. et 70. hunc versum ita habet, ut post ἔθνος legantur: καὶ καταλύοντα τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, et post κελεύοντα φόρους μὴ δοῦναι (sic, sed, ut solet, indulgens sibi scripsit) καὶ ἀποστρέφοντα τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα. Secundum refutationem scholio 70. subjunctam Marcion propter haec additamenta provocasse videtur ad 14, 26. Sed reperta quoque sunt eorum vestigia in nonnullis codd. Lucae, in quos tamen fortasse illinc transierunt.

---

93) VV. 66 — 71. *Tert.* l. l. p. 360 — 62. — Christus interrogatus, an ipse esset Christus, a Judaeis quaerentibus expectatus, non prodidit, se esse *alium, ut pati posset* (67 et 68). Neque etiam (v. 70) quaestionem, num esset Dei (Judaeorum) filius, affirmavit, „sed respondit, *vos* dicitis, quasi *non ego*" (Tert.).

94) VV. 1 — 3. *Tert.* l. l. c. 42. In versu 3., omisso τῶν Ἰουδαίων, habet: „tu es Christus?" Videtur ille defectus a Marcione repetendus esse, nisi Marcion verba σὺ λέγεις perinde interpretaretur ac XXII, 70. — De v. 2. cf. *Epiphan.* l. l. *schol.* 69. et 70. (v. lectt. varr.).

Πιλάτος δὲ ἀκούσας Γαλιλαίαν ἐπηρώτησεν, εἰ ὁ ἄνθρωπος Γαλιλαῖός ἐστι· (v. 7.) Καὶ ἐπιγνοὺς, ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας Ἡρώδου ἐστὶν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Ἡρώδην, ὄντα καὶ αὐτὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις. (v. 8.) Ὁ δὲ Ἡρώδης ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν ἐχάρη λίαν· ἦν γὰρ θέλων ἐξ ἱκανοῦ ἰδεῖν αὐτὸν, διὰ τὸ ἀκούειν πολλὰ περὶ αὐτοῦ· καὶ ἤλπιζέ τι σημεῖον ἰδεῖν ὑπ᾽ αὐτοῦ γινόμενον. (v. 9.) Ἐπηρώτα δὲ αὐτὸν ἐν λόγοις ἱκανοῖς, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο αὐτῷ. (v. 10.) Εἱστήκεισαν δὲ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς εὐτόνως κατηγοροῦντες αὐτοῦ. (v. 11.) Ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ, καὶ ἐμπαίξας, περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ. (v. 12.) Ἐγένοντο δὲ φίλοι ὅ, τε Πιλάτος καὶ ὁ Ἡρώδης ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μετ᾽ ἀλλήλων· προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς. (v. 13.) Πιλάτος δὲ συγκαλεσάμενος τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν, (v. 14.) Εἶπε πρὸς αὐτούς· προςηνέγκατέ μοι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, ὡς ἀποστρέφοντα τὸν λαόν· καὶ ἰδοὺ, ἐγὼ ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας οὐδὲν εὗρον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ αἴτιον, ὧν κατηγορεῖτε κατ᾽ αὐτοῦ, (v. 15.) Ἀλλ᾽ οὐδὲ Ἡρώδης· ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν, καὶ ἰδοῦ, οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ. (v. 16.) Παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω. (v. 17.) Ἀνάγκην δὲ εἶχεν ἀπολύειν αὐτοῖς κατὰ ἑορτὴν ἕνα. (v. 18.) Ἀνέκραξαν δὲ παμπληθεὶ λέγοντες· αἶρε τοῦτον, ἀπόλυσον δὲ ἡμῖν τὸν Βαραββᾶν· (v. 19.) Ὅστις ἦν διὰ στάσιν τινὰ γενομένην ἐν τῇ πόλει καὶ φόνον βεβλημένος εἰς φυλακήν. (v. 20.) Πάλιν οὖν ὁ Πιλάτος προςεφώνησε, θέλων ἀπολῦσαι τὸν Ἰησοῦν. (v. 21.) Οἱ δὲ ἐπεφώνουν λέγοντες· σταύρωσον, σταύρωσον αὐτόν. (v. 22.) Ὁ δὲ τρίτον εἶπε πρὸς αὐτούς· τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν οὗτος; οὐδὲν αἴτιον θανάτου εὗρον ἐν

αὐτῷ· παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω. (v. 23.) Οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις, αἰτούμενοι αὐτὸν σταυρωθῆναι· καὶ κατίσχυον αἱ φωναὶ αὐτῶν καὶ τῶν ἀρχιερέων. (v. 24.) Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν. (v. 25.) Ἀπέλυσε δὲ αὐτοῖς τὸν διὰ στάσιν καὶ φόνον βεβλημένον εἰς τὴν φυλακὴν, ὃν ᾐτοῦντο· τὸν δὲ Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν. (v. 26.) Καὶ ὡς ἀπήγαγον αὐτὸν, ἐπιλαβόμενοι Σίμωνός τινος Κυρηναίου, τοῦ ἐρχομένου ἀπ᾽ ἀγροῦ, ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σταυρὸν, φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ. (v. 27.) Ἠκολούθει δὲ αὐτῷ πολὺ πλῆθος τοῦ λαοῦ καὶ γυναικῶν· αἳ καὶ ἐκόπτοντο καὶ ἐθρήνουν αὐτόν. (v. 28.) Στραφεὶς δὲ πρὸς αὐτὰς ὁ Ἰησοῦς εἶπε· Θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, μὴ κλαίετε ἐπ᾽ ἐμὲ, πλὴν ἐφ᾽ ἑαυτὰς κλαίετε καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν. (v. 29.) Ὅτι ἰδοὺ ἔρχονται ἡμέραι, ἐν αἷς ἐροῦσι· μακάριαι αἱ στεῖραι, καὶ κοιλίαι, αἳ οὐκ ἐγέννησαν, καὶ μαστοὶ, οἳ οὐκ ἐθήλασαν. (v. 30.) Τότε ἄρξονται λέγειν τοῖς ὄρεσι· πέσετε ἐφ᾽ ἡμᾶς· καὶ τοῖς βουνοῖς· καλύψατε ἡμᾶς. (v. 31.) Ὅτι εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; (v. 32.) Ἤγοντο δὲ καὶ ἕτεροι δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ ἀναιρεθῆναι. (v. 33.) Καὶ ὅτε ἀπῆλθον ἐπὶ τὸν τόπον τὸν καλούμενον Κρανίον, ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτὸν καὶ τοὺς κακούργους· ὃν μὲν ἐκ δεξιῶν, ὃν δὲ ἐξ ἀριστερῶν. (v. 34.) Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔλεγε· πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι *) [95]). (v. 35.) Καὶ

Lectt. varr. *) Mirari licet, *Epiphanium schol.* 71. allegasse ex evangelio Marcionis etiam verba sequentia (διαμερ. — κλῆρον), quae Tertullianus in codice antiquiore non reperit. Memor narrationis in evangelio catholico, caecutiens plura scripsisse videtur, quam legit, licet caeteroquin maxime textum contraxerit.

---

95) VV. 4—34. *Tert.* l. l. Nihil in Marcionis evangelio desideravit, nisi alteram versus ultimi partem: διαμεριζόμενοι δὲ τὰ

εἱστήκει ὁ λαὸς θεωρῶν· ἐξεμυκτήριζον δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες σὺν αὐτοῖς λέγοντες· ἄλλους ἔσωσε, σωσάτω ἑαυτὸν, εἰ οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ θεοῦ ἐκλεκτός. (v. 36.) Ἐνέπαιζον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ στρατιῶται, προςερχόμενοι καὶ ὄξος προςφέροντες αὐτῷ, (v. 37.) Καὶ λέγοντες· εἰ σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, σῶσον σεαυτόν. (v. 38.) Ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ γεγραμμένη ἐπ' αὐτῷ γράμμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ Ῥωμαϊκοῖς καὶ Ἑβραϊκοῖς· Οὗτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. (v. 39.) Εἷς δὲ τῶν κρεμασθέντων κακούργων ἐβλασφήμει αὐτὸν λέγων· εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, σῶσον σεαυτὸν καὶ ἡμᾶς. (v. 40.) Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἕτερος ἐπετίμα αὐτῷ λέγων· οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ; (v. 41.) Καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε. (v. 42.) Καὶ ἔλεγε τῷ Ἰησοῦ· μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. (v. 44.) Ἦν δὲ ὡςεὶ ὥρα ἕκτη, καὶ σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης. (v. 45.) Καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος, καὶ ἐσχίσθη τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ μέσον. (v. 46.) Καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς εἶπε· πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου· καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξέπνευσεν [96]. (v. 50.) Καὶ

ἱμάτια αὐτοῦ ἔβαλον κλῆρον, scripsit enim: „Vestitum plane ejus a militibus divisum (al. *divisum partim*), partim sorte concessum, Marcion abstulit, respiciens psalmi prophetiam (21, 19).“ — Versus 33—45. (praeter v. 43.) non defuisse testatur *Epiphanius* l. l. *schol.* 71. (de v. 34. v. varr. Lectt.).

96) VV. 35—46. fere omnes allegat *Tert.* l. l. p. 363 sq. et *de carne Christi* c. 5. dicit Marcioni: „Passiones non rescidisti.“ *Epiphanius* l. l. *schol.* 71. (v. not. praec.) *schol.* 72. diserte tradit, resectum fuisse versum 43, quem etiam praeteriit *Tertullianus*. Constat, Christum Marcionis redemtos in aliud prorsus, quam in coelum Dei V. T., duxisse. — Versum 46. excerpsit

ἰδοὺ, ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσὴφ, βουλευτὴς ὑπάρχων, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, (v. 51.) (Οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν,) ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων, ὃς καὶ προςεδέχετο καὶ αὐτὸς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· (v. 52.) Οὗτος προςελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ἠτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. (v. 53.) Καὶ καθελὼν αὐτὸ ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν μνήματι λαξευτῷ, οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος. (v. 54.) Καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευὴ, καὶ σάββατον ἐπέφωσκε. (v. 55.) Κατακολουθήσασαι δὲ καὶ γυναῖκες, αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, ἐθεάσαντο τὸ μνημεῖον, καὶ ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ. (v. 56.) Ὑποστρέψασαι δὲ ἡτοίμασαν ἀρώματα καὶ μύρα· καὶ τὸ μὲν σάββατον ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν [97]).

CAPUT XXIV.

(Luc. XXIV, 1.) Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων, ὄρθρου βαθέος, ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα, φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα· καί τινες σὺν αὐταῖς. (v. 2.) Εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου· (v. 3.) Καὶ εἰςελθοῦσαι οὐχ εὗρον τὸ σῶμα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. (v. 4.) Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου, καὶ ἰδοὺ, δύο ἄνδρες ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις·

---

quoque *Epiphan. schol.* 73. Versus 47—49, quos Tertullianus praeterit, execuisse videtur Marcion, quum Christus, bonus scilicet, neque *ἄνθρωπος ὄντως δίκαιος*, neque ulli ipsi essent *cognati* (γνωστοί).

97) VV. 50—56. omnes servasse videtur Marcion; *Tert.* l. I. p. 365, et c. 43. in. indicat, se legisse VV. 50—53. et 55 sq. et *Epiphanius* in. *schol.* 74. excerpsit vv. 50—53. et in *schol.* 75, versum 56.

(v. 5.) Ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν, καὶ κλινουσῶν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν, εἶπον πρὸς αὐτάς· τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; (v. 6.) Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη· μνήσθητε, ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, (v. 7.) Λέγων· ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν καὶ σταυρωθῆναι καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. (v. 8.) Καὶ ἐμνήσθησαν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ· (v. 9.) Καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς. (v. 10.) Ἦσαν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ Ἰωάννα καὶ Μαρία Ἰακώβου καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς· αἳ ἔλεγον πρὸς τοὺς ἀποστόλους ταῦτα [98]). (v. 11.) Καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν, καὶ ἠπίστουν αὐταῖς. (v. 12.) Ὁ δὲ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα· καὶ ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός. (v. 13.) Καὶ ἰδοὺ, δύο ἐξ αὐτῶν ἦσαν πορευόμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαούς. (v. 14.) Καὶ αὐτοὶ ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων. (v. 15.) Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς καὶ συζητεῖν, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἐγγίσας συνεπορεύετο αὐτοῖς. (v. 16.) Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο, τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν. (v. 17.) Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· τίνες οἱ λόγοι οὗτοι, οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες, καί ἐστε σκυθρωποί; (v. 18.) Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εἷς, ᾧ ὄνομα Κλεόπας, εἶπε πρὸς αὐτόν· σὺ μόνος παροικεῖς ἐν

---

98) VV. 1—10. praeter versum ultimum, qui nihil habet, cur rejiceretur, omnes allegat *Tert.* l. l. c. 43. in. et vv. 6—7. p. 367. Versus 4—7. excerpsit *Epiphanius* l. l. *schol.* 76.

Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις; (v. 19.) Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ποῖα; οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· τὰ περὶ Ἰησοῦ (τοῦ Ναζωραίου), ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης, δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐναντίον τοῦ θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ· (v. 20.) Ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς κρίμα θανάτου, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν· (v. 21.) Ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ· ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο. (v. 22.) Ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον· (v. 23.) Καὶ μὴ εὑροῦσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ ἦλθον, λέγουσαι καὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωρακέναι, οἳ λέγουσιν αὐτὸν ζῆν. (v. 24.) Καὶ ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ εὗρον οὕτω, καθὼς καὶ αἱ γυναῖκες εἶπον· αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον [99]). (v. 25.) Καὶ αὐτὸς εἶπε πρὸς αὐτούς· ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἐλάλησεν *) ὑμῖν [100]). (v. 26.) Οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν

Lectt. varr. *) *Epiphanius* in *schol.* 77. accusat Marcionem, quod ἀντὶ τοῦ· ἐφ' οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται, ἐποίησεν· ἐφ' οἷς ἐλάλησα ὑμῖν, sed incurrit in oculos, *primam personam* (ἐλάλησα), contextui repugnantem, vitio librarii ortam fuisse; recte enim addit *Epiphanius:* ἐλέγχεται δὲ (ὁ Μαρκίων), ὅτι ὅτε ἔκλασε (ὁ Χρ.) τὸν ἄρτον, ἠνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν. Veram igitur Marcionis lectionem servavit *Tertullianus.*

---

99) VV. 11—24. praeter ultimum, qui tamen Marcioni suspectus esse non potuit, omnes allegat sive tangit *Tertull.* l. l. p. 366 sq.

100) V. 25. mutatis verbis Judaicis (οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται) *Tertullianus* e Marcionis evangelio l. l. p. 367. ita allegat: „Plane invectus est in illos: O insensati et tardi corde in non,

τὸν Χριστὸν, καὶ εἰςελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ; (v. 28.) Καὶ ἤγγισαν εἰς τὴν κώμην, οὗ ἐπορεύοντο· καὶ αὐτὸς προςεποιεῖτο πορῤῥωτέρω πορεύεσθαι. (v. 29.) Καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν λέγοντες· μεῖνον μεθ' ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα. καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς. (v. 30.) Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν μετ' αὐτῶν, λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς. (v. 31.) Αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν· καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. (v. 32.) Καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους· οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν, ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ; (v. 33.) Καὶ ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὗρον συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς, (v. 34.) Λέγοντας· ὅτι ἠγέρθη ὁ κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη Σίμωνι. (v. 35.) Καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου [101]. (v. 36.) Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς· εἰρήνη ὑμῖν. (v. 37.) Πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι ἐδό-

---

credendo omnibus, *quae locutus est ad vos.*" *Epiphanium* de hoc versu v. in lectt. varr. et cf. *Evang. nostr. Marcion.* p. 215—218, ubi uberius de h. l. actum est.

101) VV. 26—35. *Tertullianus* praeterit; sed praeter v. 27. (*καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν διηρμήνευεν αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ αὐτοῦ*) et verba extrema v. 32. (*καὶ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφάς*) nihil insit, quod Marcion in rem suam vertere non potuerit. *Epiphanius* in *schol.* 77. ejusque *refutatione* commemorat vv. 26. 30. et 31. *Irenaeus* vero *adv. haer.* III. 14. testis est, hanc narrationem (vv. 13—35.) a Marcione omnino servatam fuisse, — quo, quum Irenaeus obiter scripserit, non negatur, singula verba, Marcioni contraria, defuisse.

κοινὸν φάντασμα θεωρεῖν. (v. 38.) Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· τί τεταραγμένοι ἐστὲ, καὶ διατί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; (v. 39.) Ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι· ὅτι πνεῦμα (σάρκα καὶ) ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. (v. 40.) Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐπέδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. (v. 41.) Ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς· ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; (v. 42.) Οἱ δὲ ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου. (v. 43.) Καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν [102]). (v. 44.) Εἶπε δὲ αὐτοῖς· οὗτοι οἱ λόγοι, οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν, (v. 46.) ὅτι οὕτως ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, (v. 47.) Καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη [103]).

---

102) VV. 36 — 43. *Tert.* l. l. p. 367 sq. VV. 38. et 39. *Epiphan.* l. l. *schol.* 78. — V. 37. Marcion loco *πνεῦμα* posuit *φάντασμα* (quod et in duob. codd.), quum Christus ejus non esset nisi *πνεῦμα*. V. 39. Tertullianus, verba textus Marcionitici allegans, praeterit *ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε* et *σάρκα καὶ* — ; illa omnino (*ψηλαφήσατέ με*), quae Epiphanius quoque non tangit, Marcion vix ferre potuit, et *σάρκα* fortassis ideo abjecit, quod Christo suo etiam post resurrectionem non potuit non *carnem quandam putativam* tribuere, qua agnosceretur a discipulis. *Epiphanius* in *scholio* etiam omisit *σάρκα*, secundum *refutationem* vero legisse videtur. Versum 39. Marcion in hunc sensum torsit: „Manibus et pedibus meis cognoscite, me ipsum — non speciem fallacem, *φάντασμα* — esse; nam spiritus ossa non habet, sicut me videtis habentem i. e. sicut nec ego (qui spiritus sum).“ Recte quaerit Tertullianus: „Et quae ratio tortuositatis istius? quum simpliciter pronuntiare potuisset, *quia spiritus ossa non habet, sicut me videtis non habentem?*“

103) VV. 44 — 47. [omissis (e v. 44.) ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως καὶ προφήταις καὶ

ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ. (v. 45.) *Τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν, τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς·* (v. 46.) *ὅτι οὕτω γέγραπται.*] *Tertullianus* reperit apud Marcionem: „Siquidem et (Marcionis Christus in ejus evangelio) *Apostulos mittens ad praedicandum universis nationibus*, in omnem terram exire sonum eorum et in terminos terrae voces eorum, psalmum (19, 5.) adimplendo, *praecepit.*' — Eorum, quae reliqua sunt in evangelio Lucae, nihil ullo loco affertur ex evangelio Marcionis, et *Epiphanius* l. l. p. 309. (ed. Petav.) diserte scripsit: *οὐ μόνον δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπέτεμεν (ὁ Μαρκίων), ἀλλὰ καὶ τέλους καὶ τῶν μέσων πολλὰ περιέκοψε τῶν τῆς ἀληθείας λόγων.* — Subito Marcionis Christus coelitus adfuit in Synagoga, subito evanuit, nec de *Spiritus S. effusione* Hierosolymis facta, neque de *visibili Domini in coelum adscensione* ulla apud Marcionitas reperitur traditio. Quare probabile est, eo, quo fecimus, loco finem evangelio suo Marcionem fecisse.

EVANGELIVM
NICODEMI GRAECE.

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, Α ΕΠΡΑΧΘΗΣΑΝ ΕΠΙ ΠΟΝΤΙΟΥ ΠΙΛΑΤΟΥ ΗΓΕΜΟΝΕΥΟΝΤΟΣ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΑΣ.

Graeci *ὑπομνήματα* vocant quae Latini *Acta*, tam Senatus quam Magistratuum. Exempla passim occurrunt apud Dionem Cassium aliosque. Ipsa illa Pilati Acta, quorum mentionem faciunt veteres, Graece *ὑπομνήματα* dicuntur, nisi ubi Latinum vocabulum *ἄκτων* retinetur. Conf. Eusebii hist. eccles. lib. I. cap. 9. et 11. lib. IX. cap. 5. (ibi *Πιλάτου καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑπομνήματα*) et cap. 7. et Chrysostomi Homil. VIII. in Pascha, Opp. ed. Savil. Tom. V. pag. 942., (*τὰ ὑπομνήματα τὰ ὑπὸ Πιλάτου πραχθέντα.*) In Latinis codd. *ὑπομνήμασι* respondent *Gesta.* Gloss. Lat. Gr. *Gesta*, *πεπραγμένα*, *ὑπομνήματα*. Vid. Cangii Gloss. s. v. *Gesta.* Vera igitur inscriptionis interpretatio haec est: *Acta super domino nostro Jesu Christo gesta* (sive *conscripta*) *Pontio Pilato Judaeae procuratore.* Sequenti prologo ipsique libello magis congruit inscriptio, quam cod. Monac. A. praebet: *Ὑπομνήματα τῶν πραχθέντων εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ἡγεμόνος, συγγραφέντα ὑπὸ Νικοδήμου ἄρχοντος συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς. Εὐλόγησον πάτερ.* In cod. Venet. et Paris. D. liber inscriptus est: *Διήγησις περὶ τοῦ τιμίου πάθους τοῦ κυρίου ἡμῶν* (Paris. D. add. *καὶ σωτῆρος ἡμῶν*) *Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τῆς ἁγίας αὐτοῦ ἀναστάσεως, συγγραφεῖσα παρὰ Ἰουδαίου Ἐνναία ὀνόματι, ἣν μετήνεγκεν ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς γλώττης εἰς Ῥωμαΐδη διάλεκτον Νικόδημος τοπάρχης Ῥωμαῖος.* De his et reliquis Evangelii Nicodemi codicibus vide Prolegomena huic volumini praemissa.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

Ἐγὼ Ἀνανίας προτίκτωρ ἀπὸ ἐπάρχων τυγχάνων, νομομαθὴς ἐκ τῶν θείων γραφῶν, ἐπέγνων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰη-

---

Ἐγὼ Ἀνανίας κτλ.) Ad hanc praefationem, quae a cod. Mon. A. abest, proxime accedit ea, quae in cod. Paris. 1652. Evangelio Nicodemi Latino praemissa legitur. Quare nos textum ejus licet vitiosum e regione graeci apposuimus, ut cum hoc conferri possit. — προτίκτωρ ἀπὸ ἐπάρχων τυγχάνων,) Birch. ed. προτεκτωρ. Sed cod. habet προτίκτωρ, quae scriptura usitatior est. Participium τυγχάνων, quod nos cum praecedentibus conjunximus, possit etiam ad sequentia referri. Positum est pro ὤν. Id vero non liquet, quo sensu iste Ananias se appellet προτίκτορα ἀπὸ ἐπάρχων τυγχάνοντα. Ἐπάρχους praefectos praetorio et urbis dictos esse constat, qui a Constantini M. tempore, castris praetoriis ab hoc imperatore sublatis, prorsus a re militari semoti summum locum inter magistratus civiles obtinebant. Vid. Cangius in Gloss. gr. s. v. ἔπαρχος, et de officiis praefectorum praetorio Manso in vita Constantini p. 153. sq. *Protectores* vero, a Gordiano juniore vel, ut Grabnerus putat, a Septimio Severo instituti, fuerunt custodes corporis imperatoris domi militiaeque id munus obeuntes; de quibus plurima tradunt Ammianus Marcellinus et Codex Theodos. lib. VI. tit. 24. Vid. Comment. ad tit. cit. edit. Ritter. Tom. II. p. 130—141., Cangius in Gloss. Graec. et Lat. s. v. προτίκτωρ et *protector*, et Manso l. l. pag. 163. sq. Conf. etiam Christ. Godofr. Grabneri, Scholae Dresdens. Rectoris, progr. de nomine et origine protectorum a. 1751. editum. Discimus ex illis aliisque auctoribus, protectores domesticos, intra principis palatium militantes ejusque familiarissimos partim e gentibus nobilibus lectos esse, eamque dignitatem ab officialibus, veteranis aliisque pro beneficio appetitam esse; et eosdem variis honoribus et privilegiis ornatos fuisse, ita ut comes domesticorum, qui eorundem scholis praeerat, viris illustribus jungeretur, et primicerii atque decemprimi singularum scholarum inter clarissimos recenserentur vel dignitate ἀπὸ Κονσου-

PRAEFATIO.

Ego Emaus Hebraeus, qui eram legis doctor de Hebraeis, in divinis scripturis perscrutans, divinitates le-

---

λαρίων gauderent. Praeterea videmus protectores latiori sensu dictos etiam missos esse in provincias ad varia negotia exsequenda, et adjunctos magistris militum atque praefectis praetorio, ut eorum mandata implerent. Hinc verba ἀπὸ ἐπάρχων vel ἀπὸ ἐπάρχων τυγχάνων, quae neque ad natales neque ad dignitatem referri posse videntur, de muneris specie accipienda putaverim, ut indicetur protector praefectianus sive protector ex eorum numero, qui praefectis praetorio adessent. Videtur illa esse periphrasis ἐπαρχικοῦ, apparitoris praefecti praetorio sive urbis, vel hominis ἐκ τῆς ἐπάρχοις ὑπηρετουμένης στρατείας, quam vocat Basilius Seleuc. de S. Thecla lib. II. cap. 14. Vid. Cangius in Gloss. Gr. s. v. Ἐπαρχικοί. Sed fortasse scriptura corrupta est. Collato textu Latino conjicias legendum esse ἀπὸ Ἑβραίων τυγχάνων. Sic Ananias satis apte se natu Judaeum praedicabit in initio operis, quo popularibus sacra Christiana a se ipso recepta commendare vult. Nec dubie iste vir, nisi persona ficta est, aut vere fuit, aut certe videri voluit Judaeus Christo addictus; quod ipsum hoc nomen (עֲנָנְיָה) arguit, atque ea, quae de se profitetur, confirmant. Nomen *Emaus* in Latino textu positum magis accedit ad Graecum illud Ἐννάιας, quod in codd. Par. D. et Venet. legitur, ubi Ἐννάιας Judaeus dicitur auctor libelli de passione et resurrectione domini, quem ex Hebraica lingua in Latinam Nicodemus quidam transtulerit. Simile est nomen חִינִיב, quod in Wolfii Biblioth. Hebr. Tom. I. p. 351. reperimus, ubi haec: הִינִיב *Heneb, ex Judaeo Christianus, qui scripsit dissert. de sancta Parasceve et Passione Servatoris nostri hebraice, quam graecam fecit Nicodemus princeps Romanorum. Legitur illa graece in Bibl. Vatic. n.* 1774. Apparet hunc libellum esse non diversum a Nicodemi Evangelio. Pluribus hanc de auctoris sive interpretis nomine quaestionem alibi illustrare studebimus. — ἐπέγνων) Cod. ἐπέγνω. Birch. ἐπιγνῶ. Littera ν in hoc Ms.

σοῦν Χριστὸν πίστει προςελθὼν, καταξιωθεὶς δὲ καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· ἐρευνήσας δὲ καὶ τὰ ὑπομνήματα τὰ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον πραχθέντα ἐπὶ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἃ κατέθεντο οἱ Ἰουδαῖοι ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ταῦτα εὗρον τὰ ὑπομνήματα ἐν Ἑβραϊκοῖς γράμμασι· καὶ θεοῦ εὐδοκίᾳ μεθερμηνεύσας γράμμασιν Ἑλληνικοῖς εἰς ἐπίγνωσιν πάντων τῶν ἐπικαλουμένων τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ δεσπότου ἡμῶν Φλαβίου Θεοδοσίου, ἔτους ἑπτακαιδεκάτου, καὶ Φλαβίου Οὐαλεντινιανοῦ, τοῦ ἕκτου, ἐν ἰνδικτιῶνι Θ. Πάντες οὖν ὅσοι ἀναγινώσκετε, (καὶ) μεταβάλλετε εἰς ἕτερα βιβλία,

---

saepius addita et omissa est in terminationibus vocum, ubi contra aut abesse aut adesse debet. Ad seq. *προςελθών* notes, verbo *προσέρχεσθαι* aditum ac transitionem ad alias partes indicari, imprimis ad alia sacra vel ad alium deum aut religionis interpretem, omninoque mutatam religionis professionem. Vid. Knappii Scripta var. arg. pag. 239. ed. II. — *καταξιωθεὶς*) Cod. *κατηξιωθεὶς*, quod possit etiam scribi *κατηξιώθην*. Birch. illud incorrectum reliquit. Pro *δὲ καὶ* fortasse reponendum *τε καί*. — *κατέθεντο*) Cod. *κατέθοντο*. In Lat. textu *apposuerunt* pro *deposuerunt*. Vid. Cangius in Gloss. Lat. s. v. *apponere*. — *εὗρον*) Cod. *ἐρῶ*, nisi fallor. Birch. *ειρω*, quod sensu destituitur. Nostra conjectura ducta e Lat. textu: *haec inveniens gesta* sqq. — *θεοῦ εὐδοκίᾳ*) Sic recte in cod. legitur. Birch. ed. *θεον αδοντα*. Loco seq. participii *μεθερμηνεύσας* exspectes tempus finitum. — *Φλαβίου Θεοδοσίου, ἔτους ἑπτακαιδεκάτου, καὶ Φλαβίου Οὐαλεντινιανοῦ, τοῦ ἕκτου, ἐν ἰνδικτιῶνι Θ.*) Birch. e cod. *Βλαβιου Θεοδωσιου, ετους ἑπτακαιδεκατου, και Φλαβιου Ταλεντινιανου του εκτου, εν ινδικτιονι Θ.* Praeter reliqua scripturae vitia correximus, *τοῦ ἕκτου*, quoniam id non referri potest nisi ad *ἔτους*. Ita vero locus nondum restitutus videtur, nisi auctorem ipsum erravisse sumas. Temporis enim notae nullo modo concinunt, sive de Theodosio Magno et Valentiniano II. cogitaveris, sive de Theodosio II. et Valentinimo III. Nam secundum Petavii rationem Theodosius M. imperator factus est a. Ch. 379. Indictione 7. et mortuus a.

gis scripturarum domini nostri Jesu Christi in fide praesumens, dignatus sacri baptismatis, atque perquirens quae gesta sunt per illud tempus, quod (*fort.* quae) apposuerunt Judaei sub Pontio praeside Pilato: haec inveniens gesta [et] litteris Hebraeis conscripta a Nicodemo, quae ego interpretatus litteris Graecis ad cognitionem omnium nominis domini nostri Jesu Christi (*fort. add.* cultorum,) sub imperio Flavii Theodosii, anno decimo octavo, et Valentiniano Augusto. Omnes autem, qui legitis et transfertis in aliis codicibus Grae-

---

Ch. 395. Ind. 8. regno per 16 annos producto. Valentinianus II. occisus est a. Ch. 392. Ind. 5., cum ab a. Ch. 375. Ind. 3. per 17. annos imperium sustinuisset. Apparet ita de his sermonem non esse posse. Neque melius textus verba ad Theodosii II. et Valentiniani III. tempora quadrant; quorum ille cum ad regnum pervenisset a. Ch. 408. Ind. 6., hunc Caesarem fecit regni sui anno 17. id est a. Ch. 424. Ind. 7. et sequenti anno Augustum decreto appellavit. Latinus interpres scripsit: *sub imperio Flavii Theodosii, anno decimo octavo, et Valentiniano Augusto.* Is igitur in suo exemplari invenisse videtur haec: *ἐπὶ τῆς βασιλείας Φλαβίου Θεοδοσίου, ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου, καὶ Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου* sive *Σεβαστοῦ*, ut significaretur annus Ch. 425., Theodosii regnantis annus 18., quo Valentinianus Augustus nuncupatus est. Sic etiam Indictionis numerus recte se habet, etsi maxima anni 425. pars incidat in Indictionem 8. Nam Indictio *Constantinopolitana* proficiscitur a Calendis Septembribus, Valentinianus vero secundum probabilem Sigonii, Onufrii aliorumque sententiam, quae etiam Valesio ad Socratis hist. eccles. VII, 25. placere videtur, demum Idibus Octobris Augustus nuncupatus est, itaque post initium Ind. 9. Neque mutatur ratio sumta Indictione *Constantiniana* sive *Caesarea*, quae ab octavo Cal. Octobris consurgit. Ceterum in Indictionis numero non magnopere laborandum est, cum tam varia sit Indictionum ratio facilisque in numerorum signis error. Disputaverunt de Indictione Petavius in Doctrina temporum, Gothofredus in Prolegomenis ad Codicem Theodosianum, Cangius in Glossario s. v. Indictio, aliique plures; unde diversos annos, a quibus Indictiones consurgunt,

μνημονεύετέ μου, εὔχεσθε καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα ἵλεός μοι γένηται ὁ Θεὸς, καὶ ἱλάσσηται ταῖς ἁμαρτίαις μου, ἃς ἥμαρτον εἰς αὐτόν. Εἰρήνη τοῖς ἀναγινώσκουσι καὶ τοῖς ἀκούουσι καὶ τοῖς οἰκέταις αὐτοῦ. ἀμήν.

Ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος καὶ βασιλέως Ῥωμαίων, καὶ Ἡρώδου βασιλέως τῆς Γαλιλαίας, ἐν ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ, τῇ

---

cognoscere licet. — *ἱλάσσηται*) Sic recte cod. Male Birch. *ἱλάσσεται*. Pro *ἵλεος* fortasse rescribenda forma usitatior *ἵλεως*. — *τοῖς οἰκέταις αὐτοῦ*.) Retinui codicis scripturam. Nescio an auctor *servos dei* dicere voluerit; in quo nemo usu pronominis *αὐτοῦ* offendetur. Birch. edidit *τοις οικηταις αυτων*, *domesticis eorum*.

Ἐν ἔτει — Ῥωμαίων,) Birch. *Εγενετο ετη πεντε και δεκατῳ κτλ.* Verbum *Ἐγένετο*, quod a codice abesse vidimus, e collato textus Latini vulgaris initio additum videtur. Sed male. Cod. Monac A. *Ἐν ἔτει δεκάτῳ τῆς βασιλείας Τιβερίου Καίσαρος τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς*. Apertus est ibi error numeri, qui etiam in Latino textu codicis Corsini. Nullo enim modo ad annum decimum Tiberii regnantis mors Christi referri potuit. Conf. Luc. III, 1. Anno autem quintodecimo Tiberiani imperii Christum passum esse etiam antiquissimi ecclesiae doctores tradunt. Tertullianus contra Jud. cap. VIII. *Hujus* (Tiberii) *quintodecimo anno imperii passus est Christus, annos habens quasi* XXX. *quum pateretur*. Clemens Alex. Strom. lib. I. pag. 407. ed. Potter. Lactantius Divin. Instit. lib. IV. cap. 10. aliique. Origo atque causa huius traditionis illo Clementis loco proditur. Nempe male utuntur illi auctores loco Lucae III, 1., et Christum eodem anno, quo baptizatum fuisse scribit Lucas, passum esse sumunt secundum opinionem illam multis probatam, Christum uno tantum anno post baptisma et ante mortem publice docuisse, de qua vide Potterum ad Clementis l. l. Conf. S. V. Pauli Commentarium in Evangelia Tom. III. pag. 792. ed. II. Julius Africanus, qui pariter unicum annum praedicationis Dominicae statuit, accuratius mortem Christi ad sextum decimum Tiberii Caesaris annum

cis seu Latinis, oro ut dignemini intercedere pro me peccatore, ut propitius mihi fiat (*add.* deus,) et dimittat omnia peccata, in quibus peccavi. Pax sit ista legentibus, sanitas audientibus. Explicit praefatio.

Factum est in anno XVIIII. imperii Tiberii Caesaris, imperatoris Romanorum, et Herodis filii Herodis imperatoris Galilaeae, anno XVIIII. principatus ejus,

---

collocavit. Vid. Routh Reliquiae sacrae Tom. II. pag. 187. et not. pag. 340. Chronologi recentiores, qui annum illum a Clemente aliisque recte notatum putant, et tamen Christum post baptismum tria paschata celebrasse agnoscunt, duplicem esse monent Tiberii annorum computationem. Apud Lucam III, 1. initium *τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου*, principatus Tiberii, repeti ab eo tempore, quo collega imperii factus est, tertio fere anno ante mortem Augusti; annum vero emortualem Christi esse quintum decimum *τῆς βασιλείας* sive *μοναρχίας Τιβερίου* atque numerari ab ipsa morte Augusti. Conf. Pauli Comment. Tom. III. p. 788 sqq. In Latinis codd. plerisque annus XVIIII. Tiberii, in quem incidit annus IV. Olympiadis CCII., notatur. Idem in verss. Anglo-Saxonica et Francogallica. Sic Eusebius (quem Nicephorus hist. eccles. I, 40. aliique sequuntur) in Chronici loco a Syncello in Chronograph. ad pag. 324. Graece servato: *Ἰησοῦς — ἐπὶ τὸ πάθος προήει ἔτους ιθ'. τῆς Τιβερίου βασιλείας.* Quanquam ibi scribendum videtur aliis *ιη'.*, uti apud Cedrenum legitur et Hieronymus in versione reddidit. Vid. Scaligeri Animadverss. ad Eusebii Chronic. pag. 171. — *καὶ Ἡρώδου τοῦ βασιλέως τῆς Γαλιλαίας,*) Cod. vitiose *Γαλατίας*. Monac. A. *καὶ Ἡρώδου βασιλέως τῆς Ἰουδαίας*. Scripturam a nobis repositam tuentur textus Lat. et verss. Est autem Herodes Antipas, Galilaeae atque Peraeae sub titulo *tetrarchae* praefectus. In N. T. modo *τετράρχης* modo *βασιλεὺς* vocatur. Conf. Matth. XIV, 1. et 9. et Marc. VI, 14. — *ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ,*) Codicis scriptura corrupta *ἐν τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ*. Monac. A. *ἐνακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ.* Praepositio et articulus recte omitti poterant. Annum

πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἀπριλλίων, ἥτις ἐστὶν εἰκὰς πέμπτη τοῦ Μαρτίου μηνὸς, ἐν ὑπατείᾳ Ῥούφου καὶ Ῥουβελλίωνος,

---

XIX. etiam codd. Lat. et verss. habet. Hunc vero annum principatus Herodis Antipae cum quinto decimo vel nonodecimo Tiberii componi manifestus est error, si numerentur anni principatus Antipae ab eo tempore, quo post mortem Herodis M. Galilaeam et Peraeam ab Augusto accepit. Sed fortasse auctor Herodem Antipam tanquam successorem fratris Archelai, decimo regni sui anno Viennam relegati, spectavit, et hoc principatus illius initium statuit, uti Sulpicius Severus Sacrae hist. lib. II. cap. 39. *Herodes post nativitatem Domini regnavit annos* IV. *Nam omne imperii ejus tempus* VII. *et* XXX. *anni fuerunt. Post quem Archelaus Tetrarcha annis* IX. *Herodes annos* XX. *et* IV. (cap. 40.) *Hoc regnante, anno regni decimo et octavo, Dominus crucifixus est.* Similiter Haymo Sacr. Hist. lib. I. cap. 9. *Post hunc regnavit Archelaus, — qui post decem annos propter insolentiam devolutus: regnum dividitur in tetrarchias Herodi juniori fratri cum Philippo et cum Lysania.* Fluxit hic error e falsa scriptura Eusebii hist. eccl. I, 9. ubi τὰς ἑαυτῶν διεῖλον τετραρχίας legerunt pro διεῖπον. In observatione chronol. cod. Coislin. 224. ille Herodes, qui Joannem interfecit, adeo Archelai filius vocatur. Vid. Montfaucon Biblioth. Coisliniana pag. 277. — τῇ πρὸ ὀκτὼ — μηνὸς,) Veram scripturam hic nobis suppeditavit cod. Monac. A., nisi quod ibi Ἀπριλλίων omissum. Pro formula εἰκὰς πέμπτη (*rectius* hic ἡ εἰκὰς πέμπτη) usitatiores quidem sunt ἡ πέμπτη καὶ εἰκὰς et ἡ πέμπτη ἐπ᾽ εἰκάδι, sed illa quoque passim invenitur, velut Constitut. Apost. lib. V. cap. 15. Noster Paris. pessime τῇ ὀγδόῃ Ἀπριλλίῳ, ἥτις ἐστὶν ἡκάδι (εἰκάδι) πέμπτῃ Μαρτίῳ, quae Birchius sic rescripta edidit τῃ ογδοῃ Απριλλιων, ητις εστιν ἡ Κ και πεμπτη Μαρτιων. In Actis Pilati, quorum exemplaria in ecclesia antiqua circumferebantur, illum diem passionis Christi notatum fuisse tradunt Epiphanius haer. L. Quartadecimanorum num. 1., et Chrysostomus sive quisquis auctor Homil. VIII. in Pascha Tom. V. p. 942. ed Savil. Ille haec habet: ἀπὸ τῶν ἄκτων δῆθεν Πιλάτου αὐχοῦσι τὴν ἀκρίβειαν εὑρηκέναι, ἐν οἷς ἐμφέρεται τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ἀπριλλίων τὸν Σωτῆρα πεπονθέναι. Tum addit, se horum actorum Pilati exemplaria invenisse, quae a. d. XV. cal. Aprilis passionem Christi incidisse significarent; unde apparet tunc jam plura adfuisse et inter se diversa horum actorum exemplaria. Alterius auctoris

VIII. Calendas Apriles, quod est XXV. die mensis Martii, consulatu Rufini et Rubellionis, anno quarto

---

verba sunt: Ὁ μὲν χρόνος, καθ' ὃν ἔπαθεν ὁ Σωτὴρ, οὐκ ἠγνόηται. Τὰ γὰρ ὑπομνήματα τὰ ὑπὸ Πιλάτου πραχθέντα καὶ τὴν προθεσμίαν περιέχει τοῦ πάσχα. Ἱστορεῖται οὖν, ὅτι τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἀπριλλίων ἔπαθεν ὁ Σωτήρ. Eandem traditionem de die passionis Christi plurimi Latinae ecclesiae doctores secuti sunt. Tertullianus adv. Judaeos cap. 8. *Passio perfecta est sub Tiberio Caesare, Consulibus Rubellio Gemino et Rufio Gemino* (Junius et Rigaltius e fastis consularibus legunt *Fufio Gemino*), *mense Martio, temporibus Paschae, die VIII. Calendarum Aprilium.* Augustinus de civit. dei lib. XVIII. cap. 54. *Mortuus est ergo Christus duobus Geminis Consulibus, octavo Cal. Aprilis.* Conf. ejusd. de Trinit. lib. IV. cap. 5. et Bedae Vener. librum de ratione temporum cap. 28. et 45. Etiam in Martyrologiis S. Hieronymi, Rhabani, Usuardi et Notkeri, atque in Chronicis Mariani, Sigeberti aliorumque Christum VIII. Cal. April. crucifixum esse notatum est. Falsum vero est, quod Natalis Alexander hist. eccles. Tom. III. pag. 82. Lactantio eandem sententiam tribuit. Is enim (ut ipse Natalis ibid. pag. 84. locum affert) Institut. lib. IV. cap. 10. scribit: *Tiberii anno quinto decimo, id est duobus Geminis consulibus, ante diem decimum Calendarum Aprilium Judaei Christum cruci adfixerunt.* Vid. ibi notam Buenemanni. Lactantius igitur potius cum Graecis facit, qui in suo Menaeo ad diem XXIII. Martii Christi crucifixionem adscribunt. Idem dies notatus in duabus chronologicis observationibus, quas Cotelerius e codd. Pariss. ad Constitut. Apost. lib. V. cap. 13. edidit. Conf. tamen ejusd. adnotat. ad cap. 14. pag. 319. ed. Cler. II. et Clementis Alex. Strom. lib. I. pag. 408. ed. Potter. — ἐν ὑπατείᾳ Ῥούφου καὶ Ῥουβελλίωνος,) Cod. vitiose ἐν ὑπατίου ἀρουφίνου (Birch. εν ὑπατειᾳ Ρουφινου) καὶ Ῥουβιλεόνου. Monac. A. ἐν ὑπατείᾳ Ῥούφου καὶ Ῥουβελεῶνος. Hunc secuti sumus, nisi quod Ῥουβελλίωνος scripsimus. Apparet hic reddi illam Tertulliani, Lactantii aliorumque veterum opinionem, qui duobus Geminis consulibus, anno Tiberii quintodecimo, Christum passum scripserunt. In scriptura nominis horum consulum varii errores commissi. Vid. not. ad textum Lat. Vera scriptura apud Tacit. Annal. V, 1. *Rubellio et Fufio Coss., quorum utrique Geminus cognomentum erat*, etc. Vid. Ernestium ad h. l. Eadem in Fastis Capitolinis, ubi *C. Rubellius Geminus et C. Fufius Geminus* di-

ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς διακοσιοστῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, καὶ ἐπὶ ἀρχιερέως τῶν Ἰουδαίων Καϊάφα· καὶ ὅσα μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὸ πάθος τοῦ κυρίου ἱστόρησε Νικόδημος καὶ παρέδωκε τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς ἄλλοις Ἰουδαίοις, συνέταξε δὲ ὁ αὐτὸς Νικόδημος γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς.

---

cuntur. Epiphanius cum Fastis Siculis *Rufum* et *Rubellionem* (Siculi *Rubellinum*) a duobus Geminis distinguit et post hos collocat. Locus est Haeres. LI. Alogorum num. XXIII. *Εὑρίσκεται γὰρ ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἐνσάρκου παρουσίας πάσχων ὁ μονογενής. — μετ' ἐκείνην γὰρ τὴν ὑπατείαν ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει αὐτοῦ σημαινομένην* (scil. Silani et Nervae) *ἄλλη ὑπατεία γέγονε, λεγομένη τῶν δύο Γεμηνῶν· εἶτα ἄλλη ὑπατεία Ῥούφου καὶ Ῥουβελλίωνος· καὶ οὕτως μεσαζούσης τῆς ὑπατείας τῆς μετὰ τὴν ὑπατείαν Ῥουβελλίωνος, ἥτις ὕστερον ἦλθεν, Οὐϊννικίου καλουμένη καὶ Λογγίνου Κασσίου, πάσχει ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ πρὸ ιγ' Καλανδῶν Ἀπριλλίων.* Vid. de h. l. doctissimam Petavii diatribeu de anno et die dominicae passionis, insertam animadversionibus pag. 146. sqq. ed. Colon. In Actis Pilati Christianorum causae inimicis, quae Eusebio innotuerant, praenotatus erat consulatus Tiberii quartus; quem errorem ille hist. eccles. I, 9. perstringit. Ceterum ejusmodi Actis sive Gestis Consulatum et mensis diem praescribi moris fuisse, sciunt veterum monumentorum scrutatores. Ita apud Ammianum Marcell. lib. XXII. cap. 3. *Et acta super eo gesta non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium: Consulatu Tauri et Florentii, inducto sub praeconibus Tauro.* Acta proconsularia S. Cypriani incipiunt: *Imperatore Valeriano IV. et Gallieno III. Coss., III. Kal. Sept. Carthagine in Secretario,* etc. Eodem modo Acta purgationis Caeciliani in edit. Dupin. Optati Milev. pag. 167. — *ἐν τῷ τετάρτῳ — Ὀλυμπιάδος,*) Iste annus convenit cum anno XIX. imperii Tiberii, et finitur mense Julio anni XXXIII. aerae vulgaris. Julius Africanus anno II. ejusdem Olympiadis Christum passum esse statuit in Chronic. lib. V. apud Routh Reliq. sacr. Tom. II. pag. 188. Vid. adnot. ibid. p. 340. In loco autem Chronici Eusebiani, ubi narrata a Phlegonte solis defectio cum prodigiosa solis obscuratione, quae moriente Christo contigit, componitur, Graecus textus a Scaligero editus id incertum relinquit, quotus illius Olym-

ducentesimae secundae Olympiadis, sub principatu sacerdotum Judaeorum Joseph [et] Caiphae: et quanta post crucem et passionem domini historiatus est Nicodemus acta a principibus sacerdotum et reliquis Judaeis, mandavit ipse Nicodemus litteris Hebraicis.

---

piadis annus a Phlegonte consignatus fuerit. Sic enim scriptum est: τῷ δὲ ἔτει τῆς σβ'. Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωρισμένων πρότερον. Alii, ut Petavius, secundum fuisse opinantur, alii quartum. Hi τῷ δ'. ἔτει vel τῷ δὲ δ'. ἔτει scribendum putant, prout Hieronymus legit interpretans: *quarto autem anno;* quocum consentiunt Chronicon Alex. p. 219. ed. Ducang. et Philoponus de mundi creatione lib. II. cap. 21. Plurimae exstant hac de re disquisitiones virorum doctissimorum, quibus tamen annus Dominicae passionis certius definiri non potuit. Conf. Pauli Comment. ad Matth. XXVII, 45. et Routhium l. l. pag. 335. — καὶ ἐπὶ ἀρχιερέως τῶν Ἰουδαίων Καϊάφα·) Monac. A. ἐπὶ ἀρχ. Ἰωσήπου τοῦ Καϊάφα. Plenum nomen hujus pontificis summi teste Josepho Ant. Jud. XVIII, 4, 3. et Eusebio hist. eccles. I, 10. fuit Ἰώσηπος ὁ Καϊάφας. Ab evangelistis solum cognomen ponitur. In codd. Latinis varie erratum est ab interpretibus sive librariis id ignorantibus. — καὶ ὅσα — Ἑβραϊκοῖς.) Particulà καὶ omittenda videtur. Monac. A. ὅσα μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὸ πάθος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Σωτῆρος θεοῦ, γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς ἱστορήσας Νικόδημος ἔγραψε καὶ τοῖς μετέπειτα κατέλιπεν, οὐδέ πως ἔχει. Antea Ananias ille professus erat, se monumenta Judaeorum atque acta super Jesu Christo tempore Pilati in archivis deposita (ἃ κατέθεντο οἱ Ἰουδαῖοι ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου) perlustrantem haec reperisse ὑπομνήματα Hebraice scripta, quae in Graecam linguam transtulerit. Jam vero auctoris nomine addito haec esse dicuntur, *quae post crucem et passionem domini testatus sit* vel *narraverit Nicodemus, et tradiderit principibus sacerdotum et reliquis Judaeis, idem vero Nicodemus litteris Hebraicis conscripserit.* Cum praecedente temporis notatione, qualem Actis praefigi consuevisse supra monuimus, male haec composita sunt. In cod. Par. D. et Venet. rem inverti, et Nicodemum appellari interpretem libri ab Ennaea Hebraice scripti jam observatum est.

I have transferred from Prof. Huidekoper's copy the memoranda made by Duebner in his collation of Paris D. — Ed.

Capp. I–XVI are taken from Paris A. See p. cxxi.

CAPVT I.

§1. Ἄννας καὶ Καϊάφας καὶ Νουμῆς (Συμεὼν) καὶ Δοθαὴ (Δαθὰν), Γαμαλιὴλ, Ἰούδας, Λευῒς, Νεφθαλεὶμ, Ἰάειρος,

---

Cap. I. Ἄννας καὶ Καϊάφας κτλ.) In cod. Monac. A. sic incipit narratio: *Συμβούλιον γὰρ ποιήσαντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς, Ἄννας τε καὶ Καϊάφας κτλ.* Conf. Matth. XXVII, 1. et Marc. XV, 1. Quae libellus Pseudo-Joannis codicis Par. C., de quo vide Prolegomena, cum Evangelii nostri textu communia habet, eorum hoc est initium: *Πολλὰ οὖν καὶ δεινὰ πράξαντες τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, συμβούλιον δὲ ἐποίησαν Ἄννας καὶ Καϊάφας, Συμεὼν, Ἰούδας, Λεβὶς, Νεφθαλεὶμ, Ἀλέξανδρος καὶ Ἰώσηπος καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἰουδαίων λέγοντες· ὅτι οὐκ ἔξεστιν ἡμᾶς τοῦτο ἐξετάσαι, ἀλλὰ ἀπέλθωμεν πρὸς Πιλάτον τὸν ἡγεμόνα, καὶ παραδώσομεν αὐτὸν ἐκεῖ, κἀκεῖνος ἀνακρινεῖ αὐτόν. Καὶ πορευθέντες ἀπῆλθον πρὸς Πιλάτον κατηγοροῦντες τὸν Ἰησοῦν περὶ κακῶν πράξεων. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Εἴπατέ μοι, ἱερεῖς, τί ἐστιν, ὃ πράττει ὁ ἄνθρωπος οὗτος; Λέγουσιν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Τοῦτον οἴδαμεν κτλ.* In cod. Paris. D. hoc est initium: *Τοῦ κυρίου ἡμῶν πολλὰ καὶ μεγάλα καὶ ἐξαίσια θαύματα ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἐργασαμένου, καὶ διὰ τοῦτο φθονηθέντος ὑπὸ τῶν Ἑβραίων, ἡγεμονεύοντος εἰς Ἱεροσόλυμα τοῦ Πιλάτου, ἀρχιερατευόντων δὲ τοῦ τε Ἄννα καὶ τοῦ Καϊάφα, ἦλθον ἐκ τῶν Ἰουδαίων πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἀρχιερεῖς ὁ Ἰούδας, Λευῒ, Νεφθαλεὶμ, Ἀλέξανδρος, Σύρος καὶ ἄλλοι πολλοὶ λέγοντες κατὰ τοῦ Χριστοῦ, οὓς καὶ ἀπέστειλαν οἱ τοιοῦτοι ἀρχιερεῖς εἰπεῖν ταῦτα καὶ τῷ Πιλάτῳ ἡγεμόνι κτλ.* Cod. Venet. incipit: *Τότε ἄγουσι τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα ἐπὶ ἡγεμόνα τὸν Πιλάτον, ὃς ἦν Ῥωμαῖος· ἦν δὲ παρασκευὴ πρωΐ.* Conf. Joan. XVIII, 28. et Luc. XXIII, 1. Deinde plura inseruntur de Juda proditore, uti apud Matth. XXVII, 3. sqq. Vid. Proleg. Tum haec: *Ἐρχομένου δὲ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς τὸν ἡγεμόνα Πιλάτον προσεκύνουν κτλ.*, quae infra adscribemus. — Νουμῆς) Si genuina est scriptura, videtur haec esse abbreviatio vel forma contracta nominis *Νουμήνιος* 1 Macc. XII, 16., de quo vid. Michaelis ad h. l. et Simonis Onomast.

See pp. cxxvi. cxxix.

sol.

CAPVT I.

Annas et Caiphas et Summas, Dathan, Gamaliel, Judas, Levi, Nephthalim, Alexander et Syrus et reliqui

---

N. T. et libr. V. T. apocr. pag. 119. Exempla nominum decurtatorum dat Grotius ad initium Ev. Lucae. Cod. Mon. A. *Σημὴς*. Paris. C. *Συμεὼν*. Paris. D. om. Codd. et edd. Lat. varie *Summas*, *Summe*, *Somne*, *Symeon*. Inter doctores Mischnicos est quidam *Schimon ben Soma*, de quo vid. Wolfius Biblioth. Hebr. Vol. II. p. 863. Nomen *Συμεὼν* in textu apposuimus semicirculis circumdatum, quanquam probabile non est, librarios id ignorasse et sic corrupisse. — *Δοθαὴ*,) Fortasse scribendum *Δοσθαΐ*. Fuit R. *Dosthai*, דוסתאי, discipulus *Schammai*, et alter ejus nominis, discipulus R. *Meir*. Vid. Catal. Doctorum Mischnicorum in Wolfii Biblioth. Hebr. Vol. II. p. 823. Mon. A. *Δαθαὴς*. Par. C. et D. om. Codd. et edd. Lat. *Datam* sive *Dathan*. Num. XVI, 1. Inde nos in textu *Δαθὰν* adscripsimus. — *Γαμαλιὴλ*,) Monac. A. Paris. C. et D. om. Mirum sane est, Gamalielem hic inter accusatores Christi nominari, quem tam sapienter et moderate de causa Christianorum judicasse novimus ex Act. V, 34. sqq., et quem veteres quidam tradunt non tantum Christianis favisse, sed etiam ipsum Christianum factum esse. Vid. Recognit. S. Clementis lib. I. cap. 65. sqq. Luciani Presbyt. Hierosol. narratio de detectione reliquiarum S. Stephani cap. V. in Append. Tom. VII. Opp. Augustini edit. Benedict. et Photii Biblioth. cod. 171. Conf. Tillemontii Hist. eccles. Tom. II. pag. 12. seq. et pag. 214. seq. ed. Brux. et Wolfii Biblioth. Hebr. Vol. II. p. 821. sq. Fortasse haec fuit causa omissionis in codd. illis. — *Λευῖς*,) Par. D. et Mon. A. *Λευῖ*. Par. C. *Λεβὶς*. Sic litterae *υ* et *β* saepe permutantur. Inde pluribus N. T. interpretibus *Λευῒς* et *Λεββαῖος* vel, ut Hesychius habet, *Λεβαῖος* una persona est. Marc. II, 14. coll. Matth. X, 3. Conf. Simonis Onomasticum N. T. p. 98. sq. — *Ἰάειρος*) Memoratur Jairus, cujus filius R. Pinchas, in *Sota* cap. IX. §. 15. Sed hoc nomen a plerisque codd. Gr. et Lat. abest. Ejus loco Mon. A. *Ἀλέξ*-

καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἰουδαίων [οἵτινες] ἦλθον πρὸς Πιλάτον κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, κατηγοροῦντες αὐτὸν περὶ πολλῶν πράξεων κακῶν, λέγοντες· Τοῦτον οἴδαμεν εἶναι αὐτὸν υἱὸν Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος ἀπὸ Μαρίας γεννηθέντα, καὶ λέγει ἑαυτὸν εἶναι υἱὸν θεοῦ καὶ βασιλέα· οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὰ σάββατα βέβηλοῖ, καὶ τὸν πάτριον νόμον βούλεται καταλῦσαι. Καὶ γὰρ νόμον ἔχομεν ἐν σαββάτῳ μὴ θεραπεῦσαί τινα, οὗτος δὲ χωλοὺς καὶ παραλυτικοὺς καὶ τυφλοὺς καὶ κυρτοὺς καὶ λεπροὺς καὶ δαιμονιζομένους ἐθεράπευσεν ἐν σαββάτῳ ἀπὸ κακῶν πράξεων· καὶ γόης ἐστὶ,

---

ανδρος καὶ Ἕρμηλος. Par. C. Ἀλέξανδρος καὶ Ἰώσηπος. Par. D. Ἀλέξανδρος, Σύρος. Latt. codd. cum vers. Francogall. et Anglosax. *Alexander et Syrus* vel *Cyrus*. Havn. tamen cum ed. Lips. habet *Alexander et Jayrus*. In Jairi nomine potuerunt offendi scribae et lectores de Jairo Marc. V. et Luc. VIII. cogitantes. Alexandrum etiam infra in hoc capite nominatum putaveris eundem esse, qui Act. IV, 6. memoratur. — καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἰουδαίων) Mon. A. καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι. Id. recte om. seq. οἵτινες, quod etiam in codd. Latt. non expressum nos uncis inclusimus. Contra post ἦλθον add. κατ' ἰδίαν. — κατὰ τοῦ Ἰησοῦ,) Mon. A. om. et post κατηγοροῦντες pro αὐτὸν ponit τοῦ Ἰησοῦ. Nostro textui respondet Latinus. Verbum κατηγορεῖν apud patres eccles. etiam cum accus. construitur. Conf. Apocal. XII, 10. varr. lectt. — κακῶν,) Mon. A. om. Similiter Marc. XV, 3. Καὶ κατηγόρουν αὐτοῦ οἱ ἀρχιερεῖς πολλά. Apud Joannem vero c. XVIII, 30. respondent Pilato accusatores: Εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιὸς, κτλ. Lat. textus *de multis accusationibus malis*, alii *actionibus*. — Τοῦτον — γεννηθέντα,) Par. C. Τοῦτον οἴδαμεν ὀνομαζόμενον υἱὸν Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Μαριάμ. Mon. A. Τοῦτον οἴδαμεν ὄντα υἱὸν τοῦ τέκτονος Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας. Seqq. idem sic transponit καὶ λέγει υἱὸν θεοῦ ἑαυτὸν καὶ βασιλέα εἶναι. Vid. Luc. XXIII, 2. coll. Matth. XXVII, 11. Marc. XV, 2 — οὐ μόνον δὲ τοῦτο,) Mon. A. haec om. — τὸν πάτριον) Mon. A. add. ἡμῶν. Par. C. τὸν πατρῷον. Conf. Act. XXII, 3. 2 Macc. VI, 1. — Καὶ γὰρ νόμον) Mon. A. Λέγει ὁ Πιλάτος· Τί

Judaeorum venerunt ad Pilatum adversus Jesum, accusantes eum de multis accusationibus (actionibus) malis et dicentes: Istum novimus Joseph fabri filium de Maria natum, et dicit se esse filium dei et regem: non solum hoc, sed et sabbatum violat et paternam legem nostram vult dissolvere. (Dicit Pilatus: Quae sunt, quae agit et vult solvere?) Dicunt ei Judaei: Legem habemus in sabbato non curare aliquem, iste autem claudos et surdos, curvos et paralyticos, coecos et leprosos et daemoniacos curavit in sabbato de malis actibus. Dicit eis Pilatus: Quare malarum actionum? Dicunt ei: Maleficus est et in principe daemoniorum

---

ἐστιν, ὅ πράττει; Λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι· Νόμον κτλ. His respondent, quae textus Lat. in parenthesi habet, petita e cod. Hal. Havn. Paris. et ed. Lips. In cod. Einsidl. et textu Fabric. male haec omissa. Par. C. totum locum a verbis *Καὶ γὰρ* usque ad *τῷ Πιλάτῳ·* omittit, ut accusatores uno orationis tenore causae Christi cognitionem a Pilatô petant. —. *μὴ θεραπεῦσαί τινα,*) Mon. A. *μὴ ἐργάζεσθαί τινα.* Conf. Matth. XII, 10. Luc. XIII, 14. Lex haec non diserte scripta, sed tradita fuit, et ex generali de sabbato sanctificando lege ita determinata. Vid. Lightfootus, Schoettgenius in Horis et Wetstenius ad Matth. l. l. — *χωλοὺς — καὶ δαιμονιζομένους*) Mon. A. male *χώλοις καὶ κυρτοῖς, ξηροῖς τε καὶ τυφλοῖς καὶ παραλυτικοῖς, κωφοῖς καὶ δαιμονιζομένοις.* Nota *κυρτοὺς*, *curvos* sive *gibbosos* in N. T. non memorari. Seqq. *ἀπὸ κακῶν πράξεων* ne putes idem esse, quod *ἀπὸ νόσων*, quia morbi poenae malarum actionum sive peccatorum. Conf. Matth. IX, 2. Sunt potius *κακαὶ πράξεις* malae artes, uti Act. XIX, 18. plures interpretes *πράξεις* de magicarum artium exercitio intelligunt. Itaque *ἀπὸ κακῶν πράξεων* interpretandum *per malas actiones* sive *artes*. Codd. Lat. *de malis actibus* vel *in malis actibus suis.* Verba seqq. *καὶ* (Mon. A. *ὅτι*) *γόης* etc. explicationi inserviunt. Quare in textu Lat. Judaei a Pilato interrogati *de malis actionibus* Christi respondent, eum maleficum esse. In ed. Lips. verba Pilati sunt: *Quare dicitis, de suis malis*

καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, καὶ τὰ πάντα αὐτῷ ὑποτάσσεται. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ ἐκβάλλειν δαιμόνια, ἀλλ' ἐν θεῷ Ἀσκληπίῳ. Λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Πιλάτῳ· Ἀξιοῦμεν τὸ ὑμέτερον μέγεθος, ὥστε αὐτὸν παραστῆναι τῷ βήματί σου καὶ ἀκουσθῆναι. Καὶ προςκαλεσάμενος αὐτοὺς ὁ Πιλάτος λέγει αὐτοῖς· Εἴπατέ μοι, ὅτι πῶς δύναμαι ἐγὼ ἡγεμὼν ὢν βασιλέα ἐξετάσαι; Λέγουσιν αὐτῷ· Ἡμεῖς οὐ λέγομεν βασιλέα αὐ-

---

actionibus? — Βεελζεβούλ) Mon. A. cum vers. Lat. add. ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. Vid. Matth. IX, 34. et XII, 24. Id. cod. rectius articulum τὰ ante πάντα om. Luc. X, 17. οἱ ἑβδομήκοντα dicunt: *Κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ἡμῖν ἐν τῷ ὀνόματί σου.* — ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ) Mon. A. om. πνεύματι. Item seq. δαιμόνια. Verba ἀλλ' ἐν θεῷ Ἀσκληπίῳ Lat. textus reddit *sed in dei virtute.* Conf. Matth. XII, 28. ἐν πνεύματι θεοῦ, et Luc. XI, 20. ἐν δακτύλῳ θεοῦ. Cod. Par. B. Pilato haec verba dat: Οὐκ ἔστι δυνατὸν ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια. Aliis verbis accusatio Christi coram Pilato narratur in cod. Par. D. Οἱ καὶ ἀπελθόντες εἶπον πρὸς αὐτόν· Ὅτι ἄνθρωπος περιπατεῖ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, πατέρα ἔχων Ἰωσὴφ λεγόμενον καὶ μητέρα Μαριὰμ, ὀνομάζει δὲ αὐτὸν βασιλέα καὶ υἱὸν θεοῦ· καὶ Ἰουδαῖος ὢν ἀνατρέπει τὰς γραφὰς, καὶ καταλύει τὰ σάββατα. Ἠρώτησεν οὖν ὁ ἡγεμὼν ὁ Πιλάτος μαθεῖν ἐξ αὐτῶν, κατὰ τίνα τρόπον καταλύει τὰ σάββατα. Καὶ ἀπεκρίθησαν οὗτοι λέγοντες· Ὅτι τοὺς ἀσθενεῖς ἰατρεύει ἐν σαββάτῳ. Λέγει ὁ Πιλάτος· Εἰ τοὺς ἀσθενεῖς ὑγιεῖς ποιεῖ, οὐδὲν κακὸν ποιεῖ. Λέγουσιν αὐτῷ· Εἰ καλῶς ἐνήργει τὰς ἰατρείας, μικρὸν ἂν ἦν τὸ κακόν· μαγείᾳ δὲ χρώμενος ποιεῖ ταύτας καὶ τοὺς δαίμονας ἔχων περὶ αὐτῷ. Λέγει ὁ Πιλάτος· Τὸ ἰατρεύειν ἄῤῥωστον διαβολικὸν ἔργον οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ χάρισμα ἦν ἐκ θεοῦ. Quod ad rem ipsam attinet, in Evangeliis canonicis accusatio eo continetur, quod Jesus regnum affectaverit, atque se Messiam Judaeorum regem dixerit. Nam quod Luc. XXIII, 2. in codicibus Marcionitarum, teste Epiphanio, legebatur: *Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ καταλύοντα τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας κτλ.*, id horum est additamentum, qui vellent Christum *destructorem legis et prophetarum* haberi. Verumtamen haud improbabile est,

Beelzebub ejicit daemonia, et omnia ei subjecta sunt. Pilatus dicit: Istud non est in spiritu immundo ejicere daemonia, sed in dei virtute. Dicunt [et] Judaei Pilato: Rogamus magnitudinem vestram (*al.* tuam), ut eum jubeas adstare ante vestrum (*al.* tuum) tribunal et audiri

---

Judaeos Jesum simul etiam de Sabbato violato (conf. Joan. V, 18.) sic accusavisse, ut eum in sanandis illo die morbis usum esse dicerent, magicis artibus, quas fortasse audiverant Tiberio imperatori invisas esse atque criminosas haberi. Vid. Sueton. Tiber. c. 36. coll. Taciti Annal. II, 32. et Dionis Cassii Hist. l. LVII, c. 15. Vol. II. p. 861. ed. Reimar. Leges imperatorum Romanorum contra magicas artes continet Cod. Theodos. lib. IX. tit. 16. Conf. Augustin. de civit. dei lib. VIII. c. 19. ibique notata a Leonh. Coqueo. Infra cap. II. iterum Jesus a Judaeis appellatur *γόης*, qui somnium immiserit uxori Pilati. Vid. ibi not. Quod Pilatus respondet, homines daemoniacos (quales etiam Graeci et Romani noverant) Aesculapii auxilio sanari, id ab ejus persona minime alienum est. Conf. Timmermanni Diatriben de daemoniacis pag. 12. sqq. et Farmeri librum de daemoniacis vers. Germ. (Berol. 1776.) p. 18. sqq. et p. 62. sqq. atque S. R. Muenteri Probabilia ad hist. passionis e Nicod. ev. in Staeudlini et Tzschirneri collectione inscripta *Archiv für Kirchengesch.* Vol. V. pag. 323. sq. — *Ἀξιοῦμεν — ἀκουσθῆναι.*) Mon. A. *Ἀξ. τὸ σὸν μέγεθος, εἰσελθεῖν σε εἰς τὸ πραιτώριον καὶ ἐρωτῆσαι αὐτόν. Ἦν γὰρ ὁ Ἰησοῦς μετὰ τοῦ ὄχλου ἔξω ἑστηκώς.* Par. B. *Ἀξιοῦμεν τοῦ ὑμετέρου κράτους, ὥστε αὐτὸν παρασταθῆναι κτλ.* Par. C. *Ἀξ. δὲ τὸ σὸν μέγ., ὥστε αὐτὸν παραστῆναι ἐπὶ τοῦ βήματός σου καὶ ἐρωτηθῆναι παρά σου.* Par. D. *Εἶπον οἱ Ἑβραῖοι· Δεόμεθα τῆς μεγαλότητός σου μετακαλέσασθαι αὐτὸν, ὡς ἂν γνωρίσῃς ἀκριβῶς, ὅπερ λέγομεν.* De honorario titulo *magnitudinis* et *μεγαλειότητος*, cujus loco hic *μέγεθος* et *μεγαλότης* usurpantur, vid. Cangius in Glossar. Lat. et Gr. s. hh. vv. — *Καὶ προσκαλεσάμενος — ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτὸν λέγει.*) Ista omnia in Latt. codd. non reperiuntur. Absunt etiam a Par. D. Verbum *προσκαλεῖσθαι* hic est *alloqui*, ut Marc. III, 23. Par. C. *Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος, καὶ εἶπε τοῖς Ἰουδαίοις· Πῶς δύνασθε τὸν βασιλέα ὑμῶν ἐξετάσαι; Λέγουσιν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Ἡμεῖς οὐ λέγομεν βασιλέα αὐτόν.* Mon. A. *Προσκ. δὲ ὁ Πιλ. τοὺς Ἰουδαίους*

§ 2.

τὸν εἶναι, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτὸν λέγει. Καὶ προςκαλεσάμενος ὁ
§ 2. Πιλάτος τὸν κούρσωρα λέγει αὐτῷ· Μετὰ ἐπιεικείας ἀχθή-
τω ὁ Ἰησοῦς. Ἐκβὰς δὲ ὁ κούρσωρ καὶ γνωρίσας αὐτὸν
προςεκύνησεν αὐτῷ, καὶ ἔλαβε τὸ κατάπλωμα τῆς χειρὸς

λέγει· Εἴπατέ μοι, πῶς δύναμαι ἐγὼ ἡγεμὼν ὢν βασιλέα ἐμαυτὸν λέγειν. Par. B. nostrum textum habet, nisi quod ὅτι ante πῶς om. Apertum est, verba Pilati in textu nostro multo esse aptiora. Rogatus enim a Judaeis, ut causam Jesu, qui se regem professus esset, cognosceret, pro more suo cavillabundus respondet: *Quo jure ego, qui procurator sum, regis causam cognoscere potero?* De usu vocis ἡγεμών vid. Krebsius in Obss. Flav. ad Matth. XXVII, 2., Fischerus in Proluss. de vitiis Lex. N. T. p. 432. sqq. atque Muenterus in comment. laud. p. 324. sq. — *Καὶ προςκαλεσάμενος ὁ Πιλάτος*) Mon. A. *Προςκ. δὲ καὶ.* Par. C. *Προςκ. δὲ ὁ Πιλ.* Id. τινὰ κούρσορα. Par. B. om. art. ante κούρσορα. Haec sequentia componenda sunt cum Joan. XVIII, 33. *Εἰςῆλθεν οὖν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν ὁ Πιλάτος, καὶ ἐφώνησε τὸν Ἰησοῦν.* Narrat auctor, quomodo Pilatus in praetorium reversus Jesum, qui a Judaeis captivus adductus erat et ἔξω τοῦ πραιτωρίου (vid. supra Mon. A.) stabat, jusserit ad se arcessi. Nam ex consuetudine Romanorum forensi rei voce *praeconis* pro tribunali citabantur. Conf. Sueton. Tiber. c. 11. et locum Plutarchi in Bruto a Casaubono ibi notatum: *Λέγεται τοῦ κήρυκος, ὥσπερ εἴωθεν, ἀπὸ τοῦ βήματος τὸν Βροῦτον ἐπὶ τὴν δίκην καλοῦντος, τὸ πλῆθος ἐπιδήλως στενάξαι.* Plura de hac consuetudine vid. apud Polletum in historia fori Romani p. 304. 509. Propterea infra Judaei: *cur voce praeconis non jussisti eum citari, sed per cursorem?* Cursorum publicorum vero varia fuere genera et officia, de quibus vid. Cangium in Glossar. s. v. *cursor.* Hoc loco videtur esse unus ex privatis ministris sive apparitoribus Pilati, qui in codd. Ven. et Par. D. appellatur ὑπηρέτης, quo tanquam praecone is utitur. Pars enim istorum a ministerio, quod praestabant heris, dicebantur cursores, graece δρομεῖς, ταχυδρόμοι. Sueton. Nero. c. 30. Martial. Epigr. III, 47. 14. Chrysost. hom. III. in Job. *Οὐκ εἶδες καὶ τοὺς παρ' ἡμῖν ἄρχοντας, ὅταν μὲν μετὰ τιμῆς τινα καλῶσι, πῶς ἀποστέλλουσι τοὺς δρομεῖς, Κούρσωρας καλουμένους Ῥωμαϊστί.* Vid. Cangii Glossar. med. et inf. Graec. s. v. κούρσωρ. — *ἀχθήτω ὁ Ἰησοῦς.*) Par. C. add.

eum. Advocans autem Pilatus cursorem dicit ei: Cum moderatione modo adducatur Jesus. Exiens vero cursor et agnoscens eum adoravit, et fasciale involutorium, quod ferebat [cursor] in manu sua, expandit in terra

---

ὧδε. — Ἐκβὰς) Mon. A. et Par. B. Ἐξελθὼν. — αὐτὸν) Par. C. τὸν Ἰησοῦν. Seq. αὐτῷ Mon. A. om. — καὶ ἔλαβε) Mon. A. καὶ λαβὼν omisso seq. καὶ et αὐτὸ ante χαμαί. Vocem κατάπλωμα unus e Lexicographis Cangius in Glossar. med. et inf. graec. e nostro loco attulit, sed significatum non notavit. Equidem nescio, unde eam repetam, nisi a verbo καθαπλόω, de quo vid. Schaeferi Meletem. I. p. 88., ut καθάπλωμα scribatur et intelligatur *expansum* aliquid, linteum vel sudarium vel pallium, vestis expansa. Quanquam videntur recentiores Graeci pronuntiasse ἁπλόω. Nam codd. in seqq. etiam habent ἥπλωσε, et Cangius in Gloss. Gr. notavit ἄπλωμα, quae est *mappa altaris*. Par. B. καὶ ἔλαβε τὸ φακεόλιον, ὃ κατεῖχε κατὰ τὴν τάξιν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἥπλωσε κτλ. Par. C. καὶ ἐκβαλὼν τὸ φακεόλιον αὐτοῦ ἥπλωσε χαμαί. Vocem φακιόλιον, quae alibi φακιώλιον et φακιόλιον scribitur, grammatici interpretantur *capitis integumentum*. Suidas φάκελλος, τὸ τῆς κεφαλῆς φόρεμα, ὃ καὶ φακιόλιον λέγεται. Id. φακιόλιον. Κρέων ἐν τῷ ά τῶν Ῥητορικῶν, κορδύλην φησὶ καλεῖσθαι παρὰ Κυπρίοις τὸ κεφαλῆς περιείλημα· ὃ δὴ παρ' Ἀθηναίοις καλεῖται κρώβυλον· παρὰ δὲ Πέρσαις, κιδάριον. Photius φάκελος, τὸ τῆς κεφαλῆς φόρεμα. Plura vid. apud Cangium in Gloss. med. et inf. graec. s. v. φακεώλιον. In Latino textu respondet huic voci *fasciale involutorium*, ubi monemus potius *fasciolum* vel *faciale* scribendum esse. Scriba cod. Par. D. a reliquis dissentiens et diversas res confundens haec hallucinatur: Ἐκβαλὼν οὖν ἡγεμὼν ὁ Πιλάτος τὸ μανδήλιον ἤτοι τὸ φακιόλιον αὐτοῦ δέδωκεν ἑνὶ τῶν ὑπηρετῶν αὐτοῦ, Ῥαχαὰβ ὀνόματι, ἤγουν τῷ κούρσορι (cod. τοῦ κούρσορος) αὐτοῦ, λέγων αὐτῷ· Ἄπελθε καὶ δεῖξον τοῦτο τῷ Ἰησοῦ, καὶ εἰπὲ αὐτῷ· Πιλάτος ὁ ἡγεμὼν καλεῖ σε πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν. Ἀπῆλθε τοίνυν ὁ ὑπηρέτης, καὶ εὑρὼν τὸν Ἰησοῦν ἐν τῇ ἡμέρᾳ κυριακῇ τῶν Ἑβραίων καθήμενον ἐπὶ ὄνου, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ Ἑβραῖοι ἐστρώννυον τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ περιεπάτει ὁ ὄνος ἐπάνω τῶν ἱματίων. Tum iste minister dicitur Pilati μανδήλιον pedibus Christi substravisse, et Judaeis id factum indignantibus coram Pilato ea fere respondisse,

§ 3.

αὐτοῦ, καὶ ἥπλωσεν αὐτο χαμαὶ, καὶ λέγει τῷ Ἰησοῦ· *Κύριε, ὧδε περιπάτησον καὶ εἴςελθε, καλεῖ σε ὁ ἡγεμών.* Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ὃ ἐποίησεν ὁ κούρσωρ, κατέκραξαν τῷ Πιλάτῳ (τοῦ Πιλάτου) λέγοντες· *Διάτι ὑπὸ πραίκωνα αὐτὸν οὐκ ἐκάλεσας (ἐκέλευσας) ἐλθεῖν, ἀλλ' ὑπὸ κούρσωρα.* (*Καὶ γὰρ ὁ κούρσωρ θεασάμενος αὐτὸν προςεκύνησε, καὶ τὸ φακεώλιον αὐτοῦ ἥπλωσε χαμαὶ, καὶ ὡς βασιλέα αὐτὸν περιπατῆσαι πεποίηκεν.*) Ὁ δὲ Πιλάτος μετακαλεσάμενος τὸν κούρσωρα λέγει αὐτῷ· *Τί τοῦτο ἐποίησας; (καὶ ἥπλωσας τὸ φακεώλιόν σου ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐπ' αὐτῷ περιπατῆσαι*

§ 3. *πεποίηκας τὸν Ἰησοῦν;*) Λέγει αὐτῷ ὁ κούρσωρ· *Κύριε ἡγεμὼν, ὅτε ἀπέστειλάς με ἐν Ἱεροσολύμοις πρὸς Ἀλέξανδρον, εἶδον αὐτὸν καθεζόμενον ἐπὶ ὄνου, καὶ οἱ παῖδες τῶν Ἑβραίων ἔκραζον· Ὡσαννὰ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος! κλάδους ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν κατέχοντες· ἄλλοι δὲ ὑπεστρώννυον τὰ ἱμάτια αὐτῶν λέγοντες· Σῶσον δὴ, ὁ ἐν τοῖς ὑψί-*

---

quae in nostro textu leguntur. *Μανδήλιον* vero est Latinorum *mantile*, *χειρόμακτρον*. Vid. Cangium in Glossar. Gr. T, I. col. 868. Scriba ille *μανδήλιον* cum *φακεολίῳ* tanquam synonymum componens videtur cogitasse de orario. Lexicon MS. Cyrilli et Glossae MSS. Reg. Cod. 990. et 2062. *Σιμικίνθιον, τὸ παρὰ τοὺς πόδας σανδάλιον. Τινὲς δὲ τὸ φακεόλιον λέγουσιν, κυρίως δὲ ῥινόμακτρον, ὅ ἐστι μυξομάνδιλον.* De substratione vestium vel peplorum similiumque rerum honoris causa usitata apud varias gentes vid. Martini de Roa Singularia scripturae lib. II. c. 7. sq. Jo. Nicolai disquis. de substratione vestium Giess. 1701. Wetstenius aliique interpr. ad Matth. XXI, 8. — *Κύριε, — ἡγεμών.*) Mon. A. post *εἴςελθε* inserit *εἰς τὸ πραιτώριον, ὅτι.* Par. B. ibidem inserit *ἐπὶ τοῦ βήματος.* Par. C. *Κύριέ μου, ἐνταῦθα περιπάτησον, ὅτι καλεῖ σε ὁ ἡγ.* Vocula *ὅτι* etiam in textu Lat. expressa. — *κατέκραξαν τῷ Πιλάτῳ*) Mon. A. *ζήλου πλησθέντες κατέκραζον τοῦ Πιλάτου.* Ita rectius *κατακράζειν τινὸς clamare adversus aliquem.* In cod. Par. C. totus locus sic legitur: *Ἰδ. δὲ οἱ Ἰουδ., ὃ ἐπ. ὁ κούρσωρ, ὅτι προσεκύνησε τὸν Ἰη-*

dicens: Domine, super hoc ambulans ingredere, quia praeses te vocat. Videntes autem Judaei, quod fecit cursor, exclamaverunt ad Pilatum dicentes: Quare non sub voce praeconis jussisti eum introire, sed per cursorem? Cursor enim videns eum adoravit illum, et fasciale, quod tenebat in manu, expandit ante eum in terra, et dixit ei: Domine, clamat te praeses. Advocans autem Pilatus cursorem dicit: Quare hoc fecisti? Dicit ei cursor: Quando me misisti de Jerosolyma ad Alexandrum, vidi Jesum sedentem super asinum, et pueri Hebraeorum clamabant *Osanna filio David*, ramos tenentes in manibus suis: alii autem (sternebant) vestimenta sua (in via) dicentes: *Salva igitur, qui es in*

σοῦν, καὶ τὸ φακεόλιον αὐτοῦ ἥπλωσε, κατέκραξαν αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν Πιλάτον λέγοντες· Διάτι οὕτως ἐκέλευσας αὐτὸν μετὰ τιμῆς εἰσελθεῖν; Λέγει αὐτῷ ὁ κούρσωρ· Κύριέ μου ἡγεμὼν, ὅτε κτλ. — ὑπὸ πραίκωνα) Par. A., cujus textum reddimus, ὑπὸ πρεπόκονα vel πρεσπόκονα, sub qua voce Cangius in Gloss. gr. nostrum locum e Ms. affert. Mon. A. recte cum Genitivo ὑπὸ πρέκωνος. Id. ὑπὸ κούρσωρος. — ἐκάλεσας) Par. B. et Mon. A. melius ἐκέλευσας, quod cum etiam in Lat. codd. expressum esset, in textu semicirculis circumdatum apposuimus. Sequens additamentum Καὶ γὰρ — πεποίηκεν. e cod. Mon. A. petitum est. Idem in Par. B., ubi post φακεόλιον, ὃ κατεῖχεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, additur, et verba illa cursoris ad Jesum repetuntur. Vid. text. Lat. Alterum additamentum post verba Τί τοῦτο ἐποίησας; solus Mon. A. habet, idque etiam a Lat. textu abest. Judaei suspicabantur, quod Pilatus Christum voce cursoris citari jussisset, id consulto factum esse reverentiae testificandae causa, praesertim cum iste cursor honorem regibus advenientibus in Oriente praestari solitum Christo praestitisset. — Κύριε ἡγεμὼν,) Mon. A. Κύριέ μου. Id. seqq. sic ὅτε με ἀπ. εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τὸν Ἀλ. Etiam Par. B. εἰς Ἱερουσαλὴμ. Alexandrum supra diximus eundem esse, cujus mentio Act. IV, 6. — καθεζόμενον) Mon. A. καθήμενον. — ἐπὶ ὄνου,) Par. C. ἐπὶ πώλου. Conf. Matth. XXI, 7. — καὶ οἱ παῖδες —

§ 3.

στοις, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου! Λέγουσι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς τὸν κούρσωρα· Οἱ μὲν παῖδες τῶν Ἑβραίων Ἑβραϊστὶ ἔκραζον, πόθεν δὲ σὺ Ἕλλην ὑπάρχων οἶδας τὸ Ἑβραϊστί; Λέγει αὐτοῖς ὁ κούρσωρ· Ἠρώτησά τινα τῶν Ἑβραίων, τί ἐστιν ὃ κράζουσιν Ἑβραϊστί; κἀκεῖνός μοι ἡρμήνευσε. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Πῶς ἔκραζον Ἑβραϊστί; Λέγουσιν αὐτῷ· Ὡσαννά. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Τὸ ὡσαννὰ τί ἑρμηνεύεται; (Λέγουσιν αὐτῷ·) Σῶσον δή.

ἐν ὀνόματι κυρίου.) Mon. A. *καὶ οἱ π. τῶν Ἑβρ ἔκραζον Ἑβραϊστὶ κλάδους ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν κατέχοντες· ἄλλοι δὲ ὑπ. τὰ ἱμ. αὐτῶν λέγοντες· ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψ. κτλ.* Par. B. *καὶ οἱ π. τῶν Ἑβρ. κλάδους κατεῖχον ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, καὶ ἔκραζον· ἄλλοι δὲ* rel. ut Mon. A. Par. C. *καὶ οἱ π. τῶν Ἑβρ. ἔκραζον καὶ κατέχοντες κλάδους ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν· Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου.* Reliqua desunt. Textui nostro, licet pessimo, respondet Latinus. Fluxerunt haec e varia et imperita Evangelicae veritatis imitatione. Conf. Matth. XXI, 8. 9. Marc. XI, 8. 9. Joan. XII, 13. *Οἱ παῖδες τῶν Ἑβραίων*, pueri sive filii Hebraeorum, observante Fabricio ponuntur pro Hebraeis. Infra tamen in Pilati verbis Genitivus *τῶν Ἑβραίων* omittitur, et pro *παίδων* in cod. Par. C. legitur *νηπίων*. In cod. Par. D. responsio Pilati haec est: *ἐπεὶ ὁμολογεῖτε, ὅτι οὕτως ἔλεγον οἱ ἀπειρόκακοι παῖδες ὑμῶν, πῶς νῦν κατηγορεῖτε καὶ λέγετε κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὅσα λέγετε;* Videtur potius respici ad Matth. XXI, 15. 16. Ex hoc autem loco videtur Balthasar Bonifacius Historiae ludicrae lib. VIII. cap. 21. pueris Hebraeorum tribuisse, quod Matthaeus ibid. v. 8. *πλείστῳ ὄχλῳ*. — *Λέγουσι δὲ)* Ab his verbis incipit Mon. B. *Οἱ λέγουσι* (apud Hardtium *οἱ λέγοντες*) *πρὸς κούρσωρι.* Mon. A. *Καὶ λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ κούρσωρι.* — *Οἱ μὲν παῖδες τῶν Ἑβραίων)* Mon. A. *Οἱ παῖδες, ὡς λέγεις.* Par. C. haec om. et Judaeis haec sola verba tribuit: *Σὺ Ἕλλην ὢν πῶς τοῦτο ἔγνως;* — *πόθεν — Ἑβραϊστί;)* In cod. haec vitiose scripta *πόθεν δὲ ἐσοὶ ἔλλους ὑπάρχων ἴδες τὸ ἑβρ.* Par. B. *γινώσκεις* pro *οἶδας*. Mon. A. *σὺ δὲ πόθεν ἔμαθες καὶ ἑρμηνεύεις αὐτὰ Ἑλληνιστί;* Mon. B. *πόθεν δέ σοι τῷ Ἑλληνιστῇ;* Fortasse scrib. *τὸ Ἑλληνιστί.* — *Ἠρώτησά τινα — Σῶσον δή.)* Priora verba vitiose a Birchio edita nos ex co-

celsis, benedictus qui venit in nomine domini. Clamaverunt Judaei dicentes adversus cursorem: Pueri quidem Hebraeorum Hebraice clamabant; unde tibi, cum sis Graecus, Hebraica? Dicit eis cursor: Interrogavi quendam Judaeorum et dixi ei: *Quid est quod clamabant Hebraice?* et ille mihi discernit. Dicit eis Pilatus: Quomodo autem clamant Hebraice? Et dicunt ei: Osanna. (Et Pilatus:) Quomodo interpretatur? Dicunt ei: O domine salvum fac, seu o domine salva igitur.

---

dice emendavimus. Ante *Σῶσον δὴ* interseruimus *Λέγουσιν αὐτῷ.* Mon. B. *Ἠρ. τινα τῶν Ἰουδαίων καὶ εἶπα, τί ἐστιν, ὃ κρ. Ἑβρ.; κἀκ. ἡρμ. μοι. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Πῶς δὲ ἔκραζον Ἑβρ.; Λέγ. αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Ὠσαννα. μεμβρομη. βαρουχαμα. ἀδοναΐ. Λέγ. αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Καὶ τὸ ὡσαννὰ καὶ τὰ λοιπὰ τί ἑρμηνεύεται; Λέγουσιν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Σῶσον δὴ ὁ ἐν τοῖς ὑψίστοις· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.* Apparet voces illas Hebraicas esse has: הושיעה נא במרומים ברוך הבא (בשם) אדני Brevior textus Mon. A. *Ἠρ. τινα τῶν Ἰουδαίων γέροντα, τί ἐστιν, ὃ κράζουσιν οἱ παῖδες Ἑβραϊστί; καὶ εἶπέ μοι, ὅτι τὸ ὡσαννά, σῶσον δὴ ἑρμηνεύεται.* Nimia brevitate cod. Par. C. *Ἠρ. τινα τῶν Ἑβρ., κἀκεῖνός μοι ἡρμήνευσε πάντα.* Recte *ὡσαννὰ* hic redditur *σῶσον δή.* Sic Septuaginta Ps. CXVIII, 25. ad quem conf. Theodoret. Suidas hanc interpretationem reprobans Hebraicae linguae ignorantiam prodit. Ipse vocem *ὡσαννὰ* idem esse censet, quod *δόξα.* Vid. *Alberti* in Miscell. Crit. ad calcem Glossar. N. T. p. 283. et *Ernesti* in notis ad Suidae et Phavorini Glossas sacr. p. 159. sq. In cod. Par. D. Judaei falso interpretantur *σῶσον ἡμᾶς κύριε.* Idem error in Latinis editionibus. Ibi Fabricius haec adnotaverat: Osanna non sonat *salva nos*, sed *salva quaeso*, neque respicit adeo acclamantes, sed eum, cui hoc acclamatur, ut 2 Sam. XIV, 4. Quod vero apud Matth. XXI, 9. legas: *Osanna filio David*, est locutio elliptica, qualis apud Lampridium in Alex. Severo (cap. 56.) *Alexander Auguste, Dii te servent. — Juveni imperatori, Patri patriae, Pontifici maximo*, subintellige, hanc a deo salutem vovemus. Vid. Franc. Bernard. Ferrarium de veterum acclamat. et plausu lib. I. c. 21. Huet. ad Origen. p. 76.

§ 4.

Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Ὑμεῖς μαρτυρεῖτε τὰς φωνὰς τὰς παρὰ τῶν παίδων λεχθείσας· τί ἥμαρτεν ὁ κούρσωρ; Οἱ δὲ
§ 4. *ἐσιώπησαν. Λέγει ὁ ἡγεμὼν τῷ κούρσωρι· Ἔξελθε καὶ οἵῳ βούλει τρόπῳ εἰςάγαγε αὐτόν. Ἐκβὰς δὲ ὁ κούρσωρ ἐποίησε τὸ σχῆμα τὸ πρῶτον, καὶ λέγει αὐτῷ· (τῷ Ἰησοῦ·) Κύριε, (εἴςελθε,) ὁ ἡγεμών σε καλεῖ. Εἰςελθόντος δὲ τοῦ Ἰησοῦ καὶ τῶν σιγνοφόρων κατεχόντων τὰ σίγνα ἐκάμφθησαν αἱ προτομαὶ τῶν σίγνων, καὶ προςεκύνησαν τῷ Ἰησοῦ.*

Sic apud Dionem lib. LXIII. p. 724. (ed. Reimari p. 1041.) legas acclamatum Neroni imperatori: *Vah! victor Olympice, vah! victor Pythice, Auguste, Auguste! Neroni Herculi, Neroni Apollini!* — Rectius alii interpretes verba *τῷ υἱῷ Δαβὶδ* monuerunt pendere ab *ὡσαννά*, quia יָשַׁע etiam cum dativo construitur. Vid. Wolf. in Curis ad Matth. XXI, 9. — *Ὑμεῖς*) Mon. A. et B. *Εἰ ὑμεῖς*. Par. C. *Εἰ οὖν ὑμεῖς*. — *μαρτυρεῖτε — λεχθείσας·*) Mon. A. *μαρτ. καὶ συμφωνεῖτε ταῖς λεχθείσαις φωναῖς τῶν παίδων*. Par. C. *μαρτ. ταῖς φωναῖς ταύταις παρὰ τῶν νηπίων λεχθείσαις*. Sensus verborum est: Si vos testimonio vestro comprobatis illam popularium sive puerorum vestrorum acclamationem, quid deliquit cursor illos imitatus et simili honore Jesum afficiens? Ex usu scriptorum N. T. *μαρτυρεῖσθαι* hoc significatu cum dativo construitur. — *Οἱ δὲ ἐσιώπησαν.*) Mon. A. add. *μὴ δυνάμενοι τῷ Πιλάτῳ ὑπὲρ τούτου ἀποκριθῆναι*. — *Λέγει ὁ ἡγεμών*) Mon. A. *Καὶ λέγει*. Mon. B. *Λέγει πάλιν ὁ Πιλάτος*. — *Καὶ οἵῳ — αὐτόν.*) Mon. A. horum loco dat *κάλεσον τὸν Ἰησοῦν*. Mon. B. *καὶ οἵῳ τρόπῳ βούλει εἰςάγαγε τὸν Ἰησοῦν*. Par. C. *καὶ ὡς βούλῃ εἰςάγ. αὐτόν*. — *Ἐκβάς*) Mon. A. et Par. C. *Ἐξελθών*. Mon. B. post *ὁ κούρσωρ* add. *ἐκ τοῦ πραιτωρίου*. — *τὸ σχῆμα τὸ πρῶτον,*) Male Mon. B. *τὸ σχ. τῷ πρώτῳ*. Rectius Mon. A. *κατὰ τὸ πρῶτον σχῆμα*. Par. C. *καθὼς καὶ τὸ πρότερον*. — *καὶ λέγει αὐτῷ·*) Par. C. *καὶ ἁπλώσας τὸ φακιόλιον αὐτοῦ χαμαὶ λέγει τῷ Ἰησοῦ*. Pro *αὐτῷ* etiam Mon. A. et B. *τῷ Ἰησοῦ*. Post *κύριε* Mon. A. et B. cum Par. C. inserunt *εἴςελθε*, et Mon. A. *ὅτι* ante *ἡγεμών*. — *κατεχόντων*) Mon. B. *κρατούντων*. Idem antecedens *καὶ* om. — *αἱ προτομαὶ τῶν σίγνων*) Mon. A. om. *τῶν σίγνων*. Mon. B. add. *ἑαυταῖς*. Par. B. *ἔκαμψαν αἱ προτ. τῶν σ. ἑαυταῖς*. (fort. *ἑαυτάς*.) In Par. C.

Dicit eis Pilatus: Vos autem attestamini voces, quas pueri dixerunt; quid (ergo) peccavit cursor? Et tacuerunt. Dicit cursori praeses: Exi, et quovis (ordine) introduc eum. Exiens vero cursor fecit sicut et priori schemate, et dicit ad eum: (Jesum:) Domine, ingredere, quoniam vocat te praeses. Ingresso autem Jesu et signiferis ferentibus signa, curvata sunt capita signorum ex se et adoraverunt Jesum. Videntes autem Ju-

---

hic et infra barbare scriptum προτιμαὶ. Sunt αἱ προτομαὶ τῶν σίγνων effigies imperatorum signis militaribus affixae, vel capita sive summae partes signorum, vel signa ipsa periphrastice sic dicta. Apud recentiores frequentissime occurrit προτομὴ pro *imperatoris effigie thorace tenus expressa*. Sic Josephus Ant. Jud. XVIII, 3. 1. Πιλάτος — εἰσέφρησε προτομὰς Καίσαρος, αἳ ταῖς σημαίαις προσῆσαν, εἰσαγόμενος εἰς τὴν πόλιν κτλ. Ejusmodi effigies in signis depictas fuisse satis notum est. Conf. Euseb. de vita Constant. I, 31. et plures locos a Cilano in Antiquit. Romanis laudatos Tom. III. p. 514. sq. Inde Hesychius προτομὴ, εἰκὼν βασιλικὴ, ἕως τοῦ ὀμφαλοῦ τοῦ σώματος εἶδος. Suidas προτομαὶ βασιλικαὶ, εἰκόνες βασιλικαί. καὶ προτομαὶ λεόντων καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων. κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων ἡ προτομὴ λέγεται. Idem infra: καὶ ἐπὶ κριοῦ μηχανικοῦ προτομὴ λέγεται τὸ ἔμπροσθεν μέρος. Antiquis igitur scriptoribus proprie dicuntur προτομαὶ animalium ratione carentium, ut εἰκόνες hominum. Conf. Ammonius s. v. εἰκὼν ibique Valckenar., Jul. Pollux I, 189. II, 47. et Photius in Lex. Sic 1 Reg. X, 19. προτομαὶ μόσχων. Deinde etiam aliarum rerum summitates et partes anteriores, velut arietis, machinae bellicae, sic appellantur; ut hoc loco etiam *capita signorum* cum interprete Latino intelligi possint. Apud Cangium vero in Gloss. gr. s. h. v. editur gloss. Lex. Ms. Colbertei: Σημαία, (leg. Σημεῖα vel Σημαῖαι,) σίγνα, προτομαί. Inde colligas προτομὰς σίγνων esse periphrasin, et vocem illam per se usurpatam esse de signis et vexillis, fortasse quia in iis animantium imagines conspicerentur. In nostro textu infra σίγνα καμφθῆναι legis. Praeter Cangium in Gloss. gr. et Henr. Stephanum in Thes. gr. Tom. III. col. 1404. vid. de h. v.

§ 4.

Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τὸ σχῆμα τῶν σίγνων, πῶς ἐκάμφθησαν καὶ προςεκύνησαν τῷ Ἰησοῦ, περισσοτέρως ἔκραζον κατὰ τῶν σιγνοφόρων. Ὁ δὲ Πιλάτος λέγει πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· Οὐ θαυμάζετε, πῶς [αἱ αὐταὶ] ἐκάμφθησαν αἱ προτομαὶ τῶν σίγνων καὶ προςεκύνησαν τῷ Ἰησοῦ; Λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς Πιλάτον· Ἡμεῖς εἴδομεν, πῶς ἔκαμψαν (τὰς προτομὰς) οἱ σιγνοφόροι καὶ προςεκύνησαν αὐτῷ. Προςκαλεσάμενος δὲ ὁ ἡγεμὼν τοὺς σιγνοφόρους λέγει αὐτοῖς· Τί τοῦτο ἐποιήσατε; Λέγουσιν αὐτοὶ τῷ Πιλάτῳ· Ἡμεῖς ἄνδρες Ἕλληνες ὑπάρχομεν, καὶ πῶς εἴχομεν προςκυνῆσαι αὐτόν; Καὶ γὰρ κατεχόντων ἡμῶν τὰς προτομὰς ἑαυταῖς ἐκάμφθησαν καὶ προςεκύνησαν. Λέγει ὁ Πιλάτος τοῖς ἀρ-

---

Wesseling. ad Diodor. Sic. Tom. I. p. 21. et 108. et Ruhnken. in Ictorum Graec. Commentarios in tit. D. et Cod. *de postulando* p. 4. (in Operis Basilici Fabrotiani Supplemento ed. a Reitzio Lugd. 1765.) Fabula ipsa, quam hic legis, similis est illi apud Sozomenum h. e. V, 21. narratae, Christo puello, cum Herodem fugeret, Hermopolin intranti proceram arborem se incurvasse eumque adorasse. Vid. supra pag. 396. Fortasse auctor fabulae respexit ad morem Romanum *submittendi fasces majori.* — Ἰδόντες δὲ — σιγνοφόρων.) Mon. B. cum nostro textu consentit, nisi quod habet τὸ πῶς ἐκάμφθησαν ἑαυταῖς et περισσῶς. Sed Mon. A. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι περισσῶς ἔκραζον κατὰ τῶν σιγνοφόρων, ὅτι αὐτοὶ θέλοντες ἔκαμψαν τὰς προτομάς. Par. C. Ἄννας δὲ καὶ Καϊάφας καὶ Ἰώσιππος (scr. Ἰώσηπος), οἱ τρεῖς ψευδομάρτυρες, ἤρξαντο περισσῶς κράζειν κατὰ τῶν σιγνοφόρων. Notandus in his error, qui etiam in Prologo Evangelii nostri Latino deprehenditur, quod Ἰώσηπος ὁ Καϊάφας una persona quasi divisa est in duas. Phrasis περισσῶς κράζειν e Matth. XXVII, 23. et Marc. XV, 14. ubi alii codd. περισσοτέρως, ut nostro loco. Illud vero quod dicitur τὸ σχῆμα τῶν σίγνων, et in Lat. textu cod. Einsidl. redditur *signa signorum*, pertinet ad inclinationem eorum. Similiter supra τὸ σχῆμα τὸ πρῶτον de gestu et ritu, quo cursor Christum prius jam in praetorium introduxerat. — πῶς [αἱ αὐταὶ] ἐκάμφθησαν αἱ προτομαὶ τῶν σίγνων) Par. B.

daei signa signorum, quomodo curvata sunt capita ipsorum et adoraverunt Jesum, magis clamabant adversus signiferos. Pilatus vero dicit ad Judaeos: Non laudatis, quomodo ex se curvata sunt capita signorum et adoraverunt Jesum? sed clamantes (clamatis) ad signiferos, quasi ipsi curvaverint et adoraverint. Dicunt Judaei ad Pilatum: Nos vidimus, quomodo inclinaverunt signiferi et adoraverunt Jesum. Advocans vero praeses signiferos dicit eis: Quare sic fecistis? Dicunt Pilato: Nos viri pagani sumus et templorum servi, quomodo habuimus adorare eum? Etenim nos tenentes (tenentibus nobis) signa curvaverunt se et adoraverunt. Dicit Pilatus ad archisynagogos et seniores plebis ipso-

---

πῶς ἑαυτὰς ἔκαμψαν αἱ πρ. των σ. Mon. B. *τὸ πῶς ἐκ. αἱ αὐταὶ αἱ προτομαὶ.* Mon. A. et Par. C. rectius om. *αἱ αὐταὶ*, quod nos uncis inclusimus. Posit tamen, ut supra, scribi *ἑαυταῖς.* Id. Mon. A. cum Mon. B. om. *σίγνων.* — *Ἡμεῖς εἴδομεν,)* Cod. *οἴδαμεν*, quod etiam in Mon. B. Birch. *ειδαμεν.* Nos e cod. Mon. A. *εἴδομεν.* Verba seqq. Mon. A. sic: *πῶς ἔκαμψαν τὰς προτομὰς οἱ σιγνοφόροι, καὶ προσεκύνησαν θελόντων αὐτῶν τῷ Ἰησοῦ.* Par. C. *πῶς ἔκαμψαν οἱ σιγνοφόροι τὰ σίγνα. Τότε λέγει ὁ Πιλάτος· Ὑμεῖς ἐκλέξασθε κτλ.* Reliqua omnia, quae in nostro textu interposita sunt, ibi omissa. — *ὁ ἡγεμὼν)* Mon. B. *ὁ Πιλάτος.* — *Τί τοῦτο)* Mon. A. et B. *Τί οὕτως.* — *Ἡμεῖς — προσκυνῆσαι αὐτόν;)* Cod. vitiose in his *ἥχαμεν*, unde Birch. *ἤκαμεν* edidit. Rectius Par. B *Ἡμεῖς ἄνδρες ἐσμὲν ἱερόδουλοι, καὶ πῶς εἴχομεν προσκυνῆσαι αὐτόν;* Mon. A. *Ἡμ. ἄνδρες Ἕλλ. ἐσμὲν ἱερόδουλοι, καὶ πῶς ἔχομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ;* Mon. B. *Ἡμ. ἄν. Ἕλλ. καὶ ἱερόδουλοι ὄντες πῶς εἴχομεν πρ. αὐτῷ;* In Lat. codd. *Nos viri pagani sumus et templorum servi, quomodo habuimus adorare eum?* Ita *ἱερόδουλοι* e vulgari significatu, quo etiam 3 Esdr. VIII, 22. 51. legitur. Sed hic dictum est de *cultoribus deorum.* Sensus verborum est: Cum nos Judaei non simus, sed pagani et deorum cultores, non habemus, quod hunc adoremus. — *κατεχόντων — ἐκάμφθησαν)* Birch. vitiosam scripturam cod.

§ 4.

χισυναγώγοις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων· Ἐκλέξασθε ὑμεῖς ἄνδρας δυνατοὺς, καὶ αὐτοὶ κατέχωσι τὰ σίγνα, καὶ ἴδωμεν, εἰ ἑαυτοῖς κάμπτονται. Ἐπιλαβόμενοι δὲ οἱ πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων ἄνδρας δώδεκα κραταιοὺς καὶ δυνατοὺς, ἀνὰ ἓξ ἐποίησαν κατασχεῖν τὰ σίγνα, καὶ ἐστάθησαν ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ ἡγεμόνος. Καὶ λέγει ὁ Πιλάτος τῷ κούρσωρι· Ἔκβαλε αὐτὸν (τὸν Ἰησοῦν) ἔξω τοῦ πραιτωρίου, καὶ εἰςάγαγε αὐτὸν πάλιν οἵῳ βούλει τρόπῳ. Καὶ ἐξελθὼν ἔξω τοῦ πραιτωρίου ὁ Ἰησοῦς, προςκαλεσάμενος ὁ Πιλάτος τοὺς κατέχοντας τὰς προτομὰς [καὶ τοὺς πρώτους τῶν Ἰουδαίων καὶ] λέγει αὐτοῖς· Ὤμοσα κατὰ τῆς σωτηρίας Καίσαρος, ὅτι ἐὰν καμφθῶσι τὰ σίγνα ἀνελθόντος

κατέχοντας etiam in Lat. textu expressam retinuerat. Idem *ἑαυται* pro quo in cod. *ἑαυταῖς*. Par. B. *κατεχόντων ἡμῶν τὰς πρ. αὐταὶ ἑαυτὰς ἔκαμψαν*. Mon. A *αὐταὶ ὑφ' ἑαυτῶν ἐκάμφθησαν*. Mon. B. *κατ. ἡμῶν τὰ σίγνα αἱ προτομαὶ ἑαυταῖς ἐκάμφθησαν*. Iidem Mon. A. et B. post *προσεκύνησαν* add. *αὐτῷ* — *τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων*·) Mon. A. haec om. Mon. B. om. *τῶν Ἰουδαίων*. Sunt hi, quorum nomina ab initio capitis leguntur. — *Ἐκλέξασθε ὑμεῖς*) Cod. *ἐκλέξασθαι*. Birch. *ἐκλέξατε*, quod in Mon. A. et B. Transponit Par. C. *Ὑμεῖς ἐκλέξασθε*. — *δυνατοὺς*) Par. B. C. Mon. A. B. add. *καὶ κραταιούς*. — *καὶ αὐτοὶ κατέχωσι*) Cod. vitiose *κατέχουσιν*. Par. B. et Mon. B. *καὶ αὐτοὶ κατάσχωσι*. Par. C. *οἵτινες κατάσχωσι*. Mon. A. *καὶ αὐτοὶ κατασχέτωσαν*. — *εἰ ἑαυτοῖς κάμπτονται*.) Cod. vitiose *ἦ*. Par. C. om. *ἑαυτοῖς* et post *κάμπτονται* add. *ἢ οὔ*. Mon. A. *εἰ αὐτὰ κάμπτ*. — *Ἐπιλαβόμενοι — τοῦ ἡγεμόνος*.) Par. C. abbreviata haec dat: *Τότε οἱ Ἰουδαῖοι ἐξελέξαντο ἄνδρας δυνατοὺς ιβ, καὶ ἐβάσταζον τὰ σίγνα*. — *οἱ πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων*) Mon. A. *οἱ Ἰουδαῖοι*. — *ἀνὰ ἕξ*) Cod. *ἀνὰ ἓξ ἕξ*. Item Par. B. Lat. textus *senos et senos* Rectius Mon. A. et B. ut nos scripsimus. — *κατασχεῖν*) Mon. B. et Par. B. *κατέχειν*. — *τοῦ βήματος*) Mon. A. et B. om. — *Ἔκβαλε — τρόπῳ*.) Par. C. *Παραλαβὼν τὸν Ἰησοῦν ἔξελθε τοῦ πραιτωρίου καὶ εἰσάγ. αὐτὸν ὡς βούλῃ*. Seqq. *Καὶ ἐξελθὼν — ἐκ δευτέρου*. Idem

rum: Eligite vos viros potentes et fortes, et ipsi contineant signa, et videamus, si ex se curventur. Accipientes autem seniores Judaeorum viros duodecim fortissimos (et) potentes, senos et senos fecerunt continere signa, et steterunt ante conspectum praesidis. Dicit Pilatus cursori: Ejice Jesum foris praetorium, et intromitte eum iterum qualivis ordine. Et exivit foras praetorium Jesus et cursor. Et advocans Pilatus qui tenebant signa [priores], juravit eis per salutem Caesa-

---

prorsus om. Mon. A. *Ἔκβαλε τὸν Ἰησοῦν ἔξω τοῦ πραιτωρίου.* Reliquis omissis ibi tum sic continuatur narratio: *Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς Ἰουδαίους τοὺς κατέχοντας τὰς προτομὰς ὤμοσεν αὐτοῖς κατὰ τῆς σωτηρίας τοῦ Καίσαρος λέγων· Ὅτι ἐὰν καμφθῶσιν αἱ προτομαὶ εἰσελθόντος τοῦ Ἰησοῦ, ἀποτεμῶ τὰς κεφαλὰς ὑμῶν.* — *Καὶ ἐξελθών*) Mon. B. *Καὶ ἐξῆλθεν.* Tum idem cum Par. B. post *ὁ Ἰησοῦς* recte add. *ὁ κούρσωρ*, et ante *προσκαλεσάμενος* ponit *καί.* Sic respondent haec textui Latino: *Et exivit foras praetorium Jesus et cursor. Et advocans* seqq. Nostri cod. scriptura vitiosa est. — *τοὺς κατέχοντας — λέγει*) Mon. B. *τοὺς πρώην κατέχοντας τὰς προτομὰς λέγει.* Par. B. *τοὺς πρώτους τοὺς κατέχ. τὰς προτ. καὶ λέγει.* Infra Mon. B. ante *καμφθῶσι* interserit *μή.* Secundum nostrum textum, quocum facit Mon. A., Pilatus viris Judaeis duodecim ad signa tenenda electis capitale supplicium minatur, si patiantur intrante Jesu signa iterum incurvari. Ex altera vero scriptura Mon. B. procurator per salutem Caesaris jurat signiferis, qui prius signa tenuerant, se capita ipsorum abscisurum, si non iterum signa incurventur, atque sic fraus ante ab ipsis commissa detegatur. Verba in textu uncinis inclusa male adjecta esse apparet. In Lat. textu cod. Einsidl. *priores* videtur omittendum. Conf. textus Lat. varr. lectt. — *κατὰ τῆς σωτηρίας Καίσαρος*) Mon. A. *τοῦ Καίσ.* Mon. B. om. *τῆς σωτηρίας.* Fabricii haec est ad istum locum adnotatio: „Per salutem, vitam, genium, *σωτηρίαν, τύχην*, frequens hoc jusjurandum sub imperatoribus et principibus ethnicis. Sed et sub Christianis animadversum est in *pejerantes per venerationem Principis*, ut patet ex l. 2. C. de

§ 4.

τοῦ Ἰησοῦ, ἀποτέμνω τὰς κεφαλὰς ὑμῶν. Καὶ καθίσας ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν εἰςελθεῖν τὸν Ἰησοῦν ἐκ δευτέρου. Καὶ ἐποίησεν ὁ κούρσωρ τὸ σχῆμα τὸ πρῶτον, καὶ πολλὰ παρεκάλει τὸν Ἰησοῦν, ἵνα ἐπίβῃ ἐπὶ τῷ φακεολίῳ αὐτοῦ. Καὶ ἐπέβη καὶ εἰςῆλθεν. Εἰςελθόντος δὲ αὐτοῦ ἐκάμφθησαν πάλιν τὰ σίγνα, καὶ προςεκύνησαν τῷ Ἰησοῦ.

---

reb. cred. et l. 41. de transact. Tertullianus Apologet. c. 32. *Sed et juramus sicut non per genios Caesarum, ita per salutem eorum, quae est augustior omnibus geniis.* Sic per salutem Pharaonis jurat Josephus Genes. XLII, 15. et Jovius apud Sozomen. h. e. IX, 7. πρὸς τῆς σωτηρίας τοῦ βασιλέως. Vegetius II, 5. *Jurant per Deum et per Christum et per Spiritum sanctum, et per majestatem imperatoris, quae secundum deum generi humano diligenda est et colenda. Nam imperatori, cum Augusti nomen accepit, tamquam praesenti et corporali deo fidelis est praestanda devotio.* Catena in Ps. LXII, 12. Tom. II. p. 231. ὥσπερ γὰρ καὶ νῦν εἰώθασιν οἱ ἐξομνύμενοι ποιεῖν λέγοντες, ἐξόμνυμι τὸν θεὸν καὶ τὴν διαμονὴν τῶν βασιλέων. Apud Euseb. h. e. IV, 15. in martyrio Polycarpi: ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην. In Actis Concilii Ephesini: Ἐξομνύμενος τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα καὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ νίκην τῶν δεσποτῶν τῆς οἰκουμένης Φλαΐου Θεοδοσίου καὶ Φλαΐου Οὐαλεντινιανοῦ τῶν αἰωνίων Αὐγούστων. In veteri diplomate, quod edidit Justus Fontaninus ad calcem librorum de antiquitatibus Hortae Coloniae: *per sedis Apostolicae et domini nostri Alexandri Papae salutem.* Apud Nicetam in Manuele Comneno lib. IV. p. 145. Ὁ δὲ πρὸς τοῦ βασιλέως ἐπιταχθεὶς ὅρκον τὴν οἰκείαν κεφαλὴν ἐπαγαγόντος. Plura talia notarunt Cangius ad Zonaram pag. 28. et ad Cinnamum pag. 483. nec non Christophorus Cellarius ad Curtii VI, 11. 18. et ad Minucium Felicem pag. 112. In Capitularibus Caroli M. tamen III, 42. vetitum, *ne quis juret per vitam regis et filiorum ejus.* Scythis olim in more positum jurare τὰς βασιληίας ἱστίας, *per regium solium*, teste Herodoto IV, 68. — ἀνελθόντος) Mon. B. εἰςιόντος. — ἀποτέμνω) Cum Mon. A. etiam Mon. B. et Par. B. ἀποτεμῶ, quod praestat. — Καὶ καθίσας) Mon. A. et B. om. καθίσας. Iidem verba hujus enunciati varie transponunt. Pro ἐκέλευσεν Mon. B. κελεύει. Par. B. om. ἐκ

ris, quia si flectantur signa ingrediente illo, praecidam capita vestra. Et jussit praeses ingredi Jesum secundo. Et fecit cursor eodem schemate sicut et prius, et multum deprecatus est Jesum, ut superascenderet et ambularet super fasciale suum. Et superambulavit et ingressus est. Ingrediente autem Jesu curvaverunt se signa et adoraverunt eum.

δευτέρου. — *Καὶ ἐποίησεν*) Par. B. interserit *πάλιν.* — *παρεκάλει*) Par. B. Mon. A. et B. *παρεκάλεσε.* Mon. A. om. seqq. *ὁ κούρσωρ τὸν Ἰησοῦν.* Mon. B. om. *ὁ κούρσωρ.* — *ἐπὶ τῷ φακεολίῳ*) Mon. A. et B. cum Par. B. *ἐπὶ τοῦ φακεολίου.* — *εἰςῆλθεν.*) Mon. A. add. *εἰς τὸ πραιτώριον.* — *τὰ σίγνα.*) In cod. add. *ἑαυτῶν*, quod Birch. edidit *ἑαυτον.* Aeque vitiosa scriptura, cod. Mon. B. *τὰ σίγνα ἑαυτὰ.* Mon. A. *αἱ προτομαὶ* sine pronomine. In Par. C. extremum caput his verbis constat: *Τότε ὁ κούρσωρ ἐποίησε τὸ πρότερον σχῆμα, καὶ ἁπλώσας τὸ φακεόλιον αὐτοῦ παρεκάλεσε τὸν Ἰησοῦν, ὅπως περιπατήσῃ δι᾿ αὐτοῦ. Εἰςελθόντος δὲ τοῦ Ἰησοῦ ἔκαμψαν τὰ σίγνα, καὶ προςεκύνησαν τῷ Ἰησοῦ.* In cod. Venet. et Par. D. narratio de vexillis militum Romanorum in honorem Jesu se incurvantibus et submittentibus haec est: *Ἐρχομένου δὲ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς τὸν ἡγεμόνα Πιλάτον προςεκύνουν αὐτὸν οἱ στρατιῶται* (Matth. XXVII, 27.) *τοῦ Πιλάτου· ἵσταντο καὶ ἄλλοι ἔμπροσθεν τοῦ Πιλάτου κατέχοντες σημαίας, ἔκλιναν* (sc. *ἑαυτὰς*) *καὶ αἱ σημαῖαι, καὶ προςεκύνουν τὸν Ἰησοῦν. Θαυμάζοντος οὖν* (Par. D. inserit *ἐπὶ τῷ γεγονότι*) *τοῦ Πιλάτου εἶπον οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς αὐτόν· Κύριε, οὐχὶ τὰ σημεῖα προςεκύνησαν τὸν Ἰησοῦν, ἀλλ᾿ οἱ στρατιῶται οἱ ταῦτα κατέχοντες ἀμελῶς. Λέγει ὁ Πιλάτος τῷ ἀρχισυναγώγῳ· Ἔκλεξαι ἄνδρας* (Venet. add. *καλοὺς,*) *δυνατοὺς δώδεκα, ὥστε κατέχειν αὐτὰ ἰσχυρῶς. Καὶ τούτου γενομένου ἐκέλευσεν ὁ Πιλάτος τῷ ὑπηρέτῃ ἐκβαλεῖν ἔξω τὸν Ἰησοῦν καὶ πάλιν εἰςαγαγεῖν αὐτόν. Εἰςερχομένου δὲ τοῦ Ἰησοῦ ἔκλιναν τὰ σημεῖα καὶ προςεκύνησαν αὐτὸν* (Ven. add. *ὡς βασιλέα τῶν βασιλευόντων καὶ κύριον τῶν κυριευόντων*). *Ἐθαύμασεν οὖν μεγάλως ὁ Πιλάτος. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι εἶπον· Μάγος ἐστὶ καὶ διὰ τοῦτο ποιεῖ ταῦτα.* Seqq. vid. ad cap. II. extr.

§ 5.

CAPUT II.

Ὁ δὲ Πιλάτος ἰδὼν ἔκθαμβος γενόμενος ἐζήτει ἀνα-
§ 5. στῆναι ἀπὸ τοῦ βήματος. Ἔτι δὲ αὐτοῦ ἐνθυμουμένου ἀναστῆναι, ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν λέγουσα· μηδέν σοι καὶ τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ τούτῳ· πολλὰ γὰρ ἔπαθον δι' αὐτὸν νυκτός. Ὁ δὲ Πιλάτος προσκαλεσάμενος τοὺς Ἰουδαίους λέγει πρὸς αὐτούς· Οἴδατε, ὅτι ἡ γυνή μου
cf. p. 815. H. θεοσεβής ἐστι καὶ μᾶλλον ἰουδαΐζει σὺν ὑμῖν. Λέγουσιν

Cap. II. *ἰδὼν*) Par. B. et C. om. — *ἔκθαμβος*) Par. B. et C. Mon. A. et B. *ἔμφοβος.* Mon. A. *καὶ ἔμφ.* — *ἐζήτει*) Mon. B. *ἐζήτησεν.* Mon. A. *ἠθέλησεν.* Par. C. *ἐβούλετο.* — *ἀπὸ τοῦ βήματος.*) Par. C. om. Mon. A. solam praep. *ἀπὸ* om. — *Ἔτι δὲ αὐτοῦ*) Mon. A. *Αὐτοῦ δέ.* — *ἡ γυνὴ — λέγουσα·*) Par. C. *ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ λέγουσα.* Eadem verba Matth. XXVII, 19. — *Καὶ τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ τούτῳ·*) Par. C. et Mon. A. *καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ*, ut est apud Matth. l. l. ubi tamen in pluribus codd. Mosquenss. pro *ἐκείνῳ* legitur *τούτῳ.* — *δι' αὐτὸν νυκτός.*) Mon. B. *δι' αὐτοῦ διὰ τῆς νυκτός.* Mon. A. *δι' αὐτὸν τῇ νυκτὶ ταύτῃ.* Paris. B. *κατ' ὄναρ δι' αὐτὸν νυκτός.* Par. C. *σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτοῦ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ.* Apud Matth. l. l. *πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτόν.* Ibi quoque aliquot codd. *σήμερον* om. Alii idem post *ὄναρ* ponunt. Verss. vero Copt. Pers. et Ar. p. reddunt *νυκτός.* Vid. Varr. lectt. ed. Griesbach. III. Fortasse *σήμερον* pluribus displicuit, quod falso statuerent solum lucis tempus nocti oppositum hac voce notari, somnium vero noctu contigisse crederent. Sic etiam inter recentiores Rechenbergius in Hierolexico pag. 1549. somnium uxoris Pilati non *nocturnum* sed *diurnum* fuisse, e voce *σήμερον* conjicit. Rectius Euthymius Zigabenus: *σημειωτέον δὲ, ὅτι τὸ σήμερον καὶ ἐπὶ νυκτὸς λέγεται.* Accuratius Lucas Brugensis apud Polum in Synopsi Crit. ad Matth. l. l. *σήμερον* explicat *mane* (hoc mane), *postquam maritus cubitu surrexerat, dum ille Jesu summo mane sibi oblati negotia tractaret.* Quod Matth. I, 20. legitur, angelum dei Josepho *κατ' ὄναρ* apparuisse, id in Ev. infantiae Arab. cap. IX. *noctu*, in historia vero Josephi Arab. cap. VI. *sub medio die* factum esse

CAPVT II.

Videns autem Pilatus, timor apprehendit eum, et coepit exsurgere de sede sua. Cogitante autem eo exsurgere de sede sua, matrona ipsius Pilati nomine Procula misit ad eum dicens; nihil tibi et homini isti justo; multa enim passa sum propter eum hac nocte. (Pilatus autem hoc audiens dixit omnibus Judaeis: Vos nostis,

---

traditur. Quanquam Judaeis scimus somnum diurnum et meridianum, qui auctore Salmasio in Exercit. Plin. p. 788. multis veterum frequentatus fuit, non ita probatum fuisse. Vid. dicta in Buxtorfi Florilegio Hebraico pag. 346. et in Pirke avoth cap. 3. (Mischnah vers. German. a Rabio editae Tom. IV. pag. 279.) — *Ὁ δὲ Πιλάτος προσκαλ.*) Mon. A. *Καὶ προσκαλ.* Par. C. haec usque ad verba *δι' αὐτὸν νυκτός* om. Eadem desunt in Lat. cod. Einsidl. Nos ea e cod. Hal. et ed. Lips. supplevimus parentheseos notis cincta. — *τοὺς Ἰουδαίους*) Mon. B. et Par. B. add. *πάντας* vel *ἅπαντας*. — *ἰουδαΐζει σὺν ὑμῖν.*) Par. B. om. *σὺν*. Innuit his verbis Pilatus, uxorem suam quadam sacrorum communione cum Judaeis conjunctam sive proselytam portae esse. Idem plures interpp. N. T., velut Jo. Gill Anglus, suspicati sunt. Multas mulieres gentiles, etiam Romanas, illo tempore sic Judaeorum religioni addictas fuisse colligas ex Actis App. XIII, 50. et XVI, 14. Josephi Antiq. Jud. XVIII, 3. 5. XX, 2. 3. de bello Jud. II, 20. 2. Euseb. hist. eccles. III, 18. et Chronico ed. Maji Mediolan. pag. 379. coll. Dionis hist. lib. LXVII. pag. 1412. ed. Reimar. Proselyti portae dicebantur graece *εὐλαβεῖς*, *φοβούμενοι τὸν θεὸν* et *σεβόμενοι τὸν θεόν*. Conf. Deylingii Observv. sacr. P. II. p. 462. seqq. Latine vocabantur *metuentes*, *verecundi*, *religiosi*, *timorati*. In vers. antehieronym. et vulg. *colentes*. Apud Romanos scriptores etiam *Judaicis moribus addicti*. (Dio Cass. l. l. dicit *ἐς τὰ τῶν Ἰουδαίων ἤθη ἐξοκέλλοντες*.) Inscriptiones, in quibus nomen *metuentis* legitur, S. R. Muenterus in diss. supra laudata reperiri monuit apud Gruterum in Thes. inscr. p. 271. et in Appiani Inscript. Sacros. Vetustatis pag. 558. Vero tamen non simile est, uxorem Pilati proselytam fuisse idque marito suo aperuisse, cum

Proselytes

§ 5.

αὐτῷ· Ναὶ, οἴδαμεν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Ἰδοὺ ἔπεμψεν ἡ γυνή μου Πρόκλα λέγουσα· μηδέν σοι καὶ τῷ ἀν-

---

is Judaeos contemneret et crudeliter tractaret, ut mutuo odio utrique sejungerentur. Multo autem minus credibile est, Pilatum hac de re sic cum Judaeis collocutum esse. — *ἡ γυνή μου Πρόκλα*) Pronomen *μου* a Birchio omissum nos ex iterata cod. collatione supplevimus. Nomen *Πρόκλα* om. Par. B. et Mon. A. et B. (Ex his Mon A. sic habet: *Λέγει αὐτοῖς· Αὐτὴ ἔπεμψε πρός με λέγουσα·*) Idem frustra quaeris in Par. C., ut supra dictum. In Par. D. et Veneto haec periocha de somnio uxoris Pilati infra cap. IV. legitur. In textu Lat. Fabriciano post initium capitis haec leguntur: *Cogitante autem eo exsurgere de sede sua, matrona ipsius Pilati procul posita misit ad eum* sqq. Christoph. Wolfius in Curis ad Matth. XXVII, 19. suspicatur, vocem *procul* sono quippe affinem effecisse, ut nomen *Procla* excideret. Contra Paulus in Comment. ad Matth. l. l. opinatur, nomen Proclae vel Proculae fortasse ex illo loco per errorem derivatum esse. Sed haud dubie textus Fabric. corruptus est. Nam in codd. Einsidl. Corsin. Havn. et Hal. atque ed. Lips legitur *nomine Proculo.* Idem nomen in vers. Anglo-Sax. et Franco-Gall. Legitur etiam in historia apocrypha Pilati Arabice scripta, quam continet codex Biblioth. Reg. Paris. inter Syriacos no. 133. notatus. Apud Aethiopes dicitur *Abrocla* teste Ludolpho in Lex. Aethiop. p. 541. Ex scriptoribus historicis norunt Proculam, Pilati uxorem, Joannes Malalas in hist. chron. pag. 309. Nicephorus hist. eccles. lib. I. cap. 30. Vincentius Bellov. Nicodemi Ev. allegans in Speculo historiali lib. VII. c. 41. pag. 236. ed. Duac. et Pseudo-Dexter in Chron. pag. 21. ed. Lugdun., apud quem *Claudia Procula* appellatur et in Christum credidisse dicitur. Possis inde conjicere, hanc fuisse libertam gentis Claudiae, ex qua genus trahebat Tiberius, et Pilatum, hominem, ut videtur, ordinis inferioris. eidem fortunam suam acceptam retulisse. Nomina vero *Proculus*, *Proclus*, *Procula*, satis frequentia fuere; quod docuit S. R. Muenterus in Probabil. sect. 5. Cornelius a Lapide in Matth. p. 521. memorat *Πρόκλαν* a Graecis Sanctorum coetui adscriptam esse, sed diem memoriae ejus non indicat. Quare Tillemontius in Memoriis ad hist. eccles. pertinentibus Tom. I. pag. 192. dubitat de Sancta Procula, et se ejus nomen neque apud Ferrarium, neque in Canisii menologio reperisse testatur. Sed Frider. de Matthaei in altera

quia uxor mea pagana est, et multas synagogas vestras aedificavit; ipsa mihi nunciavit Jesum hominem justum

---

N. T. editione (Wittenb. 1803.) ad Matth. XXVII, 19. notat, memoriam uxoris Pilati inter SS. celebrari in ecclesia Graeca d. XXVII. Octobr., et in suo quodam codice, quem appellat a 3., fol. 147. legi: ἡ ἁγία Πρόκλα, ἡ γαμετὴ τοῦ Πιλάτου. Quomodo hoc factum sit, ut uxor Pilati inter Sanctos referretur a recentioribus Graecis, colligere potes ex iis, quae antiquiores Patres de somnio ejusdem pronuntiant. Omnes quidem PP. hoc somnium *naturale* fuisse negant quippe ab Evangelista narratum. Pauciores id a diabolo profectum putant, inter quos primus Pseudo-Ignatius in ep. ad Philippenses cap. IV. *φοβεῖ δὲ καὶ* (scil. diabolus) *τὸ γύναιον, ἐν ὀνείροις αὐτὸ καταράττων, καὶ παύειν πειρᾶται τὰ μετὰ τὸν σταυρὸν, κτλ.* Diabolus igitur tunc edoctus mysterium mortis Christi sic conatus esse dicitur hanc mortem impedire. Alios idem sentientes laudant Baronius in annal. ad a. 34. §. 83., Cornelius a Lapide l. l. et Maldonatus ad Matth. XXVII, 19. Baronius ipse Ignatii auctoritate fretus somnium a daemone immissum putat. Contra plurimi patres idem vindicant deo auctori. Sic Origenes homil. XXXV. in Matth. *Volunt autem Evangelistae non praeterire rem divinae providentiae, laudem dei continentem, quod voluit per visum convertere Pilati uxorem. Utrum autem et initium habeat conversionis ad deum, ex eo quod multa propter Christum passa per visum, deus scit: tamen continetur etiam hoc in scripturis quibusdam non publicis.* (Vide tamen de istis homiliis Huet. Origen. lib. III. pag. 252.) Athanasius ad Maximum Opp. T. I. p. 163. (ed. Paris. a. 1627) Hilarius Comment. in Matth. cap. 33. n. 1. *Species in ea* (uxore Pilati) *gentium plebis est: quae jam fidelis eum, cum quo conversabatur, incredulum populum ad Christi fidem advocat. Quae quia ipsa multum sit passa pro Christo, in eandem gloriam futurae spei illum, cum quo conversabatur, invitat.* Ambrosius Expositio ev. sec. Luc. lib. X. c. 100. *Monebat uxor; lucebat in nocte gratia: divinitas eminebat; nec sic a sacrilega sententia temperavit.* Etiam Chrysostomus et Augustinus Serm. 121. de tempore ita de illo somnio pronuntiarunt. E medii aevi scriptoribus Theophyl. ad Matth. XXVII, 19. *προνοίας ἔργον τὸ ὄναρ. οὐχ ἵνα ἀπολυθῇ ὁ Χριστὸς διὰ τοῦτο γινόμενον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ἡ γυνή.* Paschasius Ratbertus lib. XII. in Matth. (Biblioth. PP.

θρώπῳ τῷ δικαίῳ τούτῳ· πολλὰ γὰρ ἔπαθον δι' αὐτὸν νυκτός. Ἀποκριθέντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι λέγουσι τῷ Πιλάτῳ· Μὴ οὐκ εἴπαμέν σοι, ὅτι γόης ἐστὶ καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ, ἄρχοντι τῶν δαιμονίων, τὰ πάντα αὐτῷ ὑποτάσσεται; ἰδοὺ ὀνειρόπεμπτα ἔπεμψε πρὸς τὴν γυναῖκά σου. Ὁ δὲ Πιλάτος προςκαλεσάμενος τὸν Ἰησοῦν λέγει αὐτῷ· Τοιοῦτοί σου καταμαρτυροῦσιν· (Οὐκ ἀκούεις, τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦ-

---

Lugdun. Tom. XIV. p. 685.) antiquiorum sententias referens praeter alia haec habet: *Quoniam beatam dicunt Pilati uxorem, quae per visum passa est multa propter Jesum, et recepit per visum, quae erat passura in vita sua.* Vides ex his testimoniis, satis multos sibi persuasum habuisse de conversione uxoris Pilati ad Christum, eamque celebratam esse tanquam typum, ut Paschasius ille ait, *Gentilitatis, quae justum Dominum confitendo testimonium dederit ad fidem non credentibus.* Ita facile potuit sanctorum coetui asseri. Apud Coptos adeo fertur traditio de Pilato denique ad Christum converso et martyre: cui fabulae ansam dedisse Christianum quendam Coptum, nomine Pilatum, notatur in libro: *Nouveaux memoires des Missions de la Compagnie de Jesus dans le Levant.* Tom. II. Vide Memorias Trevoltinas a. 1717. p. 1757. — *τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ τούτῳ·*) Mon. A., ut supra, *τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ.* — *νυκτός.*) Mon. B. *διὰ τῆς νυκτός.* — *Μὴ οὐκ*) Par. B. et C. om. *Μὴ.* Illud est: *Num non diximus?* Hoc, si *μὴ* omittitur, eodem sensu: *Nonne diximus?* — *γόης*) Par. C. *μάγος.* Mon. A. *πλάνος.* Conf. Matth. XXVII, 63. — *καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ — γυναῖκά σου.*) Mon. A. reliquis omissis haec dat *καὶ ὀνείρατα πέμπει;* Similiter Mon. B. *ἰδοὺ ὅτι ὀνειρόπομα οὗτος ἔπεμψε πρὸς τὴν γυναῖκά σου.* Par. C. *καὶ ἐν B. ἀ. τ. δ. ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια; ἰδοὺ ἔπεμψε καὶ πρὸς τὴν γυναῖκά σου.* Videtur supplendum *δαιμόνια.* Par. B. *καὶ ἐν τῷ B. ἀ. τ. δ. ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια καὶ πάντα αὐτῷ ὑποτάσσεται; ἰδοὺ ὄνειρον πεταπὸν ἔπεμψε πρὸς τὴν γυναῖκά σου.* Simplissima est et genuina scriptura Mon. A. Quod in Mon. B. legitur *ὀνειρόπομα,* cum vix possis de potu quodam magica vi somniorum excitandorum praedito cogitare, aperte corruptum est. Fortasse scribendum *ὀνειροπόλημα, somnium,* quam vocem in Lexicis non notatam meminimus nos legisse apud Clementem Alex. Conf. vers.

esse, et propter eum multum afflicta est nocte ista.) Respondentes Judaei dixerunt Pilato: Numquid non diximus tibi, quoniam maleficus est? ecce somnium misit ipse (*al.* immisit) ad uxorem tuam. Pilatus vero advocans Jesum dixit: Non audis, quid isti adversum

---

Lat. Possit etiam scribi *ὀνειροπομπὰ* (*δαιμόνια*), vel potius *ὀνειροπομπὸν*, daemonem *somnialem.* Idem judicabis de scriptura Par. B. *ὄνειρον πεταπὸν*, et de nostro textu *ὀνειρόπεμπτα.* Scilicet putabant veteres id in potestate magorum esse, ut ope daemonum somnia quibus vellent et quae vellent, immitterent. Hinc Dio Hist. Rom. lib. LVII. p. 861. ed Reimar. narrat, Tiberium somno monitum, ut homini cuidam pecuniae summam largiretur, illum jussisse interfici, *ὅτι δαίμων τις ἐκ γοητείας οἱ ἐπιπέμπεται.* Hinc apud Justinum Mart. Apol. pag. 55. ed. Maran. *οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι.* Ibid. pag. 52. de daemonibus: *ἀγωνίζονται γὰρ ἔχειν ὑμᾶς δούλους καὶ ὑπηρέτας, καὶ ποτὲ μὲν δι' ὀνείρων ἐπιφανείας, πότε δ' αὖ διὰ μαγικῶν στροφῶν χειροῦνται πάντας κτλ.* In Tertulliani Apolog. cap. 23. *Porro si et magi phantasmata edunt; — si et somnia immittunt, habentes semel invitatorum angelorum et daemonum assistentem sibi potestatem*, etc. Quibuscunque veteres divinitatem aliquam majorem attribuebant, hac etiam eos potestate donabant somniorum immittendorum. Inde veracia somnia vocabant *praedivina*, *θείους* et *θεοπέμπτους ὀνείρους*, quia credebantur a diis immitti *ὀνειροπομποῖς* Vide locos veterum apud Salmasium in Plinian. Exercitatt. p. 248. et Potterum in Archaeol. Gr. Tom. I. p. 674. vers. Germ. Philonis exstat liber *περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους.* Eadem superstitio a Christianis fovebatur, ut non tantum deum, sed etiam daemones somniorum auctores haberent. Sic S. Diadochus *de perfectione spirituali* cap. 37. disquirit de somniis a deo missis et a daemone et de eorum differentia. Biblioth. PP. Lugdun. Tom. V. pag. 889. Conf. Augustin. ep. IX. ad Nebridium et Nicetam Choniatem lib. XIII. pag. 441. Quare auctor noster Judaeos criminantes facit, Jesum *γόητα* pro sua potestate in daemones misisse *ὀνειροπομπὸν* ad uxorem Pilati. — *Ὁ δὲ Πιλάτος*) Par. C. *Τότε ὁ Πιλάτος.* — *προσκαλεσάμενος τὸν Ἰησοῦν*) Mon. A. om. et pro *λέγει αὐτῷ* dat *λέγει τῷ Ἰησοῦ.* — *Τοιοῦτοί σου καταμαρτυροῦσιν·*

§ 6.

σιν;) οὐδὲν λέγεις; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίθη· Εἰ μὴ εἶχον ἐξουσίαν, οὐδὲν ἐλάλουν· εἷς ἕκαστος ἐξουσίαν ἔχει τοῦ στόματος αὐτοῦ, λαλεῖν ἀγαθὰ καὶ πονηρά· αὐτοὶ ὄψονται.

§ 6. Ἀποκριθέντες δὲ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων λέγουσι τῷ Ἰησοῦ· Τί ἡμεῖς ὀψόμεθα; πρῶτον ὅτι ἐκ πορνείας γεγέννησαι· δεύτερον ὅτι ἡ σὴ γένεσις ἐν Βηθλεὲμ νηπίων ἀναίρεσις γέγονε· τρίτον ὅτι ὁ πατήρ σου Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ σου Μαρία εἰς Αἴγυπτον ἔφυγον διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς παράκλησιν (παῤῥησίαν) ἐν τῷ λαῷ. Λέγουσι

οὐδὲν λέγεις;) Sic etiam Mon. B. et Par. B., nisi quod λαλεῖς pro λέγεις. Rectius Par. C. Οὐκ ἀκούεις, τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσι; καὶ οὐδένα ἀποκρίνῃ λόγον; Mon. A. Τί οὐ λαλεῖς ὑπὲρ ὧν σου καταμαρτυροῦσιν; Vid. Matth. XXVI, 62. Οὐδὲν ἀποκρίνῃ; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; coll. Marc. XIV, 60. Et Matth. XXVII, 13. Οὐκ ἀκούεις, πόσα σου καταμαρτυροῦσι; coll. Marc. XV, 4. — ἀπεκρίθη·) Mon. A. et Par. C. ἔφη Mon. B. εἶπεν — οὐδὲν ἐλάλουν·) Par. B. et C. οὐδὲν ἐλάλουσαν. Vid. de hac forma Sturzium de dial. Maced. et Alex. pag. 58. Mon. A. οὐδὲν ἂν ἐλάλουν. Mon. B. οὐκ ἂν ἐλάλησαν. — εἷς ἕκαστος) Mon. A. ἕκαστος γάρ. Mon. B. εἷς γάρ ἕκαστος. Par. C. εἰ γάρ. — τοῦ στόματος) Par. C. τοῦ ἰδίου στόματος. — ἀγαθὰ καὶ) Mon. A. et B. ἀγαθά τε καί. — αὐτοὶ ὄψονται.) Haec in nostro cod. omissa in textum recepimus ex codd. Mon. A. B. Par. B. C. Eadem in vers. Lat. *ipsi videbunt*. Conf. Matth. XXVII, 24. — οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων) Par. B. C. Mon. B. om. τοῦ λαοῦ. Mon. A. οἱ Ἰουδαῖοι. — πρῶτον) Par. C. add. μὲν. Mon. B. post sequens δεύτερον add. δὲ. — γεγέννησαι·) Mon. A. et B. ἐγεννήθης. — ἡ σὴ γένεσις) Mon. A. et B. ἡ γένεσίς σου. Par. C. γεννηθέντος σου. — ἀναίρεσις γέγονε·) Par. C. ἀν. ἐγένετο. Mon. A. ἀναίρεσιν εἰργάσατο. Id. om. νηπίων. — παράκλησιν) Mon. A. et B. παῤῥησίαν. Par. B. vitiose παρουσίαν. In Par. C. verba διὰ τὸ — λαῷ desunt. Quod ad rem ipsam attinet, nullo testimonio fide digno constat illam calumniam νοθείας unquam objectam fuisse vel Christo a Judaeis, cum in terra versaretur, vel Apostolis. Vid. Paulus in Comment. ad Evv. Tom. I. p. 117. Seculo secundo primum ea, ut videtur, a Judaeis di-

(te) testantur? et nihil dicis? Jesus respondit ei: Si non haberent potestatem loquendi, non loquerentur; sed quoniam unusquisque habet potestatem oris sui, loqui bona et mala, ipsi videbunt. Respondentes autem seniores Judaeorum dicunt ad Jesum: Quid nos vidimus? primum quod ex fornicatione nasceris: (*al.* natus es:) secundo quod generatio tua est in Bethleem et infantum interfectio propter te facta est: tertio quod pater tuus et mater tua Maria fugerunt in Aegyptum, eo quod non haberent fiduciam in populo. Dicunt quidam

---

vulgata est, qui post mortem Christi legatos cum epistolis calumniis in Jesum refertis per totum orbem misisse dicuntur. Vid. Justini dial. cum Tryph. p. 122. et 213. ed. Maran. Venet. coll. Euseb. h. e. IV, 18. et in Esaiae XVIII. pag. 425., unde eadem repetiit Oecumenius in cap. 28. Actor. et in praefat. in ep. ad Romanos. Conf. Grotium ad Matth. XXVII, 63. et Actor. XXVIII, 22. (ubi notat, ex Judaica traditione illarum litterarum exemplum asservari apud Synagogam vetustissimam, quae sit Borbetomagi Vangionum;) et Jo. Filesacum Selectorum lib. I. cap. 12. p. 188. Celsus enim in *λόγῳ ἀληθεῖ* induxerat Judaeum calumniantem, *αὐτὴν* (Jesu matrem) *καὶ ὑπὸ τοῦ γήμαντος, τέκτονος τὴν τέχνην ὄντος, ἐξεῶσθαι ἐλεγχθεῖσαν ὡς μεμοιχευμένην.* Orig. c. Cels. lib. I. c. 28. Tum ibid. c. 32. *Ἀλλὰ γὰρ ἐπανέλθωμεν εἰς τὴν τοῦ Ἰουδαίου προσωποποιΐαν, ἐν ᾗ ἀναγέγραπται ἡ τοῦ Ἰησοῦ μήτηρ κύουσα οἷς ἐξωσθεῖσα ὑπὸ τοῦ μνηστευσαμένου αὐτὴν τέκτονος ἐλεγχθεῖσα ἐπὶ μοιχείᾳ, καὶ τίκτουσα ἀπό τινος στρατιώτου Πανθήρα τοὔνομα.* Celsum haec non ex scriptis apocryphis hausisse, sed potius a Judaeis accepisse, rectissime statuit Gerh. Joh. Vossius in dissert. de genere Jesu Christi pag. 39. Neque audiendus videtur Guil. Spencerus, qui in adnot. in lib. I. Orig. c. Cels. pag. 26. suspicatur, Celsum quibusdam Gnosticorum libris usum esse atque ex his excerptas habuisse detestabiles fabulas, quas in librum suum insereret. Conf. adnot. Moshemii in vers. German. Operis Origen. pag. 75. sq. Nam execranda illa blasphemia de adulterino Jesu Christi conceptu a Judaeis recentioribus saepius repetita et va-

cf. p. 521 note. H. 56.

τινες τῶν ἑστηκότων εὐλαβεῖς τῶν Ἰουδαίων· Ἡμεῖς οὐ λέγομεν αὐτὸν εἶναι ἐκ πορνείας, ἀλλὰ οἴδαμεν, ὅτι ἐμνηστεύσατο Ἰωσὴφ τὴν Μαρίαν καὶ οὐ γεγέννηται ἐκ πορνείας.

---

rie tradita est in Talmude, velut tract. Sanhedrin cap. VII. fol. 67. col. 1. et Schabbath cap. XII. fol. 104. col. 2., etiam in Midrasch Coheleth cap. X. v. 5., et praecipue in nefandis libellis תולדות ישוע editis a Wagenseilio in *Telis igneis Satanae* Altorf. 1681., et a Joh. Jac. Huldrico Lugd. Bat. 1705. Rabanus Maurus quoque in libro *contra Judaeos* scripto meminit blasphemiae Judaicae, *Jesum*, *filium ethnici cujusdam Pandera adulteri*, *more latronum punitum esse*. Plura collegerunt et disputarunt hac de re praeter Wagenseilium in Confutatione illius libri et Huldricum in notis, Buxtorfius in Lex. Talmud. col. 1458. sqq. et 1755. Ludov. Roger dissertationis polemicae adv. Judaeos p. 389. Joh. a Lent De moderna theologia Judaica cap. 4. Eisenmengerus in libro: Entdecktes Judenthum Tom. I. p. 105. sqq. 133. 249. all., etiam Meelfuehrer Jesus in Talmude Altorf. 1699 et Andr. Conr. Werner Jesus in Talmude Stadae 1738. Librum תולדות ישוע non ante sec. XIII. scriptum esse .S. R. Ammonius in Theologia Bibl. Tom. II. pag. 263. docet contra Voltarium, qui post auctorem famosi libri *de tribus impostoribus* cupide illam fabulam Judaicam arripuerat et urbana fronte haec effutiverat: „Le *toledos Jeschu* est le plus ancien ecrit Juif, qui nous ait été transmis contre notre religion. C'est une vie de Jesus Christ, toute contraire à nos saints evangiles: elle paroit etre *du premier siècle* et même ecrite avant les evangiles. Vid. *lettre sur les Juifs* in Oeuvres T. 69. pag. 36. ed. Bipont. coll. T. 45. pag. 286. sq. Non tam impius fuit auctor Corani, qui Sura IV. Judaeis calumniam acerbissimam in Mariam opprobrans eam, de qua diximus, videtur respexisse. Ceterum mirum hoc est, nomen illud *Pantheris* etiam a scriptoribus Christianis in genealogiam Christi inferri. Etenim Epiphanius haer. 78. num. 7. Josephum et Cleopham filios dicit Jacobi ἐπίκλην Πάνθηρ καλουμένου. Et Jo. Damasc. de orthod. fide lib. IV. cap. 15. scribit, ex Levi genitos esse Melchi et Pantherem, ex Panthere Barpantherem, ex Barpanthere Joachim, Dei genitricis patrem. Viri doctissimi, Gerh. Jo. Vossius in diss. de genere Jesu Chr. p. 37. sq., Grotius ad Luc. III, 23. et Huetius Demonstr. Evang. p. 772. ed. Lips. has traditiones haud spernendas judicant easque et inter se et cum Scriptura sacra vario modo conciliare student. Nos

de adstantibus benigne (*al.* benigni) ex Judaeis: Nos non dicimus eum esse ex fornicatione, sed scimus, quod desponsata est Maria Joseph, et non est natus de forni-

---

cum Bynaeo De natali Jesu Christi pag. 567. sq. fidem iis denegandam censemus, neque inde probabilíter illustrari posse putamus originem commenti, quo Judaei adulterum Mariae Pandirae sive Panthirae nomen habuisse fingunt. Videntur potius Judaei, ut credibilius fieret mendacium, hoc nomen reperisse. Christianis vero cum id ex incerto rumore innotuisset, suspicati sunt, inter Christi consanguineos fuisse quendam Pantheram. Quare causa ejusdem vix indicari poterit. Vid. Paulus in Comment. ad Matth. I, 16. Nativitatem Christi tanquam caedis Bethlehemiticae causam nusquam legimus Judaeos calumniatos esse. Id vero sane clamitarunt, Josephum non absque crimine esse, quod Jesum in Aegyptum abduxerit, et quod is magiam ex hac terra attulerit. Vid. Othonis Lex. Rabb. pag. 17. et 91. ed. Zachariae, et Eisenmengeri l. l. Tom. I. p. 28. — *τινες τῶν ἑστηκότων εὐλαβεῖς τῶν Ἰουδαίων·*) Par. B. interserit *ἐκ* post *εὐλαβεῖς.* Mon. A. *τινες τῶν ἑστ. ἐκ τῶν εὐλαβῶν Ἰουδαίων.* Mon. B. *ἐκ τῶν ἑπότων* [sic] *Ἰουδαίων ἄνδρες εὐλαβεῖς.* In cod. Par. C. totus locus sic legitur: *Λέγουσί τινες ἐκ τῶν παρεστηκότων Ἰουδαίων, Λάζαρος, Ἀστέριος, Ἀντόνιος, Ἰάκωβος, Ἰωάννης, Σαμουὴλ, Ζήρας, Ἰσαὰκ καὶ Φινεὲς, οἳ ἐμαρτύρησαν ἐπὶ βήματος Πιλάτου περὶ τοῦ Ἰησοῦ λέγοντες· Ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι ἐκ πορνείας οὐ γεγέννηται· ἀλλὰ οἴδαμεν, ὅτι ἐμνηστεύσατο ὁ Ἰωσὴφ τὴν Μαρίαν καὶ οὕτως ἐτέχθη ἐκ πνεύματος ἁγίου.* Sequentia usque ad initium cap. V. in hoc cod. desunt. — *Ἡμεῖς οὐ λέγομεν*) Mon. A. *Ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν κατ' αὐτοῦ, οὐδὲ λέγομεν.* Id. om. seq. *εἶναι.* — *Ἰωσὴφ*) Mon. A. et Par. B. *ὁ Ἰωσήφ.* Notes h. l. Josephum dici *μνηστεύσασθαι τὴν Μαρίαν*, *sibi desponsavisse Mariam.* Rectius in Nov. Test. Matth. I, 18. Luc. I, 27. II, 5. et in Protev. c. XIX. pass. *μνηστευθῆναι* de Maria Josepho desponsata. Vid. Graevius ad Lucian. Soloec. c. IX. Opp. T. III. p. 577. Ubi Graeci de viris *μνηστεύεσθαι* usurpant, significat id *ambire* virginem. Noster secutus usum Alex. interpp., qui hebr. אֵרַשׂ vel אֵרַשׂ לוֹ אִשָּׁה reddunt *μνηστεύεσθαι γυναῖκα.* Deuter. XX, 7. *In locis plurimis vir foeminam desponsat, ad se autem non ducit nisi interposito aliquo temporis spatio.* Gloss. in Maimon. ad אישות cap. 3. — *καὶ οὐ γεγέννηται ἐκ πορνείας.*) Par. B.

§6.

Λέγει ὁ Πιλάτος πρὸς τοὺς Ἰουδαίους τοὺς λέγοντας αὐτὸν εἶναι ἐκ πορνείας· Οὗτος ὁ λόγος ὑμῶν οὐκ ἔστιν ἀληθὴς, ὅτι ὅρμαστρα γεγόνασι, καθὰ καὶ αὐτοὶ λέγουσιν οἱ σύνεθνοι ὑμῶν. Λέγουσι τῷ Πιλάτῳ Ἄννας καὶ Καϊάφας· Τὸ πλῆθος κράζει, καὶ οὐ πιστεύεις, ὅτι ἐκ πορνείας γεγέννηται· οὗτοι προσήλυτοί εἰσι καὶ μαθηταὶ αὐτοῦ. Καὶ προς-

Cf. p. 535, last line of note, and p. 536 note, l. 15. Cf. also p. 533 note, ll. 8, 9. H.

haec om. Mon. A. *καὶ μόνον· οὐ γεγ. δὲ ἐκ π.* Nisi falsum est in his apographum nostrum, fortasse scriba interposito *μόνον* scil. *ἐμνηστεύσατο* innuere voluit, Mariam, cum conciperet puerum, *tantummodo μνηστευθεῖσαν* fuisse, non *γαμηθεῖσαν*. Vid. Frid. Spanhemii Dubia Evang. P. I. p. 247 sq. — *Λέγει ὁ Πιλάτος — οἱ σύνεθνοι ὑμῶν.*) In cod. vitiose *σύνεχθοι*. Birch. *συνηχθοι*. Recte Mon. B. et Par. B. *σύνεθνοι* vel *συνέθνιοι*. Graecis usitatum *ὁμόεθνος* vel *ὁμοεθνής*. Pro *ὅρμαστρα γεγόνασι* Par. B. *ὁρμασία γέγονεν*. Mon. B. *ὅρμαστρα γέγοναν*. Id. om. *καὶ* post *καθὰ*. Mon. A. totum locum sic habet: *Λέγει πρὸς τοὺς λοιποὺς Ἰουδαίους· Ἀλήθές ἐστι τοῦτο τὸ ῥῆμα, ὅτι ὀνομαστήρια γέγονεν, ὡς αὐτοὶ οἱ σύνεθνοι ὑμῶν λέγουσιν;* Sane aptius est, Pilatum sic interrogare Judaeos Jesum ex fornicatione natum esse calumniantes, an vere desponsatio facta sit, quod dicant populares ipsorum. Secundum nostrum textum procurator illos inauditos statim mendacii arguit, *quoniam* desponsatio facta sit testantibus id amicis Jesu. Vitiosum vero est, quod in Mon. A. scribitur *ὀνομαστήρια*. Nam *ὀνομαστήρια* apud Gregor. Nazianz. significat festum, quod celebratur ob impositionem nominis, ut *γενέθλια* ob nativitatem. De tali festo hic sermo esse non potest. Recte in reliquis codd. *ὅρμαστρα* vel *ὁρμασία*, *sponsalia*, *desponsatio*. Nam *ὁρμάζειν* est *despondere*. Salmasius id derivandum putat ab *ὅρμος*, *monile*, quia arrae sponsaliorum in monilibus plerumque consistebant; alii dictum volunt pro *ἁρμόζειν*. Glossae Gr. Lat. *Ἅρμοστρα*, sponsalia. Plura dat Cangius in Gloss. s. v. *ὁρμάζειν*. Graecis *μνῆστρα* dicuntur *sponsalia* et *nuptiae*. Quod vero Judaei de Christo bene sentientes Jesum non ex adulterio natum esse probant, quia Maria Josepho rite *desponsata* sit, id ex Judaicis moribus ac legibus taxandum est. Nam apud Judaeos desponsata eodem jure censetur, quo uxor. Vid. *Wagenseil.* ad Sota p. 381. *Triplici modo* (ait Maimonides in אישות cap. I.) *desponsatur foemina*, *pecunia scilicet*, *aut scripto*, *aut*

catione. Dicit Pilatus ad Judaeos, qui dixerunt eum esse ex fornicatione: Hic sermo non est verus, quoniam desponsatio facta est, sicut ipsi dicunt ex gente vestra. Dicunt Pilato Annas et Caiphas: Omnis multitudo clamat, quod ex fornicatione nascitur et maleficus est. Isti autem proselyti sunt et discipuli ejus. Advocans vero

---

coitu: et sic desponsata, tametsi adhuc non maritata, nec in domum viri introducta, illius tamen ea est uxor. Et si quis cum ea praeter ipsum coierit, morte mulctandus est a Synedrio. Sique ille ipse velit eam dimittere, opus habet libello repudii. In Mischna tract. Sanhedrin c. VII. §. 4. ed. Surenhus. IV. p. 238. *Lapidatur, qui violat puellam desponsatam.* Ibi Bartenora p. 239. *Quoniam desponsata est, illius est uxor sec. Levit.* XXIV, 5. *Conjugium fit ope Sponsalium.* Conf. Origenis et Photii verba in Suiceri Thes. T. II. col. 507. Desponsatio igitur in matrimoniis ineundis actio fuit primaria, ut solum desponsata viro diceretur et aestimaretur uxor ejus; quanquam Judaei inter sponsalia et domum ductionem intervallum temporis interjicere consueverunt, et sponsas interdictas voluerunt viris perinde ut *τὰς ἐν ἐμμηνίοις*. Vid. Seldenus Uxor Hebr. lib. II. c. 8. et Grotius ad Luc. II, 5. et ad Matth. I, 18. et XXV, 1. Quare auctor noster Judaeos dicentes facere potuit Josephum *μνηστεύσασθαι τὴν Μαρίαν*, hoc sensu, *eum legitime Mariam uxorem duxisse.* Sic etiam verbum *μνηστευθῆναι* Matth. I, 18. de vero ratoque matrimonio intellexerunt Patrum nonnulli, quos laudat Calmetus in Dictionaire T. III. p. 191. (Vers. Germ. p. 62.) quo sensu idem explicat Serry Exercit. XXIV. de Christo §. 5, p. 162. Usus est autem noster verbo illo praeeuntibus Matthaeo et Luca eadem de causa, qua hi. — *Λέγουσι τῷ Πιλάτῳ κτλ.*) Mon. A. *Ἀποκριθέντες δὲ Ἄννας καὶ Καϊάφας λέγουσιν ὡς πρὸς ἅπαν τὸ πλῆθος· Λέγομεν, ὅτι ἐκ πορνείας γεγέννηται καὶ οὐ πιστεύεις· οὗτοι μαθηταὶ αὐτοῦ εἰσι καὶ προσήλυτοι.* — *Τὸ πλῆθος*) Mon. B. et Par. B. *Ἅπαν τὸ πλῆθος.* — *κράζει,*) Mon. B. *κράζομεν.* Par. B. *κράζουσι.* — *πιστεύεις,*) Mon. B. *πιστευόμεθα.* — *οὗτοι*) Cod. *αὐτοί.* Mon. B. *οὗτοι γάρ.* Par. B. *οὗτοι δέ.* — *μαθηταὶ αὐτοῦ.*) Pron. *αὐτοῦ* a Birchio male omissum. Mon. B. idem post *προσήλυτοι* interserit. Par. B. *καὶ οἱ ἴδιοι μαθηταί.* — *Καὶ προσκαλεσάμενος* —

96.

καλεσάμενος ὁ Πιλάτος Ἄνναν καὶ Καϊάφαν λέγει αὐτοῖς· Καὶ τίς ἐστι προσήλυτος; Λέγουσιν αὐτῷ· Ἑλλήνων τέκνα ἐγεννήθησαν, καὶ νῦν γεγόνασιν Ἰουδαῖοι. Λέγουσιν οἱ εἰπόντες, ὅτι οὐ γεγέννηται ἐκ πορνείας, Λάζαρος, Ἀστέριος, Ἀντώνιος, Ἰάκωβος, Ἡσαΐας, Ἄννας, Σαμουὴλ, Ἰσαὰκ, Φινεὲς, Κρίππιος (Κρίσπος), Ἀγρίππας (καὶ) Ἰούδας· Ἡμεῖς προσήλυτοι οὐ γεγεννήμεθα, ἀλλὰ τέκνα Ἰουδαίων ἐσμὲν, καὶ ἀλήθειαν λέγομεν· καὶ γὰρ εἰς τὰ ὅρμαστρα Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας παραγεγόναμεν. Καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Πιλάτος τοὺς δώδεκα ἄνδρας τούτους τοὺς εἰπόντας, ὅτι οὐ γεγέννηται ἐκ πορνείας, λέγει αὐτοῖς· Ὁρκίζω ὑμᾶς κατὰ τῆς σωτηρίας Καίσαρος, εἰ ἀλήθειά ἐστιν, ὅτι οὐ γεγέννηται ἐκ πορνείας; Λέγουσι τῷ Πιλάτῳ· Ἡμεῖς νόμον ἔχομεν μὴ ὀμνύειν, ὅτι ἁμαρτία ἐστίν· αὐτοὶ δὲ ὀμόσωσιν, ὅτι οὐκ ἔστι, καθὼς εἴπαμεν· καὶ ἔνοχοί ἐσμεν θανάτου. Λέγει ὁ Πιλάτος πρὸς Ἄνναν καὶ Καϊάφαν· Οὐδὲν ἀποκρίνεσθε πρὸς ταῦτα; Λέγουσιν Ἄννας καὶ Καϊάφας πρὸς Πιλάτον·

προσήλυτος;) Mon. A. haec male om. Mon. B. *Τί ἐστι προσήλυτος;* — *Λέγουσιν — Ἰουδαῖοι.*) In nostro codice plura verba exciderunt et haec sola leguntur *Ἑλλήνων τέκνων γεγόνασιν οἱ Ἰουδαῖοι.* Nos dedimus scripturam Mon. B., quocum consentit Mon. A. nisi quod ibi scriptum *Οἱ δὲ λέγουσι.* Par. B. *Λέγουσιν αὐτῷ· Ἑλλήνων τέκνα γεγόνασιν οἱ Ἰουδαῖοι, οἳ ἀπεκρίθησαν εἰπόντες, ὅτι οὐ γεγέννηται ἐκ πορνείας.* — *Λέγουσιν — πορνείας,*) Mon. B. add. *οἱ Ἰουδαῖοι* ante *οἱ εἰπόντες.* Mon. A. *Λέγ. οἱ εἰπ. μὴ γεγεννῆσθαι αὐτὸν ἐκ πορνείας, ὅ τε Λάζαρος* sqq. Sequentia nomina sunt eorum duodecim virorum, qui Jesum testantur esse legitimum Josephi et Mariae filium. — *Λάζαρος,*) Lat. textus Fabric. *Eliezer.* Nonnullis veterum, v. c. Hieronymo, Graecum *Λάζαρος* idem esse visum est, quod hebr. אֱלִיעֶזֶר. Hoc nomen frequentissimum apud Judaeos. — *Ἡσαΐας, Ἄννας,*) Sic Par. B. Noster cod. vitiose *εἰς Ἄννας.* Mon. A. *Ἀμὴς, Σήρας.* Mon. B. *καὶ Ἄμνης καὶ Ἥρας.* Par. C. *Ἰωάννης* et *Ζήρας* Vid. supra pag. 529. In Latt. codd. *Yeras, Zaras, Zarus,*

Purposely in 2d cent. H.

Pilatus Annam et Caipham dicit eis: Quid sunt proselyti? Dicunt illi: Paganorum filii sunt, et nunc facti sunt Judaei. Dicunt Lazarus et Asterius et Antonius et Jacobus, Caras (*al.* Zarus) et Samuel, Isaac et Phinees, Crispus et Agrippa, Amnes (*al.* Amenius) et Judas: Nos proselyti non sumus nati, sed filii Judaeorum sumus, et veritatem loquimur: etenim in desponsalia Mariae interfuimus. Alloquens vero Pilatus duodecim viros, qui haec dixerunt, dixit eis: Adjuro vos per salutem Caesaris, quod non est natus de fornicatione, si vera dixistis. Dicunt illi Pilato: Legem habemus non jurare, quia peccatum est: ipsi jurent per salutem Caesaris, quoniam non est, sicut diximus, et rei sumus mortis. Dicunt Annas et Caïphas ad Pilatum: Duodecim isti

---

Caras et *Amnes*, *Annes*, *Annas*, *Amenius*. — *Ἰσαὰκ*,) Cod. vitiose *Σαάκ*. — *Φινεὲς*,) Mon. B. *Φινεῖος*. In tr. Sota cap. 9. §. 15. memoratur R. Pinchas vel Pinehas, filius Jairi. — *Κρίσπιος*) Sic Cod. noster et Mon. A. Birch. *Ιερισπιος*. Mon. B. *Κρίσπος*. Par. B. *Πρίσκος*. In latt. edd. *Crippus* et *Crispus*. — *Ἡμεῖς*) Cod. *Καὶ ἡμεῖς*, quod reliqui recte om. Birch. post *Ἰούδας* add. *εἶπον* semicirculis cinctum, quod a cod. abest. In Mon. A. totus locus sic legitur: *Ἡμεῖς καθ' ἀλήθειαν τέκνα Ἰουδαίων ἐσμὲν, καὶ τὴν ἀλήθειαν μαρτυροῦμεν καὶ λέγομεν· ὑμεῖς δὲ φθόνῳ πολλῷ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ φερόμενοι τὴν ἀλήθειαν ὑπὸ τοῦ ψεύδους καλυφθῆναι βούλεσθε, καὶ διὰ τοῦτο ἀντιμάχεσθε ἡμῖν. Γνοὺς δὲ ὁ Πιλάτος, ὅτι ἀληθῆ εἰσι τὰ παρ' αὐτῶν λεγόμενα, λέγει αὐτοῖς· Ὁρκίζω κτλ.* — *ἀλήθειαν λέγομεν*,) Par. B. et Mon. B. *ἀλήθειαν λαλοῦμεν*. — *ὅρμαστρα*,) Cod. vitiose *ὅμαστρα*. Id etiam Cangius in Gloss. notavit. Post hanc vocem codd. add. *αὐτῶν*, quod recte om. Par. B. et Mon. B. — *παραγεγόναμεν*.) Par. B. *παρεγενόμεθα*. Testes et amicos interfuisse sponsalibus satis notum est. — *εἰ ἀλήθειά ἐστιν*,) Par. B. *εἰ ἀληθῶς ἐστιν, ἃ εἴπατε*. Mon. B. *εἰ ἀληθῆ εἰσιν, ἃ εἴπατέ μοι*. Mon. A. *ἵνα εἴπητε ἡμῖν, εἰ ἀληθῆ εἰσιν, ἃ εἴπατε*. Seqq. *ὅτι οὐκ ἐγεν. ἐκ π.* ibi omissa. — *Ἡμεῖς νόμον — καὶ*

§ 6.

Οἱ δώδεκα οὗτοι πιστεύονται, ὅτι οὐ γεγέννηται ἐκ πορνείας· ἅπαν τὸ πλῆθος κράζομεν, ὅτι ἐκ πορνείας γεγέννηται καὶ γόης ἐστὶ, καὶ λέγει ἑαυτὸν υἱὸν θεοῦ καὶ βασιλέα, καὶ οὐ πιστευόμεθα.
§ 7. Τότε ἐκέλευσεν ὁ Πιλάτος ἅπαν τὸ πλῆθος ἐξελθεῖν ἐκτὸς τῶν δώδεκα ἀνδρῶν τῶν εἰπόντων, ὅτι οὐ γεγέννηται ἐκ πορνείας, καὶ τὸν Ἰησοῦν ἐκέλευσε χωρισθῆναι· καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Ποίῳ λόγῳ θέλουσιν αὐτὸν ἀποκτεῖναι; Λέγουσιν αὐτῷ· Ζῆλον ἔχουσιν, ὅτι ἐν σαββάτῳ θεραπεύει. Λέγει ὁ Πιλάτος· Περὶ καλοῦ οὖν ἔργου θέλουσιν αὐτὸν ἀποκτεῖναι; Λέγουσιν αὐτῷ· Ναί.

οὐ πιστευόμεθα.) Habes hic textum Mon. B., quocum consentit Par. B., nisi quod om. verba *ὅτι ἁμαρτία ἐστὶν*. Conf. text. Lat. In codice Par. A. plura exciderunt. Sic enim ibi scriptum: *Νόμον ἔχομεν μὴ ὀμνύειν, εἰ καὶ ὀμόσωμεν, ἔνοχοί ἐσμεν. Καὶ λέγει αὐτὸν εἶναι υἱὸν θεοῦ καὶ βασιλέα, καὶ οὐ πιστευόμεθα.* Mon. A. *Ἡμεῖς ν. ἔχ. μὴ ὀμνύειν, αὐτοὶ ὀμοσάτωσαν, ὅτι οὐκ ἔστι, καθὼς εἴπομεν, οὐδὲ εἰς τὰ ὀνομαστήρια παρεγίνοντο·* (fort. *παρεγενόμεθα·*) *καὶ ἔνοχοι θανάτου ἐσόμεθα. Ὁ δὲ Ἄννας καὶ Καϊάφας ἐπὶ πολὺ ἐσίγησαν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Οὐδὲν ἀποκρίνεσθε πρὸς ταῦτα; Οἱ δὲ εἶπον· Αὐτοῖς πιστεύεις καὶ ἡμῖν ἀπιστεῖς, ὅτι ἐκ πορνείας γεγέννηται καὶ ὅτι πλάνος ἐστὶ καὶ λέγει ἑαυτὸν υἱὸν θεοῦ καὶ βασιλέα· καὶ οὐ πιστευόμεθα.* Uti igitur Judaei bene de Jesu sentientes eumque sectantes omnino nefas esse putant *jurare*. Nempe respicitur Matth. V, 34. sq. Omne autem jusjurandum a Christo h. l. prorsus improbari jam Patrum doctissimorum multi judicaverunt, quorum loca collegit Suicerus in Thes. eccles. T. II. p. 513. sq. — *Τότε ἐκέλευσεν) Τότε* ex Par. B. recepimus, quod a nostro aberat. Mon. B. *Καὶ κελεύει.* Mon. A. *Τότε ὁ Πιλάτος θυμοῦ μεγάλου πλησθεὶς ἐκέλευσε.* Id. seq. *ἅπαν* om. et ante *ἐξελθεῖν* interserit *ἔξω*. — *ἐκτὸς — εἰπόντων,)* Sic Mon. B. et Par. B. Cod. A. vitiose *ἐκ τούτων ἀνδρῶν τῶν εἰπόντων* Pro seq. *χωρισθῆναι*. Mon. B. *ἐξελθεῖν*. Mon. A. hic quoque a reliquis discedens haec verba habet: *καταλείψας δὲ μόνους τοὺς δώδεκα καὶ τοὺς εἰπόντας μὴ γεγεννῆσθαι τὸν Ἰησοῦν ἐκ πορνείας, καὶ διαστήσας τὸν Ἰησοῦν ἀπ' αὐτῶν λέγει αὐτοῖς· Εἴπατέ μοι, ποίῳ λόγῳ θέλωσιν αὐτὸν ἀποκτεῖναι.*

credunt, quod non est natus de fornicatione et maleficus, et dicit se esse filium dei et regem, et nos non credimus. (*al.* Duodecim isti creduntur, quod dicunt eum non esse natum de fornicatione: et nos omnes dicimus, quia maleficus est, et dicit se ipsum filium dei esse et regem, et non credimur.) Jubens (*al.* Jussit) ergo Pilatus omnem populum exire foras absque duodecim viris, qui dixerunt, quoniam non est natus de fornicatione: sed et Jesum jussit segregare remote, et dicit eis: Qua ratione volunt Judaei Jesum occidere? Dicunt ei illi: Zelum habent, quoniam sabbato curat. Dixit Pilatus: De bono opere volunt eum occidere? Dicunt illi: Etiam, domine.

Vocula *καὶ* post *δώδεκα* videtur delenda. — *Ποίῳ λόγῳ*) Mon. B. *Περὶ ποίου ἔργου.* Id. *βούλονται* pro *θέλουσιν.* — *Λέγουσιν αὐτῷ·*) Mon. A. *Λέγουσιν οἱ δεκαδύω τῷ Πιλάτῳ.* — *Ζῆλον ἔχουσιν,*) Mon. B. haec om., Mon. A. interserit *μέγαν.* Id. post *θεραπεύει* add. *τοὺς προσερχομένους αὐτῷ.* Conf. Matth. XXVII, 18. *Ἤιδει γὰρ, ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν.* — *Περὶ καλοῦ οὖν — Ναί.*) Sic Par. B. et Mon. B. In Par. A. caput finitur his verbis *Περὶ καλοῦ ἔργου.* Reliqua desunt. Mon. A. *Διὰ καλὸν ἔργον θέλ. ἀπ. αὐτόν; Οἱ δὲ λέγουσι· Ναὶ, διὰ καλὸν ἔργον.* In cod. Venet. et Par. D. prior pars capitis de somnio uxoris Pilati h. l. non legitur. Altera his verbis concipitur: *Λέγει ὁ Πιλάτος τῷ Ἰησοῦ· Ἀκούεις, τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσι, καὶ οὐκ ἀποκρίνῃ; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπε· Πᾶς ἄνθρωπος ἐξουσίαν ἔχει τοῦ λαλεῖν, ἃ θέλει·* (Par. D. *εἴτε καλὸν θέλει, εἴτε κακόν·*) *ἔχοντες οὖν καὶ αὐτοὶ ἐξουσίαν φθέγγειν, ἃ θέλουσι.* (Par. D. *ἃ θέλουσι, λέγειν.*) *Εἶπον οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς αὐτόν· Τί ἔχομεν λέγειν περὶ σοῦ; πρῶτον, ὅτι ἐξ ἁμαρτίας εἶ γεγεννημένος· δεύτερον, ὅτι διὰ σὲ, ὅτε ἐγεννήθης, ἐφόνευσαν τὰ βρέφη·* (Par. D. *ἐφονεύθησαν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες βρέφη·*) *τρίτον, ὅτι ὁ πατήρ σου καὶ ἡ μήτηρ σου ἔφυγον εἰς Αἴγυπτον, διὸ οὐδὲν εἶχον θάῤῥος εἰς τὸν λαόν. Ἐπὶ τούτοις ἀπεκρίθησαν οἱ Ἰουδαῖοι οἱ παρόντες δώδεκα* (Par. D. *ἐκεῖσε*) *θεοσεβεῖς ἄνθρωποι καὶ*

§ 7.

CAPVT III.

Καὶ θυμοῦ πλησθεὶς ὁ Πιλάτος ἐξῆλθεν ἔξω τοῦ πραιτωρίου καὶ λέγει αὐτοῖς· Μάρτυρα ἔχω τὸν ἥλιον, ὅτι οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ. Ἀπεκρίθησαν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ εἶπον τῷ ἡγεμόνι· Εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιός, οὐκ ἄν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν. Εἶπε δὲ ὁ Πι-

---

εἶπον· Ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ἡ γέννησις αὐτοῦ καὶ ἡ ἀνατροφὴ οὐκ ἔστιν ἐξ ἁμαρτίας, ὡς φατέ· ὅτι καὶ εἰς τὴν μνηστείαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἦμεν (cod. εἰσμὲν), καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Μαρία ἐδόθη τῷ Ἰωσὴφ εἰς μνηστείαν, οὐ γαμικὴν, ἀλλ᾽ εἰς τήρησιν· καὶ πᾶσαν τὴν πολιτείαν αὐτοῦ εἴδομεν, ἀλλὰ μάγον ἢ πλάνον οὐκ οἴδαμεν ὡς φθέγγεσθαι. (Par. D. Ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ἡ γέννησις αὐτοῦ ἐξ ἁμαρτίας οὐκ ἔστιν· οἴδαμεν γάρ, ὅτι τὴν μητέρα αὐτοῦ Μαριὰμ ὁ Ἰωσὴφ κατὰ λόγον μνηστείας ἐδέξατο εἰς τήρησιν. Εἶπεν ὁ Πιλάτος· *Λοιπὸν ψεύδεσθε ὑμεῖς οἱ λέγοντες, ὅτι ἐξ ἁμαρτίας ἐστὶν ἡ γέννησις αὐτοῦ. Λέγουσιν αὐτοὶ πάλιν τῷ Πιλάτῳ· Ὁ λαὸς ὅλος μαρτυρεῖ, ὅτι μάγος ἐστίν. Ἀπεκρίθησαν οἱ θεοσεβεῖς οἱ Ἰουδαῖοι καὶ εἶπον· Ἡμεῖς καὶ εἰς τὴν μνηστείαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἤμεθα, καὶ Ἰουδαῖοί ἐσμεν, καὶ πᾶσαν τὴν πολιτείαν αὐτοῦ οἴδαμεν, ἀλλὰ μάγον τοῦτον εἶναι οὐκ οἴδαμεν.*) Οἱ δὲ ταῦτα λέγοντες Ἰουδαῖοι ἦσαν οὗτοι· *Λάζαρος, Ἀσθάριος, Ἀντώνιος, Ἰάκωβος, Ζαρὰς, Σαμουὴλ, Ἰσαὰκ, Φινεὲς, Κρίσπος, Δάγριππος, Εὐμεσσὲ καὶ Ἰούδας. Λέγει οὖν πρὸς αὐτοὺς ὁ Πιλάτος· Εἰς τὴν ζωὴν τοῦ Καίσαρος θέλω ἵνα ὀμόσητε, εἰ χωρὶς ἁμαρτίας ἐστὶν ἡ γέννησις τοῦ ἀνθρώπου τούτου. Ἀπεκρίθησαν οὗτοι καὶ εἶπον· Ὁ νόμος ἡμῶν ὁρίζει μὴ ὀμνύειν ὅλως,* (Par. D. *ἵνα μηδὲν ὀμνύωμεν,*) *ὅτι μεγάλη ἁμαρτία ἐστὶν ὁ ὅρκος· πλὴν δὲ εἰς τὴν ζωὴν τοῦ Καίσαρος ὀμνύωμεν, ὅτι χωρὶς ἁμαρτίας ἐστὶν ἡ γέννησις αὐτοῦ· εἰ δὲ ψευδόμεθα, καρατομηθῆναι ἡμᾶς κέλευσον. Ταῦτα τούτων εἰπόντων ἀπεκρίθησαν οἱ κατηγοροῦντες Ἰουδαῖοι πρὸς Πιλάτον καὶ εἶπον· Καὶ πλέον πιστεύεις τοῖς τοιούτοις δώδεκα Ἰουδαίοις, ἢ παντὶ τῷ πλήθει καὶ ἡμῖν ἀκριβῶς εἰδόσιν αὐτὸν μάγον καὶ βλάσφημον, καὶ υἱὸν θεοῦ ἑαυτὸν ὀνομάζοντα. Τότε ἐκέλευσεν ὁ Πιλάτος πάντας ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ πραιτωρίου ἄνευ μόνων τῶν ῥηθέντων δώδεκα· καὶ τούτου γενομένου λέγει πρὸς αὐτοὺς κρυφίως ὁ Πιλάτος· Τὸν ἄνθρωπον τοῦτον κατὰ τὸ φαινόμενον ἄρχοντες φαίνεταί μοι, ὅτι διὰ* (Par. D. *ἀπὸ*) *φθόνου* (καὶ) *μανίας*

ν cod. ταύτην cod. θεοσεβεῖς cod. π cod. -αν cod. πάντας cod. μόνοις cod. -μοῦντα cod. έ cod. habet cod.

CAPVT III.

Pilatus furore repletus exiit foris praetorium et dicit eis: Testem habeo solem, quod nec unam culpam inveni in homine isto. Responderunt Judaei et dixerunt praesidi: Si non esset maleficus, non tibi eum tradidissemus. Dixit eis Pilatus: Tollite eum vos, et se-

---

θέλουσιν οἱ Ἰουδαῖοι ἵνα φονεύσωσιν αὐτόν· ἓν γὰρ, διότι καταλύει τὰ σάββατα, κατηγοροῦσιν αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ τότε ποιεῖ καλὸν ἔργον, διότι θεραπεύει τοὺς ἀσθενεῖς· τοῦτο καταδίκη θανάτου εἰς τὸν ἄνθρωπον οὐκ ἔστιν. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ δώδεκα· Ναὶ, κύριε, οὕτως ἔχει. Illa verba *κατὰ τὸ φαινόμενον ἄρχοντες* videntur esse glossema pertinens ad v. *οἱ Ἰουδαῖοι*. Vix est quod dicamus narrationem hanc altera capitis parte comprehensam esse fabulatoris. Quis enim credet, Judaeos Jesum accusasse *νοθείας* coram Pilato, cum nulla lex hominem hac de causa damnare posset? Haud dubie haec ficta sunt, ut illi calumniae inter Judaeos divulgatae fides detraheretur. Simili consilio ficta narratio apud Suidam s. v. *Ἰησοῦς*, ut Judaeis persuaderetur, Mariam matrem Jesu virginem mansisse et hunc legitimum ejus filium habitum esse.

ἕνα cod.

μου cod.

Cap. III. *Καὶ θυμοῦ*) Par. B. *Τότε θυμοῦ*. Mon. A. *Θυμοῦ δέ*. Pilatus jam dicitur praetorio exiisse ad Judaeos, Jesu Christi accusatores, quos ante jusserat egredi. Teste Joanne XVIII, 28. Judaei omnino *οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα*. Pleraque vero, quae hoc capite traduntur, petita sunt ex ev. Joann. c. XVIII, 28 – 38. — *καὶ λέγει αὐτοῖς·*) Mon. A. rectius *καὶ λέγει τοῖς Ἰουδαίοις*. Seqq. *Μάρτυρα ἔχω τὸν ἥλιον* confirmant vitiosam esse scripturam textus Lat. Fabric. *Testem habeo solum*, pro quo etiam in codd. Lat. et vers. Francogall. *solem*. Quanquam etiam jurisjurandi formulam per *solum* sive potius per *terram* usitatam fuisse, satis constat ex Matth. V, 35. et Jacob. V, 12., ad quos locos vid. interpp. — *ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ*.) Mon. A. add. *καὶ τί βούλεσθε αὐτὸν ἀποκτανθῆναι;* — *καὶ εἶπον τῷ ἡγεμόνι·*) Par. B. haec om. Mon. A. om. *καὶ εἶπον*. Mon. B. *τῷ Πιλάτῳ* pro *τῷ ἡγεμόνι*. — *Εἶπε δὲ*) Mon. B. add. *αὐτοῖς*.

λάτος· Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν. Εἶπον οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Πιλάτῳ· Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα. Εἶπε δὲ ὁ Πιλάτος πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· Ὑμῖν εἶπεν ὁ θεὸς μὴ ἀποκτεῖναι, ἀλλ' ἐμοί. Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν ὁ Πιλάτος ἐφώνησε τὸν Ἰησοῦν κατ' ἰδίαν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς τῷ Πιλάτῳ· Ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο λαλεῖς, ἢ ἄλλοι σοι εἶπον περὶ ἐμοῦ; Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος πρὸς τὸν Ἰησοῦν καὶ εἶπεν αὐτῷ· Μήτι ἐγὼ Ἰουδαῖός εἰμι; τὸ ἔθνος τὸ σὸν καὶ οἱ ἀρχιερεῖς παρέδωκάν σε ἐμοί· τί ἐποίησας; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· Ἡ βασι-

---

Vid. Joan. XVIII, 30. In seqq. ὑμῶν post νόμον om. Mon. A. In Mon. B. tantum legitur *Λάβετε αὐτόν*. Verba ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν errore scribae omissa. Fabricius ad textum Lat. h. l. adnotaverat, e Joan. XVIII, 31. coll. XIX, 6. perspicuum esse, Judaeis per Romanos non omne jus capitalium judiciorum ademtum fuisse. Idem ibi et in Paralipom. ad Ev. Nic. P. III. p. 469. sq. multas virorum doctorum hac de re disputationes laudaverat. Easdem aliasque plures post Fabricium recensuerunt Wolfius in Curis et Koecherus in Analectis ad Joan. XVIII, 31. Nos verum vidisse putamus eos, qui Judaeis tunc temporis jus vitae et necis ademtum fuisse statuunt, ut recentissimi interpretes Ev. Joan., Lueckius et Tholuckius. — Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν) Cod. vitiose ἔστιν. Compositum in Mon. A. B. et Par. B. legitur. — Εἶπε δὲ — ἐμοί.) Mon. A. haec om. In cod. A. Pilati verba haec: *Οὐχ ὑμῖν εἶπεν ὁ θεὸς τοῦ ἀποκτεῖναι, ἀλλ' ἐμοί;* Nos Mon. B. et Par. B. scripturam exhibuimus. Elliptica videtur dictio hoc sensu: *Vobis deus praecepit, non occidere, mihi vero permisit.* Satis inepte Pilatus per ironiam dicere fingitur, praeceptum dei Exod. XX, 15. ad se non spectare. Judaei enim, quibus Pilatus Christum tradere voluerat flagellis in Synagoga caedendum, antea hoc pronuntiaverant, sibi per Romanos non licere quenquam supplicio afficere; quibus verbis postulabant, ut, quem ipsi mortis reum deprehendissent, Pilatus capitis damnaret. In codd. Venet. et Par. D. prior capitis pars sic legitur: Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πιλάτος ἔξω μετ' ὀργῆς καὶ

cundum legem vestram judicate eum. Dicunt Judaei Pilato: Nobis non licet occidere quenquam. Dicit Pilatus Judaeis: Vobis dixit deus, *non occideris*, sed mihi. Ingressus iterum Pilatus in praetorium vocavit Jesum solum, et dixit ad eum: Tu es rex Judaeorum? Et respondens Jesus dixit Pilato: Ex te hoc dicis, aut alii tibi de me dixerunt? Respondens Pilatus dixit ad Jesum: Numquid ego Judaeus sum? gens tua et principes sacerdotum tradiderunt te mihi; quid fecisti? Respondens Jesus dixit: Regnum meum non est de hoc se-

---

θυμοῦ, καὶ λέγει πρὸς τὸν Ἄνναν καὶ τὸν Καϊάφαν καὶ πρὸς τὸν ὄχλον, *ὃν ἤφερον* (fort. *ὃς ἔφερε*, *qui adducebat* vel *adduxerat*) *τὸν Ἰησοῦν· Τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου;* (Par. D. add. *μάρτυρα ἔχω τὸν ἥλιον, ὅτι οὐδὲν πταῖσμα εὑρίσκω εἰς τοῦτον τὸν ἄνθρωπον.*) *Ἀπεκρίθη ὁ ὄχλος καὶ εἶπεν· Ἐὰν μὴ ἦν οὗτος γόης καὶ βλάσφημος καὶ μάγος καὶ κακοποιὸς, οὐκ ἂν πρὸς τὸ μεγαλεῖον τὸ σὸν ἤγομεν αὐτὸν καὶ παρεδώκαμεν. Εἶπεν οὖν ὁ Πιλάτος· Ἐξετάσατε τοῦτον ὑμεῖς, καὶ ἐπεὶ νόμον ἔχετε, καθὼς λέγει ὁ νόμος ὑμῶν, οὕτως ποιήσατε. Εἶπον οἱ Ἰουδαῖοι· Ὁ νόμος ἡμῶν οὐδένα ἄνθρωπον παραχωρεῖ ἡμᾶς φονεῦσαι. Λέγει ὁ Πιλάτος· Εἰ ὑμεῖς φονεύειν οὐ βούλεσθε, πόσον* (leg. *πόσῳ*) *μᾶλλον ἐγώ;* Vides sic Judaeorum verba Joan. XVIII, 31. referri ad Exod. XX, 15. — *Καὶ εἰςελθὼν — ἐφώνησε*) Mon. B. *Καὶ εἰσῆλθε πάλιν εἰς τὸ πραιτώριον ὁ Πιλάτος, καὶ ἐκάλεσε.* Par. B. *Καὶ ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ βήματος εἰσῆλθεν εἰς τὸ πραιτώριον παραλαβὼν καὶ τὸν Ἰησοῦν· καὶ λαβὼν αὐτὸν κατ' ἰδίαν εἶπεν αὐτῷ.* — *ὁ βασιλεὺς*) Articulum e Mon. B. et Par. B. recepimus. — *Ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο λαλεῖς,*) Mon. B. *σὺ* ante *τοῦτο* inserit. Par. B. *λέγεις* pro *λαλεῖς*. Mon. A. *Ἀπὸ σεαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις.* Id. om. seq. *σοι*. Vid. Joan. XVIII, 34. — *πρὸς τὸν Ἰησοῦν,*) In cod. A. vitiose *πρὸς τὸν θεὸν*, quod correximus e Mon. B. Nam Mon. A. *Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος καὶ εἶπε.* Et Par. B. *Λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος.* — *Μήτι ἐγὼ*) Mon. B. *Μήτι κἀγώ.* Par. B. *Μὴ κἀγώ.* — *Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς·*) Birch. *ὁ Ἰησοῦς*, quod in cod. non reperimus. Etiam Par. B. om. artic. Mon. A. et B. eundem add. Sic etiam Joan. XVIII, 36.

εἰ solum cod. | tr. cod.

om. cod.

§ 7.

λεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· εἰ γὰρ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις· νυνὶ δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Πιλάτος· Οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Σὺ λέγεις, ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ· εἰς τοῦτο γὰρ γεγέννημαι καὶ ἐλήλυθα, ἵνα πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας ἀκούῃ μου τῆς φωνῆς. Λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος· Τί ἐστιν ἀλήθεια;

---

codd. variant. — *εἰ γὰρ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν,*) Art. ἡ ante βασιλ. in cod. A. omissum e reliquis supplevimus. Mon. B. et Par. B. verba sic transponunt: εἰ γὰρ (Mon. B. om. γὰρ) ἐκ τοῦ κ. τ. ἦν ἡ βασ. ἡ ἐμή. Mon. A. om. verba γὰρ ἡ βασ. ἡ ἐμή. — *οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ*) Birch. male ἐμου. Voculam ἂν in cod. A. omissam illo loco inseruimus e Mon. A. et Par. B. In Mon. B. legitur post ἐμοί. In pluribus Ev. Joan. codd. post verbum ἠγωνίζοντο illa vocula ponitur. — *νυνὶ δὲ*) Mon. A. νῦν δὲ. Mon. B. νῦν οὖν. — *εἰμι ἐγώ·*) Pronomen Mon. A. om. Conf. varr. lectt. Joan. XVIII, 37. in ed. Griesb. — *εἰς τοῦτο — ἐλήλυθα,*) Mon. A. ἐγὼ γὰρ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα καὶ εἰς τοῦτο γεγέννημαι. Mon. B. εἰς τοῦτο γεγέννημαι καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον. — *ἵνα πᾶς — φωνῆς.*) Birch. ἀκούει. Cod. recte ἀκούῃ. Mon. B. ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου. Mon. A. ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ, ἵνα πᾶς κτλ. — *Τί ἐστιν ἀλήθεια;*) Mon. A. art. ἡ add. Reliqui codd. plura addunt. Mon. A. Λέγει ὁ Ἰησοῦς· Ὁρᾷς, ὅτι οἱ τὴν ἀλήθειαν λέγοντες κρίνονται ὑπὸ τῆς τῶν ἀρχόντων ἐξουσίας ἐπὶ τῆς γῆς. Mon. B. et Par. B. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀλήθεια ἐξ οὐρανοῦ. (Par. B. add. ἐστιν.) Λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος· Ἐπὶ (Par. B. τῆς) γῆς ἀλήθεια οὐκ ἔστιν; Λέγει ὁ Ἰησοῦς τῷ Πιλάτῳ· Ὁρᾷς, (Par. B. Ἄρα ὅτι) οἱ τὴν ἀλήθειαν λέγοντες πῶς κρίνονται ἀπὸ (Par. B. παρὰ) τῶν ἐχόντων τὴν ἐξουσίαν ἐπὶ (Par. B. τῆς) γῆς. Conf. text. Lat. In codd. Venet. et Par. D. altera capitis pars hujuscemodi est: Τότε ἐστράφη ὁ Πιλάτος ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ ἐφώνησε τὸν Ἰησοῦν καὶ εἶπεν αὐτῷ· Εἰπέ μοι ~~(Par. D. εἰ)~~ σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπε· Σὺ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοι Ἰουδαῖοι εἶπον τοῦτο πρὸς σέ, ἵνα με

fortasse Ven.

culo: (*al.* mundo:) Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei resisterent, et non traditus essem Judaeis: nunc vero regnum meum non est hinc. Dixit Pilatus: Ergo rex tu es? Respondit Jesus: Tu dicis, quia rex sum ego. [Iterum dicit Jesus Pilato:] Ego in hoc natus sum et ad hoc veni, ut testimonium perhibeam veritati; et omnis, qui est ex veritate, audit meam vocem. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Dicit Jesus: Veritas de coelo est. Dicit Pilatus: In terris ergo veritas non est? Dicit Jesus Pilato: Intende, veritatem dicentes in terra quomodo judicantur ab his, qui habent potestatem in terris?

ἐρωτήσῃς; Εἶπεν ὁ Πιλᾶτος· Καὶ μήτι ἐγὼ Ἑβραῖός εἰμι; (Par. D. add. *ἐγὼ οὐκ εἰμι Ἑβραῖος·*) *ὁ λαός σου καὶ οἱ ἀρχιερεῖς παρέδωκάν σε εἰς τὰς χεῖράς μου· καὶ εἰπέ μοι, εἰ βασιλεὺς εἶ τῶν Ἰουδαίων. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ,* (Venet. add. *ἀλλ' αἰώνιος*) *εἰ γὰρ ἦν ἡ ἐμὴ βασιλεία ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, οἱ στρατιῶταί μου οὐκ ἂν ἔμελον ἀμελῆσαι κρατηθῆναι με· λοιπὸν ἡ βασιλεία μου οὐκ ἔστιν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ. Λέγει ὁ Πιλᾶτος· Λοιπὸν* (Par. D. *Τὸ λοιπὸν*) *βασιλεὺς εἶ; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· Σὺ εἶπας· ἐγὼ εἰς τοῦτο ἐγεννήθην τοῦ μαρτυρεῖν τὴν ἀλήθειαν, καὶ εἴ τις ἐστιν ἄνθρωπος τῆς ἀληθείας, πιστεύει τὸν λόγον μου καὶ ποιεῖ αὐτόν. Λέγει ὁ Πιλᾶτος· Τί ἐστιν ἀλήθεια; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια, ὃς λαλῶ τὴν ἀλήθειαν.* (Par. D. aliter respondentem facit Christum. *Ἀπεκρίθη ὁ Χριστὸς· Ἡ ἀλήθειά ἐστιν ἐκ τῶν οὐρανῶν. Λέγει ὁ Πιλᾶτος· Ἐν τῇ γῇ δὲ οὐκ ἔστιν ἀλήθεια; Λέγει ὁ Χριστός· Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· καὶ πῶς ἐν τῇ γῇ κρίνεται ἡ ἀλήθεια παρὰ τῶν ἐχόντων γηΐνην ἐξουσίαν.*)

§ 7.

CAPVT IV.

Καὶ καταλείπων ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησοῦν, ἔξω τοῦ πραιτωρίου ἐξῆλθε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Οὗτος εἶπε· δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομήσω αὐτόν. Λέγει ὁ Πιλάτος· Ποῖον ναόν; Λέγουσιν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Ὃν ᾠκοδόμησεν ὁ Σολομὼν ἐν τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν· οὗτος δὲ λέγει καταλῦσαι καὶ οἰκοδομῆσαι αὐτὸν διὰ τριῶν ἡμερῶν. Πάλιν λέγει ὁ Πιλάτος αὐτοῖς· Ἀθῶός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου· ὑμεῖς ὄψεσθε. Λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι· Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. Προςκαλεσάμενος (δὲ) ὁ Πιλάτος τοὺς πρεσβυτέρους καὶ ἱερεῖς καὶ Λευΐτας εἶπεν αὐτοῖς λαθραίως· Μὴ οὕτως ποιήσατε· οὐδὲν γὰρ κατηγορεῖτε αὐτὸν (ἄξιον) θανάτου· ἡ γὰρ κατηγορία ὑμῶν περὶ θεραπείας καὶ βεβηλώσεως σαββάτων

Cap. IV. *Καὶ καταλείπων*) Mon. A. *Καταλιπὼν τοίνυν.* — *ἔξω τοῦ πραιτωρίου*) Sic in cod. legitur. Referenda haec ad seq. *ἐξῆλθε.* Birch. edidit *ἔσω τοῦ πραιτωρίου*, quae est scriptura Mon. B., expressa in textu Lat. Eodem sensu Par. B. *εἰς τὸ πραιτώριον* pro *ἐν τῷ πραιτωρίῳ.* Mon. A. haec om. Conf. Joan. XVIII, 38. — *ἐν αὐτῷ.*) Mon. A. *ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ.* — *Οὗτος εἶπε· δύναμαι — Ὃν ᾠκοδόμησεν*) Verba ista usque ad *ὃν ᾠκ.* omnia desunt in cod. A. Nos ea restituimus e codd. Par. B. et Mon. A., a quibus Mon. B. tantum discedit, quod post *καταλῦσαι* habet *καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγεῖραι αὐτόν.* Vid. Matth. XXVI, 61. Marc. XIV, 58. coll. Joan. II, 19. et var. lect. in ed. Griesb. ibi notatam. Birchius ex conjectura edidit *Ἱερὸν ὃ ᾠκοδόμησεν.* Poterat e Lat. textu doceri, plura excidisse. Quod vero auctor a Judaeis Joan. II, 20. de templo Salomonis agi putat, hunc errorem cum Heracleone Gnostico, et Patribus bene multis, Origene, Cypriano, Nonno aliisque communem habet. Vid. Origen. in Joan. pag. 187. sqq. ed. Huet. Conf. Mal-

CAPVT IV.

Relinquens Pilatus Jesum intus praetorium, exiit ad Judaeos et dicit eis: Ego nec unam culpam inveni in eo. Dicunt ei Judaei: Iste dixit: possum templum istud dissolvere et in triduo resuscitare illud. Dicit eis Pilatus: Quale templum? Dicunt ei Judaei: Quod aedificavit Salomon in quadraginta et sex annis [fabricatum est]; et iste dicit dissolvere et aedificare illud in tribus diebus. Et iterum dicit eis Pilatus: Innocens sum ego a sanguine hominis istius, vos videritis. Dicunt ei Judaei: Sanguis ejus super nos et super filios nostros. Advocans (autem) Pilatus seniores et sacerdotes et Levitas dixit eis secreto: Nolite facere sic: nihil enim accusantibus eum (vobis) dignum mortis inveni

---

donatus et Lampius ad l. l. — *οὗτος δὲ — ἡμερῶν.*) Mon. B. *αὐτὸς λέγει λύειν αὐτὸν καὶ οἰκοδομεῖν πάλιν.* Sic rectius *πάλιν* ad praecedentia tractum. Mon. A. *οὗτος δὲ εἶπε λῦσαι καὶ οἰκοδομεῖν αὐτὸν διὰ τριῶν ἡμερῶν.* (*Λέγει ὁ Πιλάτος·*) *Καὶ διὰ τοῦτο θέλετε ἀποκτανθῆναι αὐτόν; Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ· Ναί. Ὁ δὲ Πιλάτος φησίν· Ἀθῶος κτλ.* Verba in parenthesi posita nostra sunt. — *Ἀθῶός εἰμι*) Mon. B. add. *κἀγώ.* — *τοῦ δικαίου τούτου·*) Par. B. *τοῦ ἀνθρώπου τούτου.* Mon. B. *τοῦ ἀνθρώπου τοῦ δικαίου τούτου.* Conf. Matth. XXVII, 24. et var. lect. in ed. Griesbach. — *Προσκαλεσάμενος*) Mon. B. et Par. B. add. *δὲ*, Mon. A. *Καὶ προσκ.* Idem om. *ὁ Πιλάτος.* — *καὶ ἱερεῖς*) Mon. A. *ἱερεῖς τε.* Mon. B. *καὶ τοὺς ἱερεῖς.* — *λαθραίως·*) Cod. *λαθρίως.* Mon. B. *λάθρα.* Mon. A. hoc adv. om. — *ποιήσατε·*) Mon. A. *ποιεῖτε.* — *οὐδὲν γὰρ — θανάτου·*) Voc. *ἄξιον* nos interseruimus ex Par. B., ubi *οὐδὲ γὰρ κατηγορήσειτε* [sic] *ἄξιον θανάτου.* Mon. B. *οὐδέν γάρ ἐστιν, ὃ κατηγορήσατε, ἄξιον θανάτου.* Mon. A. *οὐδεμία γὰρ κατηγορία θανάτου ὑπάρχει ἐν αὐτῷ.* — *περὶ θεραπείας·*) Mon. A. add. *νοσούντων.* Id. repetit *περὶ* post *καὶ.* — *σαββάτων*)

§ 7.

ἐστί. *Λέγουσιν οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ καὶ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται τῷ Πιλάτῳ· Κατὰ Καίσαρος ἐάν τις βλασφημήσῃ, ἄξιος θανάτου ἐστίν, ἢ οὔ; Λέγει ὁ Πιλάτος· Ἄξιός ἐστι θανάτου. Λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Πιλάτῳ· Εἰ εἰς Καίσαρα ἐάν τις βλασφημήσῃ, ἄξιός ἐστι θανάτου, οὗτος δὲ κατὰ τοῦ θεοῦ ἐβλασφήμησεν. Τότε ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἐξελθεῖν (τοὺς Ἰουδαίους) ἔξω τοῦ πραιτωρίου (καὶ προςκαλεσάμενος) τὸν Ἰησοῦν [καὶ] λέγει αὐτῷ· Τί ποιήσω σοι; Λέγει ὁ Ἰησοῦς τῷ Πιλάτῳ. Ὡς ἐδόθη σοι. Λέγει ὁ Πιλάτος· Πῶς ἐδόθη; Λέγει ὁ Ἰησοῦς· Μωσῆς καὶ οἱ προφῆται προεκήρυξαν περὶ τοῦ θανάτου μου καὶ τῆς ἀναστάσεως. Παρατηρήσαντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι καὶ ἀκούσαντες*

Mon. B. et Par. B. *σαββάτου.* — *Λέγουσιν — τῷ Πιλάτῳ·*) Mon. B. om. *τοῦ λαοῦ* et articulum *οἱ* ante *Λευῖται* add. Mon. A. *Λέγουσι τῷ Πιλάτῳ.* Par. B. *Λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι.* — *Κατὰ Καίσαρος — κατὰ τοῦ θεοῦ ἐβλασφήμησεν.*) Sic cod. Par. A., quocum consentit Par. B. In apographo Birchii plura omissa sunt et haec tantum leguntur: *Κατὰ Καίσαρος ἐὰν τις βλασφημήσῃ, ἄξιός ἐστι θανάτου, οὗτος δὲ κατὰ τὸν θεὸν ἐβλασφήμησεν.* Fortuito hunc breviorem textum Mon. B. habet et Latinus reddit. Mon. A. *Κατὰ Καίσαρος ἐὰν βλασφημήσῃ τις, τίνος ἄξιός ἐστιν; Ὁ δὲ λέγει· Θανάτου. (Λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι·) Καὶ εἰ θανάτου ἄξιός ἐστιν ὁ κατὰ Καίσαρος βλασφημήσας, ὡς* (fort. *πῶς*) *οὗτος οὐκ ἀποκτανθήσεται κατὰ θεοῦ βλασφημήσας.* In cod. Par. D. et Venet. hic textus reperitur: *Ἀφεὶς οὖν ὁ Πιλάτος τὸν Χριστὸν μόνον ἐξῆλθεν ἔξω, καὶ λέγει τοῖς Ἰουδαίοις· Ἐγὼ οὐδὲν εὑρίσκω πταῖσμα ἐν τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ. Ἀπεκρίθησαν οἱ Ἰουδαῖοι· Ἡμεῖς ἵνα εἴπωμεν* (Venet. *Ἐροῦμεν*) *τῇ μεγαλειότητί σου, τί εἶπεν αὐτός· εἶπεν, ὅτι δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν. Λέγει ὁ Πιλάτος· Καὶ ποῖον ναὸν εἶπεν ἵνα καταλύσῃ;* (cod. *α καταλύσει*, quod possis etiam scribere *αὐτὸς καταλύσειν;*) *Εἶπον οἱ Ἰουδαῖοι· Τὸν ναὸν τοῦ Σολομῶντος, ὃν ἔκτιζεν ὁ Σολομὼν ἐπὶ ἔτη τεσσαράκοντα ἕξ.* (Venet. sic pergit post *οἰκοδομῆσαι αὐτόν*, *ὃν ἔκτιζεν ὁ Σολ. ἐπὶ ἔτη τεσσ. ἕξ. Καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς λέγει τῷ Ἰησοῦ· Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς,*

ει cod.

de curatione et violatione sabbati. Dicunt sacerdotes et Levitae et seniores Pilato: Super Caesarem si quis blasphemaverit, dignus est morte. Iste (autem) adversus deum blasphemavit. Jussit vero praeses Judaeos foras exire de praetorio, et advocans Pilatus Jesum dicit ei: Quid faciam tibi? Dicit Jesus Pilato: Sicut datum est. Dicit Pilatus: Quomodo datum est? Dicit Jesus: Moses et prophetae praecinerunt (*scr.* praecinuerunt *al.* praeconizaverunt) de passione ista et de resurrectione mea. Audientes Judaei dicunt Pilato: Quid amplius

---

εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. Λέγει ὁ Ἰησοῦς· Σὺ εἶπας. Τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λέγων· ὅτι ἐβλασφήμησε· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ.) Λέγει ὁ Πιλάτος κατ' ἰδίαν πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς γραμματεῖς καὶ τοὺς Φαρισαίους· Παρακαλῶ ὑμᾶς, μηδὲν ποιήσατε κακὸν εἰς τοῦτον τὸν ἄνθρωπον· ἐὰν γὰρ ποιήσετε εἰς τοῦτον κακόν, ἄδικα μέλλετε ποιήσειν· (Venet. *Παρακαλῶ — ποιήσειν·* male om.) *οὐ γάρ ἐστι δίκαιον ἀποθανεῖν τοιοῦτον ἄνθρωπον, ὅστις ἐποίησεν ἀγαθὰ μεγάλα πρὸς πολλοὺς ἀνθρώπους. Εἶπον ἐκεῖνοι πρὸς τὸν Πιλάτον· Εἰ ὁ ἀτιμάσας, κύριέ μου, τὸν Καίσαρα, ἄξιός ἐστι θανάτου, πόσῳ* (Venet. add. *γε*) *μᾶλλον οὗτος ὁ ἀτιμάσας* (Ven. *ὁ ὑβρίζων*) *τὸν θεόν; — Τότε ἐκέλευσεν — λέγει αὐτῷ·*) Voces in parenthesi positas sumsimus e Mon. B. et Par. B. Similiter Mon. A. *Ἐκέλευσε δὲ ὁ ἡγ. ἐξελθεῖν τοὺς Ἰουδαίους ἔξω τοῦ πραιτ., καὶ λέγει τῷ Ἰησοῦ· — Ὡς ἐδόθη σοι.*) Cod. vitiose *οὕτως ἐδόσθω*, quod Birch. incorrectum reliquit. Par. B. *οὕτως ἐδόθη.* Mon. B. *οὕτως ἐδόθη σοι.* Mon. A. *Ἐξουσία ἐδόθη σοι ἐπ' ἐμέ.* Conf. Joan. XIX, 11. Nos scribendum putavimus *Ὡς ἐδόθη σοι*, ut suppleatur *οὕτως ποιεῖ.* Codd. Lat. *sicut datum est.* — *Λέγει ὁ Πιλάτος· Πῶς ἐδόθη;*) Haec a nostro cod. absunt. Leguntur vero in Mon. A. et Latt. codd. Mon. B. *πῶς οὕτως ἐδόθη μοι;* — *προεκήρυξαν*) Mon. A. et B. *ἐκήρυξαν.* Iidem *μου* transponunt post *ἀναστάσεως.* — *Παρατηρήσαντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι καὶ ἀκούσαντες*) Sic Mon. A. *Παρατηρεῖν* est *insidiose observare* Marc. III, 2. In nostro cod. vitiose *Περιστωρήσαντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι καὶ οἱ ἀκούοντες.* Mon. B. *Παραστορήσαντες δὲ Ἰουδ.*

§ 7.

λέγουσι τῷ Πιλάτῳ· Τί πλεῖον ἔχεις ἀκοῦσαι [περὶ] τῆς βλασφημίας ταύτης; Λέγει ὁ Πιλάτος τοῖς Ἰουδαίοις· Εἰ οὗτος ὁ λόγος βλάσφημός ἐστι, περὶ τῆς βλασφημίας λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ ἀπαγάγετε εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν. Λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Πιλάτῳ· Ὁ νόμος ἡμῶν περιέχει, ἄνθρωπος εἰς ἄνθρωπον ἐὰν ἁμαρτήσῃ, ἄξιός ἐστι λαμβάνειν τεσσαράκοντα παρὰ μίαν· εἰ δὲ εἰς θεὸν, λιθοβολείσθω. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ οἵῳ βούλεσθε τρόπῳ, ἀμύνασθε αὐτόν. Λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Πιλάτῳ· Ἡμεῖς βουλόμεθα ἵνα σταυρωθῇ. Λέγει ὁ Πιλάτος· Οὐκ ἔστιν ἄξιος τοῦ σταυρωθῆναι. Περιβλεψάμενος δὲ ὁ Πιλάτος εἰς τοὺς περιεστῶτας ὄχλους τῶν Ἰουδαίων, θεωρεῖ πολλοὺς δακρύοντας τῶν Ἰουδαίων, καὶ λέγει· Οὐ πᾶν τὸ πλῆθος βούλεται αὐτὸν ἀποθανεῖν. Λέγουσιν οἱ πρεσβύτεροι τῶν Ἰου-

---

καὶ ἀκούσαντες. Possit inde scribi *παριστορήσαντες.* Par. B. *Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ Ἰουδαῖοι.* — *Τί πλεῖον — ταύτης;*) Praep. *περὶ* recte omittit Par. B., qui in reliquis nostrum textum habet. Mon. A. *Τί τούτων πλίον θέλεις καὶ μεῖζον τῆς βλασφημίας ταύτης ἀκοῦσαι;* Similiter Mon. B. — *περὶ τῆς βλασφημίας*) Mon. A. et Par. B. om. — *τεσσαράκοντα παρὰ μίαν.*) Sic Mon. A. et B. In nostro cod. *παρὰ μίαν πληγὰς μ΄.* Par. B. *παρὰ μίαν πληγὰς τεσσαράκοντα.* Vid. interpretes ad Deuteron. XXV, 3. et 2 Cor. XI, 24. Pleraque scriptorum Judaicorum loca de hac flagellatione מלקות dicta laudata sunt a Jo. Heur. Othone in Lexico Rabbinico pag. 244. seq. ed. Zachar. et Wetstenio ad 2 Cor. XI, 24. Addas modo locum in codice Talmudico Pesachim T. II. p. 162. ed. Surenhus. Ex illis XXXIX plagis tredecim super humerum dextrum, totidem super sinistrum et totidem infra humeros infligi consuevisse, praeter alios Morinus De sacramento poenitentiae p. 231. notavit. Conf. etiam Jac. Boilavius in flagellantium historia. Illud poenae genus etiam recentiori tempore inter Judaeos adhuc viguisse constat vel ex celebri Urielis Acostae exemplo, qui in libello de vita sua, quem Limborchius Colloquio cum erudito Judaeo sub-

στάς) Mon. A. et B. *Ἀναστὰς δὲ.* — *ὁ Πιλάτος*) Mon. A. om. Mon. B. *ὁ ἡγεμών.* — *ἐζήτησεν*) Mon. A. *ἐζήτει.* — *Καὶ ἔκραζον*) Sic in codice scriptum. Birch. ed. *ἔκραξαν.* Mon. A. *Καὶ ἀνέκραξαν φωνήν*, ubi fortasse *φωνῇ* vel *φωνῇ μεγάλῃ* legendum. — *Ἡμεῖς — Ἰησοῦν.*) Cod. *καὶ σὺ τὸν Ἰησοῦν.* Haud prorsus ineptum hoc est. Sed videtur tamen esse vitium scripturae pro *καὶ οὐ τὸν Ἰησοῦν*, uti habet Mon. B. cum vers. Lat. Similiter Mon. A. *Ἡμεῖς τὸν Καίσαρα οἴδαμεν βασιλέα εἶναι, οὐχὶ δὲ τοῦτον.* — *Καὶ γὰρ οἱ μάγοι — ἀποκτεῖναι αὐτόν.*) Mon. A. *Καὶ γὰρ οἱ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν δῶρα αὐτῷ ὡς βασιλεῖ ἤνεγκαν· καὶ ἀπήγγειλαν τῷ Ἡρώδῃ, ὅτι βασιλεὺς ἐγεννήθη, καὶ ἐζήτει ὁ Ἡρώδης ἀποκτ. αὐτόν.* Mon. B. cum nostro textu consentit, nisi quod pariter *ἀπ' ἀνατολῶν* addit, tum vero *παρὰ τῶν μάγων* omittit. — *παρέλαβεν*) Mon. B. *παραλαμβάνει.* — *αὐτὸν καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ,*) Mon. A. *Μαριὰμ τὴν μητέρα αὐτοῦ.* Idem in seqq. *ἔφυγον.* — *Καὶ ἀκούσας — ἐν Βηθλεέμ.*) Mon. A. *Καὶ δι' αὐτὸν ἀπώλεσεν Ἡρώδης τοὺς παῖδας τῶν Ἑβραίων τοὺς γεννηθέντας ἐν Βηθλεέμ.* Conf. text. Lat. Mon. B. *Ἀκούσας δὲ Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ἀπέκτεινε τοὺς παῖδας τῶν Ἑβρ. ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, τοὺς γεννηθέντας ἐν Βηθλεέμ.* Paris. D. et Venet. mediam h. cap. partem his verbis tradunt: *Ἐθυμώθη οὖν ὁ Πιλάτος καὶ* 568

§10.

παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεέμ. Ἀκούσας δὲ ὁ Πιλάτος τοὺς λόγους τούτους παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐφοβήθη· καὶ κατασιγήσας ὁ Πιλάτος τοὺς ὄχλους, ὅτι ἔκραζον, λέγει· Ὥστε οὗτός ἐστιν, ὃν ἐζήτει Ἡρώδης; Λέγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι· Ναὶ, οὗτός ἐστιν. Τότε λαβὼν ὕδωρ ὁ Πιλάτος ἀπενίψατο τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἀπέναντι τοῦ ἡλίου λέγων· Ἀθῶός εἰμι ἀπὸ

εἶπε· Πάντοτε ἡ γενεὰ ὑμῶν ἦν διαβολικὴ καὶ ἄπιστος, καὶ ἀεὶ πρὸς τοὺς εὐεργέτας ὑμῶν ἦτε ἀντίδικοι. Εἶπον οἱ Ἑβραῖοι· Καὶ τίνες ἦσαν ἡμῶν εὐεργέται; Λέγει ὁ Πιλάτος· Ὁ θεὸς ὁ ἐλευθερώσας (Venet ἐλευθερῶν) ὑμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν Φαραὼ, καὶ διαπεράσας ὑμᾶς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ὡς ἐπὶ ξηρᾶς, (Venet. διὰ ξηρᾶς,) καὶ χορτάσας ὑμᾶς τὴν ὀρτυγομήτραν, ἐκ πέτρας ἀνίκμου ποτίσας τὸ ὕδωρ, καὶ ὁ δοὺς (Venet. διδοὺς) ὑμῖν νόμον, ὃν κατ-
τὸν cod. ελύσατε θεὸν ἀρνησάμενοι· καὶ εἰ μὴ Μωϋσῆς ἐστάθη παρακαλῶν
σαντες cod. τὸν θεὸν, πικρῷ θανάτῳ ἂν ἐμέλλετε παραπολέσθαι. Πάντων οὖν ἐκείνων ἐπελάθεσθε. Οὕτω δὲ καὶ νῦν λέγετε, (ὅτι) οὐδὲν ἀγαπῶ ἐγὼ τὸν Καίσαρα, ἀλλ' ἔχω μῖσος εἰς αὐτὸν, καὶ θέλω ἵνα
ο cod. ἐπιβουλεύσωμαι κατὰ τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ Πιλάτος ἠγέρθη (ἀπὸ) τοῦ θρόνου μετὰ θυμοῦ, θέλων φυγεῖν ἐξ αὐτῶν. Ἔκραξαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι λέγοντες· Ἡμεῖς τὸν Καίσαρα
ω cod. θέλομεν βασιλεύειν ἡμῶν, οὐ τὸν Ἰησοῦν, διότι ὁ Ἰησοῦς ἐκ τῶν
ὁ cod. μάγων ἐδέξατο χαρίσματα. Καὶ ἤκουσε τοῦτο καὶ Ἡρώδης, ὅτι βασιλεὺς μέλλει γενέσθαι, καὶ ἠθέλησεν ἵνα φονεύσῃ αὐτὸν, καὶ ἐν τούτῳ ἀπέστειλε καὶ ἀπέκτεινε πάντα τὰ βρέφη τὰ ἐν Βηθλεέμ. Διὰ
δὲ cod. τοῦτο καὶ ὁ Ἰωσὴφ ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἔφυγον
574 ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτῶν εἰς τὴν Αἴγυπτον. — Ἀκούσας δὲ — λέγει·) Habes hic textum cod. Mon. B., quem reddit interpr. Lat. Nostri codicis scriptura mutila et corrupta. Ἀκ. δὲ ὁ Πιλ. τοὺς λόγους τούτους λιπὸν ὅτι ἔκραζον, λέγει. Nisi forte *λοιπὸν* scribere et sic interpretari placet: *Auditis his verbis Pilatus, cum praeterea clamarent s. clamare pergerent* scil. Judaei, *dicit*. Mon. A. Ἀκ. δὲ ὁ Πιλ. τοὺς λόγ. τούτους ἐφοβήθη, καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ λέγει τοῖς ὄχλοις σιγᾶν, πυνθανόμενος, εἰ οὗτός ἐστιν, ὃν ἐζήτει Ἡρώδης ἀποκτεῖναι. Formula *κατασείειν τῇ χειρὶ* vel *τὴν χεῖρα* interdum nude ponitur, interdum *σιγᾶν* additur, velut Act. XII, 17. ad quem locum vid. Wetsten. aliique interpp. Apud Gregorium Nyssenum de Resurrectione in Wolfii Anecdot.

Bethleem. Audiens Pilatus verba haec timuit; et facto silentio in populo, qui clamabat, dixit Pilatus: Ergo hic est, quem quaerebat Herodes? Dicunt ei: Hic est. Accipiens autem Pilatus aquam lavit manus suas coram populo dicens: Innocens ego sum a sanguine justi hu-

---

Gr. T. II. p. 295. loco verbi *κατασείσασα* in aliis libris legitur *κατασιγήσασα.* — *Ὥστε*) Mon. B. om. Scripturam Mon. A. modo notavimus. — *Τότε*) Mon. A. et B. *Καὶ.* — *ὁ Πιλάτος*) Mon. A. om. Item seq. *αὐτοῦ* post *χεῖρας.* — *ἀπέναντι τοῦ ἡλίου*) Mon. A. cum vers. Lat. *ἀπέναντι τοῦ ὄχλου.* Sunt verba Matthaei XXVII, 24. quae noster sua fecit. S. R. Muenterus in Probabil. l. l. p. 334. propterea illam scripturam *ἀπέναντι τοῦ ἡλίου*, quam etiam Mon. B. habet, aperte falsam pronuntiat. Sed dubitari potest, utra sit in nostro Evangelio genuina. Fortasse auctor ejus animo informavit, Pilatum manus abluisse in conspectu solis, sive conversum ad solem, quem tanquam gravissimum innocentiae testem provocaret. Conf. cap. III. et XII. Sic in epistola imperatoria apud Theodoret. hist. eccles. IV, 7. legitur: *Ἡμεῖς μέντοι καθαροὺς ἑαυτοὺς ἀφ' ὑμῶν εἶναι θέλοντες, ὡς καὶ Πιλάτος ἐπὶ τῆς ἐξετάσεως τοῦ ἐν ἡμῖν πολιτευομένου Χριστοῦ, μὴ θέλων αὐτὸν ἀνελεῖν καὶ ὑπὲρ τοῦ παθεῖν αὐτὸν παρακληθεὶς, ἐπιστραφεὶς ἐπὶ τὰ τῆς ἀνατολῆς μέρη, καὶ αἰτήσας ὕδωρ ἐπὶ χειρῶν, ἐνίψατο αὐτοῦ τὰς χεῖρας λέγων· ἀθῶός εἰμι κτλ.* Eadem Nicephorus hist. eccles. XI, 30. Iudices autem tristitiam ac innocentiam suam, quando reos extremo supplicio adjudicarent, tali actione solitos esse testari, docet locus Constitut. Apostol. lib. II. cap. 52. *Τελευταῖον ὅρον καὶ ψῆφον θανάτου ὁ μέλλων ἐκφέρειν κατ' αὐτοῦ, πρὸς τὸν ἥλιον ἐπάρας τὰς χεῖρας, διαμαρτύρεται ἀθῶος ὑπάρχειν τοῦ αἵματος τοῦ ἀνθρώπου.* Sermo ibi est de cautione, quam in sententiis judices gentiles adhibeant. Conferri potest Aurelius Victor de Caesaribus cap. 39. *Igitur Valerius prima ad exercitum concione cum educto gladio solem intuens obtestaretur, ignarum cladis Numeriani, neque imperii cupientem se fuisse; Aprum proxime adstantem ictu transegit* etc. Etiam Pseudo-Ambrosius de moribus Brachmanorum: *Nam et hoc interdum modo a regula veritatis abstrahimur, hoc est, tunc cum necessarium potum nostro corpori damus: ob quod postea oculos et manus nostras veluti sacrifi-*

τοῦ αἵματος τούτου τοῦ δικαίου, ὑμεῖς ὄψεσθε. Καὶ πάλιν κράζουσιν οἱ Ἰουδαῖοι· Ὅτι τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. Τότε ἐκέλευσεν ὁ Πιλάτος τὸ βῆλον

---

cium aliquod, ad radios Solis agentes extollimus. — τούτου τοῦ δικαίου,) Mon. A. et B. *τοῦ δικαίου τούτου*. Eadem scripturae diversitas Matth. XXVII, 24. — Καὶ πάλιν) Mon. A. om. In Mon. B. solum *καὶ* deest. — Ὅτι) Mon. A. et B. om., uti Matth. XXVII, 25. Haec capitis particula a verbis *Ἀκούσας δὲ ὁ Πιλάτος τοὺς λόγους* usque ad verba *ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν* in Paris. D. et Venet. plura habet additamenta, praecipue e Luc. XXIII, 4-15. *Ἀκούσας τοιγαροῦν ὁ Πιλάτος* (Paris. D. add. *τοὺς τοιούτους λόγους καὶ φοβηθεὶς*) *κατεσίγησε πάντα τὸν λαὸν, καὶ λέγει· Λοιπὸν οὗτός ἐστιν ὁ Ἰησοῦς, ὃν ἐζήτει τότε Ἡρώδης φονεῦσαι; Λέγουσιν αὐτῷ· Ναί. Γνωρίσας οὖν ὁ Πιλάτος, ὅτι τῆς ἐπικρατείας ἐστὶ τοῦ Ἡρώδου, ἀπέστειλε τὸν Ἰησοῦν πρὸς αὐτόν. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ Ἡρώδης ἐχάρη λίαν· ἦν γὰρ ἐπιθυμῶν ἰδεῖν αὐτὸν, ἀπὸ πολλοῦ ἀκούων τὰ θαύματα, ἃ ἐποίει· [οὐχ ὡς μέλλων τι κερδᾶναι ψυχωφελὲς ὁ Ἡρώδης ἐκ τῆς θέας τοῦ Ἰησοῦ, ἀλλ' ὅτι ἤκουεν, ὅτι σοφός ἐστι καὶ τερατουργὸς, ἐπεθύμει ἰδεῖν ἀλλόκοτον ἄνθρωπον καὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ τί λέγει, οὐχ ἵνα πιστεύσῃ.] Ἐνέδυσεν οὖν αὐτὸν ἱμάτια λευκὰ, [ἤγουν λαμπρὰν ἐσθῆτα] εἶτα ἤρξατο αὐτὸν ἐρωτᾷν· Πόθεν εἶ καὶ ποίου γένους; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα. Εἱστήκεισαν δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς κατηγοροῦντες αὐτόν. Θέλων δὲ ὁ Ἡρώδης [αὐτὸν] ἰδεῖν καὶ θαῦμα τί ποτε γενόμενον παρὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ μὴ ἰδὼν, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτὸν τὸν τυχόντα λόγον, [ἐμπαίξας] αὐτὸν ἀπέστειλεν αὖθις πρὸς τὸν Πιλάτον. [Καὶ ἐγένοντο φίλοι ὅ, τε Πιλάτος καὶ Ἡρώδης ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μετ' ἀλλήλων· προϋπῆρχον* (add. *γὰρ*) *ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς.] Ὁ δὲ λαὸς ἔκραξε [πρὸς τὸν Πιλάτον λέγων·] Σταυρωθήτω. [Λέγει ὁ Πιλάτος· Τὸν βασιλέα ὑμῶν σταυρώσω; Οἱ δὲ μεγάλως ἔκραζον· Οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα.] Τοῦτο ἰδὼν ὁ Πιλάτος εἶπε τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ* (Paris. D. *ὑπηρέταις αὐτοῦ*) *ἀγαγεῖν ὕδωρ.] Νιπτόμενος οὖν τὰς χεῖρας μετὰ τοῦ ὕδατος ἔφη πρὸς τὸν λαόν· Ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ [δικαίου] τούτου [καὶ] καλοῦ ἀνθρώπου· ὑμεῖς ὄψεσθε, ὅτι ἀδίκως φονεύεται, ἐπεὶ οὔτε ἐγὼ εὗρον ἐν αὐτῷ αἰτίαν, ἀλλ' οὔτε Ἡρώδης· διὰ τοῦτο γὰρ ἔπεμψεν αὖθις τοῦτον πρός με ὄπισθεν. Εἶπον [οὖν] οἱ Ἰουδαῖοι· Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἐθορυβοῦντο, ἵνα τὸν Ἰησοῦν συν-*

jus: vos videritis. Et responderunt Judaei dicentes: Sanguis ejus super nos et super filios nostros. Tunc jussit Pilatus adduci illum ante tribunal, ubi sedebat,

---

τόμως ἀπολέσωσιν. *Τότε λέγει τῷ Ἰησοῦ ὁ Πιλάτος· Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπόκρισιν οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ. Λέγει ὁ Πιλάτος· Ἐμοὶ οὐ λαλεῖς; οὐκ οἶδας, ὅτι ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε, καὶ ἐξουσίαν ἔχω ἀπολῦσαί σε. Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Οὐκ ἔχεις ἐξουσίαν κατ᾽ ἐμοῦ οὐδεμίαν, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν· διὰ τοῦτο ὁ παραδιδούς μέ σοι μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει.* Dedimus hic textum cod. Venet. In Paris. D. plura omissa sunt. — *τὸ βῆλον ἑλκυσθῆναι ἐπὶ τοῦ βήματος,*) In cod. Par. vitiose scriptum *τὸν βίβλον ἑλκ. ἐπὶ τοῦ βήμ.* Mon. A. *τὸν βῆλον ἑλκ. τοῦ βήμ.* Mon. B. *ἑλκ. τὸ βῆλον ἐπὶ τοῦ βήμ.* Mueuterus l. l. hanc scripturam sensu destitutam dicit, et secundum vers. Lat. *κύριον* vel *Ἰησοῦν* legi vult. Conjicit vir doctus Jesum, cum plebs Barabbam sibi dimittendum clamasset, rursus in praetorium ductum esse jussu Pilati metuentis, ne populus per tumultum Jesum ad mortem raperet. Interea praesidem cum assessoribus suis consilium habuisse, et deinde iterum processisse in tribunal, ibique toga deposita sedentem pronuntiasse sententiam de Jesu, quem vinctum e praetorio jussisset educi et pro tribunali sisti, *ἑλκυσθῆναι ἐπὶ τοῦ βήματος*. Recte sic statuit coll. Matth. XXVII, 19. Pilatum aliquoties in tribunal processisse, atque istas consuetudines Romanorum judiciales, de quibus Evangelistae tacent, eum observasse. Vid. Polletus in Historia fori Romani pag. 446. 526. et 533. coll. pag. 49. et Maternus de Cilano Antiquit. Rom. Tom. I. p. 621. sqq. Quanquam id dubium videri potest, utrum Pilatus judices sive assessores in consilium miserit et tabellas ferre jusserit, an Jesum tanquam in jure confessum nulla adhibita consultatione damnaverit. Minus autem recte Mueuterus illud verbo *ἑλκυσθῆναι* significari monet, Jesum vinctum adductum esse ad tribunal. Nam *ἑλκύειν* est *trahere ad judicem, in jus rapere*. Vid. Act. XVI, 19. ibique Wetsten. Exspectes potius hic phrasin *προαχθῆναι* vel *ἀχθῆναι ἐπὶ τὸ βῆμα*. Conf. Act. XII, 6. XVIII, 12. XXV, 17. Id jam suspicionem movet, in illa codicum scriptura veri aliquid latere. Et ita sane est. Etenim *ὁ βῆλος* vel quod usitatius *τὸ βῆλον*, vox Romana est *velum*, et saepius legitur apud Athanasium aliosque ecclesiasticos et Byzantinos

τομότερον cod.
καμίαν (sic) cod.
581

ἑλκυσθῆναι ἐπὶ τοῦ βήματος, οὗ ἐκαθίζετο, καὶ οὕτως ἀπεφήνατο κατὰ τοῦ Ἰησοῦ· (Ἀπόφασις Πιλάτου·) Τὸ ἔθνος

---

scriptores, quorum loca Cangius in Glossario laudat Tom. I. col. 186. sq. Suidas: παραπέτασμα, παρακάλυμμα, παράπλωμα, τὸ λεγόμενον βῆλον. Glossae Mss. ex cod. Reg. 2062. βῆλος, ὁ τῆς θύρας βαθμὸς, καὶ τὸ ἱστίον, Ῥωμαϊστί. Solebant autem judicum consessus saepius velo occludi, atque aliae causae *velo levato*, aliae *velo interjecto* cognoscebantur. Hoc fiebat in causis gravioribus et praecipue criminalibus, quaeque ampliorem deliberationem exigerent, ut ita a conspectu litigantium reorum et reliqui vulgi judices separarentur. Constitut. Apostol. lib. II. cap. 52. Καὶ τὰς ἀνακρίσεις αὐτῶν λαβόντες οἱ ἡγούμενοι ὑπὸ τῶν προαγόντων, λέγουσι τῷ κακούργῳ, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει· κἀκείνου συγκαταθεμένου οὐκ εὐθέως ἐπὶ τὴν κόλασιν αὐτὸν ἐκπέμπουσιν, ἀλλὰ πλείοσιν ἡμέραις ποιοῦνται αὐτοῦ τὴν ἐξέτασιν, μετὰ συμβουλίου πολλοῦ καὶ π α ρ α π ε τ ά σ μ α τ ο ς μ έ σ ο υ i. e. *interjecto velo*. Basilii M. ad Eustathium Sebastiae episc. epist. 79. s. 123. ed. Bened. p. 340. sq. εἰ γὰρ οἱ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχοντες ὅταν τινὰ τῶν κακούργων θανάτῳ καταδικάζειν μέλλωσιν, ἐφέλκονται τὰ παραπετάσματα, (vela obducunt,) καλοῦσι δὲ τοὺς ἐμπειροτάτους πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν προκειμένων σκέψιν κτλ. Conf. etiam Chrysostomi homil. V. in 2 ad Timotheum ep., ubi παρὰ τὸ πέτασμα στῆσαι, *ad velum sistere* nihil aliud est quam *coram judice in judicio sistere.* Hinc quando judex ad sententiam pronuntiandam progrediebatur, velum contrahebatur vel dicebatur contrahi. Chrysostomus in Matth. cap. XVII. homil. LVI. pag. 360. ed. Savil. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῖς δικασταῖς ὅταν δημοσίᾳ κρίνωσι, τὰ παραπετάσματα συνελκύσαντες οἱ παρεστῶτες πᾶσιν αὐτοὺς δεικνύουσιν, οὕτω κτλ. *Quemadmodum enim cum publice sententiam judices prolaturi sunt, velamina statores contrahunt, ut ab omnibus videantur, ita* etc. Acta SS. Claudii et Asterii apud Baronium ann. 285. num. 8. *Lysias introgressus obduxit velum, post exiens ex tabella recitavit sententiam.* Ex his lucem capit noster locus. Quod suo tempore moris erat, id etiam in illo Pilati judicio observatum esse auctor finxit, scilicet Pilatum, cum sententiam recitare vellet, velum jussisse contrahi. Constat autem tribunal Pilati non fuisse intra praetorium, sed in xysto vel stadio tecto, quod erat non longe a praetorio. Josephus de b. J. II, 9. 3. τῇ δὲ ἑξῆς ὁ Πιλάτος καθίσας ἐπὶ

et prosecutus est his verbis dicens sententiam [Pilatus] adversus Jesum: Genus tuum comprobavit te ut regem.

βήματος ἐν τῷ μεγάλῳ σταδίῳ, καὶ προσκαλεσάμενος τὸ πλῆθος κτλ. Pars hujus areae lapidibus erat constrata, ibique et consistorii locus et tribunal. Vid. Grotius ad Matth. XXVII, 27. et Krebsius in Observv. pag. 159. Interpretes Latini fortasse illa ignorantes liberius et minus accurate locum transtulerunt. Conf. varietatem scripturae in codd. Lat. Plura de velis judicum Gothofredus Comment. ad Cod. Theodos. lib. I. tit. VII. ed. Ritter. Tom. I. p. 45. Grotius ad Matth. XXVII, 19. Brissonius de verborum signif. Tom. II. p. 1340. et Cangius in Gloss. med. et infim. Latin. s. v. *velum* et in Gloss. Gr. s. v. κριτὴς τοῦ βήλου. — οὗ ἐκαθίζετο.) Mon. A. et B. οὗ ἐκαθέζετο. Sententiam semper a judice sedente esse pronuntiatam docet Polletus l. c. p. 49. et 533. — καὶ οὕτως ἀπεφήνατο κατὰ τοῦ Ἰησοῦ·) Mon. A. καὶ ἀπεφήνατο λέγων τῷ Ἰησοῦ. Mon. B. καὶ λέγει τῷ Ἰησοῦ. Sequentia verba ἀπόφασις Πιλάτου recte omissa sunt in Mon. A. et B. et propterea semicirculis inclusa. Verbum ἀποφαίνεσθαι saepius de judice sententiam pronuntiante legitur. Sic in Martyrio Ignatii c. 2. Τραϊανὸς ἀπεφήνατο· Ἰγνάτιον προσετάξαμεν — δέσμιον ὑπὸ στρατιωτῶν γενόμενον ἄγεσθαι παρὰ τὴν μεγάλην Ῥώμην βρῶσιν γενησόμενον θηρίων εἰς τέρψιν τοῦ δήμου. Inde ἀπόφασις *sententiam* notat et *sententiae dictionem*. Hesychius: ἀπόφασις, κρίσις, ψῆφος, δίκη. Pseudo-Ignatius in ep. ad Trallianos interpolata cap. IX. Τῇ οὖν παρασκευῇ τρίτῃ ὥρᾳ ἀπόφασιν ἐδέξατο παρὰ τοῦ Πιλάτου. Basilius Seleuc. Orat. II. de Adamo: Ἡ μὲν ἀπόφασις κατὰ τοῦ φαινομένου ὄφεως φέρεται. Quod ad rem ipsam attinet, plures dubitarunt, utrum Pilatus Christum dumtaxat Judaeis permiserit, an judicis more damnaverit. Ambigue loquitur Tertullianus Apolog. c. 21. p. 207. ed. Havercamp. Lactantius autem prolatam a Pilato sententiam diserte negat Institut. lib. IV. c. 18. p. 506. ed. Buenem. Similiter et Chrysostomus sensit Oratione II. *de Eleemosyna*. Sed contrarium multa argumenta evincunt a Grotio ad Matth. XXVII, 26. exposita. Censemus igitur Pilatum, cum Jesus tabellis diremtis damnatus esset, vere sententiam, uti mos esset, Latina lingua expressam de tabella recitasse. Conf. Polletus in Historia fori Romani p. 529. sqq. et Eckhardus de lingua, qua usus est Pilatus in Jesu condemnatione, in Miscellianeis

§ 11.

τὸ σὸν κατήλεγξέ σε ὡς βασιλέα· καὶ διὰ τοῦτο ἀπεφηνάμην, πρῶτον φραγελλοῦσθαι διὰ τὸν θεσμὸν τῶν εὐσεβῶν βασι-

---

Lipsiens. Tom. XI. p. 11. Verba vero istius sententiae haud dubie fuere alia et pauciora, quam quae a nostro auctore referuntur. — κατήλεγξέ σε ὡς βασιλέα·) Sic Mon. A. pro vitiosa cod. Par. scriptura κατέπεξάν σε ὡς βασιλεῖ scr. βασιλῆ, quae forma contracta poetis usitata est. Mon. B. κατήγγειλάν σου (fort. σε) ὡς βασιλεῖ scr. βασιλῆ vel βασιλέως. Verbum καταγγέλλειν supra jam in hoc cap. notatum. Quae nos in textu posuimus, optime cum Latinis congruunt istis: *Genus tuum* (τὸ ἔθνος τὸ σὸν Joan. XVIII, 35.) *comprobavit te ut regem* i. e. contendit te ut regni affectatorem esse puniendum. Ceterum nota, in aliis ejusmodi sententiis nomen rei damnati ab initio poni, judicesque tertia persona uti. — καὶ) Mon. A. et B. om. — ἀπεφηνάμην,) Mon. B. add. κατὰ σοῦ. In Paris. cod. scriptum ἀφυνάμην, in Birch. ed. αφυαμην. Paulo supra idem cod. ἀπεφύνατο, ubi Birch. edidit απεφεvατο. — φραγελλοῦσθαι) Mon. A. et B. φραγελλοῦσθαί σε. Idem pronomen in vers. Lat. cod. Einsidl. expressum. Ita haec praecedentibus, ubi Pilatus Jesum allocutus est, concinunt. Auctor noster, qui sic flagellationem sententia Pilati praeceptam dicit, putavit Christum flagris caesum esse in partem poenae, quod ex more Romano interdum neque tamen semper fiebat. Vid. Lipsius de cruce lib. II. c. 2. seq. Bynaeus de morte Christi lib. III. c. 4. p. 131. et praecipue Paulus in Commentar. ad Matth. XXVII, 26. Contra Joannes XIX, 1. sqq. aperte docet, post Christum flagris caesum aliquantum temporis intercessisse antequam cruci addiceretur, atque Pilatum, ut videtur, sub specie quaestionis in Jesum habendae eum flagris caedi jussisse, ut misericordiam populi moveret, et castigatum absolvere posset. Conf. Luc. XXIII, 16. Inde quod apud Matth. XXVII, 26. et Marc. XV, 15. legitur φραγελλώσας, dictum est per retrogressionem, id est, *quum eum jam ante flagris cecidisset*. Videtur autem hic ipse locus nostrum in errorem duxisse, qui etiam interpretes quosdam movit, ut Christum bis flagris caesum comminiscerentur. Fabricius in Paralipomenis ad h. l. scripsit: Quinque millies flagris concisum Jesum tradit Muhammedanus scriptor Ahmet ben Abdalla in epistola a D. Zacharia Grapio edita p. 80. Adi ejusdem notas p. 79. — διὰ τὸν θεσμὸν τῶν εὐσεβῶν βασιλέων,) Sic Mon. B. In

Propterea praecipio te primum flagellari secundum statuta priorum principum. Deinde praecepit allevari eum

---

Mon. A. *διὰ τὸν θεσμὸν βασιλικὸν* legitur. Paris. inepte *διὰ τῶν θεσμῶν* (Birch. *δεσμων*; *τῶν ἀσεβῶν βασιλέων*. Nescio quomodo hanc scripturam Birchius in Prolegom. p. XXXVI. potuerit probare et corrigendo Latino textui adhibere, ut *impiorum principum* ibi legi vellet. Sententiam vero Pilati hujusmodi verba continuisse nemo facile crediderit. Nomen regis illo tempore Romanis exosum erat, et diligenter ab eo imperatores abstinuerunt et magistratus. Adeo Synesii aetate imperatores in litteris non *βασιλεῖς*, sed *αὐτοκράτορας* se appellarunt. In oratione *περὶ βασιλείας* cap. XIX. dicit ille: *Οὔκουν οὔτε πρὸς πόλιν, οὔτε πρὸς ἰδιώτην, οὔτε πρὸς ὕπαρχον γράφοντες, οὔτε πρὸς ἄρχοντα βάρβαρον ἐκαλλωπίσασθέ ποτε τῷ βασιλέως ὀνόματι· ἀλλ᾽ αὐτοκράτορες εἶναι ποιεῖσθε.* Scriptores vero Graecos et Romanos, Christianos et profanos longe ante aevum Constantinianum *βασιλέως* et *regis* nomine et *βασιλείας*, *regni* vocabulo ita usos esse, probarunt exemplis Spanhemius de praestantia et usu numism. p. 685. sqq. et Casaubon. ad Ael. Spartian. p. 22. Pariter in inscriptionibus et nummis illud reperitur. Vid. Eckhel Doctr. Num. Vet. III. p. 189. et Haym Thesaur. Britann. II. tab. 39. no. I., quos S. R. Muenterus l. c. p. 336. sq. laudavit. A Byzantinis *βασιλεὺς* prae ceteris dictus Imperator Constantinopolitanus, et compellari consuevit idem *σὴ βασιλεία* vel *βασιλεία σου*. Vid. Meursius Glossar. Graecobarb. p. 91. sq. Suicerus Thesaur. eccles. T. I. p. 670. et Cangius Glossar. med. et inf. Graecit. T. I. p. 180. Etiam titulus *εὐσεβῶν*, qui regibus datur, prodit fraudem. Nam ab Antonini Pii tempore demum imperatores isto titulo ornati sunt. In Latino textu legitur *secundum statuta priorum principum*, ubi alii codd. *priorum* omittunt. Haec si eum Graecis comparas, possis suspicari, Evangelium hoc Latine primum scriptum, deinde in Graecam linguam translatum esse, vel certe hanc sententiam Pilati ex Actis ejusdem Latina lingua exaratis Graece redditam, et inde ortum errorem, quod interpres *piorum* pro *priorum* legisset. Sed aeque verosimile est *priorum* esse scripturae vitium. Ceterum haec legum sive statutorum commemoratio pertinet ad utrumque, flagellationem et crucifixionem. Lex Romana de seditiosis in crucem tollendis exstat l. 38. D. de poenis. Conf. Paullus V. Sentent.

§11.

λέων, καὶ τότε ἀρτᾶσθαι αὐτὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἐν τῷ κήπῳ, ὅπου ἐπιάσθη· καὶ δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ.

Tit. 22. — καὶ τότε ἀρτᾶσθαι αὐτὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ) Lat. vers. *allevari eum*. Mon. A. ἔπειτα ἀναρτᾶσθαι ἐπὶ σταυροῦ, ubi supplendum pronomen σε e praecedentibus. Mon. B. καὶ τότε ἀναρτᾶσθαί σε ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. In Actis praesidialibus passionis SS. Tarachi, Probi et Andronici, ab Emerico Bigotio editis una cum Palladio de vita S. Chrysostomi p. 280. de Christo crucifixo eadem phrasis ἀνηρτήθη ἐν σταυρῷ. — ἐν τῷ κήπῳ, ὅπου ἐπιάσθη·) Mon. A. ἐπιάσθης. Mon. B. ἐβιάσθης, quod est scripturae vitium. Vix est, quod moneamus Pilatum ita non potuisse pronuntiare, cum hortus ille praedii Gethsemane esset res privata. Praeterea Evangelistae nos docent, Christum cruci affixum esse in loco calvarii, ubi malefici mortem pati solebant. Error derivandus videtur e loco Joan. XIX, 41. Ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ, ὅπου ἐσταυρώθη, κῆπος, κτλ. male composito cum Joan. XVIII, 1. Verba Latini textus *in eo loco*, *ubi tentus est* vel *es*, licet intelligere de *Hierosolymis*, ac si Pilatus jusserit Christum non aliorsum duci, velut Ignatium Antiochia Romam scimus ductum esse cibum bestiarum ibi futurum, sed in eo loco, ubi captus et damnatus esset, supplicio tradi. — καὶ δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ.) Mon. B. add. ὁ εἷς λεγόμενος Δυσμᾶς καὶ ὁ ἕτερος Γέστας. Mon. A. sibi constans hic quoque secundae personae pronomen dat καὶ Δυσμᾶς καὶ Στεγᾶς οἱ δύο κακοῦργοι συσταυρωθήτωσάν σοι. Sic etiam textus Lat. Fabric. Contra cod. Halensis tertia persona de Jesu pronuntiantem facit Pilatum. Ista latronum nomina, quae genuini Evangelistae reticent, varie scribuntur in codicibus. In textu Fabric. prior ille vocatur *Dimas*, quod nomen etiam apud Gaufridum Vindocinensem occurrit Sermone X. extremo, in cod. Corsin. *Dymas*, in Hal. *Dismas*, in Einsidl. *Dysmas*. Conf. Gerh. Jo. Vossius Harmon. Evangel. p. 301. Genuinum fortasse Δημᾶς. Alterius nomen modo *Gestas*, modo *Gesmas*, modo Στεγᾶς. In vulgari quondam amuleto contra fures, quod Simon Majolus in Colloquiis Canicular. Tom. II. Colloqu. 3. de sagis pag. 470. et Joan. Christianus Fromannus De fascinatione p. 45. referunt, latrones vocantur *Dismas* et *Gesmas*. Iidem in Evang. Infantiae Arabico c. 23. appellantur *Titus* et *Dumachus*, quasi Θεόμαχον dicas. Vide quae a Sikio ad h. l. notata supra pag. 143. exhibuimus.

in crucem in eo loco, ubi tentus est, et duo maligni cum eo, quorum nomina sunt haec, Dismas et Gestas.

Quae ibi de latrone altero legitur fabula, eandem respicit B. Aelredus Rievalensis Abbas, regula inclusarum virginum cap. 48. in Lucae Holstenii Codice Regularum Tom. III. p. 129. sq. Memoriam poenitentis ac boni latronis recolunt Graeci X. Latini VIII. Cal. April. Vide Bollandum in Actis SS. die XXV. Martii. Crux, in qua ille pependit, olim superesse credita in Cypro insula, ut ex Bartholomaei Saligniaci relatione refert Jo. Meursius in Cypro, p. 160. In sententia vero de Christo pronuntiata mentionem factam esse duorum latronum haud probabile est. Itaque etiam hac ex parte falsitas istius sententiae a nostro auctore traditae proditur. S. R. Muenterus l. c. p. 338. suspicatur tabellae damnatoriae haec fuisse verba: *Jesus Nazarenus Judaeorum Rex crucifigatur foras civitatem.* Comparat vir doctus similes formulas ex Actis Martyrum Sinceris a Ruinarto editis p. 78. 218. 281. aliisque locis, et respicit titulum capiti Jesu crucifixi superpositum, in quo causam sumti de eo supplicii iisdem fere verbis, quibus in sententia, indicatam fuisse verosimile est. In Paris. D. et Venet. extremum caput sic legitur: *Τότε ἐκάθισεν ἐν θρόνῳ* (Par. D. *εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ*) *ὁ Πιλάτος, ἵνα ἀπόφασιν δῷ* (Par. D. *ποιήσῃ ἀπόφασιν*) *κατὰ τοῦ Ἰησοῦ. Ὥρισεν οὖν καὶ ἦλθεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς. Καὶ ἔφερον στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, καὶ ἔθηκαν μετὰ πυγμῆς* (Par. D. *μετὰ πυγμῆς* om.) *ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα. Εἶτα ἐποίησε τὴν ἀπόφασιν, καὶ λέγει πρὸς αὐτόν· Ἡ γενεά σου λέγει καὶ μαρτυρεῖ σε, ὅτι θέλεις ἵνα βασιλεύσῃς· διὰ τοῦτο ὁρίζω, ἵνα δήσωσί σε ἐπὶ τὸν κίονα, καὶ* (Par. D. *δήσωσί σε — καὶ* om.) *τύψωσι πρῶτον μετὰ ῥάβδου πληγὰς τεσσαράκοντα, καθὼς ὁρίζουσιν οἱ νόμοι τῶν βασιλέων, καὶ ἵνα σε ἐμπαίξωσι, καὶ τελευταῖον ἵνα σε σταυρώσωσιν.* Non est, quod moneamus hanc formulam sententiae etiam ineptiorem esse illa in nostro textu proposita.

---

§ 11.

CAPVT X.

Καὶ εὐθὺς ἐξήγαγον τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ πραιτωρίου ἅμα τῶν δύο κακούργων. Καὶ ὅτε ἀπῆλθον ἐπὶ τὸν τόπον, ἐξέδυσαν οἱ στρατιῶται τὸν Ἰησοῦν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ περιέζωσαν αὐτὸν λεντίῳ, καὶ στέφανον ἐξ ἀκανθῶν περιέθηκαν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ· καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, ἅμα

Cap. X. *Καὶ εὐθὺς — κακούργων.*) Mon. A. *Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ δύο λησταὶ ἀπὸ τοῦ πραιτωρίου.* Mon. B. *Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς ἐκ τοῦ πραιτωρίου, καὶ οἱ δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ.* Sic etiam in Evangeliis apud Matth. XXVII, 38. 44. *λησταὶ*, apud Luc. XXIII, 32. 33. *κακοῦργοι* appellantur. In nostro textu nolui corrigere *ἅμα τοῖς δύο* vel *δυσὶ κακούργοις*, cum recentiores Graeci *ἀντάμα σου*, *tecum* dicant. Vid. Cangius s. h. v. Ceterum vides textum Mon. A. et B. cum Latino conspirare. Noster respicit Marc. XV, 20. *καὶ ἐξάγουσιν αὐτὸν, ἵνα σταυρώσωσιν αὐτόν.* Conf. Matth. XXVII, 31. Joan. XIX, 16. — *Καὶ ὅτε ἀπῆλθον*) Sic Mon. A. et B. In Paris. cod. vitiose *καὶ ἦλθον.* Conf. Luc. XXIII, 33. — *ἐπὶ τὸν τόπον,*) Mon. B. male *ἐπὶ τοῦ τόπου.* Mon. A. add. *τοῦ κρανίου.* Lat. *ad locum, qui dicitur Golgatha.* Conf. Matth. XXVII, 33. — *οἱ στρατιῶται*) Mon. A. et B. om. Idem nomen jam antea supplendum. E Matth. XXVII, 27. sqq. et Joan. XIX, 23. supplicii exactores milites fuisse constat. — *τὸν Ἰησοῦν*) Mon. A. *αὐτὸν.* Mon. B. om. Post v. *τὰ ἱμάτια αὐτοῦ* Mon. A. hic inserit *καὶ διεμερίσαντο αὐτὰ*, et infra om. haec *Καὶ διεμερίσαντο — θεωρῶν.* — *λεντίῳ,*) Mon. B. *λέντιον.* Evangelistae narrant Jesum, post flagellationem jam deducendum, vestes suas recepisse; postquam vero in crucem actus esset, milites illas divisisse deque tunica sortitos esse. Inde apparet, idem illos sensisse, quod noster diserte tradit, Jesum a militibus Romanis vestibus suis spoliatum et nudum in crucem datum esse. Hic vero scriptor Jesum non plane nudum, sed linteo pudenda obvelante cinctum in cruce pependisse refert. Patres ecclesiae id ignorarunt, velut Ambrosius in Luc. lib. X. c. 110. Augustinus de civitate dei lib. XVI. cap. 2. aliique. Vid. Gretserus de sancta cruce lib. I. cap. 22. Novit autem S. Brigitta, quae Revelationum lib. IV. cap. 70. *Mox*, inquit, *justas vestes posuit*,

CAPVT X.

Et exivit Jesus de praetorio, et duo latrones cum eo. Et cum pervenissent ad locum, qui dicitur Golgatha, exspoliaverunt eum vestimento suo, et praecinxerunt eum linteo, et coronam de spinis imponunt super caput ejus, et dant arundinem in manu ejus. Si-

---

parvumque linteum verendis praetexit etc. Nec desunt artis opera satis antiqua, in quibus Christo cruci affixo tale operimentum circa femora datur. Continet ejusmodi imaginem ad seculum octavum vel nonum referendam ecclesia cathedralis Veliterna, quam Cardinalis Borgia descripsit in *Commentario de cruce Veliterna* Romae 1780. edito. Conf. Muenterus in libro *Die Sinnbilder und Kunstvorstellungen der alten Christen.* Part. I. pag. 78. Ipsum adeo velum illud sive linteum Aquisgranenses olim se possidere praedicabant, iisque hanc possessionem vindicare conatus est Joan. Stephanus Menochius de rep. Hebr. lib. VI. cap. 2. Viri docti, qui cruci affigendos interdum linteo pudoris causa praecinctos esse opinantur, partim inde explicari volunt, quod in vaticinio Christi de morte Petri Joan XXI, 18. legitur: *ὅταν δὲ γεράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει.κτλ.* et ex hoc loco sic argumentum ad illam opinionem confirmandam petunt. Alii contra statuunt rem frustra fingi, neque circa Jesum insoliti quiddam actum esse, neque verbum *ζωννύειν* apud Joannem eo sensu intelligi posse. Vid. Bynaeus de morte Jesu Christi lib. III. cap. 6. §. 8. Paulus ad Matth. XXVII, 32. et interpr. ad l. l. Joan. Nobis auctoritas libelli istius hac in re tanta non videtur, ut crucifixorum partes obscoenas nonnunquam obvelatas esse credamus. Multo autem minus circa Christum hoc factum esse inde probari posse putamus. Nam libellus post Constantini M. aetatem, a quo crucis poenam sublatam esse scimus, scriptus est, ejusque auctor potuit rem illam ad picturarum Christi ultima fata referentium fidem exprimere. Effigies enim Christi crucifixi e ligno aliave materia confectae in Latina praecipue ecclesia a seculo demum octavo vel nono reperiuntur. Vid. Muenterus l. l. — *περιέθηκαν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ*) Cod. *τὴν κεφαλήν.* Mon. A. *ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.* Mon. B. *περιέθηκαν αὐτῷ περὶ τὴν κεφαλήν.* Conf. Matth. XXVII, 29.

§ 11.

δὲ καὶ τοὺς δύο κακούργους ἐκρέμασαν σὺν αὐτῷ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔλεγε· Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι, τί ποιοῦσι. Καὶ διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ οἱ στρατιῶται. Καὶ στήκει ὁ λαὸς θεωρῶν. Καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ λέγοντες· Ἄλλους ἔσωσε, καὶ ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι· εἰ υἱός ἐστι τοῦ θεοῦ, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν εἰς αὐτόν. Ἐνέπαιζον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ στρατιῶται προσερχόμενοι καὶ ὄξος μετὰ χολῆς προσφέροντες αὐτῷ, καὶ ἔλεγον· Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, σῶσον

---

cum Marc. XV, 17. et Joan. XIX, 2. Auctor noster cum pictoribus facit, qui Jesum coronam spineam in ipsa cruce ferentem fingunt. Si Matth. XXVII, 31. et Marc. XV, 20. respicias, finito ludibrio, cum Jesus ad supplicii locum ducendus esset, a militibus etiam coronam illam simul cum chlamyde coccinea vel vestimento purpureo remotam esse credas. Multi tamen conjiciunt, eam in capite Jesu relictam esse, ut prae latronibus duobus insignis esset, et ornatus iste cum crucis titulo conveniret. Si nostro auctori fidem habere eumque cum Matthaeo et Marco conciliare velis, dicendum erit, coronam a capite Jesu, antequam duceretur, detractam paulo post a supplicii exactoribus rursus eidem impositam esse. In vers. Lat. falsum est additamentum hoc: *et dant arundinem in manu ejus*, quod auctor e Matth. XXVII, 29. assumsit. Fortasse hoc effecit, ut Fabricius auctori nostro hunc errorem imputaret, quod Jesum in Golgatha demum regiis insignibus ornatum perhibuerit. Adnotavit enim ad h. l. ista: „*Immo hoc jam ante factum Matth. XXVII*, 28., *neque lintei apud Evangelistas mentio, sed ἐσθῆτος λαμπρᾶς Luc. XXIII*, 11. *et πορφύρας Marc. XV*, 17., *quae Joanni ἱμάτιον πορφυροῦν XIX*, 2." Sed dubitare vix licet, quin auctor es tantum voluerit enarrare, quae proxime antecederent supplicium in loco ejusdem acta, ut, quo habitu cruci affixus esset Christus, inde cognosceretur. — *καὶ ἐσταύρωσαν — σὺν αὐτῷ*.) Mon. A. *ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς δύο κακούργους ἐκρέμασαν, Δυσμᾶν ἐκ δεξιῶν καὶ Στεγᾶν ἐξ εὐωνύμων.* Mon. B. *ὁμοίως καὶ τοὺς δύο κακούργους σὺν αὐτῷ, τὸν μὲν ἕνα ἐκ δεξιῶν, τὸν δὲ ἕτερον ἐξ εὐωνύμων.* Apparet hos textus mutilos esse. Idem valet de La-

militer et duos latrones suspenderunt cum eo; Dismas a dextris et Gestas a sinistris ejus. Jesus vero dixit: Pater, parce et dimitte illis: nesciunt enim quid faciunt. Et diviserunt sibi vestimenta ejus. Et steterunt populi; et irridebant eum principes, seniores et judices eorum inter semet ipsos dicentes: Alios salvos fecit, nunc se ipsum salvet; si dei filius est, descendat de cruce. Deludebant eum milites, et accedentes acetum cum felle offerebant ei bibere dicentes: Si tu es rex Judaeorum, libera temet ipsum. Accipiens autem Lon-

---

tino, qui ad Mon. A. proxime accedit. Auctor hic Lucam sequitur c. XXIII, v. 33. sqq. ubi legis: *Καὶ ὅτε ἀπῆλθον ἐπὶ τὸν τόπον τὸν καλούμενον κρανίον, ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτὸν καὶ τοὺς κακούργους, ὃν μὲν ἐκ δεξιῶν, ὃν δὲ ἐξ ἀριστερῶν.* — *Πάτερ*,) Hanc vocem in nostro cod. omissam e Mon. A. et B. supplevimus. — *Καὶ διεμερίσαντο* — *θεωρῶν.*) Haec in Mon. A. hic deesse supra jam notavimus. In Mon. B. pro *στήκει* legitur *ἵστατο*. Apud Luc. l. l. *εἱστήκει*. Post *θεωρῶν* idem Mon. B. add. *αὐτόν*. — *Καὶ ἐξεμυκτήριζον* — *σῶσον σεαυτόν.*) Mon. A. reliquis omissis haec dat *Καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτὸν οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ ἀρχισυνάγωγοι λέγοντες· Εἰ σὺ εἶ ὁ βασ. τῶν Ἰουδ., σῶσον σεαυτόν.* — *καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ*) Mon. B. *καὶ οἱ ἄρχοντες σὺν αὐτοῖς.* Eadem apud Luc. XXIII, 35. ubi vid. varias lectiones in ed. Griesbach. notatas. — *καὶ ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι·*) Sic Matth. XXVII, 42. et Marc. XV, 31. Mon. B. *σωσάτω ἑαυτὸν*, uti Luc. l. l. — *εἰ υἱός* — *εἰς αὐτόν.*) In cod. scriptum *εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ*, quod non concinit cum sequente *καταβάτω.* Neque antea secunda persona legitur, velut apud Matth. XXVII, 40. Mon. B. *εἰ υἱὸς ἐστι τοῦ θεοῦ οὗτος, καταβάτω ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.* Verba *καὶ πιστεύσομεν* (cod. *πιστεύσωμεν*) *εἰς αὐτόν* id. om. Matth. XXVII, 42. legitur *καὶ πιστεύσομεν ἐπ᾿ αὐτῷ*, ubi vide lectionis varietatem. — *καὶ οἱ στρατιῶται*) Mon. B. *καὶ* om. — *μετὰ χολῆς*) Mon. B. om. Idem deest Luc. XXIII, 36. Additum est e Matth. XXVII, 34., ubi *ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον.* — *Εἰ σὺ εἶ*) Mon. B. om. *Εἰ.* Idem deest Luc. XXIII, 37. in pluribus codd. — *ὁ Χριστός*,) Mon. B. om. Post *σῶσον σεαυτόν*

§11.

σεαυτόν. Ἐκέλευσε δὲ ὁ Πιλᾶτος μετὰ τὴν ἀπόφασιν καὶ

---

add. sine copula καταβάτω ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ubi scribendum certe καταβῆθι. Idem inepte h. l. inserit verba e Joan. XIX, 34. repetita et ab interprete Latino reddita Καὶ λαβὼν Λογγῖνος ὁ στρατιώτης λόγχην ἔνυξεν αὐτοῦ τὴν πλευρὰν, καὶ ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. Conf. textum cod. Venet et Paris. D. cap. XI. ubi Λογγῖνος ὁ ἑκατόνταρχος distinguitur a milite, qui latus Christi vulneravit. In Martyrologio Romano d. XV. Martii aliisque plurimis *Longinum* vocari constat illum lateris Christi perfossorem, cujus nomen Joannes l. l. reticet. In Bedae Collectaneis Append. Tom. III. *Legorrius* nuncupatur, et Xaverius in historia Jesu Christi Persica *Inasium* seu *Ignatium* dictum esse voluit, uti Lampius Comment. in Ev. Joan Tom. III. p. 627. refert. Nomen autem Longini effictum videtur ex vocabulo λόγχης. Plures Latinorum fabulas de Longino isto legis apud Martinum Polonum Chron. lib. III. p. 113. Qualis est illa, quod Longinum coecum fuisse, et erumpente ex latere Christi sanguine et in oculos stillante visum recepisse perhibent. Memoratur etiam commentitium epitaphium Longino positum, prope Lugdunum ad confluentem Araris et Rhodani in fano S. Mariae insulae Barbarorum (ut appellant) visitatum: *Qui Salvatoris latus in cruce cuspide fixit, Longinus hic jacet.* Graecis quibusdam, ut in Menologio Ughelliano XVI. Octobr (T. VI. Italiae sacrae p. 1105.) non ille lateris Christi percussor, sed centurio Matth. XXVII, 54. vocatur nomine Longini, de quo consule acta ab Hesychio circa a. Ch. 429, ut ajunt, conscripta, atque a Bollando edita ad d. XV. Martii Sic etiam mavult Baronius in Annal. ad a Ch. 34. n. 127. et 187. nomen Longini non militis, sed centurionis fuisse. Hunc certe postea ad Christum conversum et episcopum Cappadociae factum esse jam memorat Gregorius Nyssenus in epist. a Zacagnio primum edita in Collectaneis monument vet. Rom. 1698. p. 391. οὕτω καὶ οἱ Μεσοποταμῖται βαρυπλούτους ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς σατραπείας, πάντων ἐδοκίμασαν τὸν Θωμᾶν εἰς ἐπιστασίαν ἑαυτῶν προτιμότερον, καὶ Τίτον Κρῆτες, καὶ Ἱεροσολυμῖται Ἰάκωβον, καὶ ἡμεῖς οἱ Καππαδόκαι τὸν ἑκατόνταρχον τὸν ἐπὶ τοῦ πάθους τὴν θεότητα τοῦ κυρίου ὁμολογήσαντα. Eundem martyrio coronatum tradit Theophanes Cerameus Homil. XXVII. p. 211. ed. Scorsi. De tota fabula varie exornata deque diversis Actis martyrii S. Longini vid. Casaubonus in Exercitatt. Anti-Baronianis p. 575. sq. et Tillemontius in Memor.

ginus miles lanceam aperuit latus ejus, et exiit de la-

hist. eccles. Tom. I. p. 21. et 195. seq. ed. Brux. Plura ad hanc rem disputaverunt etiam Thom. Bartholinus de latere Christi aperto cap. VI. Salmasius epist. II. ad Bartholinum de cruce p. 444. Joan. Zwingerus de festo corporis Christi p. 192. seq. Dan. Clasenius Exercitatt. ad passionem Dominicam p. 315. aliique in Goetzii Meletematibus Annaeberg. p. 49. et in Koecheri Analectis ad Joan. XIX, 34. laudati. Lateris Christi a Longino perfossi meminit etiam Ahmet ben Abdalla Muhammedanus in epistola ad Emanuelem Portugalliae regem et Mauritium principem Auriacum edita a Grapio Rostoch. 1705. pag. 82., ubi conf. notata a Grapio pag. 79. Equitem fuisse illum percussorem lateris Christi praeter Xaverium in historia Christi Persica praecipue pictores, forsan ex perperam credita altitudine crucis, finxerunt. Vid. Rohrius in Pictore errante, Thesauri Disputatt. Tom. II. p. 870. et Bynaeus de morte Christi lib. III. p. 480. sq. De festo lanceae et clavorum, quod feria sexta post Dominicam Quasimodogeniti in orbe Christiano celebrandum a. Ch. 1353. sanxit Innocentius Pontifex, erudita diatribe a Jo. Henrico van Seelen Flensburg. 1715. edita est. Utrum vero Servatoris latus confossum sit, dextrumne, an sinistrum, an forte utrumque, ille interpolator cod. Mon. B. non magis definivit quam Joannes, cujus verba repetit. Latus dextrum fuisse in cod. Paris. D. et Venet. infra cap. XI. legitur. *Τότε ἀπελθὼν εἷς στρατιώτης ἐλόγχευσε τὸν Ἰησοῦν ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ πλευρᾷ κτλ.* Idem tradit auctor Evang. infantiae Arab. cap. XXXV. Consentiunt versio Aethiopica et veteres nonnulli scriptores apud Thom. Crenium in animadvers. historico - philolog. Part. II. p. 165. seq. Eidem traditioni favent picturae antiquissimae et nummi veteres, de quibus Jac. Gretserus de Cruce lib. III. c. 35. Confirmat eam etiam Angelus Rocca in Commentario de sacra summi Pontificis communione sacram Missam solenniter celebrantis Rom. 1610. 4. quaesito 3. pag. 50. quod est: *Cur summus Pontifex in solenni Communione, sinistro e solii latere sacratissimae hostiae allatae sibi partem, sanguinis vero a latere dextro sibi porrecti partem assumat.* Alii praecipue recentiores pro sinistro latere militant, velut Gruneri, pater et filius, in dissertt. de morte Christi p. 41. sq. et p. 81. ed. Hal. Prudentius vero Peristeph. hymno VIII. v. 15. 16. per utrumque latus trajectum dominum fingit. Pariter Eustathius Antioch. episc. apud

§ 11.

τίτλον ἐπιγραφῆναι, τὴν αἰτίαν αὐτοῦ, γράμμασιν ἑλληνικοῖς (ῥωμαϊκοῖς καὶ ἑβραϊκοῖς, καθὼς εἶπαν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι βασιλεύς ἐστι τῶν Ἰουδαίων.) Εἷς δέ τις τῶν κρεμασθέντων κακούργων ὀνόματι Γεστᾶς ἔφη πρὸς τὸν Ἰησοῦν· Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, σῶσον σεαυτὸν καὶ ἡμᾶς. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἕτερος Δημᾶς ἐπετίμησεν αὐτῷ λέγων· Οὐδὲν φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ; Καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν κακὸν ἐποίησε. Καὶ ἔλεγε τῷ Ἰησοῦ· Μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν λέγω σοι, Δημᾶ, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.

Theodoretum Dialog. I. Opp. ed. Schulz. Tom. IV. p. 56. τὰς τετρωμένας πλευρὰς commemorat, et Leo Magnus ep. 98. cap. 3. *vulnera lateris* dicit. Varias hac de re sententias accuratius recensent Benedictus XIV. in Commentar. de festis Jesu Christi Part. I. p. 139. Serry Exercitatt. p. 380. et praecipue Saubertus Exercitat. de vulneribus Christi §. 295. sqq. — καὶ τίτλον ἐπιγραφῆναι, τὴν αἰτίαν αὐτοῦ,) Mon. A. vitiose εἰς τὸ γραφῆναι τὴν αἰτίαν αὐτοῦ, pro quibus Mon. B. εἰς τίτλον ἐπιγραφῆναι τὴν αἰτ. αὐτοῦ. In nostro textu e Matth. XXVII, 37. et Joan. XIX, 19. composito voces τὴν αἰτίαν αὐτοῦ appositionis locum obtinent. *Jussit Pilatus post pronuntiatam sententiam etiam titulum inscribi, causam supplicii ejus* i. e. qui causam supplicii ejus indicaret. De voce ἀπόφασις vid. not. ad cap. IX. et quae nuper Fr. Ad. Heinichen ad Euseb. hist. eccles. VI, 25. pag. 226. observavit. — ῥωμαϊκοῖς — Ἰουδαίων.) Haec verba semicirculis inclusa e Mon. B. recepimus. Eadem exhibet Mon. A. exceptis his καὶ ἑβραϊκοῖς. Conf. Luc. XXIII, 38. Verbis autem καθὼς εἶπαν οἱ Ἰουδαῖοι innuit auctor, supplicii causam in titulo notatam fuisse illud ipsum crimen regni affectati, cujus Judaei Jesum coram Pilato accusavissent. — Εἷς δέ τις) Mon. B. rectius om. τις. — τῶν κρεμασθέντων) Mon. B. τῶν συγκρεμασθέντων αὐτῷ. Vid. Luc. XXIII, 39. — ὀνόματι Γεστᾶς) Mon. A. et B. haec. om. — ὁ ἕτερος Δημᾶς)

tere ejus sanguis et aqua. Jussit autem praeses pro sententia titulum scribi litteris hebraicis, graecis et latinis, secundum quod dixerunt Judaei: Hic est rex Judaeorum. Unus autem ex his latronibus, qui appensi erant, nomine Gestas, dixit ei: Si tu es Christus, libera te ipsum et nos. Respondens autem Dismas conturbavit eum dicens: Non times nec tu deum, qui in hoc judicio es? Nos enim juste et digne ea, quae gessimus, recipimus: hic autem nihil mali fecit. Et postquam conturbavit socium suum, dicit Jesu: Memento mei, domine, in regno tuo. Respondens autem Jesus dixit ad illum: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

Mon. A. om. ὁ ἕτερος et Δυσμᾶς scribit. Mon. B. om. Δημᾶς. — *ἐπετίμησεν αὐτῷ*) Cod. αὐτὸν. Mon. A. et B. ἐπετίμα αὐτῷ cum Luc. XXIII, 40. — *Οὐδὲν*) Mon. A. et B. Οὐδὲ, uti legitur l. l. Lucae. — *ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ;*) Mon. B. male ἐν αὐτῷ τῷ κρίματι εἶ. Mon. A. pro εἶ dat ἐσμέν. Eadem scriptura Lucae l. l. aliquot testes habet. — *Καὶ ἡμεῖς*) Pron. ἡμεῖς a Birchio omissum in cod. legitur. — *κακὸν ἐποίησε.*) Mon. A. et B. ἄτοπον ἔπραξε secundum Luc. XXIII, 41. — *Καὶ ἔλεγε τῷ Ἰησοῦ·*) Mon. A. inserit Δυσμᾶς post ἔλεγε. Mon. B. Καὶ εἶπεν ὁ ἐπιτιμήσας τὸν ἕτερον αὐτοῦ. [sic.] Cfr. Griesbachii not. ad Luc. XXIII, 43. — *ὅταν ἔλθῃς*) Mon. A. om. cum cod. Einsidl. Lat. Eadem Luc. XXIII, 42. omissa in D Q Cant. — *Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς.*) Mon. A. Ὁ δὲ Ἰησοῦς reliquis omissis, ut suppleatur v. εἶπε. — *Ἀμὴν*) Mon. A. et B. Ἀμὴν, ἀμὴν dissentientes hic a Lucae textu. — *Δημᾶ,*) Mon. A. et B. om. Extrema verba Mon. B. sic ὅτι σήμ. μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδ. εἶ. Infra cap. XXVI. verba domini ad latronem sic referuntur: Ἀμὴν, ἀμὴν, σήμερον λέγω σοι, μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Vid. ibi notata. Textus hujus capitis, quem codd. Par. D. et Venet. offerunt, a nostro ita discedit, ut collatio non possit institui. Primum traditur, Judaeos post pronuntiatam a Pilato sententiam Jesum omnis generis contumeliis

CAPUT XI.

Ἦν δὲ ὡς ὥρα ἕκτη, καὶ σκότος ἐγένετο ἐπὶ τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης, τοῦ ἡλίου σκοτισθέντος. Καὶ ἐσχίσθη τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ εἰς δύο ἀπ' ἄνωθεν ἕως κάτω. Καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς εἶπε· Πάτερ, εἰς χεῖ-

---

affecisse. Tum narratur ductio ad supplicium. *Εὐθὺς οὖν κατασκευάσαντες τὸν σταυρὸν ὑπήγοντο πρὸς τὸ σταυρῶσαι αὐτόν· καὶ δόντες τοῦτον πρὸς αὐτὸν ἐπέταντο ὁδεύειν. Καὶ οὕτω πορευόμενος καὶ βαστάζων τὸν σταυρὸν ἦλθε μέχρι τῆς πύλης τῆς πόλεως Ἱεροσολύμων. Ἀπὸ τῶν πολλῶν οὖν πληγῶν καὶ ἀπὸ τοῦ βάρους τοῦ σταυροῦ μὴ δυνάμενον τοῦτον* [sic] *περιπατεῖν, οὗτοι ἐκ τῆς ἐπιθυμίας, ἣν εἶχον οἱ Ἰουδαῖοι σταυρῶσαι αὐτὸν τάχος, ἄραντες ἀπ' αὐτοῦ τὸν σταυρὸν, καὶ ἔδωκαν αὐτὸν πρός τινα Κυρηναῖον συναντήσαντα αὐτοῖς, ὀνόματι Σίμωνα, ἐξερχόμενον ἀπ' ἀγροῦ, ὅστις εἶχε δύο υἱοὺς, Ἀλέξανδρον καὶ Ῥοῦφον· ἦν δὲ ἀπὸ Κυρήνης τῆς πόλεως· ἔδωκαν οὖν πρὸς αὐτὸν τὸν σταυρὸν, οὐχ ὡς ἐλεοῦντες τὸν Ἰησοῦν καὶ ἐλαφρύνοντες ἀπὸ τοῦ βάρους αὐτὸν, ἀλλ' ἐπιθυμοῦντες, ὡς εἴρηται, φονεῦσαι αὐτὸν συντομώτερον. Ἠγγάρευσαν* [*οὖν*] *αὐτὸν τὸν Κυρηναῖον, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. Καὶ φέρουσιν αὐτὸν ἐπὶ Γολγοθᾶ τόπον, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον κρανίου τόπος.* Deinde refertur, Joannem, qui Jesum secutus esset, Mariam matrem arcessivisse, ac luctus et lamenta ejusdem, filium in via ad supplicium conspicientis, describuntur. De adventu in loco supplicii et ipsa crucifixione haec leguntur in cod. Veneto, quocum Paris. D. paucis exceptis consentit. *Καὶ ἔσωσαν* (Par. D. *ἀπεσώθησαν*) *εἰς τὸν λεγόμενον κρανίου τόπον, ὃς ἦν λιθόστρωτος, καὶ ἐκεῖ ἔστησαν οἱ Ἰουδαῖοι τὸν σταυρόν. Καὶ ἐξέδυσαν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ διεμερίσαντο ταῦτα οἱ στρατιῶται πρὸς ἑαυτοὺς καὶ τὸν χιτῶνα· ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου. Εἶπον οὖν πρὸς ἀλλήλους οἱ στρατιῶται· Μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, τίνος ἔσται. Τοῦτο ὅλον γέγονεν, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ λέγουσα· „Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.“ Καὶ γονυπετοῦντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐνέπαιζον αὐτὸν, λέγοντες· Χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Καὶ ἐμπτύσαντες αὐτὸν ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτὸν, τότε αὐτὸν ἐσταύρωσαν. Ἦν δὲ*

CAPVT XI.

Erat autem quasi hora sexta diei, et tenebrae factae sunt super universam terram usque ad horam nonam. Sole autem obscurante ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum. Et circa horam nonam exclamavit Jesus voce magna dicens: *Hely,*

ὥρα ἕκτη τῆς ἡμέρας παρασκευῆς οὔσης, ὅτε ἀνεβίβασαν αὐτὸν ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ ἐκάρφωσαν τανύσαντες τὰς παναχράντους αὐτοῦ χεῖρας, ὡς ἦν δυνατὸν, καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ σύραντες κάτωθεν. Tum mentio fit elogii supra caput positi et duorum la- 595
tronum et ludificationis praetereuntium sacerdotumque, e Matth. XXVII, 37 sqq. Postremo sequuntur iteratae lamentationes Mariae, quae Joanni commendatur, et varia Christi crucifixi dicta, praecipue ad illum latronem *Δυσμᾶς* appellatum; eoque loco illa fabula in ev. infantiae Arab. cap. XXIII. narrata inseritur.

Cap. XI. *ὡς ὥρα*) Mon. B. *ὡσεὶ ὥρα.* Vid. Luc. XXIII, 44. Id. cod. verba *ἕως ὥρας ἐννάτης* ponit ante *ἐπὶ τὴν γῆν.* In nostro Paris. pro *ἐννάτης* scriptum *Θ.* — *ἐπὶ τὴν γῆν*) Mon. A. *ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.* Mon. B. *ἐφ' ὅλην τὴν γῆν.* Conf. Luc. l. l. cum Matth. XXVII, 45. Vers. Lat. *super universam terram.* Quare *πᾶσαν* in nostro textu addendum videtur. — *τοῦ ἡλίου σκοτισθέντος.*) Apud Luc. XXIII, 45. *καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος.* Ibi Syr. p. *τοῦ ἡλίου σκοτισθέντος.* Alii plures *τοῦ ἡλίου ἐκλείποντος.* Vid. Griesbach. et Matthaei in varr. lectt. ad h. l. Fortasse illa verba rectius ad sequentia trahuntur cum interprete Latino. Is vero *sole obscurante* posuit pro *obscurato vel deficiente.* Quod Fabricius ad h. l. notavit, etiam *mare commotum* addere Recognit. Clementis lib. I. cap. 41., falsum est. Ibi enim haec leguntur: *Denique cum pateretur, omnis ei compassus est mundus: nam et sol obscuratus est, montesque disrupti, et sepulcra patefacta sunt: velum templi scissum est, velut lamentans excidium loco imminens.* — *τοῦ ναοῦ*) Articulum e Mon. A. et B. supplevimus. — *εἰς δύο ἀπ' ἄνωθεν ἕως κάτω.*) E Matth. XXVII, 51. Mon. B. horum loco dat *μέσον,* uti Luc. l. l. legitur. Mon. A. *μέσον ἀπ' ἄνωθεν ἕως κάτω.* — *Πάτερ — πνεῦμά μου.*) Sic Mon. A. In nostro codice verba

9/2.

ράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. Καὶ τοῦτο εἰπὼν παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Ἰδὼν δὲ ὁ ἑκατόνταρχος τὸ γενόμενον ἐδόξασε τὸν Θεὸν λέγων· Ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιός ἐστιν. Καὶ πάντες οἱ παραπορευόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην, καὶ θεωροῦντες τὰ γενόμενα, τύπτοντες αὐτῶν τὰ στήθη ὑπέστρεφον. Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος ἀνήνεγκε τῷ ἡγεμόνι ἅπαντα τὰ γενόμενα. Ἀκούσας δὲ ὁ ἡγεμὼν καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐλυπήθησαν σφόδρα, καὶ οὐκ ἔφαγον οὐδὲ ἔπιον τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Μεταπεμψάμενος δὲ ὁ Πιλάτος τοὺς Ἰουδαίους εἶπεν αὐτοῖς· Ἐθεωρήσατε τὰ γενόμενα; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Ἔκλειψις ἡλίου γέγονε κατὰ τὸ εἰωθός. Εἰ-

---

hebraica graecis litteris vitiose scripta et distincta praemittuntur: πὲρ βαδ δαχ, ἐθ, κιδ, δοηλ, ὅ ἑρμηνεύεται· εἰς χεῖρά σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. Similiter in Mon. B. πάτερ βαραχαχ ἐφε κεδρουελ, ὁ ἑρμηνεύεται· εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου. Vides haec esse verba Psalmi XXX, 6. בְּיָדְךָ אַפְקִיד רוּחִי. Primae voci בידך respondet βαδδαχ et βαραχαχ, alteri אפקיד ἐθκιδ et ἐφεκεδ pro ἀφκιδ, tertiae denique רוחי δοηλ et ῥουελ, quanquam quomodo ex רוחי natum sit ῥουελ et δοηλ, vix divinare queas. Crediderim vero verba hebraica, quibus praeposita est graeca vox πάτερ, a librario male sedulo inserta esse. Nam non tantum in Mon. A. sed etiam in vers. Lat. desunt, in qua tamen illae a Matth. XXVII, 46. allatae voces Hebraicae retinentur. Nempe textus Latinus h. l. additamentum habet. Praeterea notes hic eandem scripturae varietatem παρατίθημι et παραθήσομαι, quae exstat in codd. Lucae XXIII, 46. Pro εἰς χεῖρά σου scripsimus εἰς χεῖράς σου. — Καὶ τοῦτο) Mon. B. Καὶ ταῦτα. Conf. Griesb. ad Lucae l. l. — παρέδωκε τὸ πνεῦμα.) Mon. A. ἐξέπνευσεν. Mon. B. ἐκοιμήθη. — τὸ γενόμενον) Mon. B. male om. — Ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος) Mon. A. Ὄντως ὁ ἄνθρωπος omisso pronomine. Vid. Luc. XXIII, 47. Mon. B. Ὅτι ἄνθρωπος οὗτος sine articulo. Id. pro ἐστιν habet ἦν. — οἱ παραπορευόμενοι) Mon. A. et B. rectius οἱ παραγενόμενοι, apud Luc. XXIII, 48. οἱ συμπαραγενόμενοι. Librario obversatus locus Matth. XXVII, 39. — ὄχλοι) Mon. A. om. — καὶ θεωροῦντες) Mon. A. ἰδόν-

Hely, lama zabathani: quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Et post haec dicit Jesus: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et haec dicens emisit spiritum. Videns autem Centurio quae facta sunt, glorificavit deum dicens: Quia hic homo justus erat. Et omnes populi circumstantes, turbati ad spectaculum, considerantes quae facta sunt, percutientes pectora sua revertebantur. Centurio autem retulit praesidi, quae facta sunt. Audiens autem praeses contristatus est nimis, et non manducaverunt neque biberunt in illa die. Convocans autem Pilatus Judaeos dicit eis: Vidistis, quae facta sunt? Responderunt praesidi: Eclipsis facta est solis secundum

---

verba faciunt ad eos, qui Hierosolymis profecti ad ipsos accesserant vel advenerant. Idem verbum paulo supra de iisdem viris in Galilaeam profectis legitur. Mon. B. *Καὶ εἶπαν οἱ ἄνδρες οἱ εἰς τὴν Γαλιλαίαν πρὸς τοὺς ἀπελθόντας.* Par. B. *Καὶ εἶπαν πρὸς αὐτούς.* Male. Sic enim de viris Hierosolymitanis cogitandum esset, de quibus praecedentia dicta sunt. — *Εἰρήνη παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραήλ.*) Mon. B. *Εἰρ. ἐπὶ παντὶ τῷ Ἰσραήλ.* Sequuntur uno tenore haec: *Τί δὲ ἤλθατε πρὸς ἡμᾶς; Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτούς· Οἱ ἀρχιερεῖς καὶ τὸ συνέδριον καλοῦσιν ὑμᾶς εἰς Ἱερουσαλήμ.* Contra textus Par. B. nostro etiam verbosior est. *Καὶ εἶπαν· Εἰρήνη ὑμῖν. Οἱ δὲ πάλιν εἶπαν πρὸς αὐτούς· Τί ἤλθατε πρὸς ἡμᾶς; Οἱ δὲ εἶπον· Οἱ πέμψαντες ἡμᾶς μεθ' ὑμῶν πρώην νῦν καλοῦσιν ὑμᾶς εἰς τὸ συνέδριον ἐν τῇ συναγωγῇ*

Israel, quia manifeste vidimus Jesum cum discipulis ejus (in monte oliveti, et) ascendentem in coelum. (Tunc Annas et Caiphas segregarunt eos ab invicem et interrogaverunt eos sigillatim. Qui unanimiter veritatem

---

εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν. — *ἐν τῷ συνεδρίῳ,*) Mon. B. *ἐκ τοῦ συνεδρίου.* — *ἀνεκλίθησαν*) Sic Mon. B. et Par. B. Male cod. *ἀπελθόντες.* Verbum *ἀνακλιθῆναι* est *ad mensam accumbere.* — *τῶν ἐλθόντων,*) Par. B. et Mon. B. om. Recte. — *καὶ ἀνέστησαν*) Mon. B. om. — *ἐπορεύθησαν*) Sic codd. Ed. Birch. *ἐπορεύσαντο.* — *ἐν εἰρήνῃ*) Mon B. om. Id. *εἰς Ἱερουσαλήμ.* — *Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐκαθέσθη*) Par. B. *Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐκάθισε.* — *ἐπηρώτησαν αὐτοὺς λέγοντες·*) Cod. *ἐπηρώτησεν αὐτοὺς λέγοντες.* Birch ed. male *λέγων.* Certe debebat scribere *λέγον.* — *Οὕτως εἴδετε*) Cod. et ed. Birch. *Πῶς ἴδετε.* Par. B. et Mon. B. *Οὕτως οἴδατε.* Saepissime verba *οἶδα* et *εἶδον* vel *ἴδον* confundi in his codd. passim jam notavimus — *καθήμενον ἐν τῷ ὄρει μομφῇ*) Mon. B. et Par. B. *καθεζόμενον εἰς τὸ ὄρος Μαμβὴχ* vel *Μαλὴκ.* Vid. supra ad cap. XIV. notata. — *καὶ διδάσκοντα*) Sic Par. B. Vitiose cod. et ed. Birch. *διδάσκων.* Mon. B. *διδάσκοντος αὐτοῦ.* — *καὶ εἴδετε*) Cod. vitiose *καὶ ὅτι οἴδατε.* Ed. Birch. *καὶ ὅτι εἴδετε.* Par. B. *καὶ πάλιν, οἴδατε.* Nos secuti sumus Mon. B. — *ἀναληφθέντα;*) Par. B. *ἀναληφθέντα εἰς τὸν οὐρανόν.* — *Καὶ ἀπεκρίθησαν — εἴπαμεν.*) Par. B. *Καὶ ἀπεκρ. καὶ εἶπαν· Οὕτως* (fort. *Ὄντως*) *εἴδομεν* (cod *οἴδαμεν*) *αὐτὸν ἀναληφθέντα εἰς τὸν οὐρανόν.* In Mon. B. haec omissa. In Latino textu verba *in monte oliveti, et* semicirculis inclusa, quae in cod. Einsidl. desiderantur, ex ed. Fabric. retinuimus. Leguntur etiam in cod. Cors. aliisque. — *Λέγει Ἀνανίας ῥαββί·*) Par. B. *Λέγει Ἄννας.* Vid. vers. Lat. Mon. B. *Λέγει αὐτοῖς* nomine dicentis praetermisso. — *καὶ ἴδωμεν — ἀπ' ἀλλήλων.*) Haec in nostro cod. male omissa e Mon. B. et Par. B. textui inseruimus. Mon. B. vitiose *ἐὰν συμφωνῇ.* — *πρῶτον Ἀδδᾶν ῥαββί,*) Cod. articulum *τὸν πρῶτον* praefigit, quem recte Par. B. om. Mon. B. *τὸν Ἀδδᾶ,* scr. *τὸν Ἀδδᾶν.* — *Πῶς εἶδες τὸν Ἰησοῦν ἀναληφθέντα;*) Par. B. *Εἰπὲ ὑμῖν, πῶς εἴδετε* (cod. *οἴδατε*) *αὐτὸν ἀναληφθέντα.* — *Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἀδδᾶς·*) Mon. B. *Λέγει Ἀδδᾶς.* Par. B. *Καὶ εἶπεν.* — *Ἔτι καθεζομένου — ἐπὶ τὴν γῆν.*) Duo cod. vitia in his emendavimus *διδάσκον-*

τὸν, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ηὔχοντο κείμενοι ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν. Καλοῦσι τὸν Φινεὲς τὸν ἱερέα, καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν λέγοντες· Πῶς εἶδες τὸν Ἰησοῦν ἀναληφθέντα; Καὶ αὐτὸς εἶπεν ὡσαύτως. Ἠρώτησαν δὲ πάλιν τὸν Ἀγγαῖον, καὶ αὐτὸς εἶπεν ὁμοίως. Καὶ εἶπαν τὸ συνέδριον· Ὁ νόμος Μωσέως περιέχει· ἐπὶ στόματος δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. Λέγει ὁ Ἀβδᾶς διδάσκαλος· Γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ· καὶ μετετέθη Ἐνὼχ, καὶ οὐχ ὑπάρχει, ὅτι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός. Ἰάειρος διδάσκαλος εἶπε· Τοῦ ἁγίου Μωσέως θάνατον ἠκούσαμεν, καὶ αὐτὸν (fort. τὴν ταφὴν αὐτοῦ) οὐκ εἴδομεν. Γέγραπται γὰρ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου· Καὶ

τος pro διδάσκων et ἐπισκιάσασαν pro ἐπεσκιάσαν. In Mon. B. legitur εἰς τὸ ὄρος Μαμβὴχ pro ἐν τῷ ὄρει μομφῇ, ἀνήγαγεν αὐτὸν pro ἐπήρθη et ἔκειντο pro ηὔχοντο κείμενοι. Par. B. ab his sic discedit. Καὶ εἶπεν, ὅτι εἶδον αὐτὸν καθεζόμενον καὶ διδάσκοντα τοὺς ἕνδεκα μαθητάς· καὶ ἐνθέως ἦλθεν ἡ νεφέλη καὶ ἥρπασεν αὐτὸν, καὶ ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανόν. Cum hac ascensionis Christi descriptione fere consentiunt picturae. — *Καλοῦσι τὸν Φινεὲς — εἶπεν ὁμοίως.*) Verba Καὶ αὐτὸς εἶπεν ὡσαύτως. Ἠρώτησαν δὲ πάλιν τὸν Ἀγγαῖον in ed. Birch. omissa e cod. restituimus, et quod ibi legitur τὸν Ἠλίαν mutavimus in τὸν Ἀγγαῖον. Par. B. Καὶ πάλιν ἠρώτησαν τὸν Φινεὲς καὶ τὸν Ἠλίαν, καὶ εἶπαν καὶ αὐτοὶ ὡσαύτως. (cod. ὡς αὐτός.) Mon. B. Καὶ καλοῦσι Φινεὲς ἱερέα, καὶ ἠρώτησαν καὶ αὐτόν· Πῶς εἶδες τὸν Ἰησοῦν; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς τὰ ὅμοια. Quae his Graecis respondent Latina, sunt semicirculis circumdata, quoniam in cod. Einsidl. desunt et in ed. Lips. Fortasse repetitio ejusdem initii *Tunc Annas et Caiphas* causa fuit omissionis. Nos textum Fabric. repetendum curavimus. Ab hoc discedit cod. Hal. *Tunc Annas et Caiphas sequestratos eos singillatim requirebant, si ita esset. Illi autem unanimiter dicebant se vidisse Jesum ascendentem in coelum.* Verbum *sequestrare*, quod etiam in cod. Havn. hic loco verbi *segregarunt* positum est, significat *separare*, *seponere*, velut apud Macrob. Saturn. VII, 11. Ceterum nostro textui post *Jesum* e codd. Cors. Havn. et Hal. addenda videntur haec *ascendentem in coelum*. — *τὸ συνέδριον·*) Mon. B. τὸ

confitentes dixerunt se vidisse Jesum.) Tunc Annas et Caiphas dixerunt: Lex nostra continet: in ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Sed quid dice-

---

συνέδριον τῶν Ἰουδαίων. — *δύο καὶ τριῶν*) Mon. B. et Par. B. *δύο ἢ τριῶν.* Conf. vers. Lat. Vid. Deuteron. XVII, 6. Matth. XVIII, 16. 2 Cor. XIII, 1. ubi *ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα* in plerisque codd. legitur exceptis paucis, in quibus *ἢ* pro *καὶ* reperitur. Vid. Griesbach. In cod. Par. D. altera capitis pars sic legitur. *Εἶπον οἱ Ἰουδαῖοι· Εὑρεῖν* (cod. *εὗρον με*) *δεῖ τοὺς τρεῖς ἀνθρώπους τοὺς ἰδόντας αὐτὸν εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ὡς ἂν ἐρωτήσωμεν αὐτοὺς ἔμπροσθεν πάντων. Καὶ ἐξώρκισαν αὐτοὺς εἰπεῖν τὴν ἀλήθειαν. Οἱ δὲ εἶπαν· Ζῇ ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι εἴδομεν τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν ζῶντα καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνοντα. Τότε ὁ Ἄννας καὶ ὁ Καϊάφας διεχώρισαν τοὺς τρεῖς ἕνα καὶ ἕνα, καὶ ἠρώτησαν αὐτοὺς ἰδίᾳ καθ᾽ ἕνα· ὡμοφώνησαν οὖν, καὶ εἶπον καὶ οἱ τρεῖς ἕνα λόγον. Ἀπεκρίναντο οἱ ἀρχιερεῖς λέγοντες· Ἡ γραφὴ ἡμῶν λέγει· πᾶν ῥῆμα ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται. Ὁ οὖν Ἰωσὴφ ὁμολογεῖ,* (fort. *ὡμολόγει,*) *ὅτι ἐκήδευσε καὶ ἔθαψεν αὐτὸν μετὰ τοῦ Νικοδήμου, καὶ πῶς ἐστιν ἀλήθεια, ὅτι ἠγέρθη.* Sequentia textus cap. XVII. exhibet. — *ῥῆμα.*) Par. B. add. *τέλειον.* — *ὁ Ἀδδᾶς*) Mon. B. *Βουδῆς.* Id. post *νόμῳ* add. *Μωϋσέως.* — *καὶ μετετέθη — ὁ θεός.*) Mon. B. *Οὐχ εὑρίσκετο Ἐνὼχ, ὅτι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός.* Ita Genes. V, 24. coll. Hebr. XI, 5. Par. B. *καὶ περιεπάτει* (cod. *περιεπάτην*) *Ἐνὼχ σὺν τῷ θεῷ, καὶ οὐχ ὑπῆρχεν, ὅτι ἔλαβεν αὐτὸν ὁ θεός.* Laudantur haec exempla hominum in coelum receptorum vel certe humanis oculis ereptorum ad fidem testimonii de Christi ascensu editi confirmandam. Athanasius hom. de assumtione Jesu Chr. Tom. II. p. 5. negat, Eliam et Henochum licet sublimes raptos in aërem tunc etiam statim in coelum penetrasse. *Πρὸ γὰρ τοῦ δεσπότου τὸν οἰκέτην ὁ οὐρανὸς οὐκ ὑποδέχεται. Servum enim ante dominum coelum neutiquam recipit.* — *Ἰάειρος*) Hoc nomen in codd. varie corruptum legitur *Ἡάϊρος, Ἰάηρος* et *Ἰέρσως.* — *ἠκούσαμεν*) Cod. *οὐκ ἠκούσαμεν.* Mon. B. et Par. B. recte *οὐκ* ignorant. — *καὶ αὐτὸν οὐκ εἴδομεν.*) Cod. *οἴδαμεν.* Mon. B. *οὐ μέντοι εἴδομεν.* Respicitur Deuteron. XXXIV, 6. *καὶ οὐκ εἶδεν οὐδεὶς τὴν ταφὴν αὐτοῦ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης.* Vid. seqq. — *Γέγραπται γάρ*) Voculam *γάρ* Mon. B. et Par. B. praebuerunt.

ἀπέθανε Μωϋσῆς ἐν ῥήματι κυρίου, καὶ οὐκ ἔγνω ἀνὴρ τὴν ταφὴν αὐτοῦ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. Καὶ ῥαββὶ Λευῒς εἶπε· Διότι ῥαββὶ Συμεὼν εἶπε, ὡς εἶδε τὸν Ἰησοῦν· ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. Καὶ ῥαββὶ Ἡσαΐας εἶπε· Γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ· ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ τὸν ἄγγελόν μου, ὃς προπορεύεται πρὸ προςώπου σου, τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσῃ ὁδῷ ἀγαθῇ, ὅτι ὄνομά μου ἐνέγκαται. (sic) Τότε Ἄννας καὶ Καϊάφας εἶπαν· Ὀρθῶς εἴπατε τὰ γεγραμμένα Μωσέως ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι τοῦ Ἐνὼχ θάνατον οὐδεὶς εἶδεν· ὁ δὲ Ἰησοῦς λόγον ἔδωκε Πιλάτῳ, καὶ εἴδομεν αὐτὸν ῥαπίσματα λαβόντα, καὶ ὅτι ἐμπτύσματα ἔλαβε· καὶ ὅτι οἱ στρατιῶται στέφανον ἐξ ἀκανθῶν περιέθηκαν αὐτῷ, καὶ ὅτι ἐφραγέλλωσαν αὐτόν, καὶ ἀπόφασιν ἔλαβεν ἀπὸ Πιλάτου· καὶ ὅτι ἐπὶ τοῦ Κρα-

— *Καὶ ἀπέθανε Μωϋσῆς ἐν ῥήματι κυρίου,*) Mon. B. haec om. Cod. *ἐν αἰτήματι* pro *ἐν ῥήματι*. Deuter. XXXIV, 5. apud LXX. legitur *διὰ ῥήματος κυρίου*. Par. B. *ἐκ στόματος κυρίου*. — *ἀνὴρ*) Par. B. *ἄνθρωπος*. — *ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης.*) Mon. B. *μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας*. — *Διότι ῥαββὶ — Ἡσαΐας εἶπε·*) Haec Par. B. om. Mon. B. consentit cum nostro cod. Modo add. *ἐν τῷ Ἰσραὴλ* post *πολλῶν* et pro *Καὶ ῥαββὶ Ἡσαΐας* dat *Πάλιν*, ut etiam sequentia doctori Levi tribuantur. Difficile autem est dictu, quo sensu et quo consilio illa Simeonis verba repetantur, et quo referatur *διότι*. Fortasse scribendum est hic quoque *Τί ὅτι*. Rabbi Levi quasi quaestionem proponit de vaticinio Simeonis vel potius de causa ejusdem. Nempe hoc inde intelligi vult, praedictum esse de incredulitate Judaeorum, neque propterea mirum esse, quod multi miraculosis Christi factis et eventis fidem denegent. — *ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ — ἐνέγκαται.*) Sic cod. et ed. Birch. Fortasse pro vitioso *ἐνέγκαται* scribendum *κέκληται ἐν αὐτῇ*. Haec enim est scriptura Mon. B. *ἐξαποστέλλω* (cod. *ἐξαποστέλλων*) *ἄγγελόν μου πρὸ προςώπου σου, ὃς προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου, τοῦ διαφυλάξαι τὴν ὁδόν σου τὴν ἀληθινήν, ὅτι τὸ ὄνομά σου* (fort. *μου*) *κέκληται ἐν αὐτῇ*. Videtur haec promissio tutelae divinae sic non tantum ad Christum referri, sed etiam ad Christianos vel reli-

mus? Quia beatus Enoch complacuit deo, et translatus est verbo dei, et beati Moysi sepultura non invenitur, et Heliae prophetae mors non invenitur. Jesus autem traditus est Pilato, flagellatus, sputatus, spinis corona-

---

gionem Christianam, quae est *ὁδὸς ἀληθινὴ*, *ὁδὸς κυρίου*. Diversus est textus Par. B. *ἰδοὺ ἐξαποστελῶ τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου ἐν πάσῃ ὁδῷ αὐτοῦ ἀγαθῇ.* Verba Malach. III, 1. *Ἰδοὺ ἐξαποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου, καὶ ἐπιβλέψεται ὁδὸν πρὸ προσώπου μου* — a Marco I, 2, sic laudantur: *ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.* Conf. Matth. XI, 10. Luc. VII, 27. Vides extrema verba *ἐν πάσῃ ὁδῷ αὐτοῦ ἀγαθῇ* inepte addita esse. Illa vero in nostro textu et in Mon. B. adjecta *τοῦ διαφυλάξαι κτλ.* videntur petita esse e Ps. XCI, 11. *Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου.* Conf. Luc. IV, 10. — *Τότε*) Mon. B. et Par. B. om. — *Ὀρθῶς εἴπατε*) Sic Mon. B. et Par. B. In nostro cod. legitur *καθὼς εἴπατε.* — *τὰ γεγραμμένα — εἶδεν*) Cod. *ὀνόμασεν*, cujus loco nos *εἶδεν* scripsimus. Par. B. *τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως, ὅτι τοῦ Ἐνὼχ θάνατον οὐδεὶς εἶδεν* (cod. *οἶδεν*), *καὶ τοῦ προφήτου Ἡλίου θάνατον οὐδεὶς εἶδεν.* (cod. *οἶδεν*) Mon. B. *γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ Μωϋσέως· θάνατον τούτου* [sic] *οὐδεὶς εἶδε, καὶ Μωσῆ θάνατον οὐδεὶς ὠνόμασεν.* — *λόγον ἔδωκε*) Cod. *λόγον ὃ ἔδωκε.* In eodem articulus ante *Πιλάτῳ* deest, quem Birch. addidit, et Mon. B. habet. Vers. Lat. *Jesus autem traditus est Pilato*, ac si scriptum fuerit *παρεδόθη.* — *καὶ εἴδομεν*) In nostro cod. *καὶ ὅτι εἴδομεν*, quod recte om. Par. B. Male hic Mon. B. *καὶ ὅτι ἐσταυρώθη ἐπὶ τοῦ Κρανίου, καὶ ὅτι εἴδομεν.* — *λαβόντα*,) Mon. B. *λαμβάνοντα.* — *καὶ ὅτι*) Voculam *ὅτι* hic e Par. B. et Mon. B. supplevimus. — *ἔλαβε*) Mon. B. *ἐλάμβανεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.* Par. B. *ἔλαβε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.* In eodem sequentia sunt in hunc modum breviata: *καὶ ὅτι ἐφραγελλώθη, καὶ ὅτι ἐπὶ ξύλου ἐσταυρώθη καὶ δύο λῃσταὶ μετ' αὐτοῦ· καὶ ὅτι ὄξος ἐποτίσθη, καὶ ὅτι λόγχῃ κτλ.* — *καὶ ὅτι οἱ στρατιῶται κτλ.*) Mon. B. transponit *καὶ* (*ὅτι* om.) *στέφανον ἐξ ἀκανθῶν περιέθηκαν αὐτῷ οἱ στρατιῶται.* — *ἐφραγέλλωσαν αὐτὸν*,) Mon. B. *ἐφραγελλώθη.* — *ἀπὸ*) Mon. B. *ὑπό.* — *ἐπὶ τοῦ Κρανίου*) Mon. B. *ἐπὶ ξύλου.* Paulo supra

νίου ἐσταυρώθη καὶ δύο λησταὶ μετ' αὐτοῦ· καὶ ὅτι ὄξος ἐπότισαν αὐτὸν μετὰ χολῆς καὶ ὑσσώπου· καὶ ὅτι λόγχῃ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ ἐξεκέντησεν ὁ Λογγῖνος ὁ στρατιώτης· καὶ ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ ᾐτήσατο Ἰωσὴφ, ὁ τίμιος πατὴρ ἡμῶν, καὶ ὅτι, καθὼς λέγει, ἀνέστη, καὶ καθὼς λέγουσιν οἱ τρεῖς διδάσκαλοι, εἶδον αὐτὸν ἀναληφθέντα εἰς τὸν οὐρανόν.

---

in eodem ἐπὶ τοῦ Κρανίου. Voce τόπου a Birchio textui adjecta non opus est. Vid. Luc. XXIII, 33. In sequentibus male μετὰ χολῆς καὶ ὑσσώπου conjunguntur. Vid. Matth. XXVII, 34. et Joan. XIX, 29. — *καὶ ὅτι λόγχῃ*) Cod. καὶ ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ λόγχῃ. Par. B. haec recte om. — *ὁ Λογγῖνος ὁ στρατιώτης·*) Par. B. ὁ Λ. ὁ στρατηγός. Conf. supra pag. 586 sq. Cod. Mon. B. hic deficit. — *Ἰωσὴφ, ὁ τίμιος πατὴρ ἡμῶν,*) Par. B. ὁ τίμιος Ἰωσήφ. — *καθὼς λέγει,*) Sic Par. B. Noster cod. καθῶς λέγουσιν. Male haec Birchius omisit. Jesum Christum resurrexisse testatus erat Josephus, eundem vero ad coelum ascendisse testati erant tres viri Galilaei. — *εἶδον*) Vitiose Cod. ἴδωμεν. Illud Par. B. dat. Quae sequuntur in cod. nostro et in Par. B. extrema libelli verba in Latinis codd. non expressa, ea ab imperito librario adjecta sunt et partim idoneo sensu carent. Sunt autem haec. *Καὶ ὅτι ῥαββὶ Λευῒς εἶπε μαρτυρήσας τὰ λεχθέντα παρὰ τοῦ ῥαββὶ Συμεῶνος·* (codd. add. καὶ ὅτι εἶπεν·) *ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον.* (Par. B. add. *Καὶ εἶπαν οἱ διδάσκαλοι πρὸ πάντων τῶν λαῶν· Παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.* Verba Ps. CXVIII, 23. Matth. XXI, 42. *Γινώσκετε οὖν καὶ γνώσεσθε, λαὸς Ἰσραὴλ, ὅτι γέγραπται· θεοὶ, οἱ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν ἀπολέσθωσαν.* Jerem. X, 11.) *Καὶ εἶπαν οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται πρὸς ἀλλήλους· Καὶ ἴσος* (Birch. ἴσως) *τοῦ λεγομένου Ἰουὴλ* (Birch. Ἰοὴλ, rectius Ἰωὴλ) *τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ·* (Par. B. *Εἰ ἐν τοσούτῳ μετὰ τοῦ λεγομένου Ἰησοῦ καὶ τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ ἐστι,*) *γινώσκετε, ὅτι ἐπικρατῇ ἕως* (Par. B. ἐπικρατήσεως) *τοῦ αἰῶνος, καὶ ἐγείρῃ* (Par. B. ποιεῖ) *ἑαυτῷ λαὸν καινόν. Τότε παρήγγειλαν οἱ ἀρχισυνάγωγοι καὶ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραὴλ λέγοντες· Ἐπικατάρατος ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος, ὃς ποίημα χειρὸς ἀνθρώπου προσκυνήσει·* (Par. B. add. καὶ ἐπικατάρατος ὁ

tus, lancea percussus et crucifixus, in ligno mortuus et sepultus est; et corpus ejus pater honorabilis Joseph sepelivit in sepulcro novo, et testificatus est eum vidisse vivum. Et tres viri illi testificati sunt vidisse eum cum discipulis ejus in monte oliveti, ascendentem in coelum.

ἀνὴρ, ὃς κτίσματα παρὰ τὸν κτίσαντα προσκυνήσει.) *Καὶ εἶπε πᾶς ὁ λαός· Ἀμὴν, ἀμήν.* (Par. B. add. *γένοιτο, γένοιτο.*) *Καὶ λοιπὸν* (Par. B. om. *λοιπὸν*) *ὕμνησε πᾶς ὁ λαὸς τὸν κύριον καὶ εἶπεν·* (Par. B. add. *Εὐλογητὸς κύριος, ἀμήν·*) *ὃς ἔδωκε κατάπαυσιν* (Par. B. *ἀνάπαυσιν*) *τῷ λαῷ Ἰσραὴλ· κατὰ πάντα ὅσα ἐλάλησεν οὐκ ἔπεσε ῥῆμα ἓν ἀπὸ παντὸς ῥήματος αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ, ὡς* (fort. *ὃ*) *ἐλάλησε Μωϋσῇ, τῷ δούλῳ αὐτοῦ.* (Par. B. *ἀπὸ πάντων, ὧν ἐλάλησεν ἐν χειρὶ Μωϋσῆ.*) *Εἴη κύριος ὁ θεὸς μεθ᾽ ἡμῶν,* (Par. B. *Κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἔσται μεθ᾽ ἡμῶν,*) *καθὼς ἦν μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, μὴ ἀπολέσαι ἡμᾶς.* (Rectius Par. B. *Μὴ ἐγκαταλίπῃς ἡμᾶς. κύριε, καὶ μὴ ἀπώσῃ ἡμᾶς,*) *τοῦ εἶναι* (Par. B. *κλῖναι*) *καρδίας ἡμῶν πρὸς αὐτὸν, τοῦ πορευθῆναι ἡμᾶς* (Par. B. *πορεύεσθαι*) *ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, τοῦ φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ καὶ τὰ δικαιώματα* (Par. B. *τὰ κρίματα*) *αὐτοῦ, ἃ ἐνετείλατο τοῖς πατράσιν ἡμῶν. Καὶ ἐστὶ κύριος εἷς* (Par. B. *Καὶ ἔσται κύριος βασιλεὺς ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἔσται εἷς*) *καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕν· κύριος ὁ θεὸς εἷς, βασιλεὺς ἡμῶν· αὐτὸς σώσει ἡμᾶς. Οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, κύριε· μέγας εἶ σὺ, κύριε, καὶ μέγα τὸ ὄνομά σου. Ἐν τῇ δυνάμει σου ἴασαι ἡμᾶς, κύριε, καὶ ἰαθησόμεθα· σῶσον ἡμᾶς, κύριε, καὶ σωθησόμεθα, ὅτι μερὶς καὶ κληρονομία σοῦ* (Par. B. *μερὶς κληρονομίας σοῦ*) *ἐσμεν. Καὶ οὐκ ἐάσεις, κύριε, τὸν λαὸν αὐτοῦ* (Birch. ed. *σου*) *ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ* (Birch. *σου*) *τοῦ μεγάλου,* (Par. B. om. *ἕνεκεν — μεγάλου,*) *ὅτι ἤρξατο κύριος ἡμᾶς ποιεῖν εἰς λαὸν αὐτοῦ. Καὶ ὑμνήσαντες ἀπῆλθον ἕκαστος ἀνὴρ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ,* (hic deficit Par. B.) *δοξάζοντες τὸν θεὸν, ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις· μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, τῶν αἰώνων. Ἀμήν.*

Cap. XVII. 199. from Paris D.

CAPVT XVII.

Λέγει ὁ Ἰωσήφ· Καὶ τί θαυμάζετε, εἰ ὁ Ἰησοῦς ἠγέρθη; Οὐκ ἔστι τοῦτο θαυμαστόν· ἀλλὰ τοῦτο θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι οὐκ ἠγέρθη μόνος, ἀλλ' ὅτι καὶ ἄλλους πολλοὺς νεκροὺς ἤγειρεν, οἵτινες ἐνεφανίσθησαν ἐν Ἱεροσολύμοις πρὸς πολλούς. Καὶ εἰ τοὺς ἄλλους οὐ γινώσκετε, τέως τὸν Συμεῶνα, ὅστις ἐδέξατο τὸν Ἰησοῦν, καὶ τοὺς

Cap. XVII. Sequitur jam mira narratio de Simeonis filiis a morte per Christi resurrectionem excitatis, et quae apud inferos viderant, referentibus. Exhibemus eam Graecam, qualem cod. Par. D. continet. Ab extremo cap. XVIII. cum nostro textu conferemus textum cod. Vatic. a Birchio editum. — *Καὶ τί θαυμάζετε, εἰ ὁ Ἰησοῦς κτλ.*) Vocula *εἰ* post verbum *θαυμάζειν* ponitur, quando res, quam aliquis miratur, incerta est vel pro incerta habetur. Conf. Marc. XV, 44. et vid. Boissonade ad Philostrati Her. p. 424. Sic hoc loco Josephus eorum, quos alloquitur, de resurrectione Christi dubitationes respicit. Contra ex sua mente vel persuasione dicit *θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι.* Ipsi enim persuasum erat, non solum Christum resurrexisse a mortuis, sed etiam alios plures ab eodem simul in vitam revocatos esse; cujus eventi super alia omnia miraculosi, quod solus Matth. XXVII, 53. tradit, Josephus hoc loco producitur testis. Latina *Vere et bene admiramini* Graecis verbis non consonant. In cod. Hal. prima hujus capitis verba, quae tanquam cum praecedentibus cohaerentia Annae et Caiphae ibi tribuuntur, haec sunt: *Vere non solum admirandum est, quod a mortuis resurrexit, sed etiam multos a mortuis resuscitavit, qui visi sunt in civitate nostra: quos nos increduli non vidimus. Et dixit Joseph: Audite me* etc. Cod. Cors. *Vero plus admirandus est* pro *Vere plus admirandum est.* — *ἐνεφανίσθησαν ἐν Ἱεροσολύμοις πρὸς πολλούς.*) Matth. l. l. *εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς.* Loco dativi *πολλοῖς* auctor e consuetudine sequioris Graecitatis scripsit *πρὸς πολλούς.* Ex eadem petitus esse videtur usus voculae *τέως* in apodosi positae. Cod. Havn. *in Israel* pro *in Jerusalem.* Saepius haec e compendio scripturae confunduntur. Ed. Lips. *quia multis visi sunt in Jerusalem; quos vivos vos increduli non credidistis.* — *τὸν Συ-*

CAPVT XVII.

Et surgens Joseph dixit ad Annam et Caipham: Vere et bene admiramini, quoniam audistis, quod visus est Jesus de morte vivus ascendisse in coelum. Vere plus admirandum est, quia non solum resurrexit a mortuis, sed multos alios mortuos de monumentis resuscitavit vivos, et a multis visi sunt in Jerusalem. Et audite me nunc, quia omnes scimus beatum Simeonem, sacerdotem magnum, qui suscepit manibus suis Jesum infan-

---

μεῶνα, ὅστις ἐδέξατο τὸν Ἰησοῦν,) Plenius Lat. vers. *Simeonem, qui suscepit manibus suis Jesum infantem in templo.* Conf. Luc. II, 28. Sed ne credas plura verba his Latinis gemina e Graeco textu excidisse. Etenim Graeci mediae aetatis hunc Simeonem justum simpliciter cognominare consueverunt θεοδόχον. Sic aliquoties in Menologio ad d. III. Februarii appellatur, et Timothei presbyt. Hierosol. exstat oratio εἰς τὸν Συμεῶνα τὸν θεοδόχον Biblioth. PP. Paris. Tom. XIII. p. 844. Vid. etiam Fabricii Biblioth. Gr. T. IX. p. 141. Constat ejusmodi cognomina Graecis valde placuisse, ex quo tempore de Maria θεοτόκῳ certatum esset; velut jam ab Hesychio presbyt. Hierosol. Davidem legimus θεοπάτορα dictum in Photii cod. 275. et Jacobum ἀδελφόθεον in apocryphis nostris. Vide supra pag. 161. Alia est praeter illam gravior dubitatio de Graeco textu corrupto vel male abbreviato, quam movet Latini collatio. Hic enim duos Simeonis filios, fratres germanos, beneficio Christi ex inferis reduces in urbe Arimathia inventos esse tradit, et eos solos testes facit rerum a Christo apud inferos gestarum. Contra si in Graeca oculos conjicis, videtur ibi narrari, Simeonem et duos ejus filios et fratres totidem simul cum Christo resurrexisse et inter vivos apparuisse. Sed hanc non fuisse auctoris mentem docent sequentia: ἡμεῖς γὰρ ἐθάψαμεν αὐτοὺς πρὸ ὀλίγου, quae ad Simeonem simul non possunt referri, qui secundum traditionem e Luca II, 29. ductam et a Nicephoro aliisque litteris mandatam absoluto illo cantico suo statim dicitur exspirasse. Vid. Leo Allatius de Simeonum scriptis pag. 4. Magis etiam id demonstrant, quae in fine narrationis cap. XXVII. leguntur: Ταῦτα πάντα εἴδομεν καὶ

δύο αὐτοῦ υἱοὺς καὶ τοὺς δύο ἀδελφοὺς, οὓς ἀνέστησε, τέως αὐτοὺς γινώσκετε. Ἡμεῖς γὰρ ἐθάψαμεν αὐτοὺς πρὸ ὀλίγου· νῦν δὲ οἱ μὲν τάφοι αὐτῶν ὁρῶνται ἠνεῳγμένοι καὶ, αὐτοὶ δέ εἰσι ζῶντες καὶ διατρίβοντες ἐν τῇ Ἀριμαθίᾳ.

ἠκούσαμεν ἡμεῖς οἱ δύο αὐτάδελφοι κτλ. Suspiceris igitur Graecum hujus loci textum corruptum esse. Ego vero potius eum sic interpretandum esse censeo, ut cum Latino consentiat. Interpretatio erit haec: *Et si caeteros non novistis, interim Simeonem, qui suscepit Jesum, et duos ejus filios et quidem duos fratres germanos, quos in vitam (Jesus) revocavit, interim hos, inquam, novistis.* Simeon non propter se commemoratur, sed propter filios ex patris celebritate notos, de quibus solis dicta sunt, quae sequuntur. Significatur id etiam repetita vocula τέως in extremis his τέως αὐτοὺς γινώσκετε. Verba vero καὶ τοὺς δύο ἀδελφοὺς appositionem faciunt praecedentium, et vocula καί est explicativa. Non igitur de fratribus Simeonis cogitandum est, sed de filiis ejus, quos auctor indicare voluit fratres germanos, αὐταδέλφους fuisse, id est uno patre et una matre natos. Propterea non adjectum est pronomen αὐτοῦ. Rectius sane scripsisset auctor τοὺς αὐταδέλφους omissis vocibus καί et δύο. Conf. vers. Lat. De voc. αὐτάδελφος infra cap. XXVII. usurpato vid. Cangius in Gloss. med. et inf. Graec. s. h. v. Ceterum ejusmodi loci, qualis hic noster, suspicionem faciunt textus Graeci ex alio exemplari negligenter et vitiose redditi. — καὶ τοὺς δύο αὐτοῦ υἱοὺς καὶ τοὺς δύο ἀδελφοὺς,) A Latino textu cod. Einsidl., quocum faciunt codd. Cors. et Havn. et ed. Fabric., discedunt cod. Hal. et ed. Lips. Cod. Hal. *Ipse Symeon duos filios habuit Garrinum et Leucium.* Nomini *Garrinum* suprascriptum est ab alia manu *Karinum*, uti in eodem cod. infra legitur. Similiter vers. Anglosax. et recentior vers. Angl. hoc loco jam nomina duorum Simeonis filiorum indicant. Ed. Lips. *Ipse enim Symeon habuit duos fratres germanos Carinum et Leucinum.* In sequentibus vox *dormitionis* a Brunnio in disquis. de ev. Nicod. pag. 64. inter vestigia Hellenismi notatur, quae libellum lingua hellenistica conscriptum esse prodant. Sed incertum hoc erat vestigium, cum apud patres ecclesiae et medii aevi scriptores mors saepissime *dormitio* dicatur. Et videmus hanc voc. κοιμήσεως in Graeco textu non legi. Quod ad rem ipsam attinet, hos Simeonis filios antiquitas Judaica et Christiana ignorat, nec a

tem in templo. Et ipse Simeon habuit duos filios, germanos fratres, et nos omnes in dormitione eorum et in sepultura fuimus. Ambulate ergo et videte monumenta eorum: aperta enim sunt, quia surrexerunt, et ecce sunt in civitate Arimathia, simul viventes in orationibus.

---

quoquam praeter nostrum auctorem nominantur inter sanctos illos homines teste Matthaeo cum Christo in vitam revocatos. Simeonem ipsum inter hos apparuisse sane quidam nimis curiosi scripturae sacrae interpretes autumarunt. Vid. Serry Exercit. LX. de Christo §. 4. p. 421. — ἠνεῳγμένοι) Retinui cod. scripturam hic et paulo infra. Videtur enim haec participii forma, quae triplex augmentum habet, apud recentiores Graecos in usu fuisse, ut non ubivis sit delenda. Sic in Nicetae Eugen. carmine amat. I, 84. et 128. Boissonade rectius e cod. Par. scripsisset ἠνεῳγμένα. In N. T. codicibus pluribus reperitur Act. VII, 56. IX, 8. X, 11. 2 Cor. II, 12. et praecipue Apocal. IV, 1. X, 2. 8. XIX, 11., quibus extremis locis etiam haud paucae edd. eam servarunt. Vid. Wetsten. in not. crit. ad l. l. Griesbachius duobus tantum, ni fallor, locis Apocal. IV, 1. et X, 8, variam scripturam notavit, et altero quidem loco ἠνεῳγμένον in textu posuit. Etiam in codd. Vers. Alex. V. T. passim legitur ἠνεῳγμένος pro ἀνεῳγμένος. Pariter infinitivus ἠνεῷχθαι apud Andream Cret. in Apocal. XIX, 11. — ἐν τῇ Ἀριμαθίᾳ.) Eadem nominis scriptura etiam Matth. XXVII, 57. Luc. XXIII, 51. in aliquot codd. reperitur. Ubi altera vice Arimathaea in hoc cap. commemoratur, ed. Lips. addit, *quae quadraginta miliariis distat.* Vers. Angl. *which was forty miles distant from Jerusalem.* Finguntur autem Simeonis filii Arimathaeae commorari, ut Josephum primum de eorum vita certiorem factum esse probabile videatur. Quae Latinus textus adjicit *Quidem audiuntur — silentes*, videntur in cod. Einsidl. et in cod. Cors. (ubi *Et quidem* legitur) corrupta esse. Ed. Fabric. *Quidam audiunt clamantes, cum nemine tamen loquentes, sed ut mortui silentes.* Rectius cod. Havn. *Quidam autem audivit eos clamantes ad deum: cum nemine autem loquentes, sed sunt ut muti silentes.* Cod. Hal. *Simul quidem sunt viventes in orationibus: cum nemine loquentes, quasi mortui (muti) sint silentes.* Saepius in hoc cod. variae scripturae etiam in textu continuo notantur. Similiter ed. Lips. *Simul quidem sunt in orationibus, cum nemine loquentes, sed ut mortui*

Ἀπέστειλαν οὖν ἀνθρώπους, καὶ εὗρον τὰ μνημεῖα αὐτῶν ἠνεῳγμένα κενά. Λέγει ὁ Ἰωσήφ· Ἀπέλθωμεν εἰς τὴν Ἀριμαθίαν καὶ εὑρήσομεν αὐτούς. Τότε ἠγέρθησαν οἱ ἀρχιερεῖς ὁ Ἄννας καὶ Καϊάφας, καὶ Ἰωσὴφ καὶ Νικόδημος καὶ Γαμαλιὴλ καὶ ἕτεροι μετ' αὐτῶν, καὶ ἀπῆλθον εἰς Ἀριμαθίαν, καὶ εὗρον οὓς ὁ Ἰωσὴφ ἔλεγεν. Ἐποίησαν οὖν προσευχὴν καὶ ἠσπάσαντο ἀλλήλους· εἶτα ἦλθον μετ' αὐτῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἔφερον αὐτοὺς ἐν τῇ συναγωγῇ, καὶ ἠσφαλίσαντο τὰς θύρας, καὶ ἔθηκαν εἰς μέσον τὴν παλαιὰν τῶν Ἰουδαίων, καὶ εἶπον πρὸς αὐτοὺς οἱ ἀρχιερεῖς· Θέλομεν, ἵνα ὀμόσητε εἰς τὸν θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἀδωναΐ, καὶ οὕτως ἵνα εἴπητε τὴν ἀλήθειαν, πῶς ἀνέστη-

---

tacentes. Fortasse interpunctione mutata verba nostri textus sic sunt componenda: *In orationibus quidem audiuntur clamantes* etc. Ad solas preces dicuntur voce uti, a colloquio vero cum aliis hominibus abstinere. Voces *in orationibus* a praecedentibus sejungi posse docet Graecus textus. In vers. Anglosax. taciturnitas Simeonis filiorum narratur, et nihil de orationibus dicitur. Contra vers. Angl. *They be at Arimathea in prayer, and speaking to no man; but keep themselves still and quiet, as though they were dead.* Propterea quod cum hominibus colloqui ipsis vetitum erat, non voce, sed literis, quae apud inferos vidissent, tradidisse perhibentur. De hoc commento vide, quae infra ad cap. XXVII. disseruntur. — Γαμαλιὴλ) Vide pag. 501. de Gamaliele notata. — ἔθηκαν εἰς μέσον τὴν παλαιὰν τῶν Ἰουδαίων,) Inepte scriptor sic dicentem facit Josephum. Vers. Lat. *tollentes legem domini posuerunt in manibus eorum.* De hoc adjurationis ritu vid. supra cap. XIV. Judaeos legimus jurasse *sacra lege Mosaica coram posita*, vel *super sanctam legem Moysis ab ipsis corperaliter propria manu tactam.* Vid. Cangii Gloss. med. et inf. Lat. T. III. p. 1541. ed. Bened. Venet. Supra vitiose Lat. textus Einsidl. *Et conjurantes.* Similiter cod. Cors. *Conjurantes eos.* Rectius cod. Havn. *et conjurati.* Cod. Hal. et ed. Lips. *et postquam conjuraverimus* (cod. Hal. *conjuravimus*) eos. Ed. Fabric. *Et si adjuraverimus eos.* *Conjurare* h. l. idem est quod *adjurare.* Quod in eodem cod. Einsidl. scriptum est antea

Quidem audiuntur clamantes, cum nemine autem loquentes, sed sunt ut mortui silentes. Sed venite, ambulemus ad istos, cum omni honore et moderatione perducamus eos ad nos. Et conjurantes (*al.* Et si adjuraverimus eos,) forsitan loquentur nobis de resurrectionis eorum mysterio. Haec audientes omnes gavisi sunt; et euntes Annas et Caiphas, Nicodemus et Joseph et Gamaliel non invenerunt eos in sepulcro eorum, sed ambulantes in civitatem Arimathia ibi eos invenerunt fixis (*leg.* flexis) genibus. Et osculantes eos cum omni veneratione et timore dei perduxerunt eos Jerusalem in synagogam. Et clausis januis tollentes legem domini posuerunt in manibus eorum, conjurantes eos per deum Adonai et deum Israel, qui per legem et prophetas locutus est patribus no-

---

ibi invenerunt eos fixis genibus, haud dubie emendandum *flexis genibus.* Nam cod. Cors. et ed. Fabric. *ibi eos invenerunt in oratione flexis genibus intentos.* Cod. Hal. *invenerunt eos ibi flexis genubus et orationi vacantes.* Ed. Lips. *invenerunt eos ibi flexis in terram genibus orantes.* Cod. Hayn. haec om. — *εἰς τὸν θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἀδωνάϊ,*) Cod. *τοῦ Ἀδωνάϊ.* Nisi id omnino ignorantiae scribae tribuendum est, suspiceris e Latinis verbis *per deum Adonai* male intellectis hunc errorem repetendum esse. In ed. Grab. vers. Graecae Ezechielis saepe legitur *Ἀδωναῒ κύριος* tanquam oxytonon. Nos accentum in cod. penultimae syllabae superscriptum servavimus. Petrus Gassendus in Notitia eccles. Diniensis p. 152. refert antiquam juramenti formulam, secundum quam Judaei tenentur inter alia jurare *per deum patrem Adonai, per deum, qui Moysi apparuit in rubo, et per totam legem, quam deus docuit Moysem famulum suum.* — *πῶς ἀνέστητε, κτλ.*) Verba Latina *Si ipsum — a mortuis*, ut Graecis magis respondeant, possis voculam *si* pro interrogativa *an* accipere et post v. *resuscitavit* signum interroganti ponere. Primum Judaei interrogant Simeonis filios an credant se a Jesu vel a deo in vitam revocatos esse; tum eos dicere jubent, quomodo a mortuis resurrexerint. Huic interpretationi favet scriptura

τε, καὶ τίς ὑμᾶς ἀνέστησεν ἐκ τῶν νεκρῶν. Τοῦτο ἀκούσαντες οἱ ἀναστάντες ἄνθρωποι ἐποίησαν εἰς τὰ πρόσωπα αὐτῶν τον τύπον τοῦ σταυροῦ, καὶ εἶπον πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς· Δότε ἡμῖν χάρτην καὶ μέλαν καὶ κάλαμον. Ἔφερον οὖν ταῦτα. Καὶ καθίσας εἷς ἐξ αὐτῶν ἔγραψεν οὕτως.

---

cod. Cors. *Si creditis, quod ipse sit Jesus, qui vos a mortuis resuscitavit, et renunciate nobis, quomodo resurrexistis a mortuis.* Minus favet cod. Havn. *Si ipsum deum creditis, qui vos a mortuis suscitavit: dicite, quomodo resurrexistis.* Eidem adversatur vers. Anglosax. ad verbum Latine sic reddenda: *Nos obsecramus vos per supremum deum et domini testamentum, quod in manibus habetis, ut, si creditis in eum, qui vos ex mortuis suscitavit, vos dicatis nobis, quomodo vestra ex mortuis facta sit resurrectio.* Ita potius propter fidem Christo habitam ad dicendum excitantur. Conf. init. cap. XVIII. verba *quia per te conjurati sumus.* — *Τοῦτο ἀκούσαντες οἱ ἀναστάντες ἄνθρωποι*) Nomina *Carinus* et *Leucius*, quae Graecus textus hic et infra cap. XXVII. ignorat, varie in codd. et edd. corrupta leguntur. Cod. Cors. et ed. Fabric. *Charinus* et *Lenthius*. Cod. Havn. *Carinus* et *Leontius*. Ed. Lips. *Carinus* et *Leucinus*. Vers. Anglosax. *Carinus* et *Leuticus*. Vers. Francogall. *Carinus* et *Lancius*. Vers. Angl. *Garious and Levicious*. In prolegomenis, ubi de auctore hujus libelli aliorumque apocryphorum disputabimus, nomen Leucii Charini haeretici, quod etiam apud alios scriptores mire depravatum legitur, ad Simeonis filios hic translatum esse ostendemus. — *ἐποίησαν εἰς τὰ πρόσωπα αὐτῶν τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ,*) Antiquissima est Christianorum consuetudo crucis signo frontem (τὸ πρόσωπον vel ut infra cap. XXIV. dicitur τὸ μέτωπον) signandi et superstitiosa de ejus signi vi opinio teste Tertulliano de corona mil. c. 3. *Ad omnem progressum atque promotum — frontem signaculo terimus.* Vid. ejusd. lib. II. ad uxorem cap. 5. Apologet. cap. 23. et adv. Marc. III, 18. coll. Barnabae ep. cap. 12. et Justini Apol. I. cap. 55. Quod vero in Latinis codd. hoc loco narratur, Simeonis filios crucis signaculum digitis fecisse in linguas suas, id serioris aetatis superstitionem redolet. Finguntur enim cruce signare linguas, ut harum usum paulisper recuperent, vel ut eaedem quasi consecrentur ad verum dicendum et ipsi hac actione symbolica se veraces fore significent. Infra Christi exemplo illa consuetudo comprobatur. Nam cap. XXIV. inducitur Serra-

stris, dicentes: Si ipsum esse creditis, qui vos a mortuis resuscitavit, dicite nobis, quomodo resurrexistis a mortuis. Hanc adjurationem audientes Carinus et Leucius contremuerunt corpore, et conturbati corde gemuerunt. Et simul respicientes in coelum fecerunt signaculum crucis digitis suis in linguas suas. Et statim simul locuti sunt dicentes: Date nobis singulos tomos chartae, et scribamus, quod vidimus et audivimus. Et dederunt eis. Et sedentes singuli scripserunt dicentes.

---

tor ipse faciens signum crucis super Adamum et omnes sanctos. Et cap. XXVI. conversus latro in paradiso conspicitur crucem vel crucis signum humeris portans, et a sanctis interrogatus narrat, signum hoc a Jesu sibi concessum esse, eoque monstrato ab angelo custode se in paradisum intromissum esse. Saepissime signaculi crucis mentio fit in Pseudo-Abdiae historia apost. Vid. lib. II, c. 8. III, 9. 39. IV, 9. V, 20. 23. VI, 14. et 15. (quibus locis *signum Christi* et *signum dei* vocatur.) VII, 4. et IX, 6. Sed hujus quidem libri auctoritate nemo permovebitur, ut Apostolos hac signatione sive *σφραγῖδι* crucis usos esse statuat. Conf. Pamelius ad Tertull. de cor. mil. c. 3. Petrus Possinus ad Nili ep. 58. Joh. Steph. Durantus de ritibus eccles. cathol. lib. I. c. 6. et lib. II. c. 45. Petavius Theolog. Dogmat. de incarnat. lib. XV. c. 10. (Tom. VI. p. 311. sqq. ed. Antw.) et in notis ad Epiphan. Tom. II. p. 67. ed. Colon. et Suicerus in Thes. eccles. s. v. *σταυρός*. — *Καὶ καθίσας εἷς ἐξ αὐτῶν ἔγραψεν οὕτως.*) Hiscum pugnare videtur finis libelli cap. XXVII. *Ταῦτα γράψαντες καὶ ἀσφαλισάμενοι τὰ βιβλία ἔδωκαν τὰ ἡμίση τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τὰ ἡμίση τῷ Ἰωσὴφ καὶ τῷ Νικοδήμῳ.* An fortasse auctor significare voluit ab utroque Simeonis filio dimidiam libelli partem scriptam esse? Aliam fictionem habes in Latino textu. Secundum hunc quilibet in peculiari schedio sua scripsit, et tamen deinde uterque deprehensi sunt eadem scripsisse: perinde ut de LXX fertur interpretibus, adeo ut ad illos applicarent verba Exod. XXIV, 11. *καὶ τῶν ἐπιλέκτων τοῦ Ἰσραὴλ οὐ διεφώνησεν οὐδὲ εἷς.* Ed. Lips. *Date nobis singulis* pro *singulos.*

CAPVT XVIII.

Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωὴ τοῦ κόσμου, δὸς ἡμῖν χάριν, ἵνα διηγησώμεθα τὴν ἀνάστασίν σου καὶ τὰ θαυμάσιά σου, ἃ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐποίησας. Ἡμεῖς οὖν ἦμεν ἐν τῷ ᾅδῃ μετὰ πάντων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος κεκοιμημένων· ἐν ὥρᾳ δὲ μεσονυκτίου εἰς τὰ σκοτεινὰ ἐκεῖνα ἀνέτειλεν ὥςπερ φῶς ἡλίου καὶ ἔλαμψε, καὶ ἐφωτίσθημεν πάντες

Cap. XVIII. *Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ,*) Cod. Havn. *Domine Jesu Christe.* Cod. Hal. his add. *deus* et ed. Lips. *deus vere.* Male ed. Fabric. *Domine Jesu et pater deus.* Nomen divinum, quod h. l. etiam a vers. Anglosax. abest, aliquoties in Latinis codd. Christo tribuitur, ubi id Graecus textus ignorat. — *ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωὴ τοῦ κόσμου,*) Conf. Joan. XI, 25. Lat. *mortuorum resurrectio et vita* sic etiam in codd. Cors. et Havn. et in ed. Fabric. leguntur. Cod. Hal. add. *viventium.* Ed. Lips. *mortuorum vera resurrectio, viventium vita.* Sequentia in cod. Einsidl. obscuriora esse vides. Cod. Cors. et ed. Fabric. *Permitte nobis loqui mysteria tua, quae post mortem crucis tuae vidimus, quia conjurati sumus per nomen sanctum tuum.* (ed. Fabr. *quia per te adjurati sumus.*) Cod. Havn. *permitte et jube nobis loqui mysteria, quae post mortem crucis fecisti, quia per te conjurati sumus.* Cod. Hal. et ed. Lips. *permitte nobis loqui divina* (ed. Lips. om. *divina*) *majestatis tuae mysteria* etc. Scripturae varietas in verbis: *Tu enim jussisti — fecisti* nihil memorabile habet, nisi quod in ed. Lips. legitur *Tu enim jussisti servis tuis per Michaelem archangelum nemini referre* etc. Ad doctrinam dogmaticam si respicis, animadvertes hujusmodi verbis diserte indicari, quod tota narratio docet, descensum Christi ad inferos referendum esse ad statum exaltationis. — *μετὰ πάντων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος κεκοιμημένων*) Nostri auctoris de inferno sententia nihil differt ab ea, quam a Judaeis acceptam primis ecclesiae Christianae seculis plerique doctores probaverunt. Describit eum tanquam locum subterraneum et tenebricosum, omnes mortuorum animas continentem, exceptis illis Enocho et Elia atque latrone post mortem statim in paradisum receptis. Vid. cap. XXV. et XXVI. Sic Tertulliano quoque persuasum fuit *omnem animam apud inferos sequestrari in*

CAPVT XVIII.

Jesu Christe, domine deus, mortuorum resurrectio et vita, permitte nobis loqui mysteria per mortem crucis tuae, quia per te conjurati sumus. Tu enim jussisti nemini referre tuae divinae majestatis secreta, quae in inferis fecisti. Nos cum essemus cum omnibus patribus nostris positi in profundo in caligine tenebrarum, subito factus est aureus solis calor (*Fabric.* color) purpureaque

---

diem domini. Vid. de anima cap. 55. Et Hippolytus in fragmento libri *περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας* Vol. I. p. 220. ed. Fabr. inferni descriptionem incipit ab his verbis: *Περὶ δὲ ᾅδου, ἐν ᾧ συνέχονται ψυχαὶ δικαίων τε καὶ ἀδίκων, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ὁ ᾅδης τόπος ἐστὶν ἐν τῇ κτίσει ἀκατασκεύαστος, χωρίον ὑπόγειον, ἐν ᾧ φῶς κόσμου οὐκ ἐπιλάμπει. κτλ.* Conf. Vossii Theses theolog. diss. VI. quae est de statu animae separatae, Suiceri Thes. eccles. s. v. *ᾅδης*, Elmenhorstius ad Gennadium de eccles. dogm. cap. 78., Dietelmaieri hist. dogm. de descensu Christi ad inferos cap. II. et Muenscheri hist. dogmatum Tom. II. p. 429. sqq. De diverso loco et statu manium piorum et impiorum, de quo Tertullianus, Hippolytus aliique varia tradunt, nihil apud nostrum legitur, nisi forte ex eo, quod cap. XXIV. Adamus se *ἐξ ᾅδου κατώτατου* liberatum esse dicit, ejusmodi distinctionem inter infernum superiorem et inferiorem nostro vindicare velis. — *ἐν ὥρᾳ δὲ μεσονυκτίου εἰς τὰ σκοτεινὰ ἐκεῖνα ἀνέτειλεν ὥσπερ φῶς ἡλίου*) Quaeritur, de quanam media nocte auctor cogitaverit? An fortasse fingit ea jam nocte, qua Jesus nasceretur, lucem coelestem toti terrarum orbi affulgentem etiam ad inferos penetrasse? Infra enim secundum textum Latinum Simeonem justum, quem paulo post natum Christum mortuum esse creditum est, apud inferos apparentem Christique in terra adventum nuntiantem facit, et huic deinceps adjungit Joannem Baptistam. Christum autem nocturno tempore natum esse et noctis illius tenebras divinae lucis splendore superatas esse saltem in loco natalitio, e narratione Lucae cap. II, 8. seqq. omnibus olim persuasum fuit. Sed adversatur huic conjecturae a Bretschneidero in Institt. dogmat. Vol. II. pag. 372. prolatae, quod cap. XVII. le-

καὶ εἴδομεν ἀλλήλους. Καὶ εὐθὺς ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραὰμ μετὰ τῶν πατριαρχῶν καὶ τῶν προφητῶν ἑνωθεὶς καὶ χαρᾶς ὁμοῦ πλησθέντες εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Τοῦτο τὸ φῶς ἀπὸ μεγάλου φωτισμοῦ ἐστιν. Ὁ προφήτης Ἡσαΐας ἐκεῖ παρὼν

---

gimus, istos Simeonis filios, harum rerum apud inferos gestarum testes et narratores, paulo ante mortuos esse, neque favet sequens fabula, quae omnem actionem in angustum temporis spatium cogit. Itaque nox, qua infernus aureo solis mox exorituri splendore collustratus esse dicitur, aut illa est diem mortis Christi insecuta, aut ea ipsa, qua Christus resurrexit. Nam alii, velut Irenaeus adv. haer. V, 31., Christum *usque ad tertiam diem in inferioribus terrae commoratum esse* dicunt, hoc est a mortis vel sepulturae momento usque ad momentum resurrectionis. Tempus igitur, quo ad inferos descenderit Christus, accuratius sic definit Pseudo-Athanasius de Virginitate Tom. I. pag. 1054. *Μνημόνευε τὴν δωδεκάτην ὥραν, ὅτι ἐν αὐτῇ καταβέβηκεν ὁ κύριος ἡμῶν εἰς τὸν ᾅδην, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ ᾅδης ἔφριξε καὶ ἐξέστη λέγων· κτλ.* Duodecimae enim horae dum mentionem facit, haud dubie vesperam intelligit, qua Christus de cruce depositus et sepultus est, et anima ejus ad inferos descendit. Vid. Marc. XV, 42. Hujus rei in memoriam vespertinam orandi horam ab ecclesia coli notat Jo. Steph. Durantus de ritibus eccl. cath. lib. III. cap. 11. secutus Guilielmum Durandum, qui etiam alio loco libr. V. *de nocturnis* demonstrat, eos media nocte recitandos esse, quia Christus hac hora spoliaverit infernum. Vid. Rationale divin. officiorum ed. Argentin. a. 1486. fol. 123. verso. Contra alii referunt, Christum in inferno tantum apparuisse, et instar fulguris patratis omnibus, quae de eo narrantur, eodem horae momento rediisse. Ita Nicephorus Callistus hist. eccles. I, 31. *Ὁ γὰρ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης Χριστὸς μετὰ ψυχῆς μόνης διαιρεθείσης τῷ θανάτῳ τοῦ σώματος ἐπιφανεὶς ταῖς ἐν ᾅδου τῶν δικαίων ψυχαῖς τῆς πρὸς τὸν παράδεισον ὁδοιπορίας ὁδηγὸς ἐχρημάτιζε, φωτὸς ἀρχηγὸς καὶ ἡγεμὼν αὐτοῖς τῆς ὁδοῦ, ὥσπερ δὴ καὶ τῷ λῃστῇ γεγονώς. Καὶ γὰρ αὐθήμερον, μᾶλλον δὲ αὐθωρὸν τοῦ ᾅδου ἀνέδραμεν, ὥστε τισὶ καὶ τῷ χρυσῷ τὴν γλῶτταν μάλιστα διηκρίβωται.* Idem etiam Chrysostomo placuisse innuit. Hi procul dubio apparitionem Christi in inferno cum resurrectione conjunctam cogitarunt; uti in excerptis Theodoti pag. 973. ed. Potter. legitur: *ὅθεν ἀναστὰς* (resurgens) *ὁ κύριος εὐηγγελίσατο τοὺς δικαίους τοὺς*

regalis lux illustrans super nos. Statim omnis generis humani pater Adam cum omnibus patriarchis et prophetis exsultaverunt dicentes: Lux ista auctor luminis sempiterni est, quae nobis promisit transmittere lumen coaeternum. Et exclamavit Jesaias et dixit: Haec est lux

ἐν τῇ ἀναπαύσει, καὶ μετέστησεν αὐτοὺς καὶ μετέθηκεν. Quibuscum consentiunt ecclesiae Lutheriae theologi plures velut Hutterus ille, qui in *Explicatione plana et perspicua libri christianae concordiae* art. IX. quaest. 2. tempus, quo Christus ad inferos descenderit, momentum primum resurrectionis esse statuit. Eusebius vero Emesenus, vel potius Alexandrinus in orat. περὶ τῆς παρουσίας Ἰωάννου ἐν τῷ ᾅδῃ p. 4. ed. Augusti fabulatur, Joannem Baptistam tanquam *lucernam illam ardentem et lucentem* advenisse apud inferos statimque praeconium fecisse liberationis jamjam instantis. Vid. infra. Quod autem dicitur de luce Christi adventum apud inferos significante ἀνέτειλεν ὥσπερ φῶς ἡλίου, respici videtur frequentissima Christi apud patres Graecos et Latinos denominatio, ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, *sol justitiae*. Reperitur jam apud Clementem Alex. Protrept. pag. 88. ed. Potter. Locis a Suicero in Thes. s. v. ἥλιος laudatis adde Epiphanii homil. in resurr. Chr. p. 277. ed. Petav. Eusebii Alex. Orat. l. l. Nicephori Callisti hist. eccles. I, 31. Maximi Taurin. homil. in Biblioth. PP. Lugdun. Tom. VI. pag. 17. et Arnobii jun. comment. in Ps. 135. De Christo enim intellexerunt illi locum Malach. IV, 2. Καὶ ἀνατελεῖ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου ἥλιος δικαιοσύνης. Vid. Theodoretus in Comment. ad h. l. Vol. IV. pag. 1692. ed. Schulz. Malachiam imitatus est auctor Sapientiae Salom. V, 6. καὶ ὁ ἥλιος οὐκ ἀνέτειλεν ἡμῖν, ubi nonnulli codd. add. τῆς δικαιοσύνης. In Latino textu Fabricius loco vocis *calor*, quam in editis repererat, dedit *color*. Idem vero reliquit vitiosam scripturam *realis* pro *regalis*, ut in codd. legitur. Cod. Cors. cum Einsidl. consentit. Cod. Havn. *subito factus est aeris atque solis splendor, purpureque* (leg. *purpureaque*) *regalis lux illustrans super nos.* Cod. Hal. *subito facta est in aureo solis lumine purpureoque regali quaedam lux illustrans super nos.* Similiter ed. Lips. — Τοῦτο τὸ φῶς κτλ.) His verbis Jesaiam auctor indicantem facit, hanc non esse vulgarem lucem, sed divinam, *esse hanc lucem patris, filium dei*, sicut in Lat. vers. verbis disertioribus dicitur. Antea rectius cod. Havn. *Lux ista*

εἶπε· *Τοῦτο τὸ φῶς ἐκ τοῦ πατρός ἐστι καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, περὶ οὗ προὐφήτευσα ἔτι ζῶν λέγων· γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλείμ, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα. Εἶτα ἦλθεν εἰς τὸ μέσον ἕτερος*

---

auctoris luminis sempiterni est, qui nobis promisit mittere lumen aeternum. Locus Jes. IX, 1. 2. laudatur secundum textum Matth. IV, 15. 16. pluribus omissis. Plenior redditur Latine verbis a textu vers. vulg. discedentibus. Sequentem fabulam de Simeone adventum Christi apud inferos adnuntiante ignorat textus Graecus. Neque tamen ea apud Graecos inaudita est. Sic Pseudo-Athanasius hom. *εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου* in Auctario novo Combefis. Tom. I. p. 518. Christum ad Simeonem dicentem facit: *Τοίνυν τὰς τῆς ἐνανθρωπήσεως τῆς ἐμῆς αἰτίας μαθὼν ἄπιθι· καὶ σκυθρωπῶς ἐν τοῖς εἰς ᾅδου τῷ Ἀδὰμ διατρίβοντι φαιδροπρεπῶς ἐμφανίσθητι, καὶ ἀντὶ τῶν ἐν λύπαις ὠδίνων τὰ τῆς χαρᾶς τῇ Εὔᾳ διακόμισον εὐαγγέλια.* Similia profert Leo imperator orat. in dominicam praesent. pag. 1651. ejusd. Auctar., et Photius in Amphilochiis apud Leonem Allatium de libris eccles. Graec. pag. 306. *αὐτίκα δὲ μάλα τῆς σωτηρίας ἐφεστώσης καταλιπεῖν μὲν ἐπόθει τὸ σαρκίον,* (scil. *Συμεών,*) *εὐαγγελίσασθαι δὲ τὴν ἐν ᾅδου σωτηρίαν καὶ τὴν ἀπολύτρωσιν.* Non est quod commentum hoc e libello nostro fluxisse statuamus. Nam qui tot fabulis descensum Christi ad inferos tanquam spectaculum exornarunt, facile potuerunt hoc Simeonis apud eosdem praeconium comminisci, ut qui inter prophetas vel sacerdotes primus Messiam natum salutasset, idem etiam hominibus aethere cassis ejus adventum adnuntiaret. — *Εἶτα ἦλθεν εἰς τὸ μέσον ἕτερος ἀπὸ τῆς ἐρήμου ἀσκητής,*) Nota, quod Joannes non dicitur advenisse in inferno, sed in medium prodiisse. Lat. *Et posthaec supervenit quasi Heremicola.* Sic etiam cod. Cors. Pariter ed. Lips. *quidam quasi heremicola.* Cod. Hal. *quidam quasi heremita.* Vers. Angl. *And after that there came another man unto us, as if he had been an hermit.* Ed. Fabr. *quasi Eremitula.* Cod. Havn. *Posthaec supervenit beatus Joannes baptista et praecursor.* Mire vers. Gall. *ainsi que ung vermisseau.* Scilicet interpres legit *vermicula* vel *vermiculus* pro *heremicola* vel *eremicola.* An fortasse somniavit de vermiculo a Joanne denominato et Joannem tanquam lampyridem noctilucam vel cicindelam apud inferos apparuisse putavit? Alias

patris, filius dei, sicut praedixi, cum essem in terris vivus: *Terra Zabulon et terra Nephthalim trans Jordanem, Galilaea gentium; populus, qui sedet in tenebris, videbit lucem magnam, et qui sunt in regione umbrae mortis, lux fulgebit super eos.* Et nunc advenit et illuxit nobis in morte sedentibus. Et cum exsultaremus omnes in lumine, quod superluxit nobis, supervenit nobis genitor noster Simeon et exsultans dixit omnibus: Glorificate dominum Jesum Christum, filium dei, quia ego eum suscepi infantem natum in manibus meis in templo, et compulsus spiritu sancto dixi ad eum confessus: *Quia nunc viderunt oculi mei salutare tuum, quod praeparasti in conspectu omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, et gloriam populi tui Israel.* Haec audiens omnis multitudo sanctorum plus exsultavit. Et posthaec

---

est error vers. Anglosax., cujus textum a Thorkelino sic Latine redditum habemus: *Postea venit magnus ictus tonitru, et omnes sancti interrogabant dicentes: Quis es tu? Eremicola* pro *eremita* etiam ab Hieronymo dicitur. Graece sic Joannès ὁ τῆς ἐρήμου πολίτης et τῆς ἐρημίας σύντροφος vocatur a Chrysostomo homil. 48. Tom. V. pag. 326. ed. Savil., homil. 122. ibid. pag. 803. et homil. 129. ibid. pag. 832. Conf. Basilii Seleuc. orat. 18. pag. 105. ed. Par. Et satis constat Joannem propter ea, quae Matth. cap. III. narrantur, inter eremitarum vel monachorum principes numeratum esse. Vid. Sozomeni hist. eccles. I, 12. Isidori Pelus. lib. I. epist. 5. et Hieronymum in vita S. Pauli. *Inter multos saepe dubitatum est, a quo potissimum monachorum eremus habitari coepta sit. Quidam enim altius repetentes a beato Elia et Joanne sumsere principium. Quorum et Elias plus nobis videtur fuisse, quam monachus: et Joannes ante prophetare coepisse, quam natus sit.* (Scilicet audita matris salutatione exsiliit gaudens in utero ejus. Luc. I, 41.) Praedicationem vero Joannis baptistae ad animas infernali carcere conclusas, illic quoque praecursorem Christi agentis, primus quod sciam memoravit Origenes homil. in I. Regg. cap. 28. Vol. II. pag. 495. sq. ed. Ruaei.

ἀπὸ τῆς ἐρήμου ἀσκητὴς, καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν οἱ πατρι-

Καὶ Ἰωάννης — μὴ φοβοῦ λέγειν, ὅτι εἰς ᾅδου καταβέβηκε προκηρύσσων τὸν κύριον, ἵνα προείπῃ αὐτὸν κατελευσόμενον. Ibi verba illa Matth. XI, 3. σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος; sic interpretatur: *Tu es, qui in infernum venturus es ad illos, qui in tenebris sunt, liberandos, an alium exspectamus?* Refutare enim vult eos, qui ex isto loco colligerent, Joannem, a quo Spiritus sanctus discessisset, Christum non novisse vel de Christo dubitasse. Quinam vero haeretici abusi sint illa quaestione Joannea, docet Adamantii de recta in deum fide dialogus. Ibi Megethius Marcionita: Ἀκριβῆ σοι ἀπόδειξιν παρέξω, ὅτι ἀλλότριος ἦν ὁ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν Χριστός· (fort. ὁ Χριστός·) Ἰωάννης οὐκ ἐπέγνωκεν αὐτόν· ἀκούσας γὰρ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ ἔπεμψε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν λέγων· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; Respondet Adamantius secundum Origenianam explicationem οὐκ ἠγνόει, ὅτι αὐτός ἐστιν, ἀλλ' ἐκεῖ πρόδρομος ἐγίνετο καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ, ἐπυνθάνετο. Infra tamen praefert alteram rationem, Joannem discipulos ad Jesum legatos misisse, ut ipsis eum esse Messiam persuaderetur. Vid. Origenis Opp. Tom. I. p. 819. Conf. Tertulliani adv. Marc. IV, 18. Similiter Origenianam sententiam commemorant neque tamen probant Hieronymus ep. ad Algasiam quaest. 1. et in comment. ad Matth. XI, 2., Chrysostomus et Theophylactus ad eundem locum, Gregorius Papa libro I. in Ezechielem hom. 1. et auctor catenae Graecae ad Luc. VII, 19. cujus verba Leo Allatius de libris eccles. Graec. pag. 505. profert, aliique recentiores, quos praetermittimus. Ipsum vero Joannis apud inferos praeconium agnoscunt praeter Origenem Hippolytus de Antichristo cap. 45. pag. 22. ed. Fabric. Gregorius Nazianz. Orat. XX. pag. 369. Epiphanius vel alius auctor hom. in sepulcrum Christi Tom. II. pag. 268. Anastasius Sinaita vel potius Nicaenus quaest. 111. Nicephorus hist. eccles. lib. I. cap. 19. et 21. aliique a Dietelmaiero in hist. dogm. de descensu Christi ad inferos pag. 156. sqq. et a Wasewitzio in Turture Johanneo (Magdeburgi 1659.) cap. 56. laudati. Equidem non dubito, quin hoc Origenis sit commentum simul cum illa interpretatione Matth. XI, 3. Nam idem etiam Eliam, Mosen aliosque prophetas apud inferos de Christo ejusque descensu vaticinatos esse statuit in illa homil. in I Regg. cap. 28. pag. 495. Ἰησοῦς εἰς ᾅδου γέγονε, καὶ οἱ προφῆται πρὸ αὐτοῦ, καὶ προκηρύσσουσι τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐπιδημίαν.

supervenit quasi Heremicola et interrogatur ab omnibus:

Conf. Tom. XII. in Matth. ad cap. XVII, v. 8. Et Clemens Alex., Origenis praeceptor, adeo ex Hermae Pastore similit. IX. §. 16. opinatus erat Apostolos defunctos ad instar domini inferis, etiam qui ex gentibus ibi essent, evangelium adnuntiasse. Vid. Strom. libr. VI. pag. 762. coll. II. pag. 452. ed. Potter. Cernitur in his illa Alexandrinorum doctorum humanitas, qui varia *σωτηρίας* adjumenta omnibus etiam mortuis cum Judaeis tum gentilibus destinata et oblata putarent. Origenis vestigia pressit ille Eusebius, qui singulari oratione *τὸν εὐαγγελισμὸν τοῦ προδρόμου ἐν τῷ ᾅδῃ* celebravit. Is enim non tantum Joannem apud inferos Christi adventum annuntiasse tradit, sed etiam Davidem aliosque prophetas a Joanne provocatos sua de Christo vaticinia repetentes facit. *Καὶ πληρώσας τὸν δρόμον ὁ Πρόδρομος παρεγένετο πρὸς τοὺς κατακλείστους ἐν τῷ ᾅδῃ. Καὶ θεασάμενοι αὐτοῦ τὴν αὐγὴν τοῦ λύχνου ἐγνώρισαν αὐτὸν, καὶ ἤρξαντο περὶ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἐρωτᾷν αὐτόν· εἶδον* (cod. vitiose *οἴδαν*) *τὸν λύχνον τοῦ κόσμου Ἰωάννην, καὶ παραμυθία αὐτοῖς γέγονεν· ἔγνωσαν γὰρ, ὅτι καὶ ἡ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης παρουσία ἐγγύς ἐστιν. Ὥσπερ γὰρ τῆς νυκτὸς πληρωθείσης καὶ τῆς ἡμέρας λοιπὸν ἀρχομένης προτρέχει ἑωσφόρος ἀστὴρ, μηνύων τὴν τοῦ ἡλίου παρουσίαν, οὕτως καὶ Ἰωάννης ὡς πρόδρομος ἔδραμεν εἰς τὸν ᾅδην λύχνος ὑπάρχων, καὶ ἐμήνυσε τοῖς ἐκεῖσε, ὅτι ἔρχεται ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης καὶ ἐξάξει ὑμᾶς ἐκεῖθεν.* Vid. ed. August. pag. 4., ubi plura vitiose scripta, quae emendavimus. Epitheton Baptistae *ὁ λύχνος* et *ὁ λύχνος τοῦ κόσμου* frequens est apud patres Graecos, velut apud Gregorium Naz. orat. 20. pag. 369. orat. 21. pag. 375. orat. 42. pag. 694. quem ad locum vid. Nicetas in comment. Repetitum est e Joan. V, 35. Causam ejus atque sensum e veterum mente exponunt Theodorus Mopsvest. et Ammonius in Catena in Joan. pag. 164., Theophylactus et Euthymius Zigab. in comment. ad l. l., quibuscum confer Petri Blesensis serm. 62. in Biblioth. PP. Lugd. Tom. XXIV. pag. 1141. Restat ut paucis moneamus de alia quadam nostri auctoris opinione. Quod enim Joannem tanquam eremitam in inferno apparuisse narrat, et infra cap. XXVI. latronem conversum *θεωρίαν λῃστοῦ* in paradiso prae se tulisse fingit, id aperte prodit, animas corporibus exutas humanam vel corpoream retinere figuram, ut qui hanc inter vivos viderit, post mortem statim agnoscere possit. Haec vero opinio latissime divulgata fuit cum inter Judaeos, tum inter Graecos aliasque nationes

ἄρχαι· Τίς εἶ; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι Ἰωάννης, τὸ τέλος τῶν προφητῶν, ὃς ἐποίησα τὰς ὁδοὺς τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ εὐθείας, καὶ ἐκήρυξα τῷ λαῷ μετάνοιαν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Καὶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰς ἐμὲ ἦλθε, καὶ ἀπὸ μακρόθεν ἰδὼν αὐτὸν εἶπον πρὸς τὸν λαόν· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Καὶ μετὰ τῆς χειρός μου ἐβάπτισα αὐτὸν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, καὶ εἶδον ὡςεὶ περιστερὰν [καὶ] τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτὸν ἐρχόμενον, καὶ ἤκουσα τῆς φωνῆς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς οὕτω λέγοντος· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ηὐδόκησα. Καὶ διὰ τοῦτο ἀπέστειλέ με καὶ πρὸς ὑμᾶς, ἵνα κηρύξω, πῶς ἔρχεται ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ υἱὸς ὧδε, ἵνα ὅστις πιστεύσει πρὸς αὐτὸν, σωθήσεται, ὅςτις δὲ οὐ πιστεύσει, κατακριθήσεται. Διὰ τοῦτο λέγω πρὸς ἅπαντας ὑμᾶς, καθὼς ἴδητε αὐτὸν, ἵνα προςκυνήσητε πάντες· ὅτι νῦν μόνον ἐστὶ πρὸς ὑμᾶς ὁ τῆς μετανοίας καιρὸς ὑπὲρ οὗ προςεκυνήσατε εἰς τὸν ἄνω μάταιον κόσμον τοῖς εἰδώλοις καὶ ὑπὲρ ὧν ἡμαρτήκατε· ἐν ἄλλῳ δὲ καιρῷ τοῦτο γενέσθαι ἀδύνατον.

---

barbaras. Ecclesiae doctores ipsius Christi auctoritate Luc. XVI, 23. sqq. in ea tuenda utuntur, velut Irenaeus adv. haer. lib. II. cap. 62. quem ad locum vid. Fenardentius, Tertullianus de anima cap. 7. Origenes in fragm. de resurrectione Tom. I. pag. 35. aliique. Vid. infra ad cap. XXV. et XXVI. — *Ἐγώ εἰμι Ἰωάννης, τὸ τέλος τῶν προφητῶν*,) Similiter Macarius homil. 28. Joannem *πλήρωμα πάντων τῶν προφητῶν*, et Basilius Seleuc. orat. 18. eundem *τὴν τῶν προφητῶν κορυφὴν* dicit. Respicitur Matth. XI, 13. Sequentia e variis N. T. locis, Marc. I, 2—4. Joan. I, 29. Matth. III, 16. 17. petita sunt. — *ἵνα ὅστις πιστεύσει πρὸς αὐτὸν σωθήσεται* κτλ.) Graecae dictionis vitiositatem non est, quod in his notemus. Lectores ipsi ea offendentur. Ad sententiam confer Marc. XVI, 16. Idem consilium vel effectus esse docetur adventus Christi

Quis es tu? Quibus respondens dixit: Ego sum Joannes, vox et propheta altissimi, praevius ante faciem adventus ejus praeparare vias ejus, ad dandam scientiam salutis plebi ejus in remissionem peccatorum. Et videns eum venientem ad me, compulsus Spiritu sancto confessus dixi: Ecce agnus dei! ecce qui tollit peccata mundi! Et baptizavi eum in flumine Jordanis, et vidi Spiritum sanctum descendentem super eum in specie columbae, et audivi vocem de coelis dicentem: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui: ipsum audite! Et nunc praeivi ante faciem ejus, et descendi annuntiare vobis, quia in proximo est visitare nos ipse filius dei oriens ex alto, veniens sedentibus nobis in tenebris et umbra mortis.

---

et praedicationis evangelii apud superos et apud inferos, ut, qui fidem habeant Jesu Christo, salutis participes fiant, increduli contra et contumaces condemnentur. Colligas autem ex iis, quae proxime sequuntur, secundum auctoris nostri opinionem, Christum in inferno commorantem etiam idolorum cultoribus vel gentilibus notitiam sui et fidem obtulisse, et vere credentibus salutem impertiisse. Attamen infra cap. XXIV. disertis verbis traditur, solum Adamum cum patriarchis, prophetis et reliquis sanctis vel justis a Christo ex inferno eductos esse. Tuetur igitur auctor eam sententiam, quam a Judaizantibus Christianis exornatam antiquissimi ecclesiae doctores probaverunt. Sic ante Tertullianum *de anima* cap. 55. jam Irenaeus, adv. haer. IV, 45. p. 346. sq. ed. Oxon. *Sufficienter increpavit eum scriptura, sicut dixit presbyter, ut non glorietur universa caro in conspectu domini. Et propter hoc dominum in ea, quae sunt sub terra, descendisse, evangelizantem et illis adventum suum, remissam peccatorum existentem his, qui credunt in eum. Crediderunt autem in eum omnes, qui sperabant in eum, id est, qui adventum ejus praenuntiaverunt et dispositionibus ejus servierunt, justi et prophetae et patriarchae: quibus similiter ut nobis remisit peccata.* Conf. cap. 59. ejusd. libri, et libr. V. cap. 31. Utitur is testimonio carminis apocryphi a Christiano Judaizante ficti, quod ipse libr. III. cap. 25. Jesaiae adscribit,

CAPVT XIX.

Τοῦ Ἰωάννου τοίνυν διδάσκοντος οὕτως τοὺς ἐν τῷ ᾅδη ἀκούσας καὶ ὁ πρωτόπλαστος καὶ προπάτωρ Ἀδὰμ λέγει πρὸς Σὴθ, τὸν υἱὸν αὐτοῦ· Υἱέ μου, θέλω ἵνα εἴπῃς τοῖς

---

alio vero loco libr. IV. cap. 89. rectius sub Jeremiae nomine affert, et tribus locis IV, 56. 66. et V, 81. sine auctoris nomine. Verba sunt: *Et commemoratus est dominus sanctus Israel mortuorum suorum, qui dormierunt in terra sepultionis; et descendit ad eos evangelizare salutem, quae est ab eo, ut salvaret eos.* Graeca apud Justinum in dial. cum Tryphone §. 72. pag. 179. ed. Maran. leguntur, qui Judaeos istius loci e Jeremiae textu erasi accusat. *Ἐμνήσθη δὲ κύριος ὁ θεὸς ἀπὸ Ἰσραὴλ* (scrib. *ἅγιος Ἰσραὴλ*) *τῶν νεκρῶν αὐτοῦ τῶν κεκοιμημένων εἰς γῆν χώματος, καὶ κατέβη πρὸς αὐτοὺς εὐαγγελίσασθαι αὐτοῖς τὸ σωτήριον αὐτοῦ.* De Judaica origine et indole istius carminis illiusque sententiae vid. Semleri disput. *de vario et impari veterum studio in recolenda historia descensus ad inferos* in ejusd. programm. acad. pag. 881. seqq. et Bertholdtium in *Christologia Judaeorum* §. 84. Prorsus huic opposita fuit Marcionis doctrina, qui teste Irenaeo adv. haer. I, 29. docuit, *Cain et eos, qui similes sunt ei, et Sodomitas et Aegyptios et similes eis et omnes omnino gentes, quae in omni permixtione malignitatis ambulaverunt, salvatas esse a domino, cum descendisset ad inferos: Abel autem et Enoch et Noe et reliquos justos et eos qui sunt erga Abraham patriarchas (τοὺς περὶ τὸν Ἀβραὰμ πατριάρχας) cum omnibus prophetis non participasse salutem.* Alexandrini vero doctores certe non illis invidiae Judaicae angustiis se contineri passi sunt, et Christum praeter Abrahamidas etiam aliis, qui e gentibus apud inferos ad salutem apti essent, fidem annunciasse persuasum habuerunt. Vid. Clemens Alex. Strom. lib. VI. pag. 762. sq. et Origenem contra Celsum lib. II. Tom. I. pag. 419. ubi vid. Spenceri adnotat. Inde magna sententiarum diversitas a sec. IV. in doctorum Christianorum scriptis reperitur. Alii enim non satis caute omnes ex inferno a Christo liberatos esse dixerunt, alii nonnullos tantum. Et horum quidem pars cum Irenaeo et Tertulliano de solis V. T. piis cogitavit, qui spe futuri Messiae freti olim ex hac vita discessissent, pars vero cum Alexandrinis doctoribus consensit, alioque

CAPVT XIX.

Et cum haec audisset protoplastus Adam pater, quia in Jordane baptizatus est Jesus, exclamavit ad filium suum Seth: Enarra filiis tuis, patriarchis et prophetis,

---

plures e gentibus defunctis illorum agmini adjunxerunt. Vid. Leonem Allatium de libr. eccles. Graec. pag. 239. sqq. Petavium dogm. theol. de incarnatione lib. XIII. cap. 18. Tom. VI. pag. 204. ed. Antwerp. Thom. Ittigium *de evangelio mortuis annuntiato* in ejusd. exercitt. theol. pag. 269. sqq. et Dietelmaierum l. l. pag. 80-86. 112. sqq. 127. sqq. Ceterum id notes, extremo capite nostro non tam fidem Christo mox evangelium praedicaturo habendam, quam adorationem eidem apparituro praestandam inferis a Joanne commendari tanquam ultimum salutis praesidium.

Cap. XIX. *ὁ πρωτόπλαστος καὶ προπάτωρ Ἀδὰμ*) Utrumque hoc epitheton Adami frequens apud patres ecclesiae. Vid. Suicer. in Thes. eccles. s. v. *Ἀδάμ* et *πρωτόπλαστος*. Adde locis ibi citatis Clementis Alex. Strom. lib. III. p. 559. ed. Pott. ubi *οἱ πρωτόπλαστοι θεοῦ*. Primum illud petitum est e Sap. Salom. VII, 1. X, 1. Latini cum interprete nostri evangelii passim retinent graecam vocem *protoplastus*, velut Prudentius Cathem. hymn. IX. v. 17. Alii seriores utuntur etiam voce hybrida *protoparens* pro primo parente. Vid. Cangius in Gloss. s. h. v. — *πρὸς Σὴθ, τὸν υἱὸν αὐτοῦ*) Cod. Vatic. *πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Σὴθ*. Id. post sequens *θέλω* add. *σε*. E codd. Latt. propius ad Graeca hic accedit Havn. *Enarra, fili*, pro *Enarra filiis tuis*. De Setho Judaei, Christiani catholici et haeretici atque Muhammedani fabulosa multa tradunt, et haud pauci libri olim sub ejusdem nomine jactati sunt. Vid. Fabricii Cod. Pseudepigr. V. T. p. 139. sqq. et Tom. II. p. 49. sqq. Ex ejusmodi libro fictitio fortasse auctor noster hausit hoc Sethi cum Michaele archangelo colloquium. Certe similia Georgius Syncellus Chron. p. 10. profert e *parva Genesi*, Sethum de futuro Salvatoris adventu ab angelis edoctum primis parentibus hunc aliasque res futuras adnuntiasse. *Τῷ σϛ́ ἔτει τοῦ Ἀδὰμ ὁ Σὴθ ἁρπαγεὶς ὑπὸ ἀγγέλων ἐμυήθη τὰ περὶ τῆς παραβάσεως μελλόντων ἔσεσθαι τῶν ἐγρηγόρων καὶ τὰ περὶ τῆς παρουσίας τοῦ σωτῆρος. Καὶ γενόμε-*

προπάτορσι τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων καὶ τοῖς προφήταις, ὅτε ἔπεσον τοῦ ἀποθνήσκειν με, ποῦ σε ἀπέστειλα. Ὁ δὲ Σὴθ ἔφη· Προφῆται καὶ πατριάρχαι, ἀκούσατε. Ὁ ἐμὸς πατὴρ Ἀδὰμ ὁ πρωτόπλαστος, πεσὼν ποτε εἰς τὸ τελευτᾷν, ἀπέστειλέ με ποιήσασθαι δέησιν πρὸς τὸν θεὸν ἔγγιστα τῆς πύλης τοῦ παραδείσου, ὡς ἂν ὁδηγήσῃ με δι' ἀγγέλου (πρὸς) τὸ δένδρον τῆς ἐλεημοσύνης, [τουτέστι τὸ ἔλεος τοῦ

νος ἄφαντος ἡμέρας μ' ἐλθὼν ἐξηγήσατο τοῖς πρωτοπλάστοις ὅσα ἐμυήθη δι' ἀγγέλων. Aliud est commentum a Fabricio non notatum, quod etiam arctius cum nostri auctoris fabula cohaeret: Sethum a patre Adamo ad portam paradisi missum, ramum arboris vitae ab angelis custodibus impetrasse terraeque eum defixisse, ex quo tanta tandem arbor excreverit, ut *virga Mosis*, *virga Aaronis*, *lignum, quo dulcoratae sint aquae Mara*, *pertica cui serpens aeneus fuerit impositus*, et denique ipsa *crux Christi* fabricari inde potuerint. Vid. Saldeni diss. *de horto Hedenis* in ejusd. Otiis theol. p. 600. Hanc vero fabulam etiam vulgi ore celebratam fuisse testatur notissimum illud carmen satiricum sec. XV., *Rynke de Vos* inscriptum. Nam sicut id a Goethio nobis renovatum est, cantu X. v. 21 - 23. ibi haec leguntur: *Die drey gegrabenen Namen Brachte Seth der Fromme vom Paradiese hernieder, Als er das Oel der Barmherzigkeit suchte.* — ὅτε ἔπεσον τοῦ ἀποθνήσκειν με,) Cod. Vatic. ὅτι ἔπεσον ἵνα ἀποθνήσκω. Paulo infra idem aliis verbis exprimitur πεσὼν ποτε εἰς τὸ τελευτᾷν. In codd. Latinis Adam dicitur infirmitate quadam et corporis doloribus laborasse. Intelligitur illa ἀσθένεια, corporis fragilitas et mortalitas, qua Adamum crediderunt peccatum luisse, et quam nonnisi fructibus vel oleo τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς tolli posse putarunt. Latini textus hic quoque multum et a Graeco et inter se differunt. In Einsidlensi, quem supra habes, voces *ad portas paradisi* semicirculis inclusimus, quoniam in collatione codicis apud Hessium desiderantur. Videntur autem ex errore omissa esse, cum etiam in textu Fabricii ad latus posito non legantur, licet in ipsa Fabric. edit. reperiantur, ubi haec scriptura: *quando te transmisi ad portas paradisi*, *ut deprecareris deum et ungeret* (scrib. *ungeres*) *caput meum*, *cum essem infirmus.* Nota *caput* pro *corpus* dici. Ibidem infra in oratione angeli legitur: *ut perungas patrem tuum Adam pro dolore capi-*

omnia, quae a Michaele archangelo audisti, quando te misi (ad portas paradisi,) ut deprecareris deum, quatenus transmitteret tibi angelum suum, ut daret tibi oleum de arbore misericordiae, ut perungeres corpus meum, cum essem infirmus. Tunc Seth appropinquans sanctis patriarchis et prophetis dixit: Ego Seth cum essem orans dominum ad portas paradisi, ecce angelus domini Michael apparuit mihi dicens: Ego missus sum ad te a domino, ego sum

---

tis ejus. Ridiculum hoc est scripturae vitium. Quis credat scriptorem narravisse, Adamum e paradiso ejectum capitis doloribus vexatum esse. Cod. Cors. *quando te transmisit* (scrib. *transmisi*) *ad portas paradisi, ut ibi deum precareris, ut mitteret angelum suum et daret tibi oleum de arbore vitae, ut perungeres corpus meum, cum essem infirmus.* Vides *arborem misericordiae* et *arborem vitae* nihil differre. Cod. Havn. fere consentit cum cod. Cors., cod. Hal. vero et ed. Lips. cum nostro Einsidl. — *ἐγγιστα τῆς πύλης τοῦ παραδείσου,*) Aditum ad paradisum, in quo deus praesens cogitatur, tunc praecludebat flammans rhomphaea. Sethus igitur ad portam paradisi proxime accessit deum precaturus, ut se per angelum ad arborem vitae duci juberet. Crediderunt autem olim e Gen. III, 24., Adamum e paradiso expulsum postea in vicinia ejus habitasse, et Sophronius, archiepisc. Hierosol., in orat. in Christi natalitia adeo dicit, Adamum paradisi delicias, a quibus proscriptus esset, oculis usurpasse. Vid. Biblioth. PP. max. Lugd. T. XII. p. 207. Quod ad scripturam attinet, praepositionem *πρός* semicirculis inclusam nos addendam putavimus. Deest ea in utroque cod. — *τὸ δένδρον τῆς ἐλεημοσύνης, τουτέστι τὸ ἔλεος τοῦ ἐλαίου,*) Verba unciis inclusa recte absunt a cod. Vatic. In cod. Paris. D. plura ejusmodi glossemata deprehenduntur. Pertinet autem hoc glossema ad voc. *ἐλεημοσύνης*, et significare voluit auctor ejus, *arborem vitae* appellari *arborem misericordiae*, propterea quod oleum inde profluens cum ipsa arbore signum sit misericordiae divinae, *τῆς ἐλεημοσύνης* vel *τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ.* Sic Theophylactus ad Marc. VI. p. 218. ed. Par. *Τὸ ἔλαιον σημαίνει τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ κτλ.* et vicissim idem cum Chrysostomo in parabola Matth. XXV, 3. per *ἔλαιον* praecipue intelligit *ἐλεημοσύνην*, *opera misericordiae.* Propterea etiam oratio in conficiendo oleo

ἐλαίου,] καὶ ἐπάρω ἔλαιον, καὶ ἀλείψω τὸν ἐμὸν πατέρα,

---

sacro apud Graecos usitata, quam in Euchologio pag. 413. legis, ad misericordiam domini dirigitur his verbis: *Κύριε, ὁ ἐν τῷ ἐλέει καὶ τοῖς οἰκτιρμοῖς σου ἰώμενος τὰ συντρίμματα τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, αὐτὸς, δέσποτα, ἁγίασον τὸ ἔλαιον τοῦτο κτλ.* Recentiores Graeci fortasse hac de causa *ἔλαιον ἅγιον* vel *εὐχέλαιον* appellant ἔλεος. Vid. L. Allatium *de Graecorum hodie quorundam opinationibus* p. 119. — *καὶ ἀλείψω τὸν ἐμὸν πατέρα κτλ.*) Fingitur Adamus desiderasse unctionem salutarem ad recuperandam sanitatem, qualem memorant Marcus VI, 13. et Jacobus in ep. V, 14. ex usu Judaeorum, de quo vid. Wetstenius, Michaelis et Paulus in comment. ad Marci l. l. Conf. etiam Seldenus de Synedriis lib. II. c. 7. Hartmannus de rebus gestis Christianorum sub App. p. 224. sq. et Steph. le Moyne in notis ad Varia Sacra p. 1049. sqq. Ad ritus ecclesiasticos si respicimus, illa unctio non cum extrema unctione Latinorum comparanda est, sed potius cum sacro oleo in Graeca ecclesia etiamnum recepto, quod a sacramento isto Latinorum differt, ut recte jam ostendit Jo. Launojus *de sacramento unctionis aegrotorum.* Paris. 1673. Sed haec minoris sunt momenti in nostro loco. Illustranda potius est origo et significatio totius fabulae, quae sane mira est. Legimus enim Adamum, qui se post lapsum scilicet sentiret infirmum et aegrotum, anxie desiderasse oleum ex arbore vitae tanquam optimam medicinam; hoc vero ipsi denegatum esse addita tamen hac promissione, post quinque millia et quingentos annos ipsum a filio dei homine facto ejusmodi oleo unctum, in vitam revocatum, baptizatum et persanatum iri. Habemus duos locos, in quibus similia deprehenduntur. Unus est in Recognit. Clementis lib. I. c. 45. Ibi causa appellationis Christi exponitur. *Hunc* (Christum) *primum pater oleo perunxit, quod ex ligno vitae fuerat sumtum: ex illo ergo unguento Christus appellatur. Inde denique etiam ipse secundum praedestinationem patris pios quosque, cum ad regnum ejus pervenerint, velut qui asperam superaverint viam, pro laborum refectione simili oleo perunget; ut et ipsorum lux luceat, et spiritu sancto repleti immortalitate donentur.* Alter reperitur in Origenis contra Celsum libr. VI. cap. 27., ubi de baptismo Ophitarum haec a Celso tradita leguntur: *ὡς τοῦ μὲν τὴν σφραγῖδα περιτιθέντος καλουμένου πατρὸς, τοῦ δὲ σφραγιζομένου λεγομένου νέου καὶ υἱοῦ, καὶ ἀποκρινομένου, κέχρισμαι χρίσματι λευκῷ ἐκ ξύλου ζωῆς.* Teste igitur Celso Ophitae

constitutus super corpus humanum. Tibi dico [enim,]

---

eum, qui sigillum adhibet, vocarunt patrem; eum vero, qui sigillo notatur, juniorem et filium appellarunt, isque baptizatus respondit: *Unctus sum unguento albo ex ligno vitae.* Utrique loco eadem subest sententia, Adamo ejusque posteris propter peccatum morti et miseriae subjectis vitam beatam a Christo, *cui pater dederit vitam habere in semetipso*, restitui. Arbor enim vitae Gen. II, 9. III, 22—24. in medio paradiso plantata, cujus fructus Adamo, si divinae legi obediens fuisset, vitam viresque integras servasset, symbolum est vitae divinitus acceptae, immortalis et vere beatae. Sic Prov. III, 18. sapientia *ξύλον τῆς ζωῆς* esse, i. e. vitam afferre dicitur apprehendentibus eam. Conf. ibid. c. XIII, 12. XV, 4., 4 Maccab. XVIII, 16. atque Psalterium Salomonis ps. XIV. v. 2. *Ὅσιοι κυρίου ζήσονται ἐν αὐτῷ εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ παράδεισος κυρίου, τὰ ξύλα τῆς ζωῆς ὅσιοι αὐτοῦ.* Vid. etiam epist. ad Diognetum cap. 12. Hiscum cohaeret, quod lignum vitae figura dicitur ligni crucis. Justinus in dial. cum Tryphone cap. 86. Christus crucifixus, qui gloriose rediturus est, *σύμβολον εἶχε τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὃ ἐν τῷ παραδείσῳ πεφυτεῦσθαι ἐλέλεκτο.* Conf. Joannis Damasc. de fide orthod. lib. IV. c. 11. et lib. II. c. 11. et Theophanis Ceram. homil. IV. Nam per crucem sive per mortem Christi vita in Adamo amissa hominibus restituta est. Seriores Judaei hanc arborem vitae ut omnia, quae prius terrestrem paradisum ornaverant, in coelum translatam putarunt. Vid. Apocal. XXII, 2. 14., librum Enoch a Ric. Laurence Oxon. 1821. editum XXXI, 1-5. et XXIV, 1-11. et locos scriptorum Judaicorum a Schoettgenio in Horis Hebr. et Talm. p. 1095. collectos. Inde Christianis victoribus praemia in futuro regno coelesti Apoc. II, 7. promittuntur sub hac imagine: *τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὅ ἐστιν ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ θεοῦ μοῦ.* Vid. Andreas Caesar. in comment. ad h. l. In Testamento Levi cap. XVIII. hoc legis de Messia vaticinium: *Καίγε αὐτὸς ἀνοίξει τὰς θύρας τοῦ παραδείσου, καὶ ἀποστήσει τὴν ἀπειλοῦσαν ῥομφαίαν κατὰ τοῦ Ἀδὰμ, καὶ δώσει τοῖς ἁγίοις φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἔσται ἐπ᾽ αὐτοῖς.* Et 4 Esdr. VIII, 52. *Vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitae, praeparatum est futurum tempus* etc. Similiter apud Cabbalistas angelus Raziel, Adami praeceptor, hunc lapsum solatus esse dicitur his verbis: *Ne supra modum conficiaris gemitu et molestia, quod te duce genus humanum in summam corruit perditionem,*

καὶ ἀναστῇ ἀπὸ τῆς ἀσθενείας. Ὅπερ δὲ καὶ ἐποίησα. Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἐλθὼν ὁ ἄγγελος κυρίου λέγει μοι· Τί, Σὴθ, αἰτεῖς; ἔλαιον αἰτεῖς τὸ τοὺς ἀσθενεῖς ἀνιστῶν, ἢ τὸ δένδρον τὸ ὡραῖον (scr. τὸ ῥέον) τὸ τοιοῦτον ἔλαιον,

---

quoniam originale peccatum hoc expiabitur. Nam ex tua propagatione nascetur homo justus et pacificus, vir heros, cujus nomen continebit in miserationibus etiam has quatuor litteras יהוה *Et ille per rectam fidem et placidam oblationem mittet manum suam et sumet de ligno vitae, et ejus ligni fructus erit omnium sperantium salus.* Vid. Jo. Reuchlin de arte cabbalistica pag. 627. in Pistorii coll. scriptor cabbal., Lambecius in Prodromo hist. litt. p. 49. coll. Cabbala denud. Tom. I. p. 648. Apparet igitur inter Judaeos et Christianos maxime e Judaeis late divulgatam fuisse hanc sententiam de fructu arboris vitae miseris hominibus per Messiam denuo impertiendo, quam alii proprio quodam sensu, alii symbolice intelligerent; et nonnullos somniasse de oleo vel balsamo ex arbore vitae prolato, quo et ipse Christus unctus esset, et regni Messiani cives ungerentur. De hac unctione Messiae Justinus in dial. cum Tryphone aliique Ps. XLV, 7. laudarunt; et auctor homiliarum Clementinarum, qui secundum Ebionitica commenta Christum in Adamo ponit, hunc tanquam summum prophetam θεοῦ ἐλέει χρισθέντα dicit. Vid. homil. III. c. 20. coll. Recognitionum libr. I. cap. 47. Oleo autem, quod figurate e ligno vitae depromtum esse jactarent, usi sunt Ophitae in unctione baptismali, quo baptizatos coelestis vitae participes fieri significaretur. Vid. not. ad Acta Thomae Vol. II. p. 176. sqq. Etiam a nostro auctore ad unctionem baptismalem respici videtur, certe in Latinis textibus, ubi paulo infra haec habes: *Et ipse veniens in Jordane baptizabitur. Cum autem egressus fuerit de aqua Jordanis, tunc de oleo misericordiae suae* (cod. Havn. *oleo vitae suae*) *unget omnes credentes in se; et erit oleum misericordiae in generationem (eorum,) qui nascendi sunt* etc. Pronomen *eorum*, quod etiam in cod. Hal. et Havn. deest e textu Fabric. inseruimus, in quo *in generationem eorum, qui nasciturі sunt* legitur. Cod. Cors. *in generationes, quae nascendae sunt* Ed. Lips. *in regeneratione, quae nascenda est.* — Ὅπερ δὲ καὶ ἐποίησα.) Cod. Vatic. Ὅπερ δή. Inepte ed. Birch. ὑπερδεὴς καὶ ἐποίησα. — ὁ ἄγγελος κυρίου) Cod. Vatic. om. articulum. Latinus textus appellat Michaelem, qui

Seth, noli laborare lacrimis orando et depreeando propter oleum ligni misericordiae, ut perungas patrem tuum Adam pro dolore corporis sui: quia nullo modo poteris ex eo accipere, nisi in novissimis diebus et temporibus, nisi quando completi fuerint quinque millia et quingenti anni. Tunc veniet super terram amantissimus dei filius Christus,

---

ibi se a deo *constitutum super corpus humanum* profitetur. Fortasse rectius cod. Havn. *ego sum constitutus super genus humanum*, et cod. Cors. *quia constitutus sum princeps ab eo super omne genus humanum;* quibuscum consentit vers. Anglosax. Constat enim ex opinione Judaeorum et veterum Christianorum singulis gentibus angelos praefectos esse, et inter hos principem praedicatum esse archangelum Michaelem quippe custodem Israelitarum et Christianorum. Vid. Clementis Recognitt. lib. II. cap. 42. et quae ad h. l. notavit Cotelerius, Schoettgenium in horis ad Apocal. XII, 7. Eisenmengerum in Judaismo detecto Tom. I. p. 850. sq. et Keilium in Opusc. acad. pag. 478. sqq. Michaelem Christianorum defensorem et praesidem norunt Hermas in Pastore lib. III. simil. 8. cap. 3. et Nicephorus hist. eccles. VII, 50. ubi ὁ τῆς Χριστιανῶν πίστεως ἔφορος appellatur. Revera autem Michaelem tanquam *principem super omne genus humanum constitutum* celebravit Sophronius, archiep Hierosol in orat. *de angelorum excellentia* Biblioth. PP. max. Lugdun. Tom. XII. p. 210., ubi inter alia *sanctus archisatrapa*, *animorum propugnator*, *corporum conservator universaeque creaturae illustrator* vocatur et animarum in paradisum sive coelum introductor dicitur. Conf. infra cap. XXV. Alteram scripturam, quam praeter cod. Einsidl. etiam cod. Hal, ed. Lips. et Fabric. tuentur, referendam putabis ad illam fabulam de Michaele archangelo cum Satana de *corpore* Mosis decertante, quam e libro apocrypho ἀνάληψις Μωϋσέως inscripto Judas in ep. v. 9. memoravit, ubi confer Grotium et Wetstenium. Quanquam quod ibi Michael, angelus tutelaris Judaeorum, de corpore Mosis decertat, quod Satanas, princeps mortis, sibi vindicare vult, inde nemo facile colligere potuit, Michaelem *super corpus humanum* constitutum esse. — ἀνιστῶν,) Male cod. Vat. ἀνιστάναι. Forma Verbi ἀνιστᾷν passim in LXX legitur, velut. Deuter. XX, 4. ἀνιστῶν ἀναστήσεις, et 1 Sam. II, 8. ἀνιστᾷ. — ἢ τὸ δένδρον τὸ ὡραῖον)

διὰ τὴν τοῦ σοῦ πατρὸς ἀσθένειαν; Τοῦτο οὐκ ἔστιν εὑρεθῆναι νυνί. Ἄπιθι καὶ εἰπὲ τῷ πατρί σου, ὅτι μετὰ τὸ συντελεσθῆναι ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη πεντακισχίλια πεν-

---

Rectius cod. Vatic. τὸ ῥέον pro τὸ ὡραῖον, ut sequens accusativus inde pendeat. Arbor dicitur *fundere* vel *abunde profere* oleum ejusmodi salutare. De hoc significatu verbi ῥέω vid. Schleusnerum in Lex. in LXX. interpp. Fortasse utrumque retinendum τὸ δένδρον τὸ ὡραῖον, τὸ ῥέον κτλ. Conf. Genes. II, 9. πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν. — ἔτη πεντακισχίλια πεντακόσια) Inter scriptores Christianos, qui tot annos a mundo condito ad Christum natum numerant, antiquissimi sunt, quos ego novi, Julius Africanus et Hippolytus, nisi Theophilus iis praemittendus est, qui ad Autolycum lib. III. cap. 28. a mundo condito usque ad mortem Aurelii Veri imperatoris 5698. colligit, ita ut circiter annum 5500 Christi natalem statuere videatur. Ille in Chronico apud Routh. Reliqu. sacr. Tom. II. p. 132. *Judaei ex historiis sacris*, inquit, ἀριθμὸν ἐτῶν πεντακισχιλίων πεντακοσίων εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σωτηρίου λόγου τὴν ἐπὶ τῆς μοναρχίας τῶν Καισάρων κηρυσσομένην παραδεδώκασιν. Idem ibid. p. 192. Συνάγονταί δὲ τοίνυν οἱ χρόνοι ἐπὶ τὴν τοῦ κυρίου παρουσίαν ἀπὸ Ἀδὰμ, καὶ τῆς ἀναστάσεως (leg. καὶ τὴν ἀνάστασιν) ἔτη ,εφλά. Ad quem locum Georgius Syncellus in Chronograph. pag. 326. hanc esse dicit traditionem apostolicam de Christo a. m. 5500. nato, sed circa resurrectionem duobus annis Africanum a vero aberrasse: Ὁ μὲν οὖν Ἀφρικανὸς συμφώνως τῇ ἀποστολικῇ παραδόσει τῷ ,εφ'. ἔτει τὴν θείαν χρονολογήσας σάρκωσιν, περὶ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν δυσὶν ἔτεσι διήμαρτεν κατὰ τὸ ,εφλά. ἔτος τοῦ κόσμου ταύτην συναγαγών. Eundem tamen annum resurrectionis notavit Eustathius Antioch. Comment. in Hexaem. ed. Allatii p. 55. Γίνεται οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὴν τοῦ κυρίου παρουσίαν καὶ ἀνάστασιν ἔτη πεντακισχίλια καὶ πεντακόσια τριάκοντα ἕν. Rectius vero Joannes Malala in Chronographia lib. X. p. 294. ab Adamo usque ad passionem Christi numeravit ἔτη ,εφλγ', annos 5533. Cum Africano in natalibus Christi consentit S. Hippolytus in Interpr. in Danielem §. 4. (Romae primum edita a. 1772., et Gottingae typis repetita a. 1774. pag. 245.) Ἡ γὰρ πρώτη παρουσία τοῦ κυρίου ἡμῶν, ἡ ἔνσαρκος ἐν Βηθλεὲμ, ἐπὶ Αὐγούστου γεγένηται πεντακισχιλιοστῷ καὶ πεντακοσιοστῷ ἔτει. Conf. Hippolyti Thebani ex Chronico fragmenta in Hippolyti Opp. ed. Fabric. Vol. I. Append. p. 46. et 52. Extremo loco mira et

qui facit resurgere corpus Adae, et conresuscitare [sic] corpora mortuorum. Et ipse veniens in Jordane baptizabitur. Cum autem egressus fuerit de aqua Jordanis, tunc de oleo misericordiae suae unget [ex eo] omnes credentes

---

obscura hujus numeri ratio redditur, de qua vide ibi notata a Canisio. E seculi quarti scriptoribus unum tantum liceat producere testem. Est ille Quintus Julius Hilario, Judaicorum commentorum fautor et Chiliasta, qui in libello *de mundi duratione* in Biblioth. PP. Lugdun. Tom. VI. p. 376. a fabrica mundi usque ad passionem Christi 5530. annos completos esse scribit, et inde post 470. annos, quorum 369 jam transierint, regnum millenarium auspicatum iri auguratur. *Sicut enim, inquit, populo Judaico dictum est: sex dies operare opera mundi, septimo autem die, qui appellatus est sabbatum, requiesce ab operibus tuis; sic sanctis omnibus, qui sunt ab initio mundi, et nunc in Christo vera fide credentibus, transactis scilicet sex diebus, id est sex millibus annorum, in quibus eis labor et cruciatus fuit, venit dies septimus et sabbatus verus.* Conf. Barnabae ep. c. 15. et Irenaeum adv. haer. V, 28. Ex medii aevi scriptoribus memorabile est, quod Euthymius Zigabenus in Panoplia dogmatica Tit. XXIII. sect. 8. tradit de perversa Bogomilorum sententia, patrem *ἐν τῷ πεντακισχιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἔτει ἐξερεύσασθαι τῆς ἑαυτοῦ καρδίας λόγον, τοῦτον δὲ τὸν υἱὸν καὶ θεόν.* Vid. Jo. Christ. Wolfii historia Bogomilorum pag. 61. Ceterum sufficiat monuisse, multos veteres scriptores maxime in ecclesia Graeca istam sententiam chronologicam amplexos esse. Vid. Fabricii Bibliographiam antiquariam ed. III. p. 263. Sequuntur enim illi versionem Alexandrinam in ecclesia ubique receptam, quae patriarcharum aevo mille fere et quingentos annos addit praeter Hebraeum textum, secundum quem auctoribus Scaligero, Petavio aliisque natalis Christi nondum annis quater millenis a natali mundi abest. Ut autem numerus ille rotundus 5500. annorum statueretur, id aliae rationes videntur effecisse. Legis ejusmodi rationem satis ineptam infra cap. XXVII. textus Latini Fabric., quod a codd. plerisque abest. Ibi laudatur Exod. XXV, 10. *Fac tibi arcam testamenti in longitudinem cubitorum duorum et semis, in altitudinem cubiti unius et semis, in latitudinem cubiti unius et semis.* Tum adjiciuntur haec: *In his quinque cubitis et semis intelleximus et cognovimus in fabrica arcae veteris testamenti, quia in*

ταχόσια, τότε κατέλθῃ ἐν τῇ γῇ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐνανθρωπήσας· κἀκεῖνος ἀλείψει αὐτὸν τῷ τοιούτῳ

---

quinque millibus annorum et semis venturus esset Jesus Christus in arca corporis. Similem expositionem loci Exod. XXV, 10. habes in Methodii homilia de Simeone et Anna a Petro Pantino (Antwerp. 1598.) edita p. 108. Alia ratio haud gravior petita est e commento illo Chilionetitarum multis probato, mundo post annum a creatione sextum millesimum finem ac in melius instaurationem venturam esse. Etenim hoc sex millium annorum spatium instar diei in duodecim partes diviserunt, et sic initium duodecimae partis adventu Christi distinxerunt. Haec temporis divisio reperitur in Esrae lib. IV. cap. XIV. v. 10–12. *Quoniam seculum perdidit juventutem suam, et tempora appropinquant senescere. Duodecim enim partibus divisum est seculum, et transierunt ejus decima, et dimidium decimae* (scrib. *undecimae*) *partis: superaunt autem ejus post medium decimae partis.* Vide de hoc loco, cujus extrema verba haud dubie corrupta sunt, Semlerum pag. 16. praefationis ad Oederi librum: *Christl. freie Untersuchung über die sogenannte Offenbarung Johannis.* Halle. 1769. Easdem duodecim temporis mundani partes respicit Origenes in Comment. ad Matth. cap. XX, 1–16. Ibi enim in parabola diem dici totam praesentem aetatem (τὸν ὅλον ἐνεστῶτα αἰῶνα,) et postremum undecimae circiter horae ordinem Christi adventum significare sumit, quam hora novissima (1 Joan. II, 18.) exceptura sit. *Τελευταῖον δὲ τάγμα τὸ κατὰ τὴν παρουσίαν ἐστὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τὸ περὶ τὴν ἑνδεκάτην.* Et antea laudato ep. Joan. loco: *ἐσχάτη γὰρ ὥρα μετὰ τὴν ἑνδεκάτην τῆς προειρημένης παραβολῆς.* Origenis Comment. ed. Huet. p. 404. sq. Origenem secutus est Hilarius Pictav. in comment. ad Matth. cap. XX. §. 6. *In undecima autem hora corporei adventus domini tempus ostendit. Nam ex omni numero, qui spatio est praesentis seculi constitutus, in eam rationem convenit ortus ejus ex Maria, in quam undecimae horae tempus ex die est. Divisione enim per quingentenum numerum facta, in omni sex millium annorum summa tempus corporei ortus ejus undecimo divisionis totius calculo supputatur.* Vid. ejusd. comment. cap. XVII. §. 2. et ad utrumque locum Benedictinorum notas. Eadem fere apud Hieronymum in Michaeae cap. IV. legis. Inde mirum non est, quod iidem scriptores, certe antiquiores, qui Christum a. m. 5500. natum esse crediderunt, quingentis post Christum annis exactis mundi adspectabilis con-

in se; et erit oleum illud misericordiae in generationem (eorum,) qui nascendi sunt ex aqua et spiritu sancto in

---

summationem exspectarunt. Sic Hippolytus apud Photium in Biblioth. cod. 202, quocum conf. Andreas Caesar. ad Apocal. XVII, 10., Hilario ille, de quo supra diximus, et Lactantius, qui Institutt. lib. VII. cap. 25. scribit de consummatione temporum: *Quando tamen compleatur haec summa* (scil. sex mille annorum), *docent ii, qui de temporibus scripserunt, colligentes ex litteris sanctis et ex variis historiis, quantus sit numerus annorum ab exordio mundi: qui licet varient, et aliquantum numeri eorum summa dissentiat, omnis tamen exspectatio non amplius quam ducentorum videtur annorum.* Seriori aetate post initium sec. VI. alii, qui illam de Christi anno natali sententiam amplexi erant, quingentos annos addidere, et alterum Christi adventum anno sexies millesimo et quingentesimo futurum esse opinati sunt. Docet hoc Germanus archiep. Constantinop. in *Contemplatione rerum ecclesiasticarum*, Biblioth. PP. Paris. Graeco-Lat. Tom. II. p. 148. *Τὸ κατασφραγίσαι τὸν λαὸν τὸν ἀρχιερέα, ὑποδεικνύει τὴν μέλλουσαν Χριστοῦ παρουσίαν ἐν τῷ ἑξακισχιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἔτει μέλλειν ἔσεσθαι, διὰ τῆς ψηφίδος τῶν δακτύλων ἐμφαινούσης ἑξακισχιλιοστὸν πεντακοσιοστόν.* Difficiliorem hunc locum illustravit Cotelerius in nota ad Barnabae ep. cap. XV., in qua varias opiniones eorum, qui certum mundo temporis terminum figunt, recenset. Nostrum vero auctorem, quae hic traduntur, e parva Genesi hausisse, uti ad initium capitis suspicati sumus, id quidem confirmatur eo, quod haec quoque teste Cedreno in Compendio Historiarum pag. 5. commentum de sabbato, typo septimi annorum millenarii continuit; quocum Michaelis hoc vaticinium de tempore venturi ad homines filii dei cohaerere jam demonstravimus. — *ἐνανθρωπήσας*·) Cod. Vatic. *ἐν ἀνθρωπήσει.* Male. Significatus vocis *ἀνθρώπησις* ab hoc textu alienus est. Ferri posset *τότε κατέλθῃ ἐν ἀνθρωπότητι.* Sed haud dubie praeferenda est scriptura Paris. cod. *ἐνανθρωπήσας*, velut patres Nicaeni professi sunt filium dei *τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα.* Praeterea ipsa vox *ἀνθρώπησις* suspecta est, cum verbum *ἀνθρωπέω* nusquam, quod sciam, reperiatur. Recentiores de dogmatis theologicis scriptores, Beckius, Muenterus, Augustius aliique eam commemorant inter voces *incarnationem* indicantes, sed fortasse sola Suiceri auctoritate freti, qui in Thes. eccles. s. h. v.

ἐλαίῳ, καὶ ἀναστήσεται· καὶ ἐν ὕδατι καὶ πνεύματι ἁγίῳ πλυνεῖ καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ, καὶ τότε ἀπὸ πάσης νόσου ἰαθήσεται· νῦν δὲ τοῦτο γενέσθαι ἀδύνατον. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ πατριάρχαι καὶ οἱ προφῆται ἐχαίροντο μεγάλως.

---

unicum Athanasii locum profert, quo legendum videtur ἐνανθρωπήσει. Voces enim ἐνανθρώπησις et ἐνανθρωπίω frequentantur scriptoribus post Origenem. Is ipse utitur verbo ἐνανθρωπεῖν contra Celsum lib. VII. cap. 17. Conf. symbolum Antioch. in Walchii Biblioth. symbol. p. 26. et alios scriptorum sec. IV. locos apud Suicerum in Thes. eccles. E Latinis scriptoribus ἐνανθρώπησιν Facundus primus interpretatus est *inhumanationem*, quam infimae Latinitatis auctores etiam dixerunt *humanationem*. Vid. Cangius in Gloss. s. h. v. Inde tamen non colliges, etiam Graecam vocem illam ἀνθρώπησις fuisse usitatam. Latini textus verba *Tunc descendens* etc. sic in cod. Hal. leguntur: *Et tunc descendet in infernum et introducet Adam, patrem tuum, in paradisum.* Contextus huic scripturae favet. Eodem sensu fortasse etiam ea, quam nos e cod. Einsidl. dedimus et in reliquis codd. reperimus, accipienda est. Antea dictum erat de Christo, novae vitae et salutis auctore, venturo *super terram;* jam adduntur haec de eodem descensuro *in terras*, i. e. in mediam terram vel in infernum, et inde deducturo Adamum in paradisum. Vox praecedens *Amen* uncis inclusa a reliquis codd. recte abest. — πλυνεῖ) Verbum hoc, quod proprie ad *vestes* pertinet, et sic in vers. Alex. passim legitur, in N. T. duobus tantum locis Apoc. VII, 14. et XXII, 14., non memini me alibi de baptismo legisse pro λούειν vel βαπτίζειν. Suspicor tamen Graecis id usitatum fuisse. Certe Gregorius Naz. orat. XL. baptisma λουτρὸν appellari tradit ὡς ἔκπλυσιν; unde in Orthodoxa Confessione eccles. orient. edita ab Hofmanno p. 166. baptisma dicitur ἔκπλυσις καὶ ἀναίρεσις τοῦ προπατορικοῦ ἁμαρτήματος. Potuit autem hoc verbum ad baptismum facile transferri, cum locis Veteris Test. velut Numer. XIX, 7. XXXI, 24. aliisque, quibus vestium lotio jubetur, baptismi sacramento quasi prolusum esse crederetur, et cum antiquitus recens baptizati stola alba induerentur. Vid. Danzius in Meuschenii Nov. Test. e Talmude illustr. pag. 290 et 293. Sententia vero sive opinio hoc Michaelis archangeli oraculo proposita perquam memorabilis est, Adamum scilicet

vitam aeternam. [Amen.] Tunc descendens in terras amantissimus dei filius Christus Jesus introducet patrem nostrum Adam in paradisum ad arborem misericordiae. Haec autem omnia audientes a Seth patriarchae omnes et prophetae exsultaverunt magna exsultatione.

---

ejusque posteros a Messia in vitam revocatos *aqua et spiritu baptizatum* et oleo ex arbore vitae sumto unctum iri. Quocum conjunctum est, quod infra cap. XXVII. legitur, mortuos, qui cum Christo resurrexissent, in sancto Jordanis flumine baptizatos esse. De resurrectione quidem justorum tempore Messiae a Judaeis exspectata satis constat. Vid. Bertholdti Christologiam Jesu Apostolorumque aetate p. 176 sqq. Sed de baptismo eorundem neminem facile reperias similia fabulatum esse praeter Hermam. Is enim in Pastore lib. III. simil. IX. cap. 16. haec habet: *Necesse est, ut per aquam habeant ascendere, ut requiescant. Non poterant enim aliter in regnum dei intrare, quam ut deponerent mortalitatem prioris vitae. Illi igitur defuncti sigillo filii dei signati sunt, et intraverunt in regnum dei. — Illud autem sigillum aqua est, in quam descendunt homines morti obligati, ascendunt vero vitae assignati* etc. Attamen Hermas hic videtur de baptismo metaphorico vel mystico cogitasse, ut Apostoli et Evangelistae post mortem suam patriarchis et justis ante Christi adventum denatis dicantur baptismum ac fidem praedicasse iisque indulgentiam baptismalem impertiisse, quo possent in regnum dei ingredi. Vid. Cotelerius ad h. l. Haud dubie vero nituntur haec commenta persuasione de absoluta baptismi necessitate ad salutem consequendam secundum effatum domini apud Joan. III, 5. Haec persuasio pluribus varios injecit scrupulos velut de apostolis non tinctis in domino, et ineptas peperit opiniones vanosque ritus. Vid. praecipue Tertulliani de baptismo cap. 12. Inde factum est, ut nonnulli corpora hominum ante susceptum baptismum mortuorum baptizarent. Vid. Philastrius de haeresibus cap. 49. (de Montanistis) Concil. Carthag. III. can. 5. et cod. eccles. Afric. c. 18. Gregorii Naz. Orat. XL. p. 648. ed. Lips. Alii vero eadem de causa vivos pro mortuis baptismatis lavacro tingendos curaverunt, inter quos Cerinthiani et Marcionitae referuntur. Vid. Tertullian. adv. Marcion. V, 10. de resurrect. carnis cap. 48. Epiphanius haer. XXVIII, 6. et Chrysostomus homil. 40. in 1. ad Corinth. ep. Conf. Vossius de baptismo disp.

CAPUT XX.

Ἐν τοιαύτῃ δὲ τῶν ἁπάντων χαρᾷ ἦλθεν ὁ Σατὰν, ὁ κληρονόμος τοῦ σκότους, καὶ λέγει τῷ Ἅδῃ· Παμφάγε καὶ

XII. thes. 2. Wallius in historia paedobaptismi anglice edita pag. 239. sq. et Muenterus in libro de antiquitatibus eccles. Gnosticorum pag. 109. sqq. Neque silentio praetereunda est permira Theodori Abucarae sententia. Scilicet is ut difficultatem illam de justis ante adventum Christi non baptizatis et tamen in regnum coelorum ingressis removeret, commentus est, mortuos omnes ante Christi passionem in elementa resolutos sanguine et aqua, quae ex latere Christi profluxerint, baptizatos fuisse, cum omnia elementa illa aspergine sanctificata fuerint. Graeca verba ex Abucarae opusc. 13. affert Leo Allatius de libris eccles. Graec. pag. 251. sq. et Thomas Ittigius diatriben de hac Abucarae sententia edidit Lips. a. 1698. Antiquissimam vero fuisse illam opinionem *nemini sine baptismo salutem competere*, (verba sunt Tertulliani) etiam confirmabitur Pauli Apostoli dictis 1 Cor. XV, 29., siquidem haec de baptismi vicarii consuetudine cum Scaligero, Grotio aliisque intelligere placet.

Cap. XX. Ἐν τοιαύτῃ) Sic cod. Vat. Male Paris. Ἐν τῇ αὐτῇ. Post ἁπάντων Vatic. inserit ὄντων. — ὁ Σατὰν, ὁ κληρονόμος τοῦ σκότους,) Vatic. τοῦ σκότου. In sequentibus pluries repetitur hoc vocabulum. In Paris. cod. constanter τὸ σκότος in Vatic. utraque forma ὁ σκότος et τὸ σκότος legitur. In N. T. libris unico loco Hebr. XII, 18. excepto nomen hoc est neutrale. Atticis utrumque hujus vocabuli genus in usu fuit; reliquis Graecis plerisque solum neutrale. Significat autem h. l. τὸ σκότος *haden*, *orcum*. Confer caput extremum, ubi Hades Satanam per *regnum tenebricosum* (μὰ τὸ σκότος, ὃ ἔχομεν) obtestatur, ne Jesum eo adducat, et cap. XXI. extr. τὰ σκοτεινὰ τοῦ ᾅδου. Eadem est Iob. X, 22. γῆ σκότους αἰωνίου. Aliis locis praevalet notio *tartari*, *loci poenarum*, velut 2 Petr. II, 17. Jud. v. 13. Diabolus igitur, qualis in tota hac narratione describitur, appellatur *possessor* vel *dominus inferorum*. Idem infra in hoc capite et cap. XXIII. ab Hade compellatur υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ἐχθρὸς τῶν ἁγίων, ἡ τοῦ θανάτου ἀρχὴ, ἡ ῥίζα τῆς ἁμαρτίας, τὸ τέλος παντὸς κακοῦ, κληρονόμος τοῦ πυρὸς καὶ τῆς κολάσεως. Praeterea nomina διάβολος et ἀρχιδιάβολος, Βεελζεβοὺλ, et ὁ ἀρχισατράπης

CAPVT XX.

Et cum exsultarent sancti omnes, ecce Satan, princeps et dux mortis, dixit ad inferum: Praepara temet

---

Σατᾶν reperiuntur. In Latinis codd. his respondent *Satan princeps et dux mortis*, *princeps perditionis et dux exterminationis*, *Beelzebub*, *derisio angelorum dei*, *sputio* (al. *spurcitia*) *justorum*, *princeps omnium malorum*, *impiorum et refugarum pater*, *auctor mortis et origo omnis superbiae*, *possessor clavium inferorum* (al. *possessor* vel *possessio infernorum*) et *princeps tartari*. Ut paucis, quae de Satana auctor statuerit, comprehendamus, est ille adversarius humani generis, praecipue Christi et sanctorum perniciosissimus, auctor peccati et mortis omnisque miseriae, dominus inferorum usque ad Christi apud eosdem adventum, a quo victus et Hadis potestati subjectus est. A Satana auctor distinguit et tanquam personam inducit *τὸν Ἅιδην*, in Latinis codd. *principem inferorum* vel *tartari*, *inferum*, *infernum*, eumque facit ministrum Satanae atque custodem et praesidem Orci, cujus officium est mortuos, quos Satanas adducit, recipere et detinere, portasque infernales aperire et claudere. Initio cap. XXII. in edit. Fabr. idem dicitur *mors impia*, sed in cod. Einsidl. Cors. aliisque ibi *inferus*, *mors et impia officia* (i. e. officiales) *eorum cum crudelibus ministris* memorantur, et extremo cap. XXII. dominus dicitur *mortem conculcasse* et Satanam potestati inferi tradidisse. Itaque inferus (*ᾅδης*) et mors (per angelum mortis Satanas fingitur necare homines eosque ad Orcum ducere) tanquam duae personae diversae producuntur. Graecus textus ista ignorat. Licet autem haec ad plures N. T. locos illustrandos transferre, velut 1 Cor. XV, 26. *Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος.* Ibid. v. 55. *Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος;* (Infra cap. XXI. haec ipsa verba laudantur. Conf. Excerpta Theodoti §. 61. pag. 984. ed. Potter. *δόλῳ ὁ θάνατος κατεστρατηγήθη· κτλ.*) Hebr. II, 14. *ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτ' ἔστι τὸν διάβολον.* Apocal. I, 18. *ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ θανάτου καὶ τοῦ ᾅδου.* Ibid. VI, 8. XX, 13. 14. morti Orcus jungitur, ut apud Jes. XXXVIII, 18. שְׁאוֹל et מָוֶת componuntur. Conf. etiam Sap. Salom. I, 13–16. Temere vero Birchius in Prolegom. §. 9. statuit in hac narratione regnum inferorum in duas partes divisum et imperio duorum principum τοῦ Σατανᾶ et τοῦ Ἅιδου subjectum esse, idque adhiberi posse

ἀκόρεστε, ἄκουσόν μου τοὺς λόγους. Ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἰουδαίων τις Ἰησοῦς λεγόμενος, ὀνομάζων ἑαυτὸν υἱὸν θεοῦ, οὗτος δὲ ὢν ἄνθρωπος, ἀπὸ συνεργείας ἡμετέρας ἐσταύρω-

---

ad explicationem locorum 1 Petr. III, 19. et IV, 6. ubi Christus dicatur τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι κηρύξαι, *animabus impiis tartaro inclusis praedicasse easque ad resipiscentiam perduxisse*, et νεκροῖς εὐαγγελισθῆναι, *animabus probis in hade servatis laetum nuncium de liberatione jamdiu ab ipsis exspectata tulisse*. Si urgere velis diversas has formulas, rectius alteram νεκροῖς εὐηγγελίσθη, *mortuis annuntiatus est Messias*, simul referas ad praedicationem Joannis baptistae et prophetarum apud inferos, de qua supra diximus ad cap. XIX. E reliquis libris apocryphis et patrum scriptis longum est recensere similia de diabolo et hade effata; velut in Actis Thomae §. 32. ὁ δράκων inter alia de se praedicat: ἐγώ εἰμι ὁ τὴν ἄβυσσον τοῦ ταρτάρου οἰκῶν καὶ κατέχων· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἄκοντά με ἠδίκησε καὶ τοὺς ἰδίους ἐξ ἐμοῦ ἐξελέξατο. Eusebii orationes *de adventu Joannis apud inferos* et *in sacrum parasceues diem*, quas nuper S. V. Augustius edidit, totae huc pertinent, quae ejusdem argumenti colloquia diaboli cum hade continent. — Π α μ φ ά γ ε κ α ὶ ἀ κ ό ρ ε σ τ ε,) Pluries haec Hadis epitheta repetuntur. Hades ipse infra dicit: ἐγὼ κατέπιόν τινα νεκρόν, et satis inficete de intestinis suis et ventre ventrisque doloribus loquitur. Eusebius nostrum imitatus verbo καταπίνειν pag. 24. utitur, et pag. 25. τὴν ἀχόρταστον ᾅδου κοιλίαν appellat, quo de loco vid. ad finem cap. notata. E Graecae mythologiae et poeseos notitia haec depromta esse non dixerim, quamvis bene novi Ἀΐδην ἁρπακτῆρα apud Callimachum Epigr. II, 6. et *Orcum rapacem* Horat. Carm. II, 18. 13. aliaque similia. Videntur potius illae locutiones repetendae e locis Jon. II, 3. ἐκ κοιλίας ᾅδου et Sirac. LI, 4. ἐκ βάθους κοιλίας ᾅδου, etsi ibi non proprie de hade dictum sit. Etiam quod auctor libri Enoch. 54, 11. Orco tribuit *os* loco *januae*, possit hic respici, et quod terra dicitur καταπίνειν, *devorare* homines. Vid. Exod. XV, 12. et Origenem homil. VI. in Exod. §. 6. Eaedem vero similitudines Graecis et Latinis recentioribus frequentantur, quorum aliquot locos liceat comparare cum nostris. Sic Proclus homil. XI. *in dominic. passionem* in Auctario Novo Biblioth. PP. T. I. p. 414. σήμερον πύλας χαλκᾶς συνέτριψε καὶ μοχλοὺς σιδηροὺς συνέθλασεν, ὁ κ α τ α π ο θ ε ὶ ς ὡς ψιλὸς νεκρὸς καὶ πυρπολήσας ὡς θεολόγος. Andreas Cret. *in dormitionem Mariae* hom.

ipsum suscipere Jesum, qui se gloriatur Christum filium

I. de Christo praedicat: ᾅδου τὸν ἀφεγγῆ χῶρον καὶ τὰ ἐκεῖ καθεῖλε βασίλεια, τὴν παμφάγον αὐτοῦ συγκλείσας γαστέρα κτλ. Theodorus Prodromus sec. XII. tetrastich. *in resurrectionem* invita Minerva canit: Ναὶ λάξ ἐνάλλου τῷ γε θανάτῳ, Χριστέ μου, Ναὶ πλῆττε τὴν ἄπληστον ᾅδου γαστέρα, Ἕως ἄν, οὓς πέπωκεν, ἐξαναπτύσῃ. Similiter Fulbertus Carnot. sec. X. in hymno paschali: *Quam devorarat improbus Praedam refudit Tartarus; Captivitate libera Jesum sequuntur agmina.* Auctor Paracletices adeo pag. 103. ed. Venet. dicit: ὁ ᾅδης ἤμεσε πάντας τοὺς πάλαι νεκρωθέντας. Quocum confer Pseudo-Victorinum Petavion. in carmine *de Christo deo et homine: A sedibus imis Tartarus evomuit proceres: patresque beati Consurgunt*, etc. Et auctor Pentecostarii pag. 198. Μακαρία ἡ κοιλία σου, πανάμωμε, γέγονεν· τὸν γὰρ τὴν κοιλίαν ᾅδου παραδόξως κενώσαντα ἀνερμηνεύτως χωρῆσαι κατηξίωσαι. Beatus praedicatur venter Mariae, quod Christum ventrem inferni evacuantem capere dignata sit. Inde etiam Petrus Chrysol. in serm. 37. *de Jonae prophetae signo* exclamat: *Adest bellua, adest imago horrida et crudelis inferni: quae dum fertur avidis faucibus in prophetam, vigorem sui sensit et degustavit auctoris: incurrit namque jejunium devorando.* Idem homil. 57. *Infernus vita dirumpitur deglutita.* Vides mediae et infimae Graecitatis esse scriptores, quibuscum auctor has inelegantes imagines, quae in Latinis codd. non redduntur, communes habet. — ἀπὸ συνεργείας ἡμετέρας ἐσταύρωσαν) Vitiose ed. Birch. ἀποσυνέργει ἡμετέρας, ἐσταύρωσαν. Sensus est: *Jesum, qui se filium dei appellabat, sed homo erat, Judaei nobis cooperantibus* vel *instigantibus cruci affixerunt.* Infra diaboli verba habes: ἐνήργησα τοὺς Ἰουδαίους, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, κτλ. Diaboli συνέργεια vel ἐνέργεια dicitur causa efficiens caedis Christi. Similiter Theodoret. in Ezech. III, 12. ὑπὸ θείας συνεργείας μετεφερόμην, *divina virtute cooperante transferebar*, ubi contextus docet sola virtute divina id effectum esse. Saepius ἐνέργεια apud patres ecclesiae de *daemonis operatione* vel *impulsu* et de ipsa *obsessione* legitur. Vid. Cangius in Gloss. graeco s. v. ἐνεργούμενος. Conf. 2 Thess. II, 9. κατ' ἐνέργειαν τοῦ σατανᾶ. A diabolo geniisque malis instigatos esse Judaeos ad Christum interimendum communis erat Apostolorum primorumque Christianorum sententia. Vid. Joan. XIII, 2. 27. et 1 Cor. II, 8. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, (scil. οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου θεοῦ σοφίαν,) οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. Hoc enim loco priscae

σιν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι. Καὶ νῦν αὐτοῦ τελευτήσαντος ἔσο ἡτοιμασμένος, ὅπως ὧδε κατασφαλίσωμεν αὐτόν. Ἐγὼ γὰρ οἶδα, ὅτι ἄνθρωπός ἐστι, καὶ ἤκουσα καὶ αὐτοῦ λέγοντος·

---

ecclesiae doctores haud pauci τοὺς ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου diabolum malosque genios dici putarunt, velut Origenes de princip. lib. III. cap. 3. homil. 6. in Lucam aliisque locis, et Pseudo-Ambrosius in comment. ad l. l. Conf. etiam Tertullian. adv. Marcionem lib. V. cap. 6. Improbarunt hanc explicationem Chrysostomus eumque secutus Theophylactus ad 1 Cor. II, 6. Conf. Clemens. Alex. Strom. lib. V. p. 659. ed. Potter. In Actis Thomae §. 32. diabolus ait: ἐγώ εἰμι ὁ τὸν Ἡρώδην πυρώσας καὶ τὸν Καϊάφαν ἐξάψας ἐν τῇ ψευδηγορίᾳ τοῦ ψεύδους ἐπὶ Πιλάτου· ἐγώ εἰμι ὁ τὸν Ἰούδαν ἐξάψας καὶ ἐξαγοράσας, ἵνα τὸν Χριστὸν παραδῷ. Nemo vero accuratius enarravit funesta diaboli adversus Christum molimina, quam Eusebius ille in oratt. saepius laudatis pag. 8. 10. seq. 16. ed. August. De negligentia nostri scriptoris in nominativis absolutis, quos hoc loco legis, admittendis vix est quod moneamus. Vid. Wineri Grammat. N. T. §. 28. n. 3. — ἔσο ἡτοιμασμένος) Birch. ed. ἔσω. Homericam imperativi formam ἔσο pro ἴσθι, ut plura alia ex hoc poeta, recentissimi scriptores Graeci sibi adoptarunt. In Eusebii orat. *in sacrum parasceues diem* similiter diabolus ad haden pag. 16. ait: ἕτοιμος γενοῦ, εὐτρέπισον τόπον ἀσφάλειον, ὅπως κατακλείσωμεν τὸν λεγόμενον Ἰησοῦν κτλ. Sine idonea causa ibi Augustius a cod. scriptura discessit et ἀσφαλῆ, ὅπου scripsit. — Ἐγὼ γὰρ οἶδα, ὅτι ἄνθρωπός ἐστι κτλ.) Secundum auctoris nostri sententiam, quam haec verba produnt, divina Jesu Christi natura et dignitas diabolum latuit, isque forma illius humana et quibusdam dictis deceptus Christum merum hominem esse putavit. Apud Eusebium idem pluribus rationibus diabolus Hadi persuadere studet. Vide pag. 7. et 8., ubi hanc legis amplificationem rhetoricam nostri loci: Ἐγὼ γὰρ οἶδα τίς ἐστι, καὶ σὺ φοβεῖσαι αὐτόν· ἄνθρωπός ἐστιν Ἰησοῦς τρώγων καὶ πίνων καὶ κοιμώμενος· κτλ. Praecipue vero ibi quoque pag. 14. 15. et 34. diabolus innititur illo Christi effato apud Matth. XXVI, 38. quippe mortis terrorem et humanam imbecillitatem contestante, quod Eusebius ipse sic intelligi vult: τοῦτο δὲ ἔλεγεν, οὐχ ὅτι τὸν θάνατον ἐφοβεῖτο, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀπωλείας τοῦ Ἰούδα ἐλυπεῖτο· περὶ τῆς ἐκείνου ψυχῆς τοῦ ἀθλίου ἐλυπεῖτο καὶ ἠδημόνει, ὅτι ἀπόλλυται. Salvatorem enim mortem meticulose exhorruisse et dolorum ma-

dei esse, et est homo timens mortem et, dicens: *Tristis*

---

stimendorum pavore haec dixisse pernegarunt veteris ecclesiae doctores, et varie ista verba exposuerunt, velut Origenes, Hilarius, Hieronymus aliique in Comment. ad Matth. l. l. Diabolicam sententiam recentiori aetate Julius Caesar Vanini fovisse et elocutus esse dicitur, et refertur haec inter calumnias ejus capitales a Gabr. Barthol. Grammondo *Historiarum Galliae ab excessu Henrici IV.* libr. III. pag. 211. De recentissimis ejusdem sententiae fautoribus taceamus. Ipsa vero opinio illa, diabolum de Christo dei filio fuisse dubium et incertum, eique nativitate et humili conditione Christi esse impositum, a N. T. libris non prorsus aliena est, si veteres interpretes sequaris. Diabolus enim, qui etsi hominibus scientia et potestate superior est, tamen neque scit omnia neque efficere potest, non potuit perspicere *τὴν οἰκονομίαν τοῦ μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ θεῷ*. Ephes. III, 9. Vid. Hieronymum ad h. l. Illa, inquam, mysteria incarnationis et passionis filii dei, *εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι*. 1 Petri I, 12. Conf. Theodoretus ad Ps. XXIII. pag. 754. sq. ed. Schulz. *Lumen tenebrae non comprehenderunt*, i. e. sapientia consiliumque dei diabolum latuit. Joan. I, 5. Vid. Leonis Magni Serm. LXIX. 4. *Nam si cognovissent οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου absconditam hanc sapientiam, nunquam dominum majestatis crucifixissent.* 1 Cor. II, 8. Vid. supra de h. l. notata. Propterea etiam tentavit diabolus Christum, ut certior fieret de ejus persona; Christus vero *οἰκονομικῶς* et *κατ' ἀμφιβολίαν* respondit diabolo, ne hic se filium dei esse certo posset resciscere. Vid. Clementem Strom. I. p. 342. ed. Potter. et Eclog. ex prophetis pag. 1002. Irenaeum adv. haer. V, 21. et Origenem hom. VI. in Lucam ed. Paris. Tom. III. pag. 938. Conf. Grotium et Wetstenium ad Matth. IV, 3. Hos alíosque N. T. locos huc trahunt patres ecclesiae, quibus etiam e recentioribus theologis haud pauci certe in enarranda tentationis historia assensi sunt. Ex apocryphis libris disertiora testimonia proferre licet. Sic in *Testamento Aser* cap. 7. ed. Fabric. pag. 696. de Messia venturo: *ὁ ὕψιστος ἐπισκέψεται τὴν γῆν, καὶ αὐτὸς ἐλθὼν ὡς ἄνθρωπος, ἐσθίων καὶ πίνων μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ συντρίβων τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος δι' ὕδατος. Οὗτος σώσει τὸν Ἰσραὴλ καὶ πάντα τὰ ἔθνη, θεὸς εἰς ἄνδρα ὑποκρινόμενος.* Voces *δι' ὕδατος*, nisi a recentiori manu adscriptae sunt, cum sequentibus potius jungas, et pro *ὑποκρινόμενος* legas *ὑποκρυπτόμενος*. Quid sit *ἐν ἡσυχίᾳ*, docebit Ignatius infra laudatus. In Actis Tho-

ἔτι περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. Ἐποίησέ μοι καὶ πολλὰ κακὰ ἐν τῷ ἄνωθεν κόσμῳ τοῖς βροτοῖς συναναστρεφόμενος· ὅπου γὰρ ηὕρισκε τοὺς ἐμοὺς δούλους, ἐδίωκεν αὐτούς, καὶ ὅσους ἀνθρώπους ἐποίουν ἐγὼ

---

mae §. 42.' ὁ δυσμενὴς ad Thomam de Christo haec queritur: *Οὐκ ᾔδειμεν αὐτόν· ἠπάτησε δὲ ἡμᾶς τῇ μορφῇ αὐτοῦ, ᾗ περιεβέβλητο, καὶ τῇ πενίᾳ αὐτοῦ καὶ τῇ ἐνδείᾳ. Θεασάμενοι γὰρ αὐτὸν τοιοῦτον ἐνομίσαμεν αὐτὸν σαρκοφόρον ἄνδρα εἶναι, μὴ εἰδότες, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ζωοποιῶν τοὺς ἀνθρώπους.* Qui inter ecclesiae patres ejusdem opinionis assertores reperiuntur, eorum plerosque et graviores quidem recensuit Semlerus in Observatione *de parum justa vetustissimorum quorundam auctorum ἐννοίᾳ, humana Christi natura studiosius impositum fuisse diabolo.* Programm. acad. pag. 164. seqq. Unius Ignatii in ep. ad. Ephes. cap. XIX. verba ab Origene, Basilio, Hieronymo, Jovio Monacho, Andrea Cretensi aliisque citata adscribamus: *Καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ κυρίου, τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ θεοῦ ἐπράχθη.* Conf. ep. ad Philipp. cap. VIII. et IX. et Cotelerium ad hos locos. Plures autem ideam illam de diabolo humano Christi corpore decepto conjunxerunt cum hypothesi sua de redemtione hominum a diaboli mortisque potestate. Vid. Muenscheri hist. dogm. Vol. IV. pag. 277. sq. Gnosticis similia placuerunt commenta, praecipue Marcioni. Is enim statuit Judaeorum deum, mundi creatorem, *ex ignorantia* Christum per Judaeos cruci affigendum curasse, idque in salutem hominum fieri debuisse. Quod ut probaret, plures N. T. locos pro libidine adulteravit et interpretatus est, velut 1 Cor. I, 21. ubi *τὸν κόσμον* intelligi voluit *dominum mundi;* ibid. II, 8. et Ephes. III, 9., quo loco pro *ἐν τῷ θεῷ* omissa praepositione legi voluit *τῷ θεῷ*, ut *mysterium ab aevis deo, qui omnia condidit, occultum diceretur.* Vid. Tertullianum adv. Marcion. lib. V. cap. 5. 6. et 18. coll. lib. III. cap. 23. Quae igitur haereticus doctor de mundi creatore in hac causa commentus est, eadem fere catholici de Satana praedicarunt. Et crediderim ego has Gnosticorum ineptias fucum fecisse catholicis doctoribus, ut illis in hoc subtilitatum genere cedere nollent easque imitarentur. Nostri libelli aliquam fuisse vim ad eam, de qua disseruimus, *ἔννοιαν* commendandam et divulgandam nulla video documenta satis certa. Unus notatu

est anima mea usque ad mortem. Et permulta adversatus est mihi male faciens, et multos, quos ego caecos, claudos, surdos, leprosos et vexatos feci, ipse vero (*leg.* verbo) sanavit; et quos ad te mortuos perduxi, hos ipse a te adtraxit. (*al.* abstraxit.) Respondens inferus dixit ad Satan principem: Quis tam est iste potens, cum sit homo timens mortem? Omnes enim potentes terrae mea potestate subjecti tenentur, quos tu subjectos perduxisti tua

---

dignus est locus in *Eclogis ex scripturis prophetarum* pag. 1002. ed. Potter., qui Sylburgio ad narrationem in evangelio secundum Nicodemum alludere visus est. *Ὁ διάβολος ᾔδει ἐλευσόμενον τὸν κύριον, εἰ δὲ* (ed. Florent. in marg. add. *θεὸς*) *αὐτὸς εἴη, οὐκ ἠπίστατο· διὸ καὶ ἐπείραζεν αὐτὸν, ἵνα γνῷ, εἰ δυνατός ἐστιν. ἐᾶν φησι, καὶ ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ εἰς καιρὸν, τουτέστιν, ἀνεβάλλετο τὴν εὕρεσιν εἰς ἀνάστασιν.* Vides extrema potissimum verba respici, quod diabolus, qui tentatione domini de ejus natura et dignitate non accuratius edoctus esset, cognitionem in tempus resurrectionis distulisse dicitur. Nam hoc quidem tempore profecto, quis esset Jesus, cognovit, si nostro evangelio fides est. — *Ἐποίησέ μοι*) Cod. Vatic. *Ἐποίησε δέ.* Pronomen *μοι* contextus flagitat. Eusebius in orat. *in sacrum parasceues diem* pag. 16. eadem aliis verbis disertioribus diabolum dicentem facit: *Πολλὰ γάρ μοι ἐνεδείξατο αὐτὸς ἐπὶ τῆς γῆς ἐνάντια* (conf. supra textum Lat. *permulta adversatus est mihi*), *πολλά με παρεπίκρανε, πολλά μου σκεύη ἥρπασεν· οὓς ἐγὼ φθόνῳ ἠφάνιζον, οὗτος μόνῳ ῥήματι ἰᾶτο, ὧν ἐγὼ παρέλυσα τὰ μέλη, οὗτος ῥήματι σφίγγων τὴν κλίνην ἐπὶ τῶν ὤμων φέρειν ἐπέταττεν.* Tum vero idem totum hunc locum sic amplificat, ut ex evangelica historia singulos quosdam a Christo sanatos recenseat. Ibid. pag. 19. diabolus de Christo: *ἐμοὶ τοσαῦτα κακὰ ἐποίησε κτλ.* *Ὁ ἄνωθεν κόσμος* dicitur a nostro *ὁ ἄνω κόσμος*, cui oppositus est *ὁ κάτω κόσμος* vel *τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς* Ephes. IV, 9. quem ad loc. vid. interpp. Scilicet diabolus, qui loquitur, jam apud inferos versatur. De illa adverbiorum permutatione vid. Lobeck. ad Phrynich. pag. 128. Praeterea nota vocem poetis usitatiorem *βροτός.* Interpres Alex. Iobi saepius eadem utitur. — *ηὕρισκε*) Cod. Vat. *εὕρισκε.* Conf. Wineri Gramm. N. T. §. 12. — *ἐποίουν ἐγὼ*) Cod. Vat. om. pronomen. Ad verba sequentia *καὶ*

κυλλοὺς, τυφλοὺς, χωλοὺς, λεπροὺς, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, διὰ λόγου μόνου ἰᾶτο αὐτούς. Καὶ πολλοὺς ἑτοιμάσας εἰς τὸ ταφῆναι, καὶ τούτους διὰ λόγου πάλιν ἀνέζωσε. Λέγει ὁ Ἅδης· Καὶ τοσοῦτόν ἐστιν οὗτος δυνατὸς, ὥστε διὰ λόγου μόνου ποιεῖν τοιαῦτα; Ἢ τοσούτῳ ὄντι δύνασαι σὺ ἀντιστῆναι αὐτῷ; Ἐμοὶ δοκεῖ, τοιούτῳ ὄντι οὐδεὶς αὐτῷ ἀντιστῆναι δυνήσηται. Εἰ δὲ λέγεις, ὅτι ἤκουσας αὐτοῦ φοβουμένου τὸν θάνατον, παίζων σε καὶ γελῶν ἔφη τοῦτο, θέλων ἵνα σε ἁρπάσῃ ἐν χειρὶ δυνατῇ. Καὶ οὐαὶ, οὐαί σοι εἰς τὸν αἰῶνα τὸν ἅπαντα. Λέγει ὁ Σατᾶν· Παμφάγε καὶ ἀκόρεστε Ἅδη, τοσοῦτον ἐφοβήθης ἀκούσας περὶ τοῦ κοινοῦ ἡμῶν ἐχθροῦ; Ἐγὼ αὐτὸν οὐκ ἐφοβήθην, ἀλλ' ἐνήργησα τοὺς Ἰουδαίους, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, καὶ ἐπότισαν

εἴ τι τοιοῦτον supple ἐποίουν. — ἑτοιμάσας) Cod. Vat. ἑτοιμάσθην. Sed aoristus passivi admitti non potest. Infra, ubi Hades Satanae haec verba repetit, in illo quoque cod. activum legitur. Nominativos absolutos, qualis hic ἑτοιμάσας, passim in his negligenter scriptis libellis legimus. Quod sequitur καὶ τούτους, interpreteris *etiam hos*. — δυνήσηται.) Videtur scribendum δυνήσεται, etiam propter praecedens οὐδείς. Quanquam alibi in his scriptoribus subjunctivos futurorum legimus. Conf. Niebuhrius ad Agathiae Histor. pag. 418. — θέλων ἵνα) Cod. Vat. om. θέλων. Id. pro καὶ οὐαί, quod cod. Lat *et vae* reddit, habet ἡ οὐαί. Nisi hoc scripturae est vitium, male imitatus esse videtur auctor Apocal. IX, 12. ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν, et XI, 14. Ter repetitur haec interjectio Apocal. VIII, 13. Ex Eusebii orat. pag. 24. confer hiscum verba: καὶ οὐαί σοι ἔσται, ἄθλιε· ἐμπαῖξαι γάρ σοι θέλων τοιαῦτα προβάλλει ῥήματα. — ὁ Σατᾶν·) Cod. Vat. ὁ Σατανᾶς. — οὐκ ἐφοβήθην, ἀλλ' ἐνήργησα τοὺς Ἰουδαίους,) Birch. ed. e cod. Vat. vitiose οὐκ ἐφοβήθω, ἀλλ' ἐνέργησα ἰδού. Formulam dicendi ἐνεργεῖν τινα, *aliquem permovere, instigare*, illustrandam putaverim ex usu notissimo ejusdem verbi passivi ἐνεργεῖσθαι, *a daemone abripi et agitari*. Nam hic quoque de operatione mali spiritus dicitur, uti apud Clementem Constit. Apostol. lib. III. cap. 12. ὁ ἐνεργῶν διάβολος. Vid. Hoeschelius ad Athanasii Vit. Antonii pag. 160.

potentia. Si ergo potens es tu, qualis est homo ille Jesus, qui timens mortem potentiae tuae adversatur? Si talis (*al.* ita *vel* tantum) potens est in humanitate, vere dico tibi, omnipotens est et in divinitate et potentiae ejus potest nemo resistere. Et cum dicit se timere mortem, capere te vult, et vae tibi erit in sempiterna secula. Respondens Satan, princeps tartari, dixit: Quid dubitasti et timuisti suscipere illum Jesum, adversarium tuum et meum? Ego enim tentavi illum, et populum meum antiquum Judaicum excitavi zelo et ira adversus eum. Lanceam exacui ad persecutionem (*al.* percussio-

---

Alibi *ἐναργεῖν ἐν τινί* legitur. In Lat. codd. locus hic pluribus verbis exornatus est, et magis consentit cum Graecis verbis in Eusebii orat. pag. 16. et in altera ejusd. orat. editione pag. 29. *Ἰδοὺ, κατεσκεύασα ἥλους, ἠκόνησα λόγχην, ἐκέρασα ὄξος καὶ χολὴν· τοὺς Ἰουδαίους παρώξυνα ὡς βέλη κατ' αὐτοῦ. Μόνον σὺ γενοῦ ἕτοιμος πρὸς ὑποδοχὴν αὐτοῦ. Ἔτι γὰρ δύο ἡμέραι, καὶ παραστήσω σοι αὐτόν.* Plures sunt loci, in quibus Lat. textus propius accedit ad Eusebii verba quam ad textum evangelii Graecum a nobis editum; unde jure conjicias olim exstitisse aliam diversam ejusdem *ἔκδοσιν* ab Eusebio et Latinis interpretibus usurpatam. Id vero in Latino textu notabile est, quod diabolus Judaeos *populum suum antiquum* appellat. A Graecis hoc convitium abest. At apud Eusebium pag. 22. diabolus ait: *ἐμνήσθην τῆς ἀρχαίας μου φιλίας, καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθην πρὸς τοὺς φίλους μου, τοὺς Ἰουδαίους, οὓς ἐξ ἀρχῆς μοσχολατρεῖν ἐδίδαξα· κτλ.* Conf. pag. 34. extr. et 35. Neque tamen, quod in mentem venerat Brunnio in disquis. historico-crit. de ev. Nicodemi pag. 70, ad Gnosticorum quorundam doctrinam de diabolo Judaeorum moderatore et domino hic respiciendum est. Saepius enim ecclesiae catholicae doctores Judaeos incredulos et contumaces Satanae potestati a deo traditos esse pronuntiant, uti dominus ipse Joan. VIII, 44. eosdem diaboli filios nuncupaverat. A Gregorio Nyss. orat. V. in resurrect. Christi Opp. Tom. III. pag. 439. vocantur Judaei *οἱ συνήγοροι τοῦ διαβόλου, τὰ γεννήματα τῶν ἐχιδνῶν, οἱ ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, τὸ συνέδριον τῶν δαιμόνων κτλ.* Etiam Ambrosium, Chrysostomum aliosque pari odio in Judaeos invectos

αὐτὸν καὶ χολὴν μετὰ ὄξους. Ἑτοιμάσθητι οὖν, ὅπως ἐλθόντα κρατήσῃς αὐτὸν ἰσχυρά. Ἀπεκρίθη ὁ Ἅιδης· Κληρονόμε τοῦ σκότους, υἱὲ τῆς ἀπωλείας, διάβολε, νῦν μοι εἶπας, ὅτι πολλοὺς σὺ ἑτοιμάσας εἰς τὸ ταφῆναι, αὐτὸς λόγῳ μόνῳ τούτους ἀνεζώωσε· καὶ εἰ ἑτέρους τῆς ταφῆς ἠλευθέρωσε, πῶς αὐτὸς καὶ ἐν ποίᾳ δυνάμει παρ' ἡμῶν κρατηθήσεται; Ἐγὼ δὲ πρὸ ὀλίγου κατέπιόν τινα νεκρὸν, ὀνόματι Λάζαρον, καὶ μετ' ὀλίγον τις ἐκ τῶν ζώντων διὰ λόγου μόνου βίᾳ ἐκ τῶν ἐγκάτων μου τοῦτον ἀνέσπασεν. Οἶμαι δὲ εἶναι αὐτὸν, ὃν σὺ φῄς. Εἰ οὖν ἐκεῖνον ἐνθάδε δεξόμεθα, δέδοικα μήπως καὶ περὶ τῶν λοιπῶν κινδυνεύσω-

---

esse satis constat. — *ἰσχυρά.*) Adjectivum pro adverbio *ἰσχυρῶς* positum est. Birchius edidit *ἰσχυρᾷ*, ut suppleatur *χειρί*, vel ut hic dativus adverbii locum occupet. Dubito, an in alio scriptore dativus *ἰσχυρᾷ* sic reperiatur. — *υἱὲ τῆς ἀπωλείας.*) Ambiguum est hoc diaboli epitheton. Etenim aut ex usu Judaeorum Graece loquentium *υἱὸς τῆς ἀπωλείας* dicitur diabolus, qui et ipse a deo defecit et alios ad defectionem perniciemque abducit; (vid. Jes. LVII, 4. et Joan. XVII, 12.) aut qui perniciei devotus est. Vid. 2 Thess. II, 5. Sic infra diabolus in hanc perniciem, quam Hades jam auguratur vere damnatus *κληρονόμος τοῦ πυρὸς καὶ τῆς κολάσεως* appellatur. — *αὐτὸς λόγῳ μόνῳ τούτους*) Cod. Vat. transponit *λόγῳ μόνῳ τούτους αὐτός.* Hoc quoque loco, nisi post *πολλοὺς* pronomen *οὓς* inserere et *ἡτοίμασας* scribere placet, nominativus participii *ἑτοιμάσας* absolutus est. Illam vero emendationem minus probabilem reddit sequens *τούτους*; quanquam scriptores infimae Graecitatis, in quos jam recentiorum linguarum usus vim quandam exercuit, frequentiam pronominum amant iisque licentius utuntur, praecipue pronominibus *ἐκεῖνος* et *οὗτος.* Exempla habes in Andreopuli narratione de Syntipa et Cyri filio nuper a Boissonadio edita. Obscuriora sunt Latini textus verba *Tui enim sunt — adtraxit eos a me.* E cod. Cors., qui in reliquis cum Einsidl. consentit, pro *Tui* scribendum est *Multi* et *abstraxit* pro *adtraxit.* Eadem est scriptura cod. Hal. *Multi enim sunt hic, qui* etc. Confirmatur etiam antiquae vers. Gallicae auctoritate. *Il y en a moult, qui sont tenus icy, lesquels, sils vesquissent, emmenerent des morts*

nem) ejus, fel et acetum miscui dare ei poculum, et lignum praeparavi ad crucifigendum eum et aculeos ad configendum, et in proximo est ejus mors, ut perducam eum ad te, subjectum tibi et mihi. Respondens inferus ait: Tu mihi dixisti, quia ipse est, qui mortuos a me traxit. Tui (*leg.* Multi) enim sunt, qui a me hic detenti sunt, qui dum vixerunt in terris, a me mortuos tulerunt, non suis potentiis, sed divinis precibus, et omnipotens deus eorum adtraxit (*al.* abstraxit) eos a me. Quis est iste Jesus, qui per verbum suum mortuos a me traxit? Forsitan ipse est, qui Lazarum quatriduanum foetentem et dissolutum, quem ego tenebam mortuum, reddidit vivum per verbum imperii ejus. Respondens Satan, prin-

---

hors de moy, non par leur puissance, mais par les prieres divines; et le dieu tout puissant par leur priere les traict hors de moy. Videtur Hades his verbis metus sui causam declarare. Multos ait esse, qui olim quidem in terra viventes suis ad deum precibus id effecerint, ut alii a morte vindicarentur vitaeque restituerentur, attamen ipsi nunc apud inferos detineantur; hunc vero Jesum propria sua auctoritate et potestate mortuos ex inferis liberasse et propterea sane metuendum esse. In aliis codd. hic locus varie corruptus est. Cod. Havn. *Multi sunt hic detenti, qui de eo in terris locuti sunt, qui etiam a me mortuos tulerunt non sua potentia, sed divinis precibus. Forsitan* etc. Ed. Fabric. *Qui hic detenti sunt, dum viverent in terris, non suis potentiis sed divinis precibus ablati sunt, et omnipotens eorum deus abstraxit eos a me.* Ed. Lips. haec om. In vers. Anglosax. alia legitur animosior inferni oratio. Ibi enim Satanam adhortatur primum ut Jesum adducat, ne is mortuos a se abstrahat, siquidem multi cupiant discedere. Id vero hos propriis viribus non posse facere pronuntiat, nisi ab omnipotente deo, qui Lazarum vivum reddi jusserit, adjuventur. His dictis cum edocetur a Satana, Lazarum ab illo Jesu liberatum esse, statim obsecrat et obtestatur Satanam, ut hunc a limine suo arceat. — ὀνόματι Λάζαρον,) Cod. Vat. ὀνόματι Λάζαρος. In sequentibus pro

μεν. *Πάντας γὰρ οὓς ἀπ᾽ αἰῶνος κατέπιον, ἰδοὺ ταρασσομένους κατανοῶ, καὶ ἀλγῶ τὴν κοιλίαν μου. Καὶ σημεῖον οὐκ ἀγαθόν μοι δοκεῖ ὁ προαναρπασθεὶς Λάζαρος ἀπ᾽ ἐμοῦ· οὐ γὰρ ὡς νεκρὸς ἀλλ᾽ ὡς ἀετὸς ἀπ᾽ ἐμοῦ ἐξεπέτασεν· οὕτω γὰρ συντόμως ἡ γῆ αὐτὸν ἔξω ἔῤῥιψε. Διὸ καὶ ὁρκίζω καί σε εἰς τὰς σὰς χάριτας καὶ εἰς τὰς ἐμὰς, μὴ ἀγάγῃς αὐτὸν ἐντεῦθεν. Οἶμαι γὰρ, ὅτι διὰ τὸ πάντας ἀναστῆναι νεκροὺς ὧδε παραγίνεται. Καὶ τοῦτό σοι λέγω μὰ τὸ σκότος, ὃ*

βίᾳ Birch. edidit *σια* semicirculis inclusum. — *Πάντας γὰρ — τὴν κοιλίαν μου.*) Birchius hunc locum, quem facili conjectura emendare poterat, e cod. Vat. sic corruptum typis describi jussit: *πάντας γὰρ οὓς ἀπ᾽ αἰῶνος κατέπιον. Ἰδοὺ ταράσσομαι κατὰ νόῳ, καὶ ἀλγῶ τῇ κοιλίᾳ μου.* Paulo infra idem *ἀλλ᾽ ὡς εὐετὸς* in textu dedit et in margine *εὔθετος* legi vult, ubi Latini codd. ipsum docere poterant restituendum esse *ἀετός*. In Eusebii orat. pag. 18. seq. et 23. coll. pag. 31. hic locus de Lazaro sic enarratur, ut *αὔξησιν* et *δείνωσιν* rhetoricam facile agnoscas. Hades inter alia ait: *Ἐγὼ τότε τὸ λοιπὸν κατέσηψα τὸ σῶμα τοῦ Λαζάρου ἐν τέσσαρσιν ἡμέραις ἔχων αὐτὸν ἐν ἀσφαλείᾳ· — καὶ ὅτε ἦλθεν ἐκεῖνος εἰς τὴν θύραν μου, καὶ ἐφώνησεν αὐτὸν ἔξω, ἐγένετο ἡ φωνὴ αὐτοῦ φοβερὰ, καὶ ἡ ἄβυσσος ἐσείσθη, κτλ.* Tum orationem continuat: *Ἐν ᾗ γὰρ ὥρᾳ ἐγένετο ἡ φωνὴ αὐτοῦ, καὶ οὗτος ὁ διασαπεὶς Λάζαρος καὶ διαλυθεὶς καὶ ὀζέσας οὕτως* (fort. *οὗτος*) *ἐξεπήδησεν ἐκ τοῦ κόλπου μου, ὡς λέων ἐκ σπηλαίου ἐπὶ θύρας ἐπειγόμενος, ὡς ἀετὸς ἐξήλατο πᾶσαν ἀσθένειαν ἀποθέμενος ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ.* Vides plura, quae Graecus textus ignorat, Eusebio cum interprete Latino communia esse, velut quod hic quoque *Lazarum quatriduanum foetentem* et *dissolutum* dicit. Praeterea observa in Eusebiana oratione miram istam confusionem notionum *Hadis* et *sepulcri*, ex qua ille se Lazari mortui corpus putrefecisse, Christumque ad suam januam accessisse et mortuum evocasse narrat. Comparare possis prima verba filiae elegiarum reginae: *Desine, Paule, meum lacrymis urgere sepulcrum: Panditur ad nullas janua nigra preces.* Ibi Burmannus intelligi vult januam sepulcri, alii contra januam inferni. Fortasse non distinguenda est janua sepulcri a janua inferni. Apud ecclesiasticos scriptores similia dicta reperiuntur; unde quibusdam temere visum est vocabulum *ᾅδης* de sepulcro usurpari. Vid. in-

cepe mortis, dixit: Ipse est ille Jesus. Haec autem audiens inferus dixit ad eum: Conjuro te per virtutes tuas et meas, ne perducas eum ad me. Ego enim tunc, quando audivi imperium verbi ejus, contremui perterritus pavore, et omnia officia mea impia (*al. om.*) simul mecum conturbata sunt. Nec ipsum Lazarum tenere potuimus, sed excutiens se ut aquila per omnem agilitatem et celeritatem salivit exiens a nobis; et ipsa terra, quae tenebat Lazari corpus mortale, statim reddidit vivum. Ita nunc ego scio, quia ille homo, qui haec potuit facere, deus fortis est in imperio, potens in humanitate, et salvator est generis humani. Et si perduxeris

---

fra ad extr. cap. XXI. notata. Ad Lazari historiam apocrypham praecipue pertinet satis celebrata olim fabella de ejusdem appulsu in urbem Massiliam praedicatoque ibi evangelio, quam scripto non uno explosit Joannes Launojus. Vid. auctores a Fabricio in *Salutari Luce Evangelii* pag. 388. seq. laudatos. Lazari et Mariae Magdalenae corpora e Cypro Constantinopolin transtulisse dicitur Leo imperator, cognomento Philosophus. Vid. Baronium ad Martyrol. Rom. XVII. Decembr. Libros Lazaro ridicule adscriptos Ittigius in diss. de Patribus Apostolicis pag. 32. memoravit. — *μὴ ἀγάγῃς αὐτὸν ἐντεῦθεν.*) Cod. Vat. *μὴ ἀγάγεις αὐτὸν ἐνταῦθα.* Eadem verba sic scripta etiam in Eusebii orat. p. 18. et in altera ἐκδόσει p. 31. leguntur. Priori loco Augustius ἀγάγῃς emendavit, altero vitium intactum reliquit. Nostro autem loco sane praeferenda videtur scriptura cod. Vat. ἐνταῦθα. De confusione vocum ἐνταῦθα et ἐντεῦθεν vid. Bastius in epistola critica pag. 277. — *διὰ τὸ πάντας ἀναστῆναι*) Birch. e cod. Vat. edidit διατι πάντας ἀναστῆσαι. Hoc ἀναστῆσαι magis placet. *Arbitror. eum huc venturum esse, ut omnes mortuos resuscitet.* Neque tamen ἀναστῆναι prorsus alienum est ab hoc loco. Illud διατι fortasse est vitium apographi vel typothetae. — *μὰ τὸ σκότος, ὃ ἔχομεν,*) Nescio cur Birchius voculam μὰ semicirculis incluserit. Hades diabolo jurejurando *per regnum tenebrarum communi imperio subjectum*, affirmat, si Christum ad inferos adducat, neminem ibi relictum iri. Ita Hadem

ἔχομεν, εἰ ὧδε ἀγάγῃς αὐτὸν, οὐδείς μοι τῶν νεκρῶν ἐναπολειφθήσεται.

---

obtestari diabolum per regnum suum, quod temerario ejusdem consilio summo periculo objici putat, nihil habet insolentiae et offensionis. Saepius principes vel reges *per coronam suam et per regnum* jurasse dicuntur. Illud autem sane insolentius est, quod antea legitur *ὁρκίζω καί σε* (fort. *σε καὶ*) *εἰς τὰς σὰς χάριτας καὶ εἰς τὰς ἐμὰς, μὴ κτλ.* In Lat. codd. his respondent illa paulo supra posita: *Conjuro* (al. *Adjuro*) *te per virtutes tuas et meas, ne perducas eum ad me.* Eusebii verba, quae huc pertinere videntur, dubiae sunt interpretationis. Ibi diabolus ad Haden: *Τὰς δυνάμεις συ τὰς ἐμὰς καὶ τὴν ἀχόρταστόν σου κοιλίαν, ἣν οὐδεὶς δύναται χορτάσαι· μὴ φλυαρήσῃς πολλά.* Conjicias verbum οἶδα vel aliud simile excidisse, et interpreteris: *Vires tu meas potentiamque et ventrem tuum insatiabilem novisti: ne igitur triceris.* Sed videntur potius illi accusativi esse jurantis. Pro *σὺ* non legendum cum Augustio *σου*, nisi simul addere velis *καὶ*, sed *σοι* vel potius *σε*, quod pendeat ab omisso *ὁρκόω* vel *ὁρκίζω*. Respondet enim Hades: *Ὥρκωσάς μοι* (fort. *με*) *εἰς τὰς δυνάμεις σου· ποίας δυνάμεις; σὺ δύναμιν εἰ εἶχες, ἐπάλαιες ἂν μετ' αὐτοῦ κτλ.* Ibi pessime Augustius *ἐμάχες* [sic] e conjectura sua posuit pro *ἐπάλες*, quod in cod. legi notat. Haud dubie ibi, quod ipse accentus docet, altera verbi pars *ταχυγραφικῶς* scripta est, neque *ἐπάλες* sed *ἐπάλαιες* legenda. Itaque quae apud Eusebium dicuntur *δυνάμεις*, i. e. vires, quibus pollent diabolus et Hades, et praesidia daemonum ipsis obedientium, in Latino textu nostro sunt *virtutes.* Hoc tamen inter utrumque obtinet discrimen, quod apud illum aptius diabolus Haden obtestatur per virtutes suas, ut Jesum recipiat, quam in hoc Hades diabolum, ne Jesum adducat. Diabolus illic ferociter confidit virtutibus suis, Hades hic timet potestati suae regnoque. Ut vero ad Graecum textum redeamus, difficile est dictu, quid significet vox *χάριτες.* Fortasse Hades diabolum adjurat per communes utrique *delicias* scilicet vitam adimendi hominibus eosque devorandi, vel quod idem fere est, per communem *salutem* — *εἰ ὧδε ἀγάγῃς*) Birch. ed. *ἀγάγεις.* Rectius scripsisset auctor *ἐὰν ἀγάγῃς.* Vide tamen not. ad Acta Thomae pag. 23. Ad Latinum textum capitis extremi notamus vitiosam scripturam *in incredulitate carceris* in cod. Einsidl. et in ed. Fabric. legi. Saniorem, quam in parenthesi dedimus, exhibent codd. Cors. et Havn. et ed. Lips. Infra cap. XXI.

illum ad me, omnes qui sunt hic in incredulitate (*leg.* crudelitate) carceris clausi et in insolutis vinculis peccatorum constricti, solvet et ad vitam divinitate sua perducet in aeternum.

---

dicuntur inferni *portae crudeles aereae* i. e. immanes, vastae, validissimae. Illam scripturam ut aliquo modo tuearis, possis corrigere *in incredulitatis carcere*, ut hic respondeat *peccatorum vinculis*. Pro *insolutis vinculis* cod. Havn. dat *insolubilibus*. Genitivum *peccatorum* cod. Cors. om. Vide quae ad medium cap. XXII. disseremus. *Inferus* in cod. Einsidl. dictus in cod. Cors. appellatur *infernus* et in ed. Fabric. *princeps inferorum* vel *tartari*, in cod. Hal. et ed. Lips. etiam *imperator inferorum*. De usu vocum *inferus* et *infernus* vid. Barthius Advers. lib. XXII. cap. 10. col. 1090. —

CAPVT XXI.

Ταῦτα τοῦ Σατανᾶ καὶ τοῦ Ἅιδου λεγόντων πρὸς ἀλλήλους ἐγένετο φωνὴ μεγάλη ὥςπερ βροντὴ λέγουσα· Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰςελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Ἀκούσας ὁ Ἅιδης λέγει τῷ Σατανᾷ· Ἔξελθε, εἰ δύνατος εἶ, καὶ ἀντίστηθι αὐτῷ. Ἐξῆλθεν οὖν ἔξω ὁ Σατᾶν. Εἶτα λέγει ὁ Ἅιδης τοῖς δαίμοσιν αὐτοῦ· Ἀσφαλίσατε καλῶς καὶ ἰσχυρῶς τὰς πύλας

Cap. XXI. *φωνὴ μεγάλη ὥσπερ βροντή*) Conf. Apocal. XIV, 2. *καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὡς φωνὴν βροντῆς μεγάλης*. In Latino textu *spiritualis clamor* est, qualis fragor *πνευμάτων*, ventorum ac turbinum. Verba sequentia sunt Ps. XXIV, 7. e vers. Alex. In Eusebii orat. pag. 25. sq *αἱ δυνάμεις*, *virtutes* i. e. angeli dominum praeeuntes istas voces clamant. Epiphanius vel quisquis est auctor orat. *in sepulcrum Christi*, qui magnificis verbis Byzantinorum oratorum more pompam descensus Christi ad inferos describit, Gabrielem archangelum leonina voce adversis potestatibus (*πρὸς τὰς ἐναντίας δυνάμεις*) intonantem, facit: *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες ὑμῶν·* et Michaeli tribuit voces *καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι*, aliisque angelis alias similes. Vid. Epiphanii Opp. Tom. II. pag. 270. sq. Auctor iste, ut sequentia ibi docent pag. 271. med., conjungit *οἱ ἄρχοντες ὑμῶν*, *qui inter vos principes estis*. Similiter Eulogius, patriarcha Alexandrinus, in orat. *in ramos palmarum* Biblioth. PP. max. Tom. XII. pag. 51. aliique seriores illum Psalmi locum ad descensum Christi ad inferos retulerunt. Conf. etiam Breviarium Romanum, quod sabbato sancto in secundo nocturno antiphonam habet hanc e Ps. XXIV. Contra Justinus Martyr Apol. I. cap. 51. et dial. cum Tryphone cap. 85. Theodoretus in comment. in Psalmos pag. 753. sq. ed. Hal. aliique permulti a Psalmista ascensionem Christi ad superos describi putaverunt. Istae expositiones partim a falsa interpretatione Graeca vocis ראשׁ pendent. Hebraeus enim poeta alloquitur portas Sionis, arcis antiquissimae, et utitur tropo hoc propter prosopopoeiam intellectu facili: *Attollite, portae, capita vestra*. Graecus vero interpres, quem Latinus secutus est, dedit *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρ-*

CAPVT XXI.

Et cum haec ad invicem loquerentur Satan princeps et inferus, facta est vox ut tonitruum et spiritualis clamor: *tollite portas, principes, vestras; et elevamini portae aeternales, et introibit rex gloriae.* Haec autem audiens inferus dixit ad Satan principem: Recede a me, et exi de meis sedibus foras; si potens es praeliator, pugna adversum regem gloriae. Sed quid tibi cum illo? Et ejecit inferus Satan foris (*al. add.* de) sedibus suis. Et dixit inferus ad sua impia officia: Claudite portas crude-

---

χοντες, ὑμῶν. Inde cupide haec verba boni ecclesiae patres arripuerunt, et *ἄρχοντας* alii arbitrati sunt esse angelos, alii daemonas, et itidem *πύλας* alii coelestes, alii infernales. Scilicet Hebraei pariter ac Graeci et qui ab utrisque has notiones vel imagines acceperunt veteres Christiani, infernum figurate descripserunt tanquam locum a superis mundi partibus separatum et munitum vel tanquam domum, eique portas et claves tribuerunt. Praeter Scr. s. locos Job. XVII, 13. 16. XXXVIII, 17. Ps. IX, 14. Jes. XXXVIII, 10. Sap. Sal. XVI, 13. Matth. XVI, 18. Apocal. I, 18. IX, 1. XX, 1. vide quos ex aliis scriptoribus collegerunt Vindeius *de vitâ functorum statu* pag. 28. sq. et Wetstenius ad Matth. XVI, 18. et Apocal. I, 18. Similiter portas coeli et paradisi coelestis fingi satis constat. — *ὁ Σατᾶν.*) Cod. Vatic. *ὁ Σατανᾶς.* De Satana ex inferno ejecto loquitur etiam auctor orat. *in passionem et crucem domini*, quae in Athanasii Opp. Tom. I. pag. 1017. legitur, his verbis: *εἶτα ἐκβληθεὶς ὁ ἄθλιος ἀπὸ τοῦ ᾅδου, καθήμενος παρὰ τὰς πύλας, θεωρεῖ ἐξαγομένους πάντας τοὺς πεπεδημένους τῇ τοῦ σωτῆρος ἀνδρείᾳ.* Alii contra Satanam in inferno, cum Christus ante portas esset, remansisse dixerunt. Placuit hoc praecipue illis putidis *γελωτοποιοῖς*, qui ut *risum paschalem* moverent, olim narrare soliti sunt, diabolum porta infernali a Christo effracta naso truncatum esse, quo pessuli instar ad muniendas inferni portas arcendumque triumphatorem uti voluisset. Vid. Matthesii *Historien von Dr. Luthers Anfang, Lehre, Leben* etc. Conc. VII. p. 59. — *Ἀσφαλίσατε καλῶς καὶ ἰσχυρῶς τὰς πύλας*) Minus recte cod.

τας χαλκᾶς καὶ τοὺς μοχλοὺς τοὺς σιδηροῦς, καὶ τὰ κλεῖθρά μου κατέχετε, καὶ σκοπεῖτε πάντες ἱστάμενοι ὄρθριοι· (fort. ὀρθοί·) ἐὰν γὰρ εἰςέλθῃ αὐτὸς ὧδε, οὐαὶ ἡμᾶς λήψεται. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ προπάτορες ἤρξαντο πάντες ὑβρίζειν αὐτὸν λέγοντες· Παμφάγε καὶ ἀκόρεστε Ἅιδη, ἄνοιξον, ὅπως εἰςέλθῃ ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Λέγει Δαυὶδ ὁ προφήτης· Οὐκ οἶδας, τυφλὲ, ὅτι ἐν τῷ κόσμῳ ἐγὼ ζῶν τὴν τοιαύτην φωνὴν, τὸ ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, προεφήτευσα; Ἡσαΐας εἶπεν· Ἐγὼ τοῦτο προϊδὼν

Vatic. Ἀσφαλίσασθε καλῶς ἰσχυρὰς τὰς πύλας. Portas *crudeles* in Latt. codd. Graece potius dixeris πύλας δεινάς. *Daemones*, quos secundum textum Graecum Hades hic affatur, in Latt. codd. appellantur *impia officia* et *impii ministri* inferi vel inferni. De hoc usu voc. *officium* apud veteres Jurisconsultos et scriptores ecclesiasticos vid. Cangius in Gloss. med. et inf. Latin. Petrus Chrysologus homil. 104. pag. 157. ed. a Sebastiano Pauli curatae, dicit *tartareos ministros*. — *καὶ σκοπεῖτε*) Vatic. om. *καὶ*. Pro seq. ὄρθριοι scribendum puto ὀρθοὶ vel ὄρθιοι. Conf. lib. III. Esdrae IX, 46. Verba Latini textus *ne captivemur tenentes captivitatem* significant *ne nos*, *qui alios tenemus captos*, *ipsi capiamur*. Verbo *captivare* praeeunte interprete Vulg. Rom. VII, 23. utuntur Augustinus, Petrus Chrysol. aliique. Cod. Hal. et ed. Lips. *ne captivemini in perpetua captivitate*. Ed. Fabric. *ne captivi ducamur in captivitatem*. Epiphanius haer. XX. pag. 49. ed. Petav. de Christo scribit: σταυροῦται, θάπτεται, κατέρχεται εἰς τὰ καταχθόνια ἐν θεότητι καὶ ἐν ψυχῇ, αἰχμαλωτεύει τὴν αἰχμαλωσίαν, κτλ. Respicit Ephes. IV, 8. — *ἀκόρεστε Ἅιδη*) Cod. Vat. *Ἅιδη* om. — *οἱ ἄρχοντες ὑμῶν*,) Codd. vitiose ἡμῶν. In Latino textu Davides propheta non repetit ista verba Ps. XXIV, 7., sed locum Ps. CVII, 15. 16. 17. profert tanquam vaticinium de futura Christi ad inferos descensuri victoria et mortuorum ex hac custodia liberatione. Ed. Fabr. etiam alteram partem v. 17. addit: *propter injustitias enim suas humiliati sunt*. Cod. Hal. vers. 17. sic reddit, et plura adjicit: *Suscepit eos de manu* (pro *via*) *iniquitatis eorum*, *et vincula eorum disrupit*. *Et quia haec est dies*, *quam fecit dominus*, *exultemus et laetemur in ea*. Graece vers. 16. in vers. Alex. sic legitur: Ὅτι συνέτριψε

les aereas, et vectes ferreos supponite, et fortiter resistite, ne captivemur tenentes captivitatem. Haec autem audiens omnis multitudo sanctorum cum voce increpationis dixit ad inferum: Aperi portas tuas, ut intret rex gloriae. Et exclamavit (divinus ille propheta David) dicens: Nonne cum essem vivus in terris, praedixi vobis: *Confiteantur domino misericordiae ejus, et mirabilia ejus filiis hominum, quia contrivit portas aereas et vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum.* Et post haec similiter dixit Esaias ad omnes sanctos: Nonne

---

πύλας χαλκᾶς, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν. Vides infra eadem etiam in Graeco textu nostro respici, ubi haec leguntur: *Καὶ εὐθέως ἅμα τῷ λόγῳ τούτῳ αἱ χαλκαῖ πύλαι συνετρίβησαν, καὶ οἱ σιδηροῖ μοχλοὶ συνεθλάσθησαν κτλ.* Similiter haud pauci ecclesiae doctores hunc Psalmi locum ad historiam Christi apud inferos apparentis adhibuerunt. Praeter Eusebium in orat. saepius laudata pag. 27. exemplo sint Eusebius Caesar. Demonstr. evangel. lib. X. p. 512. *Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἐν ᾅδου ψυχῶν πάρῆει, ἐκ μακρῶν αἰώνων τὴν ἄφιξιν αὐτοῦ περιμενουσῶν, καὶ κατῄει γε θύρας χαλκᾶς συντρίψων καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσων, καὶ τοὺς πρὶν δεσμίους ᾅδου ἐλευθέρους ἀνήσων.* Chrysostomus orat. *in coemeterii appellationem et in crucem domini* Tom. V. p. 564. ed. Savil. *σήμερον τὰς χαλκᾶς πύλας συνέκλασε, σήμερον τοὺς μοχλοὺς τοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν.* Pseudo-Cyrillus Hierosol. in orat. *de occursu domini* p. 323. ed. Oxon. *τοῦτο τὸ παιδίον ἰδοῦσαι πύλαι ᾅδου συνετρίβησαν, πύλαι δὲ οὐράνιοι ἀνεπετάστησαν,* (scrib. *ἀνεπετάσθησαν*,) *καὶ ᾅδης ἰδὼν ἐτρόμαξεν.* Pseudo-Athanasius *de Virginitate.* Tom. I. p. 1054. ed. Lips. Haden adventu domini perterritum interrogantem facit: *Τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἐν ἐξουσίᾳ καὶ μεγάλῃ δυνάμει κατελθών; τίς οὗτος ὁ τὰς πύλας τοῦ ᾅδου τὰς χαλκᾶς συντρίβων καὶ τοὺς μοχλοὺς τοὺς ἀδαμαντίνους συνθλάσας.* Proclus homil. XL. *in dominic. pass.* supra jam laudatus: *σήμερον πύλας χαλκὰς συνέτριψε καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν.* E Latinis Tertullianus *de resurrect. carnis* cap. 44. *portas adamantinas mortis et aeneas seras inferorum infregit.* (Conf. Amos. VII, 7. *ἐπὶ τείχους ἀδαμαντίνου.*) Joan. Cassianus *de institutis coenobiorum* lib. III. cap. 3. *Hora*

ὑφ᾽ ἁγίου πνεύματος ἔγραψα· Ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν (τοῖς μνημείοις, καὶ εὐφρανθήσονται οἱ ἐν) τῇ γῇ. Καί· Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος; Ἦλθεν οὖν πάλιν φωνὴ, ἄρατε πύλας, λέγουσα. Ἀκούσας ὁ Ἅδης ἐκ δευτέρου τὴν φωνὴν ἀπεκρίθη ὡς δῆθεν μὴ γινώσκων καὶ λέγει· Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Λέγουσιν οἱ ἄγγελοι τοῦ δεσπότου·

---

vero nona inferna penetrans inextricabiles tartari tenebras coruscatione sui splendoris extinxit portasque ejus aereas effringens ac seras ferreas conterens captivitatem sanctorum, quae clausa tenebris immitis tenebatur inferni, salubriter captam secum transvexit ad coelos. Petrus Chrysol. homil. 123. pag. 181. ed. Seb. Pauli *Aereis januis et ferreis vectibus portae inferi obseratae claudebantur.* — *Hinc est, quod arietem suae crucis portat aggressurus infernum, ut conterat et confringat ipsas tartari januas aere munitas et ferro.* Praeter locum Psalmi Chrysostomus alium similem Jes. XLII, 2. 3. (*θύρας χαλκᾶς συντρίψω καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συγκλάσω· καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς κτλ.*) hom. 61. tomi VI. p. 626. ed. Savil. de Christo ejusque ad inferos adventu explicat, quos thesauri nomine iccirco appellari dicit, *quod etsi inferi essent, tamen animas sanctas et vasa pretiosa conderent, Abraam, Isaac et Jacob.* Inde saepius in homiliis et libris ecclesiasticis Graecorum de *thesauro* inferni a Christo evacuato vel despoliato legimus, velut apud Cyrillum Alex. *Glaphyr.* pag. 45. et in Paracletice pag. 31. et 78. Frequentarunt autem veteris ecclesiae oratores et scriptores illas imagines, quippe quibus homines sui temporis etiam e mythologia Graeca satis jam assueti essent. Sic Homer Il. θ'. 15. *εἰς Τάρταρον — Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός.* Alcaeus Anal. Brunck. Tom. I. p. 491. *Εὖτε σιδηρείην οἶμον ἔβης Ἀΐδεω.* Virgilius Aen. VI, 551. sqq. *Porta adversa ingens solidoque adamante columnae.* Propertius lib. IV. eleg. XI. v. 4. *Non exorato stant adamante viae.* Inde Tertullianus fortasse *adamantinas portas* habet. — *Ἀναστήσονται κτλ.*) Verba semicirculis inclusa in cod. Par. male omissa sunt. Supplevimus ea e cod. Vatic. Plenior hic locus Jes. XXVI, 19. laudatur in textu Lat. additis verbis *quoniam ros, qui est a domino, sanitas est illis.* Sequentia ex 1 Cor. XV, 55. petita non sunt Jesaiae, sed Hoseae

cum essem in terris vivus, praedixi vobis: *Exsurgent mortui, et resurgent qui in monumentis sunt, et exultabunt qui in terris sunt, quoniam ros, qui est a domino, sanitas est illis.* Et sicut iterum dixi: *Ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, infere, victoria tua?* Haec autem audientes omnes sancti ab Esaia dixerunt ad inferum: Aperi portas tuas, nunc victus infirmus et impotens eris. Et facta est vox magna ut tonitruum dicens: *Tollite portas, principes, vestras, et elevamini portae infernales, et introibit rex gloriae.* Videns inferus, quia duabus vicibus haec clamaverunt, quasi ignorans dicit: Quis est rex gloriae? Respondens David ad inferum ait: Ista verba clamoris cognosco, quoniam ego eadem per spiritum ejus

---

cap. XIII, 14. Error ortus ex eo, quod haec verba allegans Apostolus l. l. quaedam e Jesaiae XXV, 8. praemittit. In Eusebii orat. pag. 28. Davidis orationi eadem adnectuntur. Vid. interpp. ad 1 Cor. XV, 55. — Ἦλθεν οὖν πάλιν κτλ.) Etiam in Ps. XXIV. haec verba altera vice repetuntur versu 10. In Lat. edit. nota *portas infernales*, quae supra *portae aeternales*, πύλαι αἰώνιοι dictae erant. — οἱ ἄγγελοι τοῦ δεσπότου·) Art. τοῦ cod. Vatic. om. Inferi interrogatio et angelorum responsio verbis ejusdem Ps. XXIV, 8. constant. Quae edit. Lat. addit *et ipse dominus — interemptorum*, e Ps. CII, 19. 20. petita sunt. In his edd. Fabric. et Lips. praebent e vers. Lat. vulg. *gemitus compeditorum*, codd. Hal. et Havn. *gemitus vinculatorum* pro *vinculorum.* Illae voces κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς etiam alibi ad Christum, inferni victorem, transferuntur, velut in Paracletice pag. 4. τὸν ᾅδην ἐσκύλευσε Χριστὸς, ὡς μόνος κραταιὸς καὶ δυνατός. Omnino is tanquam fortis bellator saepius hoc respectu describitur. Chrysostomus homil. II. in Matth. sub initium dicit: Ἐννόησον γὰρ ἡλίκον ἐστὶν ἀκοῦσαι, πῶς μὲν ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ τῶν θρόνων ἀναστὰς τῶν βασιλικῶν, καὶ εἰς τὴν γῆν καὶ εἰς αὐτὸν τὸν ᾅδην ἥλατο ὁ θεὸς, καὶ ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἔστη. Ex hoc autem Evangelii Nicodemi loco imitatione expressa vel conficta videri possint, quae Petrus Chrysologus serm. 65. de Lazari anima ex inferis Christo jubente, Tartaro

Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ. Καὶ εὐθέως ἅμα τῷ λόγῳ τούτῳ αἱ χαλκαῖ πύλαι συνετρίβησαν καὶ οἱ σιδηροῖ μοχλοὶ συνεθλάσθησαν, καὶ οἱ δεδεμένοι πάντες νεκροὶ ἐλύθησαν τῶν δεσμῶν, καὶ ἡμεῖς μετ' αὐτῶν. Καὶ εἰςῆλθεν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ὥςπερ ἄνθρωπος, καὶ πάντα τὰ σκοτεινὰ τοῦ ᾅδου ἐφωτίσθησαν.

---

frendente repetita tradit. *Ubi Christus*, inquit, *coepit inferi pulsare fores, portas tartari submovere, occurrit ei tartari tota furens potestas, et videns hominem sciscitabatur, quis iste esset, quid auderet. Cui dicenti, quis esset, responderunt prophetica voce ministri resurrectionis angeli: Ipse est rex gloriae, ipse est fortis et potens in praelio.* Tartarus his dictis etiam altera vice repetitis denegat fidem, et *per consuetos nuncios recurrit ad caelum, et invidiosa interpellatione deplorat* coram Domino, quod *homo, qui dicatur Christus, dei filium se jactans*, praeter alia contra jus fasque facta *animas exemtas carne et poenae jam suaeque* (scil. Tartari) *custodiae deputatas ad corpora redire compellat. Ad haec filius de sinu patris respondet: Pater, justum est, ut carcer non innocentes teneat, sed nocentes. Quamdiu propter Adae solius noxam patriarchas, prophetas — hic carnifex ad se trahere crudeli infestatione non cessat? Pater, ego Adae debitum solvam, ut per me tibi vivant, qui per Adam moriuntur inferno.* Tunc *Tartarus ad reddendos mortuos Christo jussus est obedire;* et postquam clamaverat Christus: *Lazare, veni foras! Tartarus ligatis manibus et pedibus Lazarum retulit ad superna.* Plura insunt huic loco, e quo ista excerpsimus, notatu digna. Nos jam satis habemus notasse istam confusionem notionum tartari et sepulcri, de qua supra diximus ad cap. XX. Praeter Eusebium ibi laudatum similiter Chrysostomus homil. XI. *in quatrid. Laz.*, ubi dixerat, Lazarum, etsi jam antea facta fuisset Christi oratio ad patrem, prius tamen non ex sepulcro prodiisse, quam fieret Servatoris allocutio: *Lazare, veni foras!* ibi exclamat: *ὢ ᾠδῃ, προσευχὴ γέγονε, καὶ οὐκ ἀπολύεις τὸν νεκρόν;* Sic etiam Prudentius in *Enchiridio utriusque Testamenti* num. 38. *Conscius insignis facti locus in Bethania Vidit ab inferna te, Lazare, sede reversum.* — *ὥςπερ ἄνθρωπος*,) S. R. Augustius in adnotationibus ad Eusebii oratt. pag. 165. ex his verbis colligit, secundum auctoris nostri sententiam Christum anima pariter et corpore ut verum et plenum *θεάνθρωπον* ad inferos

vaticinatus sum. Et nunc quae supra dixi, dico tibi. *Dominus fortis et potens, dominus potens in bello ipse est rex gloriae. Et ipse dominus de caelo in terris prospexit, ut audiret gemitum vinculorum et ut solveret filios interemptorum.* Et nunc, spurcissime et foetidissime infere, aperi portas tuas, ut intret rex gloriae. Haec dicente David ad inferum supervenit in forma hominis dominus majestatis, et aeternas tenebras illustravit et insoluta vincula disrupit; et invictae virtutis auxilium visitavit nos sedentes in profundis tenebris delictorum et in umbra mortis peccatorum.

---

descendisse. Ego vero negaverim hanc fuisse ejus mentem et crediderim recte Latinum interpretem illas voces reddidisse *in forma hominis.* Scilicet Christus *secundum solam animam*, in quo consentiunt veteris ecclesiae doctores, fuit apud inferos, sed anima ejus figuram habuit et lineamenta hominis, ut recte ex ista veterum opinione, de qua supra ad cap. XVIII. monuimus, ὥσπερ ἄνθρωπος, *in forma hominis* ad inferos accessisse dici posset. Confirmatur haec explicatio loco Epiphanii haer. 69. pag. 789. Is enim ibi dicit: Christum πληρῶσαι τὰ κατὰ τοῦ ᾅδου ἐν τῇ ἰδέᾳ τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τὸν ᾅδην· ἵνα ὁ ἄρχων ὁ ᾅδης καὶ ὁ θάνατος χειρώσασθαι ἄνθρωπον θελήσας, κατὰ ἄγνοιαν ἀγνοῶν τὴν ἐν τῇ ψυχῇ τῇ ἁγίᾳ θεότητα κτλ. *Christum sub hominis specie ad inferos descendentem, quae illic obeunda essent praestitisse; ut dum inferorum princeps et mors hominem captivum tenere vellent, conjunctam cum anima divinitatem ignorantes, ipsi potius caperentur.* Apparet igitur Epiphanium, etsi Christi descensum *quoad solam animam cum divinitate conjunctam* factum putaret, quod aliis quoque locis haer. 20. pag. 49. et haer. 69. pag. 775. perspicue profitetur, tamen dixisse, eundem ἐν τῇ ἰδέᾳ τοῦ ἀνθρώπου vel tanquam ἄνθρωπον inferis apparuisse, ut tartari princeps et mors deciperentur. Ceterum observa τὸν ᾅδην et τὸν θάνατον ab Epiphanio tanquam duos daemones proponi, et illam supra expositam opinionem de diabolo humana Christi natura decepto ad hos quoque transferri. Alios scriptorum ecclesiasticorum locos, qui Christum etiam corpore apud inferos fuisse significare videntur,

CAPVT XXII.

Καὶ εὐθὺς ἐβόησεν ὁ Ἅιδης· Ἐνικήθημεν, οὐαὶ ἡμῖν. Ἀλλὰ τίς εἶ ὁ ἔχων τοσαύτην ἐξουσίαν καὶ δύναμιν; Καὶ ποῖος εἶ ὁ χωρὶς ἁμαρτίας ὧδε ἐλθὼν, ὁ μικρὸς ὁρώμενος καὶ μεγάλα δυνάμενος, ὁ ταπεινὸς καὶ ὑψηλὸς, ὁ δοῦλος καὶ δεσπότης, ὁ στρατιώτης καὶ βασιλεὺς, ὁ τῶν νεκρῶν καὶ τῶν ζώντων ἐξουσιάζων; Ἐν τῷ σταυρῷ προς-

---

revera id non significare facile intelliges, si modo illam confusionem notionum inferni et sepulcri recte observabis, nec oblivisceris plerosque ecclesiae doctores paradoxa et oxymora et sententias captum humanum superantes amare. In ed. Lips. extrema capitis pars additamentum habet. *Haec dicente David ad inferum ecce desideratus omnibus dei filius, rex gloriae, supervenit in forma hominis, et aeternas tenebras splendore vultus sui illustravit, et omnes portae infernales et vectes et serae confractae sunt in adventu ejus, et omnia locum illi et viam dederunt. Videntes* (cod. Hal. add. *itaque*) *omnes sancti salvatorem Jesum venientem cum angelis ex nimio gaudio sunt obstupefacti nec sunt ausi exclamare, sed laeto corde cum silentio dixerunt: Advenisti, redemtor noster, domine Jesu Christe, rex gloriae, et liberasti nos de jugo impiorum et salvasti nos. Tunc introiens Christus ad eos vincula, quibus erant colligati, disrupit, et omnium dolorum et anxietatum, quas prius habuerant, immunes esse jussit.* Eadem fere dat cod. Hal.

Cap. XXII. *Καὶ εὐθὺς ἐβόησεν*) Vatic. om. *Καὶ*. Quae Graecus auctor solum inferum exclamantem facit, Latina editio infero et morti et impiis officiis crudelibusque ministris eorum tribuit. Mortem ab infero et Satana tanquam personam etiam ab Epiphanio aliisque distingui supra notavimus. — *Ἐνικήθημεν κτλ.*) Male ed. Fabr. *Vincti* pro *Victi*. Sequentia textus Latini verba in codd. et edd. varie leguntur. In cod. Einsidl. pro *dirigis* fortasse scribendum *dirigeris*, ut sensus sit: *Quis es tu, qui a domino mitteris ad nos confundendos et perterrendos?* (Auctor. homil. *in sepulcrum Christi* Epiphanii Opp. Tom. II. pag. 271. angelum exclamantem facit: *αἰσχύνθητε, ἐναντίοι πολέμιοι, confundamini pudore, hostes.* Tum infra rhetoricis co-

CAPVT XXII.

Haec videns inferus et mors et impia officia eorum cum crudelibus ministris expaverunt in propriis regnis agnitam tanti luminis claritatem, dum Christum repente in suis sedibus viderunt, et exclamaverunt dicentes: Victi sumus a te. Qui es tu, qui a domino dirigis ad confusionem nostram? Quis es tu, qui sine exitio corruptionis, incorrupto argumento majestatis, furore condemnas potestatem nostram? Quis es tu tam magnus et parvus, humilis et excelsus, miles et imperator, in forma servi admirabilis praeliator, et rex gloriae mortuus et vivus, quem crux portavit occisum? Qui mortuus jacuisti in sepulcro, vivus ad nos descendisti. Et in tua morte omnis terruit

---

loribus adumbrat daemonum et principum inferi consternationem et terrorem.) Sed scriba cod. totum hunc locum videtur corrupisse. Ed. Fabr. *Vincti jam sumus a te, ad dominum dirigis confusionem nostram. Quis es tu, qui sine exitio corruptionis incorruptum argumentum majestatis fulgores habes contemnens?* Sensum horum verborum putaverim esse hunc: *Vincti jam sumus a te, ad dominum dirigis nos confusos et perterritos, nempe in triumphum ducendos.* Coloss. II, 15. *Quis es tu, qui corruptioni non obnoxius, quod certissimum est majestatis divinae documentum, quos negligis et quibus te exuis fulgores divinitatis habes etiam in forma servi?* Phil. II, 7. Cod. Hal. et ed. Lips. *Victi sumus, o Jesu, a te. Quisnam es tu, o homo, qui ad deum petitionem tuam dirigis in confusionem nostram? Quis es tu, qui sine virtutis damno et absque majestatis tuae corruptione potentiam nostram condemnas?* Cod. Havn. *Victi sumus a te. Quis est enim, qui domino nostro Satan adversatur? Quis es tu, qui sine aliqua potestate condemnas potestatem nostram?* Cod. Cors. *Victi sumus a te. Quis es tu, qui sine exitio et corruptione, incorruptum argumentum majestatis, furore condemnans potestatem meam?* Scripturam cod. Hal., ad quam proxime accedit vers. Anglosaxonica, reliquis facile praeferes. — χωρὶς ἁμαρτίας) Cod. Vat. χωρὶς ἁμαρτιῶν. Conf. Hebr. IV, 15. Id. articulum ὁ ante

ηλώθης, (καὶ ἐν τῷ τάφῳ ἐτέθης, καὶ ἄρτι ἐγένου ἐλεύθερος,) καὶ κατέλυσας πᾶσαν τὴν δύναμιν ἡμῶν. Ἄρα σὺ εἶ ὁ Ἰησοῦς, περὶ οὗ ἔλεγεν ἡμῖν ὁ ἀρχισατράπης Σατᾶν, ὅτι

δεσπότης add. — καὶ ἐν τῷ τάφῳ ἐτέθης, καὶ ἄρτι ἐγένου ἐλεύθερος,) Haec semicirculis cincta e cod. Vat. textui inseruimus. Similiter auctor Pentecostarii p. 156. κύριε, νεκρὸς προσηγορεύθης ὁ νεκρώσας τὸν θάνατον, ἐν μνήματι ἐτέθης ὁ κενώσας τὰ μνήματα. Saepe oratores veteris ecclesiae speciosas naturae divinae et humanae in una Christi persona conjunctae ἐναντιότητας sic describunt. Latina editio habet additamenta quaedam, velut id quod respicit Hades signa tempore mortis Christi facta. Matth. XXVII, 51. sq. Conf. Eusebii orat. pag. 25. Memorabile vero imprimis illud est, quod captivi apud inferos *originali peccato adstricti* dicuntur, itaque ab originali labe captivitatis illius causa repetitur. Graecus auctor cum interprete Anglosaxonico hanc de originali labe rationem ignorat, et satishabet cum vetustioribus patribus docuisse, Adamum ejusque posteros propter peccatum primum e paradiso ejectos et diaboli principisque inferorum potestati subjectos vel inferno addictos esse. Vid. cap. XXIII. verba τοῦ ᾅδου ad diabolum: πάντα ὅσα ἐκέρδησας διὰ τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως, διὰ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ πάντα ἀπώλεσας. Item quod Christus cap. XXIV. dicit πάντας διὰ τοῦ ξύλου, οὗ ἥψατο Ἀδὰμ, θανατωθῆναι. Sequitur hoc ex ipsa Pauli apostoli doctrina. Nam cum morte, quam Adamus inobedientia sua sibi conscivisse et in omnes posteros propagasse traditur, descensus animae ad inferos arctissime conjunctus est. Augustiniana vero formula medii demum aevi scriptores Latini usi sunt. Sic Priminius abbas sec. VIII. in *libello paroenetico* a Mabillonio Analect. Tom. IV. pag. 574. edito: *Deinde corpus Christi jacuit in sepulcro, et dum illud sacrum corpus in sepulcro jaceret, anima Christi descendit ad infernum. Idem eripuit Adam primum hominem et omnes patriarchas et prophetas et justos, qui propter originalia peccata ibidem detinebantur; unde dominus dicit: Ero mors tua, o mors, ero morsus tuus, o inferne. Deinde alligavit diabolum et exspoliavit infernum.* Pseudo-Alcuinus *de divinis officiis* cap. 41. (ed. Froben. Tom. II. pag. 509.) *Descendit ad inferna, in anima sola. Quare? ut electos, qui ibi detinebantur injuste propter originale peccatum, liberaret et ad coelos reduceret.* Animadverte tamen ab illo dici

(*al.* contremuit) creatura, et universa sidera commota sunt; et nunc factus es inter mortuos liber et legiones nostras perturbas. Quis es tu, qui illos, qui originali peccato adstricti tenentur, absolvis captivos et in libertatem pristinam revocas? Quis es tu, qui peccatorum tenebris excoecatos divina et splendida luciferaque luce perfundis? Similiter et omnes legiones daemonum simili perterritae pavore, ex pavida subvertatione una voce clamaverunt dicentes: Unde es tu, Jesu, tam fortis homo et splendidus in majestate, tam praeclarus sine macula et mundus a crimine? Ille enim mundus terrenus, qui nobis subjectus fuit semper usque nunc, qui nostris usibus tributa persolvebat, nunquam nobis talem mortuum hominem transmisit, nun-

---

originalia peccata numero plurali, et ab hoc notari *injustitiam* in eo, quod electi propter peccatum originale in inferno detinerentur. Fortasse igitur ne isti quidem auctores de *peccato originali* proprio sensu cogitarunt, sed peccatum Adamiticum vel lapsum Adami intellexerunt, consentientes cum aliis vetustioribus patribus, velut cum Pseudo-Ambrosio in comment. in ep. ad Ephes. IV, 8. *Exspoliavit inferos, cum captivos, quos ex praevaricatione Adae aut propriis captos peccatis in conditione tenebant, abstulit.* Quibuscum confer, quae idem ad ep. ad Rom. V, 12. scribit: *Est et alia mors, quae secunda dicitur in gehenna, quam non peccato Adae patimur, sed ejus occasione propriis peccatis acquiritur: a qua boni immunes sunt, tantum quod in inferno erant, sed superiori, quasi in libera,* (scil. *custodia,*) *qui ad coelos ascendere non poterant; sententia enim tenebantur data in Adam, quod chirographum in decretis morte Christi deletum est.* Graecorum lingua ne vocabulo quidem gaudet, quod Augustiniano illi prorsus respondeat. Nam *ἡ τοῦ προπάτορος* vel *ἡ προπατορικὴ ἁμαρτία* et *ἡ τῶν προγόνων* vel *ἡ προγονικὴ ἁμαρτία* significant potius lapsum Adami, quam effectum ejus, peccatum vel vitium originale proprie sic dictum. Quidam hoc *τὴν πατροπαράδοτον ἁμαρτίαν* appellarunt. Ad origines Latinae editionis indagandas hanc observationem facere, non est quod lectores moneamus. — *ὁ Ἰησοῦς,*) Vatic. *ὁ κύριος.* —

διὰ σταυροῦ καὶ θανάτου μέλλεις κληρονομῆσαι ὅλον τὸν κόσμον. Τότε ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης κρατήσας ἐκ τῆς κορυφῆς τὸν ἀρχισατράπην Σατᾶν καὶ παραδοὺς αὐτὸν τοῖς ἀγγέλοις εἶπε· Σιδηροῖς καταδεσμήσατε τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας καὶ τὸν τράχηλον καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ. Εἶτα παραδοὺς τοῦτον τῷ Ἅιδῃ ἔφη· Λαβὼν αὐτὸν κάτεχε ἀσφαλῶς ἄχρι τῆς δευτέρας μου παρουσίας.

Σιδηροῖς) Supplendum *δεσμοῖς*. Christus Satanam inferorum principi vinciendum catenis ferreis et custodiendum tradit usque ad secundum adventum suum, h. e. illud tempus, quo ad judicium habendum rediturus sit. Hoc commentum ex opinionibus Judaeorum illustrandum est. Hi enim olim exspectarunt, Messiam, antequam regnum illud milliarium conditurus sit, pios Israelitas ex Orco liberaturum et in vitam revocaturum, Satanam contra catenis vinctum in Orcum dejecturum ejusque tyrannidem destructurum esse, ne pios parata ipsis in hac terra felicitate possit defraudare; illis vero mille annis peractis Satanam e carcere dimissum denuo atrocissima contra cives regni Messiani bella excitaturum esse, sed finitis his brevi post in geennam vel lacum sulphureum detrusum iri aeterno flammarum cruciatu plectendum, tumque resurrectionem omnium hominum, judicium extremum, hujus mundi interitum et novi creationem aliaque hiscum conjuncta futura esse. Vid. Bertholdt in Christologia p. 181. sqq. Apostoli et veteres Christiani varie de his Judaeorum exspectationibus statuerunt, cum alii regni millenarii spem foverent, alii ignorarent vel inanem putarent. Ex illorum numero fuit auctor Apocalypseos. Vid. cap. XX et XXI. Ab horum partibus stetit Paulus Apostolus. Vid. 1 Cor. XV, 23—28. 1 Thess. IV, 15—17. 2 Thess. I, 6—10. II, 3—12. conf. Matth. XXIV, 29—31. XXV, 31—46. Nostro auctori id proprium est, quod resurrectionem piorum Israelitarum quodammodo jam factam esse putat, (vid. cap. XXIV et XXVII. coll. Matth. XXVII, 52. 53. et 2 Tim. II, 18.) itemque Satanam a Christo apud inferos commorante vinctum, ac si regni millenarii securitas et felicitas inde a prima Christi in terris praesentia initium ceperit. Temporis terminum, usque ad quem Satanas in custodia inferi permansurus sit, ponit alterum Christi adventum; ante quem Henochum et Eliam venturos et cum Antichristo pugnaturos esse opinatur, (quod fieri

quam talia munera inferis destinavit. Quis ergo es tu, qui sic intrepidus nostros fines ingressus es, et non solum nostra supplicia non vereris, sed insuper de nostris vinculis omnes auferre conaris? Forsitan tu es ille Jesus, de quo princeps noster Satan dicebat, quod per mortem tuam crucis totius mundi potestatem accepturus esset. (*fort.* esses.) Tunc rex gloriae majestate sua conculcans mortem, et comprehendens Satan principem tradidit inferi potestati, et adtraxit Adam ad suam claritatem.

---

non potest nisi diabolo ex infernali carcere liberato 2 Thess. II, 9.) ita quidem ut ab illo occidantur, sed post triduum resuscitentur in vitam et nubibus vecti per aerem domino obviam rapiantur. Vid. cap. XXV. extr. ibique notata. Fictiones Judaeorum de daemonibus ad tartarum demissis ibique catenis constrictis enarrarunt Ewaldus ad Apocal. IX, 14. et XX, 1—3. aliique interpp. ad ep. Jud. v. 6. et 2 Petr. II, 4. Declamationes autem Graecorum Latinorumque patrum de diabolo a Christo profligato, de dracone crucis cuspide confosso et quae sunt harum similes, et picturae ejusmodi, quales teste Eusebio de vita Constant. III, 3. jam sec. IV. exstiterunt, nihil faciunt ad nostrum locum illustrandum. Eusebius ille, a quo Evangelii hujus fabulas saepius vidimus rhetorice exornari, paucis hoc argumentum absolvit Judaica commenta silentio praetermittens pag. 28. *Τότε λαβὼν ὁ κύριος τὸν διάβολον ἔδησεν αὐτὸν ἀλύτοις δεσμοῖς καὶ κατήγαγεν εἰς τὰ καταχθόνια τοῦ ᾅδου.* Etiam interpres Latinus de temporis termino illo, usque ad quem Satanas inferorum principi traditus sit, tacet. Causam silentii facili conjectura assequeris. Extrema particula capitis in ed. Fabr. male variata sic legitur: *Tunc gloriae dominus conculcans mortem et comprehendens principem inferorum privavit omni sua potestate, et attraxit patrem nostrum terrenum ad suam claritatem.* Similiter cod. Havn. *Tunc rex gloriae majestate sua conculcans mortem comprehendensque Satan principem atque inferni potestatem, adduxit Adam ad suam claritatem.* Ed. Lips. *Tunc rex gloriae Christus dominus majestatis suae potentia conculcans mortem et comprehendens Satan principem tradidit et inferi potestatem,* [sic] *et attraxit Adam ad suam divinam gloriam.* Codd. Corn.

CAPUT XXIII.

Καὶ ὁ Ἅιδης παραλαβὼν τὸν Σατᾶν ἔλεγεν αὐτῷ· Βεελζεβοὺλ, κληρονόμε τοῦ πυρὸς καὶ τῆς κολάσεως, ἐχθρὲ

---

et Hal. cum nostro Einsidl. consentiunt. Offensioni fuit hoc quod dictum est, Satanam potentissimum potestati principis inferorum subjectum esse. Propterea nonnulli scripturam hujus loci mutarunt. Paulo supra, quod e cod. Einsidl. dedimus, *ex pavida subvertatione*, vitiosum est. In aliis codd. legitur *pavida subjectione*.

Cap. XXIII. *τὸν Σατᾶν*) Vatic. *τὸν Σατανᾶν*. Loco seq. *Βεελζεβοὺλ* Latini codd. omnes sec. Vulg. *Beelzebub*. Vid. Grotius, Wetstenius aliique interpp. ad Matth. X, 25. In cod. Havn. infra Satan appellatur *possessor cloacarum atque putredinum*, quae interpretatio nominis *Beelzebul* בַּעַל זְבוּל videri possit. — *κληρονόμε τοῦ πυρὸς*) Vatic. *κληρ. τοῦ σκότου*, ut supra. Nostrae scripturae patrocinatur quod adjectum est *καὶ κολάσεως*. Quem antea Hades appellaverat *κληρονόμον τοῦ σκότους*, *possessorem, dominum inferni*, eum nunc compellat *κληρ. τοῦ πυρὸς καὶ κολάσεως*, quippe damnatum ad poenas gravissimas. Apocal. XX, 10. fingitur diabolus *βληθῆναι εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς καὶ θείου*. Eusebius orat. *de proditione Judae* p. 13. de Juda: *παραδείσου αἰχμάλωτος καὶ γεέννης κληρονόμος*. Eodem sensu Matth. XXIII, 15. *υἱὸς γεέννης*. In Latina edit. oratio principis inferorum ad Satanam eloquentiae quoddam studium prodit, quod agnovit Bellosobrius *Hist. crit. du Manicheisme* Tom. I. p. 374. *C'est le plus bel endroit de la pièce. L'orateur y prête au prince du Tartare toute son eloquence. Il lui prête même des sentimens, qui feroient croire, qu'il y a encore quelques principes de justice aux enfers.* Ab initio orationis istius plura sunt, quae explicatione egent. Vox *exterminatio* vel *exterminium*, quae proprie est *extra terminos ejectio*, h. l. idem quod *perditio*, *devastatio*. Tertullianus adv. Jud. cap. 8. *Itaque requirenda tempora exterminii civitatis Hierusalem, id est vastationis ejus.* Vetus Bibliorum interpres non semel *ἀφανίζειν exterminare* et *ἀφανισμός exterminium* reddit; velut Baruch. III, 19. *ἠφανίσθησαν καὶ εἰς ᾅδου κατέβησαν*, *exterminati sunt et ad inferos descenderunt*. Conf. 2 Macc. V, 13. Inde eandem interpretationem Glossae Graeco-Latinae repetunt. Vid. Suiceri Thes. eccles. Tom. I. col. 591.

CAPVT XXIII.

Tunc inferus suscipiens Satan principem cum nimia increpatione dixit ad eum: O princeps perditionis et dux exterminationis, Beelzebub, derisio angelorum dei, sputio justorum, quid haec facere voluisti? Regem gloriae crucifigere voluisti, in cujus exitu mortis tanta spolia nobis promisisti? Ignorasti ut insipiens quod egisti. Ecce enim jam iste Jesus suae divinitatis fulgore fugat omnes tenebras mortis, et firma ima carcerum confregit, et ejecit captivos, solvit vinctos. Et (*al.* En) omnes, qui sub nostris solebant suspirare tormentis, insultant nobis, et deprecantibus (*leg.* deprecationibus) eorum expugnan-

---

Passim etiam Graeco ἐξολοθρεύειν in Vulg. respondet *exterminare*. Sic Ps. XXXVII, 9. *οἱ πονηρευόμενοι ἐξολοθρευθήσονται*, *qui nequiter agunt*, *exterminabuntur*. Itaque nihil differunt *princeps perditionis et dux exterminationis*. Quemadmodum Christus Act. III, 15. Hebr. II, 10. *ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς* vel *τῆς σωτηρίας*, *auctor vitae et salutis*, ita diabolus, *auctor mortis et perniciei*, *ἀρχηγὸς τῆς ἀπωλείας*, *ὀλοθρευτής*. Cum Graecis verbis *κληρονόμε τοῦ πυρὸς καὶ κολάσεως* haec Latina non licebit componere, nisi *principem perditionis* intelligere velis *principem perditioni et exitio a deo addictum*. Quod sequitur nomen *Beelzebub*, in cod. Hal. epitheton habet *tricaput*, in cod. Havn. *tricapita*, quod fortasse scribendum *tricapite*. Pro adject. *triceps* medii aevi scriptores utuntur etiam formis *tricapitinus* et *tricapitus*. Vid. Acta SS. Julii Tom. I. p. 439. Graecum est, ut infra videbimus, *τρικέφαλε Βεελζεβούλ*. Quod ad rem attinet, in Apocal. XII, 3. Satanas describitur tanquam *δράκων μέγας πυῤῥὸς ἔχων κεφαλὰς ἑπτά*. Eadem imago in *Kidduschin* fol. 29. 2. *R. Acha pernoctavit in ἀκροατηρίῳ. Mox visus ei est daemon forma draconis septem habentis capita*. Comparantur autem diabolus et daemones non tantum cum draconibus vel serpentibus, sed etiam cum canibus. Fortasse triceps diabolus figuratus est ad similitudinem tricipitis Cerberi sive potius tricipitis Hecates. *Derisio angelorum*, *κατάγελως τῶν ἀγγέλων*, est qui deridetur vel ludibrio habetur ab an-

τῶν ἁγίων, διὰ ποίαν ἀνάγκην ᾠκονόμησας σταυρωθῆναι τὸν βασιλέα τῆς δόξης; ἢ τὸ ἐλθεῖν ὧδε καὶ ἐκδῦσαι ἡμᾶς;

---

gelis Similiter Pentecostarium pag. 122. de Hade: *καὶ ἡ γῆ ἐσαλεύθη, καὶ ἐτρόμαξεν ὁ πανγέλαστος ᾅδης καὶ πάντας δεσμίους ἀπέλυσεν.* Denique *sputio justorum*, pro quibus cod. Hal. *sputum justorum* et cod. Havn. *sputa justorum*, *ἔμπτυσμα τῶν δικαίων*, notat *κατάπτυστον*, *conspuendum*, contemtu dignissimum, vel eum, qui jam a justis ignominia et contumelia afficitur. Vid. interpp. ad Matth. XXVI, 67. et V, 22. ubi vocem *ῥακά* olim plures a verbo רקק derivarunt. Male ed. Fabric. *spurcitia justorum*. Restat ut afferamus verba Eusebianae orationis ad illustrandum ejusdem cum Latino textu consensum. Ibi enim pag. 26. ed. August. haec Hadis ad diabolum oratio: *Τρικέφαλε Βεελζεβούλ, ἔκτρωμα τῶν ἀγγέλων, κατάγελως τῶν δικαίων, ἐπίχαρμα τῶν ἁγίων κτλ.* Praeter ea, de quibus antea diximus, memorabilis est in his compellatio *ἔκτρωμα τῶν ἀγγέλων*, *foetus abortivus inter angelos*. Vid. interpp. ad 1 Cor. XV, 8. Vereor autem, ne hoc vitium sit scripturae pro *ἔκπτωμα*, quod ad diaboli lapsum pertineat. Nemesius *de natura hominis* cap. I. p. 54. ed. Matthaei: *οὕτω δέ τινες καὶ τοὺς ἀγγέλους βούλονται μηκέτι μετὰ τὴν ἔκπτωσιν τυγχάνειν τῆς ἐκ μετανοίας συγγνώμης· θάνατος γὰρ τούτων ἡ ἔκπτωσις* Hunc imitatur Joannes Damasc. de orthod. fide lib. II. cap. 4. *χρὴ γινώσκειν, ὅτι ὅπερ ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁ θάνατος, τοῦτο τοῖς ἀγγέλοις ἡ ἔκπτωσις.* Conf. Theodoret. fabul. haeret. compend. lib. V. cap. 8. p. 407. ed. Hal. In Pseudo-Ignatii ep. ad Philippenses, quae de diabolo multa continet notatu digna, cap. XI. dicitur ille *ὁ ἀποστάτης ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἀγγέλων ἐξωσθείς.* Nullam enim video rationem satis aptam illius appellationis diaboli, nisi forte *foetum abortivum* pro *monstroso* dictum velis. — *διὰ ποίαν ἀνάγκην — ἐκδῦσαι ἡμᾶς;*) Birch. e cod. Vat. edidit *διὰ π. ἀν. ᾠκ. στ. τὸν βασ. τῆς δόξης τὸ ἐλθεῖν ὧδε ἐκδῦσαι ἡμᾶς; Quanam necessitate coactus crucifigi jussisti regem gloriae, ita ut huc venerit nos expoliaturus.* Infinit. *τὸ ἐλθεῖν* pro *ὥστε ἐλθεῖν*. Vid. Wineri Gramm. N. T. p. 267. ed. 3. Nostram scripturam praestantiorem sic interpretaberis: *quanam ex necessitate regem gloriae crucifigendum curasti? an ut huc ille veniret nosque exspoliaret?* Ita *τὸ ἐλθεῖν* pro *τοῦ ἐλθεῖν*, non de eventu, sed de consilio vel causa dictum est. Voculam *ἢ* rectius ponas circumflexam. Quamquam illa quoque scriptura non prorsus aliena est ab hoc loco,

tur imperia nostra et regna nostra vincuntur, et nullum jam nos reveretur genus hominum. Insuper et fortiter nobis comminantur, qui nunquam nobis superbi fuerunt mortui, nec aliquando potuerunt laeti esse captivi. O princeps Satan, omnium malorum, impiorum et refugarum pater, quid haec facere voluisti? [Quia] qui a principio usque nunc fuerunt desperati salutem et vitam,

---

cum alteram interrogationem, quam auctor reticuerit, supplere liceat. Elegantius autem scripsisset auctor *μὴ τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν ὧδε καὶ ἐκδῦσαι ἡμᾶς;* Scilicet credibile non est inferorum principi, diabolum id, quod factum est, fieri voluisse. Vid. Hermann. ad Viger. p. 789. Haud dubie inest his verbis ironia. Hades diabolum irridet, quod dum Judaeos instigaverit ad regem gloriae cruci affigendum, quasi occoecatus in se ipsum saevierit, et fatali quadam necessitate ad perniciem suam accelerandam coactus sit. Verbum *οἰκονομεῖν* ab ecclesiasticis scriptoribus passim latiori significatu usurpatur, quo 3 Macc. III, 2. legitur *τούτων οἰκονομουμένων*, *his ita actis*, et 2 Macc. III, 14. *ἐπίσκεψιν οἰκονομεῖν* pro *ποιεῖσθαι*. Ita hoc quoque loco positum videtur. Sed fortasse ad usum dogmaticum vocis *οἰκονομία* simul alluditur, quo denotat mysterium passionis Christi et redemtionis, ad quod consummandum diabolus inscius et invitus contulisse traditur secundum *οἰκονομίαν*, *providentiam* dei hac in re potissimum conspicuam. Vid. ad cap. XX. Justinus dial. cum Tryph. cap. 103. *καὶ οὗτος* (Herodes) *ἐτελεύτα, πρὶν τὸν Χριστὸν εἰς τὴν οἰκονομίαν τὴν κατὰ τὸ βούλημα τοῦ πατρὸς γεγενημένην ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τῷ* (*al.* *ἐπὶ τὸ*) *σταυρωθῆναι ἐλθεῖν.* De usu vocis *οἰκονομία* apud patres, de quo nemo dum satis accurate exposuit, praeter Suicerum vulgo laudatum vid. Casaubonus ad epist. Gregorii Nysseni, Vulcanius ad Cyrillum Alex. contra Anthropomorphitas p. 26. Franc. Scorsus ad Theophanem Ceram. p. 460. Valesius ad Eusebii hist. eccl. I, 1. et X, 4. et ad Philostorgii hist. eccl. VI, 3. Dion. Petavius de dogmat. theolog. Tom. V. p. 56. ed. Antwerp. Gatakerus ad Antoninum p. 330. sq. col. p. 104. et Semlerus in introduct. ad Baumgartenii Theol. polem. Tom. I. p. 229. Denique verb. *ἐκδῦσαι* h. l. idem est quod alibi *σκυλεῦσαι τὸν ᾅδην* et *κενῶσαι* de Christo inferos exspoliante et evacuante. Sic Proclus hom. XI. in *dominic. pass.*

Ἐπιστρέφου καὶ ἰδὲ, ὅτι οὐδεὶς νεκρὸς ἐν ἐμοὶ κατελείφθη,

---

versus finem, Christum dicit σκυλεῦσαι τὸν ᾅδην. Eadem phrasis saepius in libris Graecorum ecclesiasticis legitur. Pentecostarium p. 175. καὶ ἀνέστη τριήμερος σκυλεύσας τὸν θάνατον καὶ συναναστήσας πάντας τοὺς φθαρέντας. Ibid. p. 158. τὰ βασίλεια τοῦ ᾅδου, βασιλεῦ ἀθάνατε, ἅπαντα ἐκένωσας, νεκροὺς τῇ ἀναστάσει ἐγείρας τῇ σῇ. Paracletice p. 4. τὸν ᾅδην ἐσκύλευσε Χριστός. Ibid. p. 55. ἐκένωσε τοὺς τάφους ὁ λυτρωτὴς, ἐσκύλευσε τὸν ᾅδην. Et p. 78. ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν καὶ ᾅδου κενώσας πρὶν τὸν πολυάνθρωπον πλοῦτον. De Latini textus et Graeci discrepantia non est, quod dicamus. Vitiosam scripturam cod. Einsidl. *inclusus exitu mortis* emendavimus *in cujus exitu mortis*. Reliqui libri h. l. sic variant. Cod. Cors. et ed. Fabric. *quid hic facere voluisti? Regem gloriae crucifigere voluisti, in cujus exitio tanta spolia nobis promisisti, ignorans ut insipiens quid egeris?* Cod. Havn. *quid hoc facere voluisti? In Jesu morte tanta spolia promisisti. Ignorasti insipiens quod egisti.* Ed. Lips. *quid haec facere voluisti? Aut qualia nobis spolia in morte Jesu promisisti? Ignorasti, canis immunde et insipiens, quod elegisti.* Cod. Hal. *quid hoc facere voluisti? Et regem gloriae crucifixisti, in cujus exitu mortis tanta spolia promisisti? Ignorans canis insipiens, quid egisti?* Saepius patres diabolo ignorantiam et insipientiam ipsi perniciosam exprobrant, velut Pseudo-Ignatius ep. ad Philipp. cap. 4. ἑαυτῷ ἐστιν ἐναντίος. ἀγνοίας γὰρ πεπλήρωται, δι' ἑκούσιον παράνοιαν. πῶς γὰρ οὐκ ἔστι τοιοῦτος, ὃς μηδὲ πρὸ ποδῶν τῶν ἑαυτοῦ λόγον βλέπει; — Ἐπιστρέφου) Codd. Ἐπιστράφου. Iidem vitiose κατελήφθη pro κατελείφθη. Ne colligas ex his verbis, nostro auctori placuisse sententiam a Graecis nonnullis probatam, nempe Christi ad inferos descensu omnes inde liberatas esse animas. Nos supra ad cap. XVIII. jam observavimus, eum de solis piis et sanctis V. T. et qui Christo apud inferos praedicanti fidem habuissent, ad vitam vindicatis cogitasse. Docetur id. cap. XXIV. coll. Eusebii orat. p. 28. Praeterea etiam inde apparet, quod auctor animarum ex inferis liberationem cum corporum resurrectione, de qua Matth. XXVII, 52. sq. narrat, conjunxit. Matthaeus enim diserte testatus est, *multa mortuorum sanctorum corpora* domino resurgente surrexisse; minime vero pronuntiavit *omnes* ante Christi adventum mortuos in vitam revocatos esse. Latini codd. etiam plura continent, quae illum errorem prodere videntur, a quo Latina ecclesia semper abhorruit.

modo nullus eorum huic (*scrib.* hic) jam solito mugitus auditur, nec ullus eorum personat gemitus, nec in alicujus eorum facie lacrymarum vestigium invenitur. O

At vero his declamationibus, quibus auctor Christi apud inferos victoris triumphum celebrare gestit, non ita insistendum est, ut singula verba premas. Hoc enim consilio Haden desperatas conclamatasque diaboli res vividis coloribus depingentem facit, et id potissimum oratione exaggerat, quod qui antea Satanae potestati subjecti essent, omnes nunc eidem per Christum se ereptos esse laetentur. E variante scriptura codd. Latin. pauca quaedam liceat seligere. Verba *et firma — solvit vinctos* melius cod. Havn. *et ima claustra carceris confregit et captivos vinctos solvit.* Ed. Fabr. *ima carcerum et summa confregit, et cunctos ejecit captivos et universos vinctos solvit.* Vides infernum superiorem et inferiorem distingui. Eadem distinctio Augustino aliisque Latinis patribus probata est. Seqq. *et deprecationibus eorum* etc. illustrat ista ed. Lips. scriptura: *et deprecationibus suis ad Jesum imperia nostra et regna expugnantur et vincuntur.* Male ed. Fabric. *et deprecationibus eorum expugnamur. Impia regna nostra vincuntur.* Maxima autem est lectionum varietas in hoc commate *et nullum jam nos reveretur genus hominum.* Cod. Cors. *nullus jam nos reveretur.* Cod. Havn. *et non reveretur jam nos genus humanum.* Cod. Hal. *et nullum jam ad nos revertetur genus hominum.* Ed. Lips. *et amplius jam non est genus humanum apud nos.* Ed. Fabric. *et nullum jam genus hominum nobis relinquitur.* Haec proxime accedit ad Graeca ὅτι οὐδεὶς νεκρὸς ἐν ἐμοὶ κατελείφθη. Fortasse illae scripturae debentur librariis, qui opinionem de universali animarum ex inferno liberatione hujus libelli auctoritate propagari nollent. Quae sequuntur *Insuper — esse captivi.* ed. Lips. sic interpolata dat: *Insuper jam fortiter nobis comminantur, qui nunquam poterant erga nos superbire: et qui nunquam laeti fuerunt, modo admirabili exultatione pervenerunt in laudem Jesu.* Male ed. Fabric. *immo potius et nobis fortiter comminantur, quod nobis nunquam superbi fuerint mortui, nec aliquando potuerunt laeti esse captivi.* Fabricius locum obscuriorem ita intelligi volebat: *sed et comminantur nobis superbi illi, quod et in posterum neutiquam morituri aut potestati nostrae subjiciendi sint, neque unquam iterum sint futuri captivi nostri, qui jam laeti in libertate versantur.* Textus Einsidl. non eget interprete. Porro quod dicitur diabolus *refugarum pater*, notan-

ἀλλὰ πάντα ὅσα ἐκέρδησας διὰ τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως, διὰ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ πάντα ἀπώλεσας· καὶ πᾶσά σου ἡ χαρὰ μετηνέχθη εἰς λυπήν· καὶ τὸν βασιλέα τῆς δόξης θέ-

---

dum est *refugas* a Tertulliano aliisque scriptoribus vocari apostatas, qui a vero dei cultu discedunt. Satanas autem habetur apostasiae auctor, prout ipse est *ἀποστατικὴ δύναμις* Gregorio Nyss. contra Eunom. Tom. II. p. 845.; et *ὁ τῶν ἀποστατικῶν δυνάμεων ἄρχων* Olympiodoro in prooem. catenae in Jobum. Petrus Chrysol. Serm. 52. eundem appellat *antiquum refugam.* Ita etiam cod. Hal. *et pater impiorum et refuga.* Denique initio periodi *Quia qui a principio* voculam *Quia* ex iteratione syllabarum ortam uncis inclusimus, quam recte om. cod. Havn. Bis scriptum est *qui a.* Ed. Lips. *Ecce qui a principio.* Ed. Fabric. *Quod a principio.* Fortasse scribendum *Quot.* Pro *desperati salutem et vitam* cod. Havn. et ed. Fabric. *desperati salute et vita,* ed. Lips. *desp. a salute et vita.* Melius cod. Cors. *Qui a principio usque nunc fuerunt desperati salutem,* (i. e. *quorum de salute desperatum est,* vel *qui de sua salute desperaverant,*) *nunc invenerunt vitam. Nullus ergo eorum hic jam solito mugitu auditur, nec ullus eorum personat gemitus* etc. In nostro textu male *huic* pro *hic* i. e. *hoc loco. Solito* est adverbium, quod alibi dicitur *ex solito.* Sic certe cod. Havn. *modo nullus eorum hic solito mugitus auditur.* Aliter ed. Lips. *modo nullus eorum solitos gemitus proferre auditur.* Qualem inferni notionem editio Latina hoc aliisque locis prodat, paulo infra exponetur. — *ἀλλὰ πάντα ὅσα ἐκέρδησας κτλ.*) Supra ad cap. XXI. jam monuimus, saepius e Jes. XLV, 2. 3. infernum comparari cum thesauro, et animarum copias *διαβολικῇ πλεονεξίᾳ* ibi inclusas in Paracletice p. 78. vidimus dici *πλοῦτον* quasi *divitias* diaboli. Ad hanc similitudinem respicit verbum *κερδαίνειν*, quod Latinus interpres recte reddit *divitias acquirere.* Ipsam vero sententiam hoc loco propositam et cap. XXIV. repetitam patres Graeci et Latini frequentant. Primus quod sciam sic locutus est Irenaeus adv. haer. libr. V. cap. 17. p. 426. ed. Grab. *uti quemadmodum per lignum facti sumus debitores deo, per lignum accipiamus nostri debiti remissionem.* Et paulo infra: *Τοῦτον οὖν κεκρυμμένον ἀφ᾽ ὑμῶν* (sc. *τὸν λόγον*) *ἡ τοῦ ξύλου πεφανέρωκεν οἰκονομία. ἐπεὶ γὰρ διὰ ξύλου ἀπεβάλομεν αὐτὸν, διὰ ξύλου πάλιν εἰλήφαμεν.* Irenaeum imitatus est Tertullianus adv. Judaeos cap. 13. p. 328. et 330. ed. Semler. Propius ad nostri auctoris verba cap. XXIV.

princeps Satan, possessor clavium inferorum, illas tuas divitias, quas acquisieras per lignum praevaricationis et paradisi amissionem, [et] nunc per lignum crucis perdi-

---

accedunt Joannes Damasc. de orthod. fide lib. IV. cap. 11. ἐπειδὴ γὰρ διὰ ξύλου ὁ θάνατος, ἔδει διὰ ξύλου δωρηθῆναι τὴν ζωὴν καὶ τὴν ἀνάστασιν. Petrus Chrysol. serm. 59. *in symbolum Apost. Crucifixus est, ut quia per lignum mors venerat, rediret vita per lignum.* Idem serm. 60. pag. 93. *Mortem, quae per lignum venit, mortificatam scias esse per lignum: et credas majora tibi esse reddita per crucis arborem, quam perdidisse te per paradisi arborem suspirabas.* De arbore vitae symbolo ligni crucis diximus ad cap. XIX. Adde Mosem Barcepham Comment. *de paradiso* Parte II. cap. 6. *Alii crucem Christi putant arborem vitae dici, quia ex ea promanant omnia bona spiritualia, abolito peccato atque execratione.* Quod in Latino textu cod. Einsidl. Satan appellatur *possessor clavium inferorum*, id referendum est ad tempus antecedens, quo Christus nondum victor intraverat infernum. Postea Christus fingitur ἔχειν τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου. Apocal. I, 18. Conf. adnot. ad cap. XXI. Munus autem custodis inferorum, quod proprium est τοῦ ᾅδου, passim etiam diabolo tribuitur tanquam domino inferni, cujus sub potestate omnes, qui ante Christum ibi detinerentur, fuisse traduntur. Sic Chrysostomus hom. *in coemeterii appellationem et in crucem domini* ed. Savil. Vol. V. p. 563. Οὕτω καὶ ὁ χριστὸς ἐποίησε, τὸν λῃστάρχον καὶ τὸν δεσμοφύλακα τὸν διάβολον ὁμοῦ καὶ τὸν θάνατον διὰ τοῦ θανάτου αὐτοῦ δήσας, καὶ τὸν πλοῦτον πάντα, τῶν ἀνθρώπων λέγω τὸ γένος, μετήγαγεν εἰς τὰ ταμεῖα τὰ βασιλικά. Similiter Abaelardus apud S. Bernardum ep. 190. col. 1554. ed. Antwerp. *Nec diabolus unquam jus aliquod in homines habuit, nisi forte permittente deo ut carcerarius.* Cod. Cors. *O princeps Satan, possessor olim infernorum.* Fuit diabolus κληρονόμος τοῦ σκότους hoc sensu. Nunc est κληρονόμος τοῦ πυρὸς καὶ κολάσεως. Ed. Fabr. *O princeps Satan possessio infernorum.* Dubitare possis, utrum abstractum pro concreto positum sit, an Satan πρῶτον κτῆμα τοῦ ᾅδου dicatur, quoniam nunc ipse inferorum principi traditus est. Cod. Havn. *O Satan possessor cloacarum atque putredinum.* Vid. ad init. cap. Cod. Hal. *O impie Satan, possessor divitiarum: illas tuas divitias, quas per lignum praevaricationis* etc. Vocem *praevaricationis* in transgressu notamus sumtam esse ex interpret. vulg. Rom. V, 14. ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ, in

λων θανατῶσαι σεαυτὸν ἐθανάτωσας. Ἐπεὶ γὰρ παρέλαβόν σε ὥστε κατέχειν ἀσφαλῶς, ἐν πείρᾳ μαθήσῃ, ὅσα κακὰ πρός σε διαπράξομαι. Ὦ ἀρχιδιάβολε, ἡ τοῦ θανάτου ἀρχὴ, ἡ ῥίζα τῆς ἁμαρτίας, τὸ τέλος παντὸς κακοῦ, τί κακὸν εὑρὼν εἰς τὸν Ἰησοῦν [καὶ] ἐγύρευσας τὴν ἀπώλειαν αὐτοῦ;

---

similitudinem praevarioationis Adae. Eadem etiam olim in codd. Lat. Gal. III, 19. legebatur τῶν παραβάσεων χάριν, *praevaricationum gratia*, ubi Vulg. nova *propter transgressiones.* Vid. Sabatier ad h. l. Alibi *praevaricatio* pro apostasia a fide catholica. Cod. Theodos. lib. III. de Apostatis tit. 7. — Ἐπεὶ γὰρ κτλ.) Male Birch. e cod. Vat. haec sic describenda curavit: ἐπεὶ γὰρ παρέλαβόν σε ὥστε κατέχειν ἀσφαλῶς ἐνπειραμαθήσῃ. Ὅσα κακὰ πρός, σε διαπράξομαι, ὦ ἀρχιδιάβολε, κτλ. Haud dubie legendum ἐν πείρᾳ μαθήσῃ. Irenaeus adv. haer. V, 2. p. 400. ed. Grab. πείρᾳ δὲ μαθόντες. Nomina ἀρχιδιάβολος et ὁ ἀρχισατράπης Σατᾶν cap. XXII. recentiorem istius textus testantur aetatem, cui ejusmodi voces placuerunt. Est autem ἀρχιδιάβολος caput omnium reliquorum διαβόλων, quibus in regno inferorum tanquam rex praeest ὁ ἄρχων τῶν δαιμονίων Matth. IX, 34. XII, 24. Opponitur Christo, quem antiquiores ecclesiae doctores τὸν τῆς κατ' οὐρανὸν λογικῆς καὶ ἀθανάτου στρατιᾶς ἀρχιστράτηγον praeeunte Philone praedicarunt. Vid. Justini dial. cum Tryph. cap. 34. et Eusebii hist. eccles. I, 1. Seriores Graeci, quod testatur Scholiastes ad Eusebii l. l. a Valesio editus, ejusmodi locutiones a fide Nicaena abhorrere putarunt. Propterea quodammodo in locum Christi substituerunt Michaelem archangelum, *principem militiae coelestis*, ἀρχιστρατήγου nomine insignem et divinis honoribus ornatum. Vid. du Fresne in Glossariis s. v. *archistraticus* et ἀρχιστράτηγος, et Boissonade Anecdota Graeca Vol. II. (Paris. 1830.) p. 476. Uti igitur Michael ἀρχάγγελος dux est τῶν ἄνω στρατευμάτων, sic Satanas ἀρχιδιάβολος est ἄρχων δαιμονίας φάλαγγος. In reliquis de diabolo praedicatis, quod auctor dicitur peccati mortisque et summum omnium malorum, nihil est singulare. Similia innumeris locis leguntur. Voces ἀρχὴ, ῥίζα, τέλος redolent scholam. Earum loco alibi concreta ponuntur velut ὁ πατὴρ τοῦ θανάτου, ὁ εὑρετὴς τῆς ἁμαρτίας, ὁ βασιλεὺς τῆς κακίας. Petrus Chrysologus diabolum facit maritum mortis. Scribit enim Serm. 118. *Mors est inferni parens, diaboli conjux, omnium malorum regina.* In Lat. ed. *origo superbiae* pertinet

disti, et periit omnis laetitia tua. Dum istum Christum Jesum, regem gloriae, suspendisti, adversum te et adversum me egisti. A modo (*al.* Modo) cognosce, quanta tormenta aeterna et supplicia infinita passurus eris in mea custodia sempiterna. O princeps Satan, auctor mortis et origo superbiae, debueras primum istius Jesu causam malam requirere; et in quo nullam culpam cognovisti, quare sine ratione injuste eum crucifigere ausus fuisti, et

---

ad sententiam illam de superbia et fastu diaboli, primo ejus peccato pravitatisque causa. — *τί κακὸν εὑρὼν εἰς τὸν Ἰησοῦν καὶ ἐγύρευσας κτλ.*) Birch. e cod. Vat. *ἐγηρεύσῃς*. Paris. *ἐγύρευσες*. Nisi corrupta est scriptura, sumendum est auctorem ex usu infimae Graecitatis *γυρεύειν* pro *ζητεῖν* posuisse. Vid. Cangius in Gloss. s. h. v. Textum Lat. cod. Hal. uberiorem dat: *O auctor mortis, pessime Satan, et origo superbiae, debueras primum causam illius requirere: et si dignus esset,* (ed. Lips. add. *morte,*) *occideres, si non, dimitteres eum. Sed in quem* (h. e. *in quo*) *nullam culpam cognovisti, quare ausus fuisti injuste sine ratione crucifigere? Ad nostram regionem* etc. Similiter ed. Lips. Respicienda est h. l. totius doctrinae, quam Latinus libellus maxime exhibet, ratio et cohaerentia. Est autem haec. Propterea quod Adamus peccavit et vitiositas humanam naturam ita occupavit, ut etiam omnes ejus posteri peccarent, omnes jure meritoque mortis imperio diabolique potestati subjecti et inferno deputati sunt. Ibi ante Christi adventum *originali peccato adstricti tenebantur, peccatorum tenebris excoecati.* Cap. XXII. Ibi *sedebant in profundis tenebris delictorum et in umbra mortis peccatorum.* Cap. XXI. extr. Captivi et *insolutis vinculis peccatorum constricti* (cap. XX. extr. et cap. XXI. extr.) eorundem luebant poenas, *suspirantes et gementes sub tormentis.* Vid. supra. Nemo igitur ad inferos venit non peccator; neque potuisset diabolus *ἀναμάρτητον* hominem in poenali custodia detinere, quippe in quem nullam omnino haberet vim. Act. II, 24. Quare miratur inferorum princeps adventum Jesu Christi cap. XXII. *ποῖος εἶ ὁ χωρὶς ἁμαρτίας (sine exitio corruptionis) ὧδε ἐλθών;* Propterea exagitat idem hoc loco imprudentiam diaboli sibi ipsique funestam, quod causa incognita Jesum, in quo nullam mortis culpam invenerit, crucifigere ausus sit. Debebat autem secundum

πῶς ἐτόλμησας τοσοῦτον κακὸν ποιῆσαι; πῶς τοιοῦτον ἄνθρωπον ἐν τῷ σκότῳ τούτῳ καταγαγεῖν ἐμελέτησας, δι' οὗ πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος θανόντας ἐστερήθης.

---

oeconomiam divinam homo sine peccato illuc usque descendere, quousque homo separatus a deo peccati merito cecidisset, id est ad infernum, quo sacramentum redemtionis consummaretur. Conf. Fulgentius Rusp. ad Trasimundum lib. III. c. 30. Ita Christus crucifixus ad inferos penetravit; et qui per lignum praevaricationis diabolo emancipati erant, per lignum crucis in libertatem vindicati sunt. Conf. Hebr. II, 14. Diabolus ipse se defraudavit divitiis, quas acquisierat. Nihil novi et inauditi in hac doctrina. Id unum observes, in Latino libelli textu statum omnium etiam piorum apud inferos ita fere describi, ut non multum differre videatur ab eorum conditione, quos in purgatorio poenas dare ecclesia Romana etiamnum credit. Ab antiquioris ecclesiae mente id abhorret, et seculi quinti demum et sequentium scriptores potissimum Latini illam sententiam amplexi sunt. Exemplo sit Caesarius Arelatensis, qui in homil. III. *de paschate* Biblioth. PP. Max. Tom. VIII. p. 821. omnino plura profert, quibus nostri auctoris fabulam imitatus esse videtur. *Confestim igitur*, inquit, *aeterna nox inferorum Christo descendente resplenduit. Siluit stridor lugentium ille, soluta sunt onera catenarum, dirupta ceciderunt vincula damnatorum. Attonitae mentis obstupuere tortores. Omnis simul impia officina contremuit, cum Christum repente in suis sedibus vidit. Mox igitur ferruginei janitores descendente Christo talia inter umbrosa silentia caeci metu incubante submurmurant: Quisnam, inquiunt, est iste terribilis et niveo splendore chorus? Numquid noster talem excepit tartarus? numquid in nostram cavernam talem evomuit mundus? Invasor est iste, non debitor, exfractor est, non peccator: judicem videmus, non supplicem: venit jubere, non succumbere: erumpere, non manere. Ubinam putatis janitores nostri dormierunt, cum iste bellator claustra nostra vexabat? Hic si reus esset, superbus vel audax non esset. Si eum aliqua delicta fuscarent, numquam fulgore suo nostras tenebras dissiparet. Sed si deus est, quid in sepulcro facit? Si homo, quid praesumsit? Si deus, ut quid venit? Si homo, quare captivos solvit? Numquidnam iste cum auctore nostro composuit: aut forte ipsum aggressus vicit et sic regna nostra transivit? Certe mortuus erat, certe victus erat. Illusus est praeliator noster in mundo. Nescivit, quam hic stra-*

ad nostram regionem innocentem et justum perduxisti, et totius mundi noxios, impios et injustos perdidisti? Et cum haec loqueretur inferus ad Satan principem, tunc rex gloriae dixit ad inferum: Erit Satan princeps sub potestate tua in perpetua secula in loco Adae et filiorum ejus, justorum meorum.

---

gem procuraret inferno, crux illa fallens gaudia nostra, parturiens damna nostra. Per lignum ditati sumus, per lignum evertimur. Perit potestas illa semper populis formidata. Nullus huc vivus intravit, nemo carnifices terruit. Nunquam hoc in loco fuligine et nigra semper caligine coecato injucundum lumen apparuit. Attentus lector facile animadvertet, Caesarium non tantum re, sed etiam verbis nonnullis cum auctore nostro consistere. — πῶς ἐτόλμησας — ἐμελέτησας,) Cod. Paris. πῶς ἐτόλμησας μελετῆσαι reliquis, quae in cod. Vatic. interposita sunt, negligentia scribae omissis. — θανόντας) Birch. male θανευτας. Fortasse in cod. Vat. legitur θανέντας, quae forma saepius in paracletice reperitur in eadem phrasi. Pag. 4. et 104. σὺ συνήγειρας τοὺς ἀπ' αἰῶνος θανέντας. Pag. 102. συνανέστησαν αὐτῷ οἱ ἀπ' αἰῶνος θανέντες. Verba Christi ad principem inferorum, quae Latinus interpres extremo capiti addidit, in textu Graeco extremo cap. XXII. leguntur. Sed ibi Christus Hadis potestati Satanam tradit ἄχρι τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, non *in perpetua secula;* neque dicitur is substitui in locum Adae et filiorum ejus. Pro *filiorum ejus, justorum meorum* (h. e. *qui nunc meo judicio justi pronuntiati sunt*) cod. Cors. *filiorum ejus justorumque omnium.* Cod. Hal. *et filiorum ejus et sanctorum.* In Cod. Havn. *Erit Satan sub tua potestate in sempiterna secula.* Reliqua ibi omissa. Cap. XXIV. verba Christi ad Adamum, quem ex inferno liberaturus est, leguntur: *Pax tibi cum omnibus filiis tuis, justis meis.* Hac solemni salutatione Christus Adamum ejusque filios tanquam suos agnoscit iisque veniam dat ingrediendi in paradisum.

CAPVT XXIV.

Οὕτω τοῦ ᾅδου διαλεγομένου τῷ Σατανᾷ ἥπλωσεν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα, καὶ ἐκράτησε καὶ ἤγειρε τὸν προπάτορα Ἀδάμ. Εἶτα στραφεὶς καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς ἔφη· Δεῦρο μετ' ἐμοῦ πάντες ὅσοι διὰ τοῦ ξύλου, οὗ ἥψατο οὗτος, ἐθανατώθητε· πάλιν γὰρ ὑμᾶς διὰ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ πάντας ἐγὼ ἰδοὺ ἀνιστῶ. Πρὸς ταῦτα ἐξέβαλεν ἅπαντας ἔξω. Καὶ ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ θυμηδίας ἔμπλεως ὀφθείς· Εὐχαριστῶ τῇ μεγαλωσύνῃ σου, κύριε, ἔλεγεν, ὅτι ἀνήγαγές με ἐξ ᾅδου κατωτάτου. Οὕτω δὲ καὶ πάν-

---

Cap. XXIV. *ἤγειρε τὸν προπάτορα Ἀδάμ.*) Verba *ἐγείρειν* et quod infra sequitur *ἀνιστᾷν* explicanda sunt hoc loco ex opinione veterum de statu animarum separatarum, quem morti sive somno similem putarunt. Pariter Epiphanius orat. in sepulcrum Christi p. 273. *καὶ κρατήσας* (sc. *ὁ Χριστὸς*) *αὐτοῦ* (*τοῦ Ἀδὰμ*) *τῆς χειρὸς ἀνίστησι λέγων· Ἔγειρε ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. κτλ.* Notiones *mortis* et *hadis sepulcrique* arctissime sunt conjunctae. Apoc. I, 18. XX, 13. 14. (Athanasius de Virginitate Tom. I. p. 1054. Haden de Jesu dicentem facit: *τίς οὗτος ὁ ἐξ οὐρανῶν κατελθὼν καὶ σταυρωθεὶς καὶ ὑπ' ἐμοῦ τοῦ θανάτου μὴ κρατούμενος; τίς οὗτος ὁ λύων τὰ δεσμὰ τῶν ὑπ' ἐμοῦ κρατουμένων; τίς οὗτος ὁ τῷ ἰδίῳ θανάτῳ ἐμὲ τὸν θάνατον καταλύων;*) Diabolus, mortis auctor et inferorum dominus, quos mortis vi subegit, tanquam captivos carcere inclusos tenet. Hebr. II, 14. Act. II, 24. Et haec quidem est poena peccati. Homines enim nisi peccassent, non mortui ad infernum descensuri, sed vivi ad coelum ascensuri fuissent. Inde simul liquet, quo sensu sancti Christo gratias agant, *ὅτι ἀνήγαγεν ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν αὐτῶν.* Fortasse etiam propterea auctor illis verbis *ἐγείρειν* et *ἀνιστᾷν* usus est, quod animarum ex inferno liberatarum corpora quoque per Christum restituta esse opinatus est. Vid. cap. XXVI. et XXVII. De Adamo autem patre generis humani, ex inferni vinculis per Christum soluto Augustino teste tota fere ecclesia consensit. Is enim in ep. ad Evodium 99. (ed. Bened. 164.) de loco obscuro

CAPVT XXIV.

Et extendens Dominus manum suam dixit: Venite ad me, sancti mei omnes, qui habetis imaginem et similitudinem meam. Qui per lignum et diabolum et mortem damnati fuistis, modo videte per lignum damnatum diabolum et mortem. Statim omnes sancti sub manu domini adunati sunt. Tenens autem dominus manum dexteram Adae dixit ad eum: Pax tibi cum omnibus filiis tuis, justis meis. Adam vero genibus domini advolutus lacrimabili cum obsecratione deprecatus magna voce dixit: Exaltabo, te, domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos

---

primae Petri cap. III. disserens haec scribit: *Et de illo quidem primo homine, patre generis humani, quod eum ibidem solverit, ecclesia fere tota consentit: quod eam non inaniter credidisse credendum est, undecunque hoc traditum sit, etiamsi canonicarum scripturarum hinc expressa non pr·fesatur auctoritas.* Putat tamen Sap. Sal. X, 1. *καὶ ἐξείλατο αὐτὸν ἐκ παραπτώματος ἰδίου* in hanc sententiam explicari posse. — *διὰ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ*) Cod. Vat. om. *τοῦ* ante *ξύλου*. De sententia diximus ad cap. XXIII. Hoc quidem loco Christus omnibus per lignum arboris in paradiso vetitae damnatis promittit vitam et salutem per lignum crucis omnesque ad se arcessit comites. Sed postea de solis Adamo sanctisque ex inferno in paradisum ductis narratur. Verba Lat. *Statim omnes sancti sub manu domini adunati sunt* in ed. Fabric. *Tunc et. o. s. dei sub manu altissimi dei adunati sunt.* Abhorret haec Christi denominatio a doctrina auctoris de ejusdem natura et dignitate. Vid. ad init. cap. XVIII. — *ἐξέβαλεν ἅπαντας*) Eodem verbo utitur Eusebius p. 28. *Ὁ δὲ κύριος λαβὼν πάντας* (sc. *προφήτας*) *ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ᾅδου λέγων· Πορεύεσθε εἰς τὸν παράδεισον.* — *ἀνήγαγές με ἐξ ᾅδου κατωτάτου.*) Videtur respici Ps. XXX. v. 3. *Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου.* Latinus enim interpres Adamo tribuit verba Ps. XXX. v. 1—5. Plures olim hunc locum de Christo interpretati sunt. Cyrillus Hierosol. Catech. XIV. p. 189. ed. Oxon. *αὐτὸς σαφέστατα λέγει· Κύριε ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυ-*

τες οἱ προφῆται καὶ οἱ ἅγιοι εἶπον· Εὐχαριστοῦμέν σοι, Χριστὲ, σωτὴρ τοῦ κόσμου, ὅτι ἀνήγαγες ἐκ φθορᾶς τὴν

χήν μου. ἐκεῖ λέγει· οὐκ ἐγκαταλείψεις, προφητικῶς, καὶ ὧδε λέγει τὸ μέλλον γίνεσθαι ὡς γεγενημένον, ὅτι ἀνήγαγες· ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. Arnobius Commentar. in Ps. XXIX. *Christo enim Jesu Nazareno extracto ab inferis et salvato a descendentibus in lacum psallunt ei omnes Apostoli ejus, et confitentur memoriae sanctitatis ejus: quoniam ira fuit in indignatione ejus, quando maledictus est mundus in morte Adae, et nunc vita in voluntate ejus resurgente domino.* Inde quod de Christi anima ex inferno a deo revocata dictum putabatur, facile potuit transferri ad animas sanctorum, praecipue Adami, simul cum illa ab inferis eductas. Formula autem ἐξ ᾅδου κατωτάτου e Ps LXXXV. v. 12. fortasse petita est, ubi καὶ ἐῤῥύσω τὴν ψυχήν μου ἐξ ᾅδου κατωτάτου. Augustinus in Enarratione hujus Ps. *infernum inferius* primum explicat ipse ex comparatione inferni proprie sic dicti cum hac terra, quae, quatenus opponitur coelo, est pars inferna. Deinde pergit: *Aliam etiam opinionem dicam. Fortassis enim apud ipsos inferos est aliqua pars inferior, quo truduntur impii, qui plurimum peccaverunt.* Probata est haec opinio pluribus Latinae ecclesiae doctoribus e Luc. cap. XVI, 22. sqq. Eandem nostro quoque auctori placuisse ex illa formula non potest colligi. Contra Adamum eodem cum patriarchis et prophetis fuisse loco apparet ex cap. XIX. Vid. not. ad pag 675. Epiphanius orat. in sepulcrum Christi p. 273. sq. Adamum propterea videtur in infima loca relegasse, quia primus creatus et primus mortuus esset; ac si ex ordine quodam, quo quis prior advenisset, eo inferior locatus esset. Ὡς ἡ παρουσία τοῦ δεσπότου αὐτὰ τὰ κατώτατα τῶν κατωτάτων καταλαμβάνειν ἔμελλεν, ὁ Ἀδὰμ ἐκεῖνος, ὁ πάντων ἀνθρώπων πρωτόκτιστος καὶ πρωτόπλαστος καὶ πρωτόθνητος, ἐνδύτερος πάντων μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας δέσμιος κατεχόμενος, ἤκουε τῶν τοῦ δεσπότου ποδῶν κτλ. Longa oratione ibi Christus Adamo, qui quasi personam gerit totius humani generis, exponit, quaenam ad salutem ipsi reparandam egerit et passus sit. — ἐκ φθορᾶς) Cod. Vatic. ἐκ τῆς φθορᾶς. Ps CIII. 4. τὸν λυτρούμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν σου. Jon. II, 7. cod. Alex. καὶ ἀναβήτω ἐκ φθορᾶς ἡ ζωή μου. In Lat. ed. sancti pluribus verbis Christo redemtori gratias agunt. Obscuriora sunt haec: *Domine, sicut posuisti titulum gloriae tuae in coelo* etc. Codd nihil h. l. variant. Sola ed. Lips. a nostro textu

super me. Domine deus, clamavi ad te, et sanasti me, domine. Eduxisti ab inferis animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum. Psallite domino omnes sancti ejus, et confitemini memoriae sanctitatis ejus. Quoniam ira in indignatione ejus, et vita in voluntate ejus. Similiter et omnes sancti dei genibus advoluti ad pedes domini una voce dixerunt: Advenisti redemptor mundi; sicut per legem et prophetas tuos praedixisti, factis adimplesti. Redemisti vivos per crucem tuam, et per mortem crucis ad nos descendisti, ut eriperes nos ab inferis et morte per majestatem tuam. Domine, sicut posuisti titulum gloriae tuae in coelo, et erexisti titulum redemtionis crucem tuam in terris: ita pone, domine, signum in inferno victoriae crucis tuae, ne mors dominetur amplius.

---

discedit sic: *Sicut posuisti in coelo, domine, titulum tuum, et sicut erexisti crucem in terris: ita titulum redemtionis pone, domine, in inferno in signum redemtionis et victoriae tuae, ne mors dominetur amplius.* **Quaeritur enim, quis sit titulus gloriae in coelo positus. Fabricius ad h. l. adnotavit haec:** *Signum filii hominis in caelo Matth. XXIV,* 30. *quod Theophylactus et alii veteres de cruce interpretantur. Vide Vossii Theses theol. p.* 228. *sq.* **(Op. Tom. VI. p. 416.)** *Possis et intelligere in hoc Pseudo-Nicodemi loco crucem in halonibus lunaribus vel solaribus, cujus postremi generis videtur fuisse, quae Constantino M. imperatori in caelo apparuit. Narrat enim Eusebius fuisse ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, et ἐν οὐρανῷ ὑπερκείμενον τοῦ ἡλίου σταυροῦ τρόπαιον ἐκ φωτὸς συνιστάμενον lib. I. de vita Constant. cap.* 28. *Similem crucem in coelo apparuisse refert Nazianzenus Orat. IV. cum Judaei jubente Juliano templum Hierosolymis restaurare volentes tempestate horrenda et prorumpentibus e terra ignibus prohibiti fuissent, φῶς ἐν τῷ οὐρανῷ τὸν σταυρὸν περιγράφων.* **Idem vir doctus in paralipomenis ad Ev. Nicod.** *Signum filii hominis Matth. XXIV,* 30. *de cruce interpretantur etiam Cyrillus Hierosol. epistola ad Constantium,* **(ed. Oxon. p. 307.)** *Chrysostomus apud Jonam Aurelianensem pag.* 1223. *et Jonas ipse libro secun-*

ζωὴν ἡμῶν. Καὶ ταῦτα εἰπόντων εὐλογήσας ὁ σωτὴρ τὸν Ἀδὰμ ἐν τῷ μετώπῳ τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ· τοῦτο δὲ ποιήσας καὶ πρὸς τοὺς πατριάρχας καὶ προφήτας καὶ μάρτυρας καὶ προπάτορας, καὶ τούτους λαβὼν ἐκ τοῦ ᾅδου ἀνέθορε. Πορευομένου δὲ αὐτοῦ ἔψαλλον οἱ ἅγιοι πατέρες

---

do contra Claudium Taurinensem pag. 1222. *in Orthodoxograph. Caeterum de cruce illa Constantino Magno in caelo visa singularem edidi diatribam a.* 1707., *qua probavi eam fuisse naturalem in halone solari. Illa recusa legitur in Volumine sexto Bibliothecae Graecae. Mirari aliquis possit Cyrillum Hierosol. in epistola ad Constantium illius crucis haud meminisse. Sed tantum ea, quae Hierosolymis observata fuerant, commemorare voluit.* Nescio quomodo viro doctissimo haec potuerint placere. Nam signum filii hominis Matth. XXIV., quod crucis supra solem fulgentis esse volunt Cyrillus Catech. XV. p. 216., Chrysostomus, Theophylactus aliique, ibi memoratur inter signa, quae futurum Christi adventum proxime praegredi oporteat. Hoc autem loco titulum gloriae suae Christus in coelo jam posuisse dicitur. Multo minus licet cogitare de crucis apparitione, quales Constantino aliisque contigisse traduntur mox evanescentes. Propterea etiam rejicienda est Brunnii conjectura, qui in disquis. de ev. Nicod. §. 12. stellam magis visam, *habentem in se formam quasi pueri parvuli et super se similitudinem crucis* hic respici putat. Vid. not. ad pag. 391. Immo explicanda sunt verba illa de gloria et majestate coelesti, quam sibi Christus in cruce comparavit docente Paulo ep. ad Philipp. II, 8—11. Unde Chrysostomus hom. 81. Tom. V. p. 565. *σταυρὸν* appellat *τὴν τοῦ μονογενοῦς δόξαν.* Uti Christus suam *redemtoris* virtutem coelo terraeque probaverit, ita sancti apud inferos precantur, ut eandem ipsis quoque praestet, ut se diaboli mortisque victorem vexillo crucis proposito exhibeat. Ejusmodi autem symbolice dicta saepe reperiuntur; velut apud Epiphanium orat. *in sepulcrum Chr.* pag. 273. de Christo ad inferos ingrediente: *εἰσῆλθεν ὁ δεσπότης πρὸς αὐτοὺς τὸ νικητικὸν ὅπλον τοῦ σταυροῦ κατέχων.* Alibi diabolum, inferorum dominum, a Christo *crucis tropaeo* vel *vexillo* expugnatum legimus. Vid. Hildeberti Turon. Serm. 12. col. 714. et 715. ed. Beaugendre. Ad illustrandam vocem *titulus* notamus, medii aevi scriptores passim *titulum crucis* ponere pro *cruce* vel *signo crucis*, quod etiam saepissime voca-

Et extendens dominus manum suam fecit signum crucis super Adam et super omnes sanctos suos, et tenens dexteram Adae ascendit ab inferis; et omnes sancti secuti sunt eum. Tunc sanctus David fortiter clamavit: Cantate domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Salvavit sibi dextra ejus, et brachium sanctum ejus. Notum fecit dominus salutare suum, ante conspectum gentium revelavit justitiam suam. Et omnis multitudo sanctorum responderunt dicentes: Haec est gloria omnibus sanctis ejus. Amen, Alleluja. Et posthaec exclamavit Habacuc propheta dicens: Existi in salutem populi tui, ad liberandum electos tuos. Et responderunt omnes sancti dicentes: Benedictus, qui venit in nomine domini; deus dominus et illuxit nobis. Amen,

---

tur *tropaeum* et *vexillum crucis* et *vexillum* simpliciter. Vid. Mabillonius de Liturgia Gallic. lib. I. c. 9. n. 20. et 21. Simul vero respicienda videtur illa consuetudo, qua *titulis positis* vel *appositis* res privatorum fisco addicebantur aut possessoribus vindicabantur. Augustinus Enarr. in Ps. XXI. extr. *Et videte fratres, quando potens aliquis invenerit titulos suos, nonne jure rem sibi vindicat et dicit, non poneret titulos meos, nisi res mea esset?* etc. Sic Christus posito titulo suo, qui est titulus crucis, sibi coelum et coelestem majestatem vindicasse et eodem redemtionis titulo terram sibi addixisse dicitur. — *ἐν τῷ μετώπῳ τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ*) Cod. Vat. *κατὰ τὸ μέτωπον ἐν τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ.* Constitutt. Apost. VIII, 12. *τὸ τρόπαιον τοῦ σταυροῦ κατὰ τοῦ μετώπου τῇ χειρὶ ποιησάμενος.* — *καὶ μάρτυρας*) Cod. Vat. om. Fortasse scriba dubitavit, an inter sanctos V. T. fuerint martyres. Sed Augustinus in Ps. CXL. ait: *Prophetae et Joannes Baptista martyres sunt, qui, si non pro nominis Christi confessione, tamen pro veritate occisi sunt.* Conf. Cypriani ep. 56. ad Thibaritanos exhortatoriam ad martyrium §. 4. *Imitemur Abel justum, qui initiavit martyria* etc. et Chrysostomi hom. 19. in Genesin, ubi Abel *ὡς τῆς ἀληθείας πρωτομάρτυς* celebratur. — *καὶ προπάτορας*) Vat. *καὶ τοὺς προπάτορας.* Verbum *ἀναθορεῖν* de Christo ex inferno ascendente etiam Nicephorus hist. eccl. I, 31. usurpavit. Vid. ad pag. 676. —

ἀκολουθοῦντες αὐτῷ λέγοντες· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· ἀλληλούϊα, αὕτη ἡ δόξα τῶν ἁγίων πάντων.

λέγοντες·) Vat. om. Id. αὐτῷ ἡ δόξα pro αὕτη ἡ δόξα. Nostro textui respondet Latinus: *Haec est gloria omnibus sanctis ejus.* Ps. CXLIX, 9. δόξα αὕτη ἐστὶ πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ. Antecedentia e Ps. CXVIII, 26. coll. Matth. XXI, 9. Similis est descriptio chori sanctorum cum Christo ex inferis ad paradisum assurgentium, in Eusebii orat. p. 28. Οἱ δὲ χαίροντες ἐξεπήδων ἐκ τοῦ ᾅδου. Πρῶτος ὁ Δαβὶδ κρούων τὴν κινύραν ἔλεγεν εὐφραινόμενος· Δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ, ἀλαλάξωμεν (Aug. ἀλαλάζωμεν) τῷ θεῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν· ὅτι ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν πολεμήσαί ἐνίκησεν. Καὶ πάντες ὑπήκουον τὸ ἀλληλούϊα. Verba Δεῦτε τῷ σωτῆρι ἡμῶν sunt Ps. XCV. 1. Falso Augustius etiam sequentia sic typis describi jussit, ac si ex eodem Ps. petita essent. Idem Augustius pro ὑπήκουον sine idonea causa dedit ὑπήχουν. Nam ὑπακούειν passim est *respondere.* Sic in loco Apologiae Athanasii Opp. Tom. I. P. I. p. 334. ed Bened., quem laudat Theodoret. hist. eccles. lib. II. cap. 10. ἐγὼ δὲ καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ θρόνου προέτρεπον τὸν μὲν διάκονον ἀναγινώσκειν ψαλμὸν, τοὺς δὲ λαοὺς ὑπακούειν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Optime interpretatus est Epiphanius Scholasticus hist. tripart. lib. V. cap. 2. *Residens in sede praecepi, ut diaconus psalmum legeret, populi responderent: Quoniam in saeculum misericordia ejus.* (Ps. CV, 1.) Temere ibi Valesius scribi voluit ὑπηχεῖν pro ὑπακούειν, quod in omnibus Athanasii et Theodoreti codd. legitur. Inductus est errore interpretum, qui ὑπακούειν putaverunt esse *auscultare, audire.* Vid. Montfaucon ad l. l. Athanasii et Cotelerius ad Constitt. Apost. lib. II. cap. 57. n. 9., ubi varia verba *succinendi* et *respondendi* significatu usitata recensentur. Neque tantum ecclesiastici scriptores, sed etiam profani et interpretes V. T. Alexandrini ὑπακούειν illo *respondendi* significatu ponunt. Vid. Schleusner. in Lex. in LXX. et in N. T. Latina ἔκδοσις evangelii nostri cum Eusebii oratione eo consentit, quod regium vatem Davidem praecinentem facit *Cantate domino* etc. Ps. XCVIII, 1—3. Ibidem verba *Et omnis multitudo sanctorum responderunt* cum Eusebianis καὶ πάντες ὑπήκουον congruunt. Sequens locus Habac. III, 3. Graece sonat. Ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαοῦ σου, τοῦ σῶσαι τὸν χριστόν σου. Cod. Alex. τοὺς χριστούς σου. Vers. Lat. ant. *Egressus es in salutem populi tui, ut salvares christos tuos.* Vers. Vulg. *Egressus in salutem*

Alleluja. Similiter posthaec et propheta Michaeas exclamavit dicens: Quis deus sicut tu, domine, auferens iniquitates et transgrediens peccata? Et nunc contines in testimonium iram tuam, quoniam voluntarius misericordiae es. Et ipse averteris et misereris nostri, et absolvis omnes iniquitates nostras; et omnia peccata nostra demersisti in multitudine mortis, sicut jurasti patribus nostris in diebus pristinis. Et omnes sancti responderunt dicentes: Hic est deus noster in aeternum et in seculum seculi, et ipse reget nos in secula. Amen, Alleluja. Sic et omnes prophetae de suis praedictis laudibus sacra referentes et omnes sancti *Amen, Alleluja* clamantes sequebantur dominum.

---

populi tui, in salutem cum Christo tuo. Extrema verba *electos tuos* cod. Hal. *dilectos tuos*, ed. Fabric. *populos tuos* variant. Nostram scripturam Einsidl. Brev. Mozar. a Sabaterio laudatum dat: *ut salvos facias electos tuos.* In responsione sanctorum verbis *deus dominus et illuxit nobis*, quae Graece reddas *κύριος ὁ θεὸς καὶ ἐφάνη ἡμῖν* vel *ἐφάνη καὶ ἡμῖν*, videtur alludi ad Ephes. V, 14. *καὶ ἐπιφαύσει ὁ Χριστός*, Latine apud Ambros. *et illucescet tibi Christus.* Hunc enim locum plures olim ad Adamum ab inferis revocatum retulerunt. Vid. Epiphanium ad init. cap. laudatum. Ineptissime ille, de quo Hieronymus ad Ephes. V, 14. *Scio me audisse quendam de hoc loco in ecclesia disputantem, qui in theatrale miraculum nunquam ante visam formam populo exhibuit, ut placeret: Testimonium hoc, inquiens, ad Adam dicitur in loco Calvariae sepultum, ubi crucifixus est dominus. — Illo ergo tempore, quo crucifixus dominus super ejus pendebat sepulcrum, haec prophetia completa est dicens: Surge, Adam, qui dormis* etc. Denique quae Michaeas exclamavisse traditur e prophetiae suae cap. VII. v. 18—20. in ed. Fabric. omissa, pariter neque cum vers. vulg., neque cum antiqua Latina consonant. Partim sunt accommodata ad hunc locum. Verba *quoniam voluntarius misericordiae es* Graece *ὅτι θελητὴς ἐλέους ἐστίν.* Vulg. *quoniam volens misericordiam est.* Augustinus in Ps. 113. *quoniam voluntarius et misericors est.* Similiter h. l. ed. Lips. *voluntarius enim es et magnae misericordiae.* Cod. Hal. *quoniam*

CAPUT XXV.

Πορευόμενος οὖν εἰς τὸν παράδεισον κρατῶν καὶ τὸν προπάτορα Ἀδὰμ ἐκ τῆς χειρὸς παραδέδωκε τοῦτον τῷ

---

voluntarius et misericors deus es. Plurimum discrepant a textu Michaeae haec *et omnia peccata nostra demersisti in multitudine mortis.* (cod. Havn. *destruxisti in morte tua.*) Nam Graece καὶ ἀποῤῥιφήσονται (Ms. Alex. ἀποῤῥίψει) εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης πάσας τὰς ἁμαρτίας (Compl. πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι) ἡμῶν. Vulg. *et projiciet in profundum* (Irenaeus *in altitudinem*) *maris omnia peccata nostra.* Extrema *Sic et omnes prophetae etc.* sic intelligas, omnes prophetas V. T. e suis prophetiis recitasse laudes dei et Christi Salvatoris.

Cap. XXV. εἰς τὸν παράδεισον) Quaeritur, utrum hic paradisus, qui sanctos V. T. ex inferis eductos recepit, sit regnum coeleste, sedes dei et angelorum, an idem ille paradisus, ex quo pulsus Adamus, locus extra et supra terram secundum veterum opinionem constitutus. Ut de regno coelesti cogitemus, suadere possit auctoritas illius Pseudo-Epiphanii sanctorum ab inferis discessum describentis in orat. *in sepulcr. Chr.* p. 274. sq., ubi Christum dicentem facit ad Adamum: ἐξήγαγέ σε ὁ ἐχθρὸς ἀπὸ γῆς παραδείσου· ἀποκαθιστῶ σε οὐκέτι ἐν παραδείσῳ, ἀλλ' ἐν οὐρανίῳ θρόνῳ. Et postea ad sanctos: διὸ ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν, ἀπὸ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν, ἀπὸ τῆς φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν, ἀπὸ τοῦ σκότους εἰς τὸ αἰώνιον φῶς, ἀπὸ φυλακῆς εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἀπὸ τῆς κατοχῆς ἐπὶ τὴν τοῦ παραδείσου τρυφὴν, ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανόν. Ex recentioribus, qui dogmaticas rationes hujus fabulae respexerunt, sic opinati sunt paradisum dici coelestem, dei sedem, Bretschneiderus *Theol. dogmat.* T. II. p. 373. ed. 2. et Bertholdt *Hist. dogmatum* T. II. p. 244. Sed plura isti opinioni adversantur, ex quibus unum memorasse sufficiat, quod auctor et hoc et seq. cap., ubi promissio latroni facta Luc. XXIII, 43. memoratur, de domino in hunc paradisum introgresso tacet. Nam verba πορευόμενος οὖν εἰς τὸν παράδεισον significant *accedens igitur ad paradisum*, scilicet transeundo, cum ex inferis reversus coelum peteret. Pariter cap. XXVI. ἦλθον εἰς τὸν παράδεισον de latrone ad paradisum accedente. De ipso in paradisum introitu ponitur utroque

CAPVT XXV.

Dominus autem tenens manum Adae tradidit Michaeli archangelo, et omnes sancti sequebantur Michaelem archan-

---

loco v. *εἰσέρχεσθαι*. Neque Lat. ed. dominum paradisi incolam facit. Vers. autem Anglosax. cap. 31. disertis verbis narrat, *dominum ivisse in coelos, postquam Adamum sanctosque Michaeli tradidisset in paradisum introducendos.* Apparet paradisum, in quem sancti intrarunt, distingui a coelo, in quod Christus ascendit. Itaque haud dubie intelligendus ille paradisus Adami extra et supra terram nostram constitutus, in quem translati creduntur Enochus et Elias latroque receptus; sicut supra cap. XIX. legimus a domino per Michaelem Setho promissum esse, Adamum a Christo in terras descensuro *rursus introductum iri in paradisum* ad arborem misericordiae, et infra cap. XXVI. extr. vers. Lat. eundem cum patriarchis *in gratiam paradisi reductum esse.* Hanc de paradiso sententiam veterum doctorum haud paucis probatam, quam a nemine accurate expositam video, nunc liceat accommodate ad nostrum locum enarrare et illustrare. Antiquissimi inter Christianos testes ejusdem sunt illi *Seniores* apud Irenaeum, Apostolorum discipuli et auditores. Iren. adv. haer. V, 5. pag. 405. ed. Grab. *Ποῦ οὖν ἐτέθη ὁ πρῶτος ἄνθρωπος; ἐν τῷ παραδείσῳ δηλονότι, καθὼς γέγραπται· Et plantavit deus paradisum in Eden contra Orientem, et posuit ibi hominem, quem plasmavit.* (Gen. II.) *καὶ ἐκεῖθεν ἐξεβλήθη εἰς τόνδε τὸν κόσμον παρακούσας. διὸ καὶ λέγουσιν οἱ πρεσβύτεροι, τῶν ἀποστόλων μαθηταί, τοὺς μετατεθέντας ἐκεῖσε μετατεθῆναι· (δικαίοις γὰρ ἀνθρώποις καὶ πνευματοφόροις ἡτοιμάσθη ὁ παράδεισος, ἐν ᾧ καὶ Παῦλος ἀπόστολος εἰσκομισθεὶς ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα, ὡς πρὸς ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι·) κἀκεῖ μένειν τοὺς μετατεθέντας ἕως συντελείας, προοιμιαζομένους τὴν ἀφθαρσίαν.* Significat Irenaeus paradisum versus Orientem situm, Adami olim domicilium, etiamnum superesse, eumque ponit extra vel supra terram, dum Adamum inde in hunc mundum projectum esse scribit. Tum presbyteros laudat docentes, eos, qui translati sint, (et quidem *ἐν σώμασι*, quod antea urget,) scilicet Enochum et Eliam, illuc translatos esse ibique usque ad rerum consummationem mansuros. Denique indicat, Paulum in hunc paradisum raptum esse; quem tamen noluit appellari coe-

ἀρχαγγέλῳ Μιχαὴλ καὶ πάντας τοὺς δικαίους. Εἰςερχομένων

---

lum tertium ex 2 Cor. XII, 4. coll. v. 2. Duos potius fecit, ut id obiter notemus, Pauli raptus, alterum in paradisum, alterum in tertium coelum, lib. II. cap. 55., ubi vid. not. Grabii. Alia illorum seniorum opinio lib. V. cap. 37. de diversis sanctorum in altera vita mansionibus, de *coelo*, *paradiso* et *civitate*, ab hoc loco aliena est. De situ paradisi, in quo Adam a deo collocatus, cum Irenaeo consentit Tatianus orat. ad Graecos p. 75. ed. Worth. *μετῳκίσθησαν οἱ δαίμονες, ἐξωρίσθησαν οἱ πρωτόπλαστοι. καὶ οἱ μὲν ἀπ' οὐρανοῦ κατεβλήθησαν· οἱ δὲ ἀπὸ γῆς μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐκ ταύτης, κρείττονος δὲ τῆς ἐνταυθοῖ διακοσμήσεως.* Conf. Constantini M. orat. ad ss. coetum c. 5. Sumit enim illum non in hac quam incolimus terra, sed in alia multo praestantiore fuisse. Similiter Theophil. Antioch. ad Autol. lib. II. c. 24. Adamum scribit a deo *ἐκ τῆς γῆς, ἐξ ἧς ἐγεγόνει, εἰς τὸν παράδεισον* translatum; quocum non pugnat, quod antea ex Geneseos verbis docet, paradisum sub eodem coelo esse, sub quo Oriens et terra. Idem sensisse videtur Tertullianus, qui singularem de paradiso scripserat libellum nunc deperditum. Vid. de anima cap. 55. et adv. Marcion. V, 12. Nam Adamum, quem *non natum in paradiso, sed illuc potius translatum* dicit adv. Marc. II, 10., postea *redhibitum materiae et in ergastulum terrae laborandae relegatum* esse scribit ibid. cap. 2. Quibuscum confer *de patientia* cap. 5. *Innocens erat et deo de proximo amicus et paradisi colonus. At ubi semel desivit deo sapere, desivit coelestia sustinere posse. Exinde homo terrae datus et ab oculis dei ejectus* etc. In Apologetico autem cap. 47. extr. paradisum, qui videtur esse Adami, describit tanquam locum *divinae amoenitatis, recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam* (i. e. *μεσοτοίχῳ*) *igneae illius zonae a notitia orbis communis separatum.* Certe Lactantius simili loco Institutt. divin. lib. II. cap. 12. de terrestri illo scripsit: *Tum deus ejecit hominem de paradiso, ipsumque paradisum igni circumvallavit, ne homo posset accedere: donec summum judicium faciat in terra, et justos viros cultores suos in eundem locum revocet morte sublata, sicut sacrae literae docent et Sibylla Erythraea* etc. Nam *ignis* et *ignea illa zona* nihil differunt, quam fortasse figuratis Mosis verbis Gen. III, 24. significari putarunt. De incolis paradisi hujus Tertullianus a nostro auctore dissentit. Improbat *de anima* cap. 55. sententiam, animas fidelium statim post mortem collo-

gelum, et introduxit omnes in paradisi gratiam glorio-

---

cari *in paradiso, quo jam tunc et patriarchae et prophetae appendices dominicae resurrectionis ab inferis migraverint.* Solos martyres, praeter quos *omnem animam docet apud inferos sequestrari in diem domini*, videtur in paradisum admittere. *Nullis*, inquit, *romphaea paradisi janitrix cedit*, (conf. cap. XXVI. nostri libelli,) *nisi qui in Christo decesserit, non in Adam. Tota paradisi clavis tuus sanguis est.* Et *de resurrect. carnis* cap. 43. *Nemo enim peregrinatus a corpore statim immoratur penes dominum, nisi ex martyrii praerogativa, scilicet paradiso, non inferis deversurus.* Male Huetius in not. ad Origen. Comment. p. 101. paradisum hoc loco de superiori inferorum contignatione interpretatur. Aperte is distinguitur ab inferis, ubi *sinus Abrahae*, refrigerii piorum locus. Conf. *de anima* cap. 7., *de idololatria* cap. 13. et *adv. Marc.* III, 24. Neque videtur confundi cum coelo, velut apud Cyprianum *de mortalitate* p. 166. ed. Brem. aliosque. Nam *nulli*, inquit Tertullianus, *patet coelum terra adhuc salva, ne dixerim clausa. Cum transactione enim mundi reserabuntur regna coelorum.* Vid. l. l. *de anima* cap. 55. coll. Iren. adv. haer. V, 31. Non licuit aliter hac de re statuere Chiliastis. Conf. Neander in *Antignostico* p. 501. sq. E scriptoribus sec. III. Methodius apud Epiphanium haer. 64. p. 572. sq. itidem paradisum, e quo dejectus Adamus, nunc esse scribit τόπον ἐξαίρετον πρὸς ἄλυπον ἀνάπαυσιν καὶ διαγωγὴν τοῖς ἁγίοις ἀφωρισμένον κρείττονα. Minus huc pertinent commenta Gnosticorum, velut quod Valentiniani apud Iren. lib. I. cap. 1. p. 25. τὸν παράδεισον ὑπὲρ τρίτον οὐρανὸν ὄντα, τέταρτον ἄγγελον λέγουσι δυνάμει ὑπάρχειν, καὶ ἀπὸ τούτου τι εἰληφέναι τὸν Ἀδὰμ διατετριφότα ἐν αὐτῷ. Inducti, ut videtur, loco illo Paulino 2 Cor. XII. dicunt paradisum, in quo Adam diversatus est, supra tertium coelum existere, h. e. eum opinantur esse quartum mundum intellectualem vel angelum eidem praepositum, a quo Adam aliquid acceperit. Quibuscum componendus locus in *Excerptis Theodoti* p. 981. de creatione hominis: ὅθεν ἐν τῷ παραδείσῳ τῷ τετάρτῳ οὐρανῷ δημιουργεῖται. Et fortasse respiciendum est, quod in Testam. *Levi* cap. 3. p. 547. ed. Fabric. quartum coelum dicitur domicilium sanctorum. Etiam quod Origenes eodem Pauli testimonio usus paradisum, qui vulgo dicitur terrestris, in tertio coelo collocavit, cohaeret potius cum tota ejusdem allegorica ratione et disciplina. Vid. Huetii Origeniana

οὖν αὐτῶν τὴν θύραν τοῦ παραδείσου συνήντησαν αὐτοῖς

---

p. 167. sq. Idem valet de Ambrosio, Origenis imitatore, in libro *de paradiso* cap. 1. Attamen his quoque commentis quodammodo subest illa de situ paradisi opinio. Paradisum vero, sedem sanctorum post mortem, diversum ab illo allegorico in tertio coelo collocato, Origenes et a coelo et ab inferis videtur distinxisse. Illud docet locus *de principiis* lib. II. cap. 11. §. 6. *Puto, quod sancti quique discedentes de hac vita permanebunt in loco aliquo in terra posito, quem paradisum dicit scriptura divina, velut in quodam eruditionis loco* etc. Paulo infra his subjungit, *eos, qui puriores mente et exercitatiores sensu fuerint, velocius proficientes cito ad aëris locum ascensuros et ad coelorum regna perventuros esse per locorum singulorum mansiones*, id est *sphaeras* vel *caelos*. Hoc apparet ex hom. II. *in libr. regg.* Tom. II. p. 497. sq. *Sel. in Ps.* p. 587. et hom. XXVI. *in Numer.* p. 372. ed. Delarue. Ibi enim tradit, nemini ante adventum Christi aditum ad paradisum fuisse concessum, ne Abraamo quidem et patriarchis prophetisque exceptis, omnes inferno fuisse inclusos; nunc vero Christum justis esse viam ad lignum vitae. Non igitur confundit paradisum cum sinu Abrahae, parte inferni, quae est sententia Huetii in Origenianis p. 149. et in notis p. 101. Nisi apud Origenem doctorem *spiritalem*, ista loquendi genera sunt symbolica, quibus nihil aliud quam futurus animarum status absque certi cujusdam loci imaginatione designetur, quod ex hom. XXVI. *in Num.* l. l. colligas; crediderim ego Origenianam de paradiso *in terra* posito sententiam a Tertullianea non fuisse diversam, ut de loco aliquo *trans igneam zonam*, vel *trans Oceanum* cogitaverit nobis inaccesso. Uterque certe sic animo informavit statum quendam medium, quo sanctorum animae ad supremam felicitatem cum beatifica dei visione conjunctam quasi praeparentur. Similia pluribus post Origenem probata sunt. Inde Stephanus Gobarus in libro de patrum repugnantibus sententiis apud Photium Biblioth. cod. 232. p. 288. ed. Bekker. haec problemata tractaverat cap. 11. *ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν παραδείσῳ τῶν δικαίων ἔσται ἡ διατριβή, καὶ ὅτι οὐκ ἐν παραδείσῳ, ἀλλ' ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ὡς ὁ παράδεισος οὔτε ἐν τῷ οὐρανῷ, οὔτε ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ τούτων μεταξύ.* Et cap. 12. *ὡς ὁ παράδεισος ἡ ἄνω ἐστὶν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐν τῷ τρίτῳ ἐστὶν οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ξύλα νοερά. τί εἰσι καὶ σύνεσιν ἔχουσι καὶ λόγον, καὶ ὡς ὁ ἄνθρωπος μετὰ τὴν παράβασιν ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν γῆν κατηνέχθη.*

sam. Et occurrerunt eis obviam duo viri vetusti dierum.

εἶτα καὶ τὸ ἀντικείμενον, ὅτι ὁ παράδεισος οὐκ ἔστιν ἐν τῷ τρίτῳ οὐρανῷ, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς. Plerosque autem doctorum sec. IV. V. et VI., qui paradisum terrenum adhuc exstare arbitrati sunt, eumque, in quem latro receptus, a regno coelesti discernunt, recensuerunt Petavius Theolog. Dogmatt. Tom. I. p. 311. sqq. et Tom. III. p. 171. ed. Antw. et Blondellus *Des Sibylles* etc. II, 11. et 27. atque ex hoc Gallaeus in edit. Sibyll. Orac. p. 41. sqq. Nobis paucos addere liceat, qui plurimum ad hunc locum illustrandum conferunt. Ex his maxime memorabilis Cosmas Indicopleustes. Is quidem cum hanc nostram terram putet esse quadram et oblongam et Oceano undique circumfusam, ultra Oceanum comminiscitur alteram terram istum undequaque ambientem et ab extremis partibus caelo junctam, ejusque in extrema versus orientem ora paradisum voluptatis situm esse statuit. Vid. Topographiae Christ. lib. II. p. 17. ed. Venet. ἔνθα κατὰ ἀνατολὰς κεῖται καὶ ὁ παράδεισος, ἔνθα καὶ τὰ ἄκρα τοῦ οὐρανοῦ τοῖς ἄκροις συνδέδεται τῆς γῆς. Collocat igitur illum extra et supra nostram terram, unde ibid. p. 19. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποθοῦντες πολλὰ μανθάνειν καὶ περιεργάζεσθαι, εἴπερ ἦν ὁ παράδεισος ἐν ταύτῃ τῇ γῇ, οὐκ ὤκνουν οἱ πολλοὶ φθάσαι μέχρι τῶν αὐτόθι. De fluminibus paradisi vid. p. 28. coll. Philostorgii hist. eccl. III, 10. et Theodoreti Quaest. in Genes. p. 43. ed. Hal. Alio autem loco libr. IX. p. 150. sq. exemplo latronis cum Christo crucifixi usus Cosmas docet, eodem in paradiso animas justorum, qui in regnum coelorum venturi sint, quasi deponi usque ad resurrectionem, ibique in laetissimo statu servari. Conf. Auctorem *quaest. et respons. ad orthod.* qu. 75. 76. 85. Eulogium Alex. in Photii Biblioth. cod. 230. p. 286. et Severianum, Gabalorum episcopum, εἰς κοσμοποιΐαν orat. V. Biblioth. PP. Max. Tom. XXVII. p. 118. Uterque paradisum, in quo Adamus versatus, sanctorum animabus recipiendis nunc destinatum esse tradit. Joannes Damasc. de orthod. fide lib. II. cap. 11. paucis innuit Cosmae opinionem: καὶ οὗτος ὁ θεῖος παράδεισος — ἐν τῇ ἀνατολῇ πάσης τῆς γῆς ὑψηλότερος κείμενος κτλ. Moses autem Barcepha Syrus Commentar. *de paradiso* Parte I. cap. 7—16. uberius eam exponit et tuetur. Primum enim monet ex 2 Cor. XII. non recte colligi, paradisum esse in coelo, cum duplex fuerit Pauli visum, neque latronem in regnum coeleste esse receptum. Deinde demonstrat, terram paradisi a

δύο πρεσβύται ἄνθρωποι, πρὸς οὓς οἱ ἅγιοι πατέρες εἶπον·

---

nostra diversam et quidem inter hanc et coelum esse mediam, itaquè eadem sublimiorem. - Ad hunc locum utitur auctoritate Philoxeni, Mabugensis episcopi. Denique illam, quam e Cosma retulimus opinionem de situ paradisi proponit, argumentisque comprobari posse pronuntiat. Utrum tamen versus Orientem positus sit, an, quod Ephraemo visum sit, omnem undique terram nostram cum Oceano ambiat, in dubio relinquit. Vid. Ephraemus apud Joannem Damasc. in *Eclogis* tit. 31. Conf. Thom. Burnetum *Theoriae telluris sacrae* lib. II. cap. 6. et 9. A scholasticis quaestio de paradiso multum agitata et ineptae opiniones prolatae, quarum plures Huetius in Tractatu *de situ paradisi terrestris* praefat. §. 3. breviter recensuit auctorum nominibus non appositis. Unam ab Alberto Magno memoratam traditionem nos afferamus. Is enim *Summae theol.* part. II. tract. 13. qu. 79. ait in quibusdam libris antiquissimis se invenisse, quod sententiae illius primus auctor fuerit Thomas Apostolus, quod paradisus tantae altitudinis sit, ut usque ad lunarem globum ascendat. Haec fortasse fuit conjectura eorum, qui Thomam ad ultimos Indiae et Orientis terminos penetrasse putarent. Vid. Alcimus Avitus *Poematum* lib. I. v. 193. sqq. et 211. sqq., ubi quae leguntur de paradiso ultra Indiam *servato in Eoo mundi axe, quo perhibent terram confinia jungere coelo*, nescio an cohaereant cum illa traditione de paradisi situ in insula Taprobana. Origo commenti, quod illis Senioribus apud Irenaeum, Apostolorum discipulis, jam placuisse vidimus, videtur repetenda a Judaeis, quorum pars a vulgari doctrina de hade, communi animarum separatarum statu, et de distincta ibi bonorum malorumque sorte vecibus *παραδείσου* et *γεέννης* designata discessit. De hac Grotius, Wetstenius et Paulus ad Luc. XVI, 23. et XXIII, 43. coll. Bartoloccii Biblioth. Rabbin. Tom. II. p. 128. sqq. Essaei enim teste Josepho *de bello Jud.* lib. II. c. 8. §. 11. crediderunt, animas pias carnis vinculis solutas *μετεώρους φέρεσθαι*, et loco aliquo trans Oceanum sito placidam beatamque vitam degere. Conf. ejusd. op. lib. III. c. 8. § 5. Alii autem diserte docuerunt, sanctos post mortem in paradiso Adami alicubi superstite colligi. Vid. Maimonides in cap. X. tractatus Sanhedrin. Conf. J. H. Hottinger Enneas dissert. philol. theol. diss. III. *de paradiso*, J. Windet *de vita functorum statu* p. 48. sqq. et Eisenmenger in *Judaismo detecto* Tom. II. c. V. Scilicet doctores Judaei vocibus גן עדן et פרדס sensu tropico

Interrogati autem a sanctis: qui estis vos, qui nobiscum

---

primum usi sunt ad designandam felicem beatarum animarum conditionem sive apud inferos sive alio loco incerto, etiam in ipso coelo. Crassiora vero ingenia hominum σαρκικῶν literaeque addictorum ex solemni allegoriarum abusu somniarunt protinus de paradiso illo terrestri, et in hoc sanctorum animas Messiae adventum praestolari putarunt. A Judaeis illa dicendi consuetudo ab ipsis Apostolis usurpata istaque somnia ad Christianos translata sunt; unde apud hos omnino eadem significationum vocis παράδεισος diversitas obtinuit, ut modo indefinite de beatorum conditione futura poneretur, modo definite aut de coelestis regni plenis gaudiis, aut de parte inferni aliove loco invisibili et inaccesso nobis, aut de illa Adami sede etiamnum superstite et sanctis animabus recipiendis destinata. De hac qui cogitarunt, facile intelliges, cur paradisum terrestrem extra et supra terram collocaverint, quo scilicet nemo vivus accedere posset. Quanquam id etiam propter alias causas theologicas placuit. Nam cum primum hominem quasi medium factum esse statuerent, nec omnino mortalem, nec prorsus immortalem, sed utriusque capacem; paradisum quoque medium quodammodo esse voluerunt inter coelum et terram, ut locus cum ipso statu, qui loci nomine simul designatur, concordaret. Vid. Theophil. ad Autol. lib. II. c. 24. Ex eadem ratione haec visa est sedes opportunissima sanctis illis, qui quidem aut deo placentes nunquam ad inferos descendissent, aut fidem habentes Christo ex his liberati essent, neque tamen ante judicium extremum et rerum consummationem in coelum intrare possent. Quocum conjunctum est, quod ficta illa paradisi coelo proximi altitudine excellentiam ejusdem optime demonstrari existimarunt. Vid. Basilius M. hom. *de paradiso* Tom. I. p. 539. ed. Morell. Inde nec aquas diluvii illuc pervenisse, Scholasticorum est arguta observatio. Vid. Lombardus Sententiarum libr. II. distinct. 17. lit. E.. A nostro auctore hoc commentum de Adamo in eundem paradisum, ex quo pulsus esset, reducto etiam adhibitum est ad illam sententiam quasi ante oculos ponendam, omnia virtute Christi generi humano restituta esse, quae Adami vitio amissa essent. Ad verba seqq. textus Graeci ἐκ τῆς χειρὸς nota in cod. Vat. legi ἀπὸ τῆς χειρός. De Michaele archangelo ψυχοπομπῷ et paradisi custode vid. ad cap. XXVI. — δύο πρεσβῦται ἄνθρωποι,) Enoch et Elias πρεσβῦται appellantur non quod fuerint grandaevi, cum transfer-

Τίνες ἐστὲ ὑμεῖς, οἵτινες θάνατον οὐκ εἴδετε καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ οὐ κατήλθετε, ἀλλ' ἐν τοῖς σώμασι καὶ ταῖς ψυχαῖς οἰκεῖτε εἰς τὸν παράδεισον; Εἷς ἐξ αὐτῶν ἀποκριθεὶς εἶπε·

---

rentur, sed quod nunc facti sint vita eorum in paradiso continuata. Nam vita Enochi terrestris brevior fuit quam aliorum patriarcharum ante diluvium. Lat. interpr. non male *duo viri vetusti dierum*. Sic Daniel. VII, 9. 13. 22. παλαιὸς ἡμερῶν. Scilicet negant patres Enochum et Eliam in paradiso senectute marcuisse. Vid. Augustinus *de peccat. merit. et remiss.* lib. I. c. 3. — ἀλλ' ἐν τοῖς σώμασι καὶ ταῖς ψυχαῖς οἰκεῖτε εἰς τὸν παράδεισον;) Opinio de Enocho et Elia cum corporibus in paradisum translatis, quam auctor h. l. sequitur, a Scriptura sacra abest. Vid. Genes. V, 24. Hebr. XI, 5. Sirac. XLIV, 16. coll. XLIX, 14. et 2 Regg. II, 11. Attamen est illa vetustissima multisque cum Judaeis tum Christianis probata et in ipsas Bibliorum versiones illata. Fortasse jam LXX. interpretes eidem proluserunt 2 Regg. II, 11. verbis ἀνελήφθη ὡς εἰς τὸν οὐρανόν, unde vers. Lat. antiqua *et ascendit Helias quasi in coelum*. Certe Origenes in Ps. XV. Tom. II. p. 600. ed. Ruaei aliique a Suicero s. v. Ἠλίας laudati patres illa vocula ὡς praeter Hebraeum textum addita significari putant Eliam non in ipsum coelum receptum esse. Latinus autem interpres Sirac. XLIV, 16. vertit vel potius interpolavit: *Henoch placuit deo et translatus est in paradisum, ut det gentibus poenitentiam*. Conf. de h. l. Bellarminum *de gratia primi hominis* lib. I. c. 12. Pariter Arabs Erpenianus Hebr. 11, 5. Enochum in paradisum raptum esse ait. Utrumque paradisum, Adami olim sedem, intellexisse crediderim. E Judaeis sane haud pauci, maxime veteres, statuerunt illos viros pietate insignes vivos in coelum raptos et in dei angelorumque consortium translatos esse, et ubi paradisum sedem ipsis adscripserunt, hunc a coelo distingui noluerunt. Ita Josephus *Ant. Jud.* I, 3. 4. Enochum scripsit ἀναχωρῆσαι πρὸς τὸ θεῖον. Conf. tamen ibid. IX, 2. 2. Et Targum Pseudo-Jonathanis Gen. V, 24. de eodem refert: *sublatus est et ascendit in coelum per verbum coram domino, et vocatum est nomen ejus Metatron scriba magnus*. Vid. de hoc loco Pfeifferus exercit. *de Henocho* cap. I. §. 4-6. in ejusdem *Dubiis vexatis* p. 975. ed. 5. Fuerunt etiam qui locum Gen. V. de translatione per obitum interpretarentur. Vid. auctor Sap. Salom. IV, 10. sqq. et quos laudavit Menasse ben Israel *de fragilit. hum.* p. 106. Alii vero Enochum et Eliam cum

in inferis mortui nondum fuistis, et in paradiso corpore collocati estis? respondens unus ex eis dixit: Ego sum Enoch, qui verbo domini translatus sum hic. (*fort.* huc.)

---

corporibus in paradiso terrestri usque ad Messiae adventum agere existimarunt, et ubi in coelum raptos esse dixerunt, cogitarunt de regione aërea. De Enocho id creditum auctoritate libri Enoch, si fides libro Sohar apud Menasse ben Israel *de resurrect. mort.* lib. II. c. 11. p. 335. *Reperimus in libro Henochi, deum illi, postquam sustulisset eum in sublime et ostendisset ei omnes thesauros superiores et inferiores, monstrasse etiam arborem illam, quam interdixerat Adamo; et vidit locum Adami in paradiso, in quo, si Adam observasset praeceptum illud, vixisset perpetuo et in aeternum mansisset.* Conf. verba Menachemi Recanatensis a Drusio diss. de Enocho c. 22. allata. De Elia Dav. Kimchius ad 2 Regg. II, 1. *Et est sententia plurimorum etiam sapientum nostrum, quod ingredi fecit eum* (Eliam) *deus in hortum Edenis cum corpore suo: perinde ac primo homini comparatum fuit, antequam peccarat.* Ipse Kimchius ab hac opinione alienus ad v. 11. ait: *Elias autem factus est spiritualis consumtumque fuit corpus coelesti igne, redeuntibus omnibus, quibus compositum erat, ad sua principia et elementa.* Et ad Malach. III, 23. *Restituet deus animam Eliae, quae ascendit olim in coelum, in corpus creatum instar corporis ejus prioris.* Vid. Lightfoot ad Matth. XVII, 10. Contra Isaac Abarbanel in prophetas priores fol. 169. col. 4. *Hautquaquam*, inquit, *oportet fidem habere verbis eorum, qui dicunt corpus Eliae et vestes conflagrasse.* Ipse asserit eum translatum esse *et anima et corpore*, ita tamen ut hoc factum sit ob futuras *apparitiones* et potissimum *tempora Messiae* (Malach. III, 23.) *miraculosa ratione immortale et permanens* etc. Ibid. fol. 70. col. 2. *Ecce Adam immortalis fuit et factus est mortalis: sed Elias mortalis natus factus est immortalis. Adam erat in horto Eden, sed expulsus fuit: Elias autem, qui extra eum constitutus erat, ejus evasit incola.* Leo Hebraeus, quem vulgo Judam Abarbanelem, Isaaci filium, esse volunt, in dialogo III. *de Amore* pag. 2. fol. 172. edit. Italicae, pag. 524. ed. Latin praeter Enochum et Eliam etiam Joannem in paradisum velut asylum contra mortem raptum esse refert; de qua traditione infra dicetur. Vid. etiam Menasse ben Israel *de resurr. mort.* lib. II. c. 3. et lib. III. c. 11. Alios locos, quibus ambiguus vocis *paradisus* significatus, velut Talmudici tract. *Derech erez sota* fol. 20. col. 3.

Ἐγώ εἰμι Ἐνὼχ ὁ εὐαρεστήσας θεῷ καὶ μετατεθεὶς παρ' αὐτοῦ· καὶ οὗτός ἐστιν Ἡλίας ὁ Θεσβίτης, οἳ καὶ μέλλο-

---

ed. Amstel. *Novem viventes intrarunt paradisum, Enoch, Elias* etc. Eisenmenger *Judaismi detecti* Tom. I. p. 391. sqq. et 866. sqq. et Wetstenius in N. T. T. I. p. 819. laudarunt. Inter Christianos pauci a curiosa quaestione de loco, in quem translatus Enochus, omnino abstinendum esse censuerunt; quae fuit cautio interpretum scholae Antiochenae, Chrysostomi hom. XXI. in Gen. et Theodoreti quaest. XLV. in Gen. Vid. etiam Theophylact. et Oecumen. ad Hebr. c. XI. Alii sec. 2 Regg. II. 11. cum Elia etiam Enochum in coelum raptum esse dixerunt, quorum tamen maxima pars non coelum, in quod Christus ascendit, intelligi voluit. Sic Pseudo-Athanasius *de assumtione Christi* Tom. II. p. 5. οὐ γὰρ εἰς οὐρανὸν Ἡλίας ἀνέρχεται, οὐδὲ διαδραμὼν τὸ στερέωμα, τοῖς ἐκεῖσε χωρίοις αὐλίζεται. Indicat Eliam sublimem raptum neque tamen firmamentum transilientem in regione aërea mansisse. Conf. supra pag. 356. not. Plerique vero eosdem paradisi, qualem supra descripsimus, colonos factos esse opinati sunt. Vide quos laudant Feuardentius ad Iren. IV, 50. et V, 5. et Calmetus in diss. *de patriarcha Henoch* ad ep. Judae v. 9. Nititur autem ista opinio eo, quod omnes veteris ecclesiae doctores e locis Gen. V. Hebr. XI. et 2 Regg. II. sibi persuasum habuerunt, Enochum et Eliam *vivos cum corporibus* translatos esse, neque tamen ipsis visum est credibile, quod scripturae effatis maxime consentaneum erat, deum eosdem sic in coelum sublatos ad se recepisse. Scilicet coelum, inquiunt, beata illa gloriae dei sedes, propter Adami peccatum hominibus ante Christum fuit clausum. Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis. Joan. III, 13. Neque est servus supra dominum. Christus vocatur ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων et πρωτότοκος τῶν νεκρῶν 1 Cor. XV, 20. Apoc. 1, 5., quoniam primus et adhuc solus ad aeternam et incorruptibilem vitam resurrexit. Omnino nemini ante resurrectionem generalem et judicium extremum praemia coelestis felicitatis rependuntur. Enoch et Elias, sine morte hinc translati, nondum in illam spiritalem qualitatem corporis, qualis in resurrectione promittitur, mutati sunt. Immo potius necesse est aliquando redeant has in terras, quomodo etiam praedictum est de Elia Malach. III., ut quod primi hominis propagini debetur exsolvant, h. e. moriantur. Homines vero adhuc superstites cum corporibus nondum glorificatis, quos ad diem

Iste autem, qui mecum est, Elias Thesbites est, qui curru igneo assumtus est. Hic et usque nunc non gu-

---

certum manet interitus, in coelis, unde neminem redire constat, in destinata angelis hominibusque immortalitate et gloria donatis sede versari prorsus improbabile est. Inde 2 Regg. II, 11. scriptum est, Eliam ὡς εἰς τὸν οὐρανόν, *quasi in coelum* assumtum esse. Vid. Pseudo-Athanasium l. l., Ambrosium *de fide* lib. IV. c. 1., auctorem *quaest. et respons. ad orthod.* n. 85. (Justini Opp. Append. p. 509. ed. Mar.) et Theodoret. ad Ps. XXIII. p. 755. ed. Hal. His igitur de causis olim multi Enocho et Eliae coelum denegarunt, eosque potius in illo paradiso extra et supra hanc terram constituto collocarunt, qui, ut Moses Barcepha *de parad.* P. I. c. 11. ait, *et ad corpus et ad spiritum spectat* cum contra *regnum coeleste spiritale* sit. Ibi hos viros eadem conditione, qua Adamus ante lapsum gavisus sit, frui putarunt. Originem opinio videtur traxisse a Judaeis. Illi enim *Seniores* apud Iren. V, 5. coll. IV, 30. quos supra primos ejus testes esse vidimus inter Christianos, Judaicis commentis de regno mille annorum addicti fuerunt. Inde etiam primis seculis exempla Enochi et Eliae cum corporibus translatorum ab Irenaeo et Tertulliano *de resurr. carn.* c. 58. coll. *adv. Jud.* c. 2. adhibita sunt ad futuram integritatem et resurrectionem carnis defendendam contra Gnosticos aliosque carnis contemtores. Similiter postea contra Origenem ejusque sectatores ab Epiphanio haer. LXIV. c. 64. et ab Hieronymo ep. 61. ad Pammach. *Enoch translatus est in carne: Elias carneus raptus est in coelum: necdum mortui et paradisi jam coloni habent membra, cum quibus rapti sunt et translati.* Aliud autem momentum habuerunt illa exempla ad controversiam Pelagianam. Qui traducem peccati et mortis necessitatem propter Adami peccatum inficiabantur, monebant Enochum et Eliam ab Adami praevaricatione prohibitos non esse, permanere immortales; quod antea jam dictum erat a pluribus. Vid. Julianus ap. August. *Op. imperf.* lib. VI. c. 30. init. et Rufinus Palaest. *de fide* c. 37. Bibl. PP. Max. Tom. XXVII. p. 536. coll. Constitutt. Apost. V, 7. Recognitt. Clement. IV, 12. Augustinus vero aliique eorundem in paradiso viventium beata sorte illustrabant et confirmabant sententiam suam, Adamum, si mandatum dei servasset, mortem non fuisse gustaturum; sed simul praeeunte Tertulliano *de anima* c. 35. et 50. asseverabant, illos aliquando commune posterorum Adami fatum subituros esse. In defendenda

μεν ζῆσαι μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· τότε δὲ μέλλομεν ἀποσταλῆναι παρὰ Θεοῦ ἐπὶ τῷ ἀντιστῆναι τῷ ἀντι-

---

illa sententia Augustinus *de peccat. mer. et remiss.* lib. I. c. 3. *Talem*, inquit, *puto habitudinem adhuc in corpore animali atque mortali etiam illis, qui sine morte hinc translati sunt, fuisse concessam. Neque enim Enoch et Elias per tam longam aetatem senectute marcuerunt. Nec tamen credo eos jam in illam spiritalem qualitatem corporis mutatos, qualis in resurrectione promittitur, quae in domino prima praecessit: — ita in paradiso fortasse pascuntur, sicut Adam priusquam propter peccatum exinde exire meruisset. Habebat enim de ligno vitae stabilitatem contra vetustatem.* Conf. *de Genesi ad literam* lib. IX. c. 6. Alio quidem loco *de peccato orig.* c. 23. quaestionem de mora Enochi et Eliae in paradiso ad fidem non pertinere pronuntiat, si modo credatur, eos in quibus nati sint corporibus vivere. Attamen in *Opere imperf. contra Julianum* versus vitae finem scripto lib. VI. c. 30. scribit: *A qua necessitate* (moriendi) *translati sunt Enoch et Elias: in his enim terris erant, ubi lignum vitae non erat, et ideo eos ad hujus vitae finem communis omnibus necessitas mortis urgebat. Nam quo eos credendum est fuisse translatos, nisi ubi est ipsum vitae lignum, unde illis sit potestas vivendi, nec ulla moriendi necessitas? — Deus in his duobus ostendit, quid etiam illis, quos dimisit de paradiso, praestaturus esset, si peccare noluissent: inde namque ejecti sunt isti, quo trajecti sunt illi. — Qui sane creduntur ad exiguum temporis redituri in has terras, ut etiam ipsi cum morte confligant, et quod primi hominis propagini debetur exsolvant.* Cum Augustino consentit Ephraemius, patriarcha Theopolitanus sec. VI., in Photii Biblioth. cod. 229. p. 252. ed. Bekker. Ab Anatolio quaestio huic proposita erat, εἰ σύνθετος ὁ Ἀδὰμ ἐπλάσθη, πῶς ἀθάνατος ἐκτίσθη. Studuit igitur demonstrare, ὅτι τὸ σύνθετον δύναται καὶ ἀθάνατον μένειν, pluribus argumentis, quorum extremum hoc est: μαρτυρεῖ δὲ τοῖς εἰρημένοις Ἐνὼχ καὶ Ἠλίας καὶ ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς Ἰωάννης, ἔτι περιόντες ἐν τῷ σώματι· καὶ γὰρ τούτους οἷς ἀπαρχὴν τοῦ ὅλου φυράματος ἡμῶν ὁ δημιουργὸς λαβὼν ἔδειξε πᾶσιν, ὡς εἰ μὴ ἥμαρτεν ὁ Ἀδὰμ, ἔτι ἂν περιῆν μετὰ τοῦ σώματος. πλὴν καὶ οὗτοι πολυχρόνιον βίον ἀνύοντες γεύσονταί ποτε θανάτου, κἂν ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Quo tempore mortem sint gustaturi, indicat his de Joanne verbis: οὐ γάρ τις αὐτὸν ἀθάνατον εἶναί φησιν, ἀλλὰ διαμένειν μετὰ Ἐνὼχ καὶ Ἠλία μέχρι τῆς δευτέρας τοῦ δεσπότου

stavimus mortem, sed in adventum Antichristi reservati sumus, divinis signis et prodigiis praeliaturi cum eo, et

---

παρουσίας. Haud dubie Ephraemius statuit, Adamum quidem, si non peccasset, non fuisse moriturum, sed a mortalitate ad immortalitatem sine media morte venturum; Enochum vero et Eliam Adami posteros, sane morituros esse, ut peccati originalis poenam moriendo pendant. Itaque noluit hos proprio sensu dici ἀθανάτους. Auctor nostri libelli fabula sua et ipsius Enochi effato communem opinionem confirmare studet, Enochum et Eliam non in Orcum descendisse animabus a corporibus separatis, sed vivos in paradisum translatos esse, attamen aliquando eosdem redituros esse et morituros. Idem agit auctor *historiae Josephi Arab.* c. 30–32. — ἀποσταλῆναι παρὰ θεοῦ ἐπὶ τῷ ἀντιστῆναι τῷ ἀντιχρίστῳ,) Haec est scriptura cod. Vat. Male Paris. ἀποσταλῆναι παρὰ θεῷ ἐπὶ τῷ ἀντιχρίστῳ. Infra pro ἀπάντησιν cod. Vat. ὑπάντησιν. Videtur respici ad 1 Thess. IV, 17. ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα. Cum opinionibus, de quibus antea diximus, arctissime cohaeret haec, Enochum et Eliam usque ad consummationem seculi in vita superstites mansuros tum ex paradiso in terram a deo missum iri, ut obsistant Antichristo, eosque ab hoc occisos post triduum in vitam revocatum et nubibus vectos per aërem obviam domino raptum iri. Paucis originem et causas opinionis olim vulgatissimae exponemus. Satis enim constat, Judaeos Jesu Apostolorumque tempore ex prophetia Malach. III, 23. 24. Eliam Messiae praecursorem et adjutorem exspectasse, et nonnullos Mosen, Jeremiam aliosve prophetas Eliae subjunxisse comites. Vid. Bertholdt *Christologia Judaeorum Jesu Apostolorumque aetate* §. 15. Inde quibus persuasum erat, Jesum esse Messiam, crediderunt quidem, Joannem baptistam ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου Messiam praecessisse, minime vero omnes illam spem et exspectationem abjecerunt. Magna potius Christianorum praecipue e Judaeis pars, literae propheticae et placitis suis Judaicis mordicus addicti, quod in primo Christi adventu non erat factum, ut Elias ille Thesbites in terram rediret, non dubitarunt quin futurum esset in altero adventu. Argumenta autem et testimonia, quibus sententiam suam comprobarunt, partim cognoscere licet e dialogo cum Tryphone c. 49. Ibi enim Tryphoni, qui Jesum esse negat Christum, quia nondum venerit Elias, auctor proponit Zachariae vaticinium Ἠλίαν ἐλεύσεσθαι πρὸ τῆς ἡμέρας τῆς μεγάλης καὶ

χρίστῳ, καὶ ἀποκτανθῆναι παρ᾽ αὐτοῦ, καὶ μετὰ τρεῖς ἡ-

φοβερᾶς ταύτης τοῦ κυρίου, et cum scriptura cogat confiteri duplicem Christi adventum esse praedictum, ex eo colligit *τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Χριστοῦ πρόοδον γενήσεσθαι τὸν Ἠλίαν.* Tum pergit: *Καὶ ὁ ἡμέτερος οὖν κύριος τοῦτο αὐτὸ ἐν τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ παρέδωκε γενησόμενον εἰπὼν καὶ Ἠλίαν ἐλεύσεσθαι· καὶ ἡμεῖς τοῦτο ἐπιστάμεθα γενησόμενον, ὅταν μέλλῃ ἐν δόξῃ ἐξ οὐρανῶν παραγίνεσθαι ὁ ἡμέτερος κύριος Ἰησοῦς Χριστός· οὗ καὶ τῆς πρώτης φανερώσεως κῆρυξ προῆλθε τὸ ἐν Ἠλίᾳ γενόμενον πνεῦμα θεοῦ ἐν Ἰωάννῃ τῷ γενομένῳ ἐν τῷ γένει ὑμῶν προφήτῃ κτλ.* Conf. Tertullianum *de anima* c. 35. extr. Haud dubie Malachiam cum Zacharia confundens auctor cogitavit de novissimo illius oraculo, quod in vers. Alex. IV, 5. legitur: *Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ.* Censuerunt igitur Christiani illi hoc oraculum, cum dies domini praedicetur *magnus et insignis* vel *terribilis*, non intelligi posse de prima Christi in terris praesentia humilique vitae conditione, sed potius referendum id esse ad tempus reditus Christi, quo summae majestatis et potentiae suae documenta illustrissima daturus sit; neque ideo Eliam dici spiritum Eliae in Joanne se exhibentem, sed Eliam ipsum in fine rerum mundanarum rediturum. Vid. Cyrill. Alex. ad Malach. IV, 5. Theodoret. ad h. l. et ad Daniel. XII, 1. Augustin. *de civit. dei* lib. XX c. 29. Epiphan. *de vitis prophetarum* c. 5., quocum conferas Dorotheum et Isidorum *de vit. prophet.* Id fortasse etiam propterea visum est probabilius, quod LXX interpretes nomini Eliae addiderunt adjectivum *τὸν Θεσβίτην*, etiam in nostro textu repetitum. Domini autem ipsius effatum de Elia venturo, quod auctor dialogi respicit, videtur esse Matth. XVII, 11: *Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον καὶ ἀποκαταστήσει πάντα· κτλ.* Hoc enim veteres aliter ac recentiores interpretati sunt. Origenes Comment. in Matth. p. 304. ed. Huet. notat: *Servatorem ea, quae de Elia traderentur, non improbasse. πρὸς δὲ τοῦτο ὁ σωτὴρ ἀποκρίνεται οὐκ ἀθετῶν τὰ περὶ τοῦ Ἠλίου παραδιδόμενα.* Hilarius Comment. in Matth. cap. XVII. §. 4. *Respondet Eliam esse venturum et restituere universa, id est reliquum, quod deprehenderit ex Israel, ad cognitionem dei revocaturum. Sed in virtute ac spiritu Eliae Joannem venisse significat.* Theophylactus ad Matth. XVII, 11. *Ἐν τῷ εἰπεῖν, ὅτι Ἠλίας μὲν ἔρχεται, δεικνύει, ὅτι οὔπω ἦλθεν. ἐλεύσεται δὲ πρόδρομος τῆς δευ-*

ab eo occisi in Jerusalem, et post triduum et dimidium

τέρας ἐλεύσεως καὶ ἀποκαταστήσει κτλ. Conf. ejusd. comment. in Marc. IX, 12. Chrysost. hom. 57. in Matth. p. 363. et Hieronymus ad Matth. XI, 14. et XVII, 11. Existimarunt isti interpretes, quibus nuper accessit Olshausen in comment. ad Matth. XI, 14. et XVII, 11., Malachiae vaticinium eo sensu, quem Luc. I, 17. indicet, in Joanne baptista impletum esse, idem vero etiam proprio sensu impletum iri. Hac cum exspectatione et spe optime congruit illa vulgo credita Eliae vivi in coelum vel in paradisum translatio. Utraque opinio hoc nexu illustrata et confirmata est. Apparuit enim, cur translatus sit Elias, et quomodo fieri possit, ut aliquando revertatur, atque simul declaratum est, quo tempore et qua occasione mortem, cui tota Adami posteritas obnoxia, subiturus sit. Inde etiam factum est, ut plurimi Eliae redituro socium adjungerent Enochum exitu e vita singulari Eliae simillimum. Neque diversam rationem secuti sunt, qui pro Enocho Mosen designabant Messiae anteambulonem. Nam licet Deuteron. XXXIV, 5. 6. Moses mortuus et in quadam valle sepultus fuisse dicatur, erat tamen inter Judaeos vetus et constans opinio, eum in coelos fuisse assumtum. Vid. Joseph. Antiquit. Jud. III, 5. 7. et IV, 8. 48. coll. I, 3. 4. et IX, 2. 2. atque Maimonides praef. in Talmud. *Sic dixerunt magistri nostri: Moses, magister noster, non est mortuus, sed ascendit ac deo in coelo ministrat.* E Christianis Clemens Alex. Strom. I. p. 412. ed. Pott. de Mose: *ἔσχε δὲ καὶ τρίτον ὄνομα ἐν οὐρανῷ μετὰ τὴν ἀνάληψιν, ὥς φασιν οἱ μύσται, Μελχί.* (Mystae non videntur esse mysteriis initiati, sed mystici et arcani Scripturae sensus periti.) Conf. Strom. VI. p. 806. *εἰκότως ἄρα καὶ τὸν Μωϋσέα ἀναλαμβανόμενον διττὸν εἶδεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ· κτλ.* et *adumbrat. in ep. Jud.* p. 1008. ubi Clemens verbis vers. 9. *assumtionem Mosis* confirmari tradit, de qua singularem libellum apocryphum scriptum fuisse scimus. Vid. Fabricius Cod. Pseudepigr. p. 839. sqq. Christiani praeterea, quod Moses assumtus fuerit, colligebant ex evangeliis, ubi cum Elia apparuisse refertur. Matth. XVII. Marc. IX. Luc. IX. Vide memorabilem Ambrosii locum *de Cain et Abel* lib. I. cap. 2. cujus sententiam Benedictini frustra obscurant. Pariter qui de Jeremia cum Elia in terram redituro cogitarunt, eum mortuum esse negarunt. Sic Victorinus Petav. sec. III. traditionis Judaicae et Chiliastarum opinionis fautor, in commentario in Apocal. XI, 3. Biblioth. PP.

μέρας ἀναστῆναι καὶ ἐν νεφέλαις ἁρπαγῆναι πρὸς τὴν τοῦ κυρίου ἀπάντησιν.

Tom. III. p. 418. *Multi putant eum Helium esse aut* (fort. *et*) *Helisaeum aut Mosen: sed utrique* (sc. *Helisaeus et Moses*) *mortui sunt: Hieremiae autem mors non invenitur, quia* (h. e. *quare*) *omnes veteres nostri tradiderunt illum esse Hieremiam.* Commentarius iste interpolatus quidem est et nonnullis in locis a Chiliasmi adversario mutatus, sed majorem tamen partem a Victorino revera scriptus. Vid. Routh. Reliqu. sacr. Tom. III. p. 255. Inde nullus dubito, quin traditio illa antiquissima sit et auctores habeat Christianos e Judaeis, qui nollent Elisaeum aut Mosen, quorum mortem in Scriptura diserte memoratam legerent, cum Elia conjungi, et potius Jeremiam hoc honore decorandum putarent, cujus de morte Scriptura taceret. Conf. Matth. XVI, 13. 14. et 4 Esdr. II, 18. Enochum isti homines fortasse propterea neglexerunt, quod socius Eliae ex Abraami posteris et prophetarum numero eligendus videretur. Antiquitatem illius traditionis testatur etiam Hilarius comment. in Matth. c. XX. §. 10. *Et hos quidem eosdem prophetas duos* (Moysen et Eliam) *praevenientes adventum ejus esse intelligimus, quos Apocalypsis Joannis ab antichristo perimendos esse dicit: licet variae vel de Enoch vel de Jeremia plurimorum exstiterint opiniones, quod alterum eorum sicut Eliam mori oporteat.* Improbat has opiniones, neque *alios venturos* existimat, *quam qui ad sponsionem fidei venisse conspecti sint.* Matth. XVII. Mosen vero cum corpore assumtum esse ita ut potuerit jam videri et possit in rerum fine reverti, innuit his verbis: *si quis conditionem et mortis et sepulcri Moysi diligenter adverterit, et secretarum scripturarum secundum Apostoli auctoritatem cognitionem adeptus sit, intelliget omnia ita esse tractata, ut Moyses potuerit jam videri.* Secretas scripturas suspicor dici illam ἀνάληψιν sive ἀνάβασιν Mosis, e qua Judam desumsisse putarunt, quae ep. v. 9. refert. Editores Benedictini hunc quoque locum perverse interpretantur, ne Hilarius videatur mortem Mosis negasse. Denique etiam qui Joannem Evangelistam cum Enocho et Elia in fine rerum prodituruin esse somniarunt, hoc imaginati sunt e notissima illa traditione de Joanne nondum mortuo. Praeter Ephraimum Theopolitanum, quem supra laudavimus id docentem, Methodium in Chronico a Suicero T. I. p. 591. citatum, Pseudo-Hippolytum *de consummatione mundi* c. 21. aliosque recentiores a Florentinio ad martyrolog. Hieronymi p. 123. sq. me-

diei iterum vivi in nubibus assumturi. (*al.* sumus assumendi.)

---

minatos diserte jam Ambrosius *enarrat. in Ps.* 45. n. 10. *Nam et bestia*, inquit, *illa antichristus ex abysso ascendit, ut adversus Eliam atque Enech atque Joannem, qui propter testimonium domini Jesu terris sunt redditi, praeliaretur, ut legimus in Joannis Apocalypsi.* Benedictini quidem *atque Joannem*, quae in uno cod. Reg. legantur, in aliis omnibus Mss. omitti notant. Vereor tamen ut jure Ambrosius ab hac vana opinione, quae fortasse ipsis librariis offensioni fuit, purgetur. Nam idem etiam *expos. ev. Luc.* lib. VII. p. 1411. ed. Bened. cum Enochi et Eliae historia componit dictum domini de Joanne in Ev. Joan. XXI, 22.; quanquam id ibi non videtur proprio sensu intelligere, et alibi *expos. in Ps.* 118. p. 1225. memorat *de morte Joannis aliquos dubitasse*, ita ut se de ea certum fuisse prodat. Conf. *de excessu Satyri* lib. II. p. 1146. extr. Gregorium vero Naz. qui orat. 34. p. 550. Joannem Evangelistam τὸν τοῦ λόγου πρόδρομον appellat, vix crediderim, quod Eliae Cretensi visum est, cogitasse de Joanne Christum in altero adventu antecessuro. Vid. Billii not. Tom. II. p. 954. Facilius commentum hoc genuino Hippolyto adjudicaverim, quod *de antichristo* cap. 50. scribit Joannem illo, qui Apoc. XIII, 18. obscure significatus sit, apparente manifestaturum esse, de quo quaeratur. ἀναφαίνοντος γὰρ αὐτοῦ δείξει ὁ μακάριος τὸ ζητούμενον. Sed ut ad propositum revertamur, origine causisque illius opinionis expositis jam illustranda sunt, quae de Enocho et Elia redituris praedicantur. In his autem noster consentit cum Apoc. XI, 3—13., ubi legitur vaticinium de duobus martyribus, qui in urbe sancta a gentilibus profanata prodituri, hominum animos dictis factisque ad Messiae adventum praeparaturi et munere hoc peracto a bestia ex abysso ascendente Hierosolymis victi et occisi, post tres autem dies et dimidium resuscitati, nubium vehiculo in coelum ascensuri sint. Hos enim martyres (quibus hoc nomen judice Cyrillo Hierosol. catech. XV. p. 213. ed. Oxon. proprie debetur) intelligi Enochum et Eliam et antiquissima est sententia et maxime probabilis. Primus, ni fallor, Apocalypseos locum *diserte* sic enarravit Hippolytus *de antichristo* c. 43. sqq. p. 20—23. ed. Fabric., quem alii de antichristo scriptores, Ephraem Syrus, ille Pseudo-Hippolytus supra laudatus et Pseudo-Augustinus (ed. Bened. Tom. VI. col. 724.) secuti sunt; etiam Joannes Damasc. *de fide orthod.* IV, 26. quod

CAPVT XXVI.

Ταῦτα τούτων λεγόντων ἦλθεν ἕτερος ταπεινὸς ἄνθρωπος,

---

est *de antichristo*, Cedrenus p. 204. ed. Basil., Philippus Solitarius *Diopttae* lib. III. c. 9. atque Pseudo-Methodius in *Revelationibus* Biblioth. PP. T. III. p. 733. Ex interpretibus Apocalypseos Andreas et Arethas, uterque comment. in Apoc. cap. 30, sententiam illam vocant traditionem *a plerisque doctorum vel concorditer in ecclesia receptam.* Pariter Cosmas Indicopleustes p. 75. ed. Ven. de Enocho: *οὗτός ἐστιν ὁ ἅμα τῷ Ἠλίᾳ ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἀντικαθιστάμενος τῷ ἀντιχρίστῳ καὶ ἐλέγχων τὴν πλάνην αὐτοῦ κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν.* Conf. ibid. p. 87. Eadem verba legis in Chronico Paschali p. 21. Inde auctor *κεφαλαίων τῆς ἀποκαλύψεως* in ed. Matthaei p. 6. nihil dubitans sectionem XI, 3. sqq. inscripsit *περὶ ἐνὼχ καὶ ἠλία διελέγχειν μελλόντων τὸν ἀντίχριστον.* Cum Graecis de loco Apocal. consenserunt Latini doctores plurimi, velut Ambrosius in Ps. 45. Hilarius in 1 Cor. IV, 9. Hieronymus ep. ad Marcellam ed. Francof. T. III. p. 93. Gregorius *Moralium* lib. IX. c. 3. XI, 9. XIV, 22. XXXV, 9. hom. 12. in Ezech. et hom. 7. in Evangel. Pseudo-Prosper *de promiss. et praedict.* c. 13. 15. 16. Alcuinus *de fide trinitatis* lib. III. c. 19. (*Heliam et Enoch maximos prophetas venturos esse ecclesiae habet fides.*) Ambrosius Ansbertus in Apoc. lib. V. Biblioth. PP. Max. T. XIII. p. 522. sqq. aliique. Inde etiam post sacra emendata catholicae ecclesiae doctores paucis exceptis (inter quos Pannonius, Arias Montanus, Alcasar et Bossuetus sunt celeberrimi) hanc expositionem tot patrum testimoniis et auctoritate commendatam probaverunt eamque iisdem locis Malach. IV, 5. et Matth. XVII, 11. etiam Sirac. XLVIII, 10. coll. XLIV, 16. e vers. vulg. confirmare studuerunt. Vid. Natalis Alexander Hist. eccles. Tom. II. p. 185. sq. Calmetus diss. *de patriarcha Enoch* art. 3. et Rich. Simon epist. select. III, 31. pag. 214. Evangelici contra et reformati theologi plerique omnes parum toti illi expositioni tribuendum putarunt vel adeo fabulam, quam dicunt, de Enocho et Elia dignam esse omnino negarunt, cujus in serio Apocalypseos commentario mentio fiat. Vid. Chamier Tom. II. *panstratiae catholicae* lib. XVII. cap. 5. Drusius *de Henocho* c. 16. Rivetus *Opp. theol.* Tom. I. p. 201. Dorschaeus in *mysaria missae* c. 4. §. 46. sq. et *dissert. theol. pentadecade* p. 568. et Vitringa ad Apoc. XI, 3. Temere autem hos theologos judicasse illamque traditionem

CAPVT XXVI.

Et cum haec loquerentur sanctis Enoch et Elias, ecce

---

exegeticam maxime probabilem esse post Corodium *hist. crit. Chiliasmi* Tom. II. p. 279. sqq. et p. 430. sqq. nuper Ewaldus ad Apoc. XI, 3. demonstravit. Jam vero quaeritur, an auctor evangelii sua ex Apocalypsi hauserit. Si Latinum textum cum Apoc. loco confers, id affirmes. Consentiunt enim accurate in loco caedis et tempore mortis definiendo. Contra si Graeca respicis, neges, et consensum Latini textus cum Apocalypsi e seriori interpolatione explices. Nam ibi Hierosolymae non fit mentio, neque divinorum signorum et prodigiorum, de quibus Apoc. XI, 5. 6. legitur. Enoch et Elias *post tres dies* dicuntur vitae restitui, quod fingitur ad exemplum Christi post triduum in vitam revocati. Singula verba nihil habent simile dictionis, qua auctor Apoc. l. l. usus est. Alluditur potius ad illud oraculum Malach. IV, 5. verbis *μέλλομεν ἀποσταλῆναι παρὰ θεοῦ*, pariter ut in Apocalypseos Pseudo-Joanneae loco simili: *Καὶ τότε ἀποστελῶ Ἐνὼχ καὶ Ἠλίαν πρὸς ἔλεγχον αὐτοῦ καὶ* (fort. add. *ἵνα*) *ἀποδείξωσιν αὐτὸν ψεύστην καὶ πλάνον*. Neque Apocalypseos auctor opinionem de Enocho et Elia in paradisum terrestrem translatis fovisse videtur, quacum haec exspectatio de futuro eorundem reditu apud nostrum arctissime cohaeret. Propius igitur is accedit ad sententiam Seniorum apud Iren. adv. haer. V, 5. *translatos in paradisum ibi manere ἕως συντελείας προσοιμιαζομένους τὴν ἀφθαρσίαν*, quod in nostro textu est *ζῆσαι μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος*. Irenaeus autem ibi non provocat ad Apocalypseos auctoritatem. Neque Tertullianus hoc facit *de anima* c. 50. *Translatus est Enoch et Helias, nec mors eorum reperta est, dilata scilicet. Ceterum morituri reservantur, ut antichristum sanguine suo exstinguant.* Sed ejusd. libri c. 35. prophetiam Malach. IV. respicit Heliam scribens venturum *ex supplemento prophetiae*; et *de resurrect. carn.* c. 58. ubi Enochum et Eliam *nondum resurrectione dispunctos* vocat *aeternitatis candidatos*, exprimere videtur illas Seniorum voces *προσοιμιαζομένους τὴν ἀφθαρσίαν*. Id quoque testatur totam opinionem minime pependisse a sola Apocalypsi, quod alii *unum* Eliam tempore antichristi terrae restitutum iri sperarunt. Praeter Justinum in dialogo cum Tryphone sic auctor oraculi Sibyllini lib. II. v. 94-96. ed. Gall. p. 270. *Καὶ τόθ' ὁ Θεσβίτης ἀπὸ οὐρανοῦ ἅρμα τιταίνων Οὐράνιον γαίῃ δ' ἐπιβὰς τότε σήματα τρισσὰ*

βαστάζων ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ καὶ σταυρὸν, πρὸς ὃν ἔφησαν οἱ ἅγιοι πατέρες· Τίς εἶ σὺ, ὁ θεωρίαν ἔχων λῃστοῦ, καὶ τίς ὃν ἐπιφέρεις ἐπὶ τῶν ὤμων σταυρόν; Ἀπεκρίθη

Κόσμῳ ὅλῳ δείξει τοῦ ἀπολλυμένου βιότοιο. Vid. Thorlacius in crisi libr. Sibyll. p. 169. sq., et in diss. de doctrinae Christ. in libris Sibyll. facie p. 39. Illum sequitur Lactantius, religiosus carminum Sibyllinorum cultor, institutt. divin. lib. VII. c. 17. *Imminente jam temporum conclusione propheta magnus mittetur a deo, qui convertat homines ad dei agnitionem, et accipiet potestatem mirabilia faciendi.* Quanquam quae his subjiciuntur, ex Apocalypsi petita videntur. Accedit Theodoretus haeret. fabul. compend. lib. V. c. 23., ἀποστελεῖ γὰρ τὸν Θεσβίτην Ἠλίαν. καὶ ἐξαπάτην διελέγχοντα τὴν ἐκείνου καὶ τὴν σωτήριον αὐτοῦ προμηνύοντα παρουσίαν. Indulget hoc capite et alibi quaest. III. in *Numeros* Judaicis de antichristo commentis. Sed quid multa? Ipse Apocalypseos auctor innuit duos martyres, quorum nomina consulto reticuit, lectoribus suis esse notos vel ex opinione vulgata facile ab iis divinari posse, cum scribat Καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου κτλ. Vid. Bleekius disquis. de Apocalypsi in ephemerid. theolog. Berolin. fasc. II. p. 269. Ista autem opinio quomodo potuerit oriri et divulgari, haud difficile est intellectu. Quemadmodum Judaei et e Judaeis Christiani propter Scripturae effata aliasque causas, de quibus supra vidimus, Eliam cum socio ante Messiam in terram rediturum esse sperarunt, ut hujus quasi causam ageret; ita eosdem invasit metus, ne ex altera quoque parte Messiae adversaria unus potissimum proditurus esset, qui a Satana agitatus personam susciperet Eliae partibus plane contrariam. Hunc metum ex universa de Messia et Satana doctrina ratum habuerunt, neque dubitarunt, quin antichristus Eliam cum comite esset aggressurus, victurus et occisurus; quae futura esset ultima improbitatis et malitiae victoria, brevi gaudium victoribus paritura. Conf. Winzer de daemonologia in N. T. proposita P. I. p. 45. Apparet igitur, quae noster h. l. tradit, minime ex Apocalypsi necessario repetenda esse, sed haud dubie in pluribus libris varie enarrata fuisse. Id etiam significat Cyrillus, qui in Catech. XV. locum de antichristo neglecta Apocalypsi exponit, his verbis p. 213. ed. Oxon. οὐκ ἐξ ἀποκρύφων λέγομεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ Δανιήλ.

Cap. XXVI. *βαστάζων ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ καὶ σταυρὸν*) Num auctor imaginatus est, latronem non tantum

supervenit alius vir miserrimus, portans humeris suis signum crucis. Videntes eum omnes sancti dixerunt ad eum: Quis es tu? quia visio tua latronis est. Et quid

---

cum corpore suo cruci affixo, sed etiam cum ipsa cruce lignea humeris imposita in paradisum translatum esse? Narratio et Graeca et Latina, si verba proprie intelliguntur, sane hanc exhibet imaginem, neque abludit ea ab universa paradisi scena oculis proposita. Ubi enim Enochus et Elias in quibus nati sunt corporibus vivunt, eo potuit etiam latro cum corpore transferri, cujus scilicet animam non descendisse ad inferos illis Christi verbis Luc. XXIII, 43. visum est doceri. Sed tamen dubito, an haec fuerit auctoris mens. Latronem enim teste Joanne XIX, 31. sq. cruribus fractis vere mortuum esse vix potuit ignorare; neque verosimile est eum temeritati et imaginationi tantum indulsisse, ut quae illi portentoso commento adversarentur, prorsus negligeret. Accedit, quod alios quoque latronem in paradiso Adami collocatum esse opinatos de sola ejusdem anima eo translata cogitasse videmus, e. c. auctorem *quaest. ad orthod.* qu. 76. coll. 85. Quare jam supra p. 681. memoravi respiciendam h. l. veterum opinionem, animas corporibus exutas humanam retinere figuram; quae nititur illa vulgo olim credita et varie descripta corporea animae natura. Vid. Knappius *super causis et fontibus opinionis de immortalitate animorum* in Scriptis var. arg. p. 88. sqq. Nam quod in metaphysicorum scholis nunc docetur et plerisque hodie Christianorum persuasum est, animam prorsus esse simplicem, omnis materiae expertem figuraque idcirco et forma omni destitutam, id a totius antiquitatis ingenio et sensibus fuit remotum. Cum opinionibus vulgi et poetarum fabulis consenserunt philosophorum decreta, esse in anima aliquid corporeum eamque corporis adspectabilis, quocum conjuncta est, figuram et habitum habere et post fata servare. Ne Platonici quidem animum, quem e materia conflatum negarunt, a corpore liberum esse voluerunt, sed ei duplex quoddam corpusculum adhaerere opinati sunt, alterum aethereum sive coeleste, alterum aërium, forma et figura hominem referens, quod *ὄχημα*, *εἴδωλον*, Latine *simulacrum* sive *effigiem* dictum esse constat. Vid. Stanleji hist. philos. Orient. lib. I. sect. 2. c. 10. Cudworthi *Systema intellect.* cap. V. sect. 3. §. 15. sqq. et doctissima ad h. l. commentatio Moshemii pag. 1036. sqq. ed. Jen. Wyttenbachius ad Plutarchum *de sera num. vind.* p. 97. Muellerus *de exilio mortis Leibnitiano* in Gerhardi

οὗτος· Ἐγὼ, καθὼς ὑμεῖς φατε, λῃστὴς ἦν καὶ κλέπτης ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ διὰ ταῦτα κρατήσαντές με οἱ Ἰουδαῖοι σταυροῦ θανάτῳ παραδεδώκασιν ἅμα τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ

---

loc. theol. Tom. XVIII. p. 269. sqq. ed. Tub. et Platnerus in *Philosoph. Aphorism.* P. I. p. 627. sqq. Eadem de corpore et figura animarum opinio etiam in Judaeorum scriptis reperitur. Sic Sohar in Geneseos paraschan ויחי יעקב (c. XLVII. v. 28.) diserte ait: *Corpus in pulvere relinquitur; anima colligatur cum spiritu in vase* sive *vestimento* (מאן) *quo induta est.* Et R. Menachem Recanatensis in *explicatione legis Mosaicae* fol. 30. ed. Venet. Enochi libro usus scribit: *secundum verba illius libri* (sc. Enochi) *scito paradisum inferiorem paratum fuisse a die quo creati sunt spiritus* (h. e. animae) *justorum ad commorandum illic in figura sua.* Conf. fol. 144. col. 2. Adde verba R. Abdiae Sphurni (h. e. Obadiae Saphorno vel Siphronii) a Vindeto de vitâ functorum statu p. 51. allata ét quae Cudworthus l. l. p. 1061. e Nachmanidis libro notavit. Christiani autem coetus doctores antiqui sicut plerique nihil esse statuerunt incorporeum nisi solum deum, ita in anima corporeum aliquid esse agnoverunt. Qua de sententia inter ipsos idem exstat discrimen, quod inter Graecos philosophos fuisse scimus, ut alii animam totam esse corpoream opinentur, seu nihil nisi aërium et exile corpus quoddam, alii vero eandem in se simplicissimam esse decernant, sed subtili tamen corpore semper circumdatam. Ex illorum numero maxime memorabilis Irenaeus. Is enim cum adv. haer. V, 7. p. 408. ed. Grab. animas tantummodo *incorporales* esse dicat *quantum ad comparationem mortalium corporum*, easque sibi haud videri simplices et incompositas significet, alibi lib. II. c. 62. et 63. diserte docet *animas habere hominis figuram et* post mortem *characterem corporis custodire*, istamque sententiam lib. II. c. 33. hac illustrat similitudine. *Non enim angelorum habebit similitudinem et speciem, sed animarum, in quibus et formatur:* (*quemodo aqua in vas missa ipsius vasis habebit formam, et jam si gelaverit in eo, speciem habebit vasculi, in quo gelavit:*) *quando ipsae animae corporis habeant figuram; ipsi enim adaptatae sunt vasi, quemadmodum praediximus.* Conf. Moshemius ad Cudworthi syst. intell. p. 1070. sqq. Argumentum ipsi videtur gravissimum illa Christi narratio de animis opulenti hominis et mendici Luc. XVI. Eodem utuntur, qui cum Irenaeo consentiunt, Tertullianus *de*

est, quod portas signum in humeris? Quibus respondens ait: Vere dixistis, quia latro fui omnia mala faciens super terram. Et Judaei crucifixerunt me cum Jesu, et vidi creaturarum mirabilia, quae facta sunt per crucem

---

anima cap. 7. Theodotus in *excerptis* n. 14. Clementis Al. Opp. ed. Pott. p. 972. Methodius apud Photium Biblioth. cod. 234. p. 301. ed. Bekker. et Faustus Rhegiensis in Canisii Lectionibus ant. Tom. I. p. 364. ed. Basnag. Conf. Muenscherus *hist. dogm. Christ.* Tom. II. p. 93. sqq. et Tom. IV. p. 127. sqq. et Elmenhorstius ad Gennadium Massil. *de ecclesiast. dogmat.* p. 128. Alterius opinionis Platonicae auctor et suasor Christianis fuit Origenes. Prout enim animam ipsam esse negat corpus *de princip.* I, 1. 7. eamque invisibilem et incorpoream vult haberi in *protrept. ad martyrium* c. 47. et tamen aliis locis *de princip.* I, 6. 4. et II, 2. aperte profitetur solum deum corpore vacare; ita minime sic secum pugnans docet, animas aërio quodam sive aethereo corpore, quod hujus terreni formam habeat, connexas esse et circumdatas velut indumento interiori, nec unquam prorsus denudatum iri. Vid. fragm. *de resurrect.* Opp. Tom. I. p. 35. et *contra Celsum* lib. II. c. 60. sqq. et VII, 32. Ex hac opinione illustrat narrationem Christi Luc. XVI. itemque explicat, quomodo mortuorum species viventium oculis possint objici. Vides igitur antiquitatem et profanam et sacram consentientem de corporea quadam animae natura humanaque ejus effigie; unde pendent reliquae de animarum separatarum statu opiniones, vitam apud inferos his in terris actae esse simillimam, animas illic eodem fere habitu apparere, quo a superis discesserint, et iisdem, quibus antea, fungi muneribus. Eas autem nostro quoque scriptori placuisse, fabulae de Joanne eremita Christi apud inferos praecursore et de prophetis ibi vaticinantibus docent, quibuscum ista componenda est. Quare sive corpoream animae latronis speciem fabulator imaginatus sit, sive hunc suo quodam corpore indutum in paradiso apparuisse opinatus sit, quod verosimilius est, certe non id, quod verba loquuntur, informavit animo, latronem cum corpore, tanquam si mortuus non esset, et cum lignea cruce ad paradisum pervenisse. Quod de cruce sive signo crucis narratur, id ex illa superstitione, de qua supra p. 627. sq. diximus, fingitur; velut apud Epiphanium legimus or. *in sepulcr. Chr.* p. 273. Christum ad inferos ingressum esse τὸ νικητικὸν ὅπλον

Χριστῷ. *Ἐπὶ σταυροῦ τοίνυν κρεμαμένου αὐτοῦ ἰδὼν τὰ γενόμενα σημεῖα ἐπίστευσα εἰς αὐτὸν, καὶ παρεκάλεσα αὐτὸν καὶ εἶπον· Κύριε, ὅτε* (fort. *ὅταν*) *βασιλεύσῃς, μή μου ἐπιλάθῃ. Καὶ εὐθὺς εἶπέ μοι· Ἀμὴν ἀμὴν σήμερον λέγω σοι, μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Βαστάζων οὖν*

τοῦ σταυροῦ κατέχοντα. Similia his passim leguntur. — *Ἐπὶ σταυροῦ*) Male cod. Vat. *Ἐπὶ* om. Idem *γινόμενα* pro *γενόμενα*. Vid. Matth. XXVII, 54. *ἰδόντες τὸν σεισμὸν καὶ τὰ γενόμενα.* Verba ed. Lat. *et credidi eum esse creatorem omnium creaturarum et regem omnipotentem* a Graecis abesse nota. Centurio militesque crucem domini custodientes cum terrae motum et reliqua portenta vidissent, apud Matth. l. l. perhibentur exclamasse: *ἀληθῶς θεοῦ υἱὸς ἦν οὗτος.* Haec fortasse illius additamenti auctor respexit. — *Κύριε, ὅτε βασιλεύσῃς, μή μου ἐπιλάθῃ.*) Nisi scriptor ipse a recta dicendi consuetudine aberravit, pro *ὅτε* reponendum *ὅταν* aut scribendum *βασιλεύσεις*. Supra cap. X. verba latroni eadem, quae Luc. XXIII, 42. habet, tribuuntur *μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Prima enim evangelii hujus pars non est ejusdem auctoris, cujus haec narratio de descensu Christi ad inferos. Utrum vero quae h. l. leguntur latronis verba, scriptor ore literisve sic tradita acceperit, fortasse in evangelio apocrypho Lucae commentariis cognato, an ipse consilio et ratione a Lucae textu discesserit, certo definiri non potest. Hoc tamen alterum vero est similius propter sequentia, in quibus dictum Christi apud Lucam una voce licenter transposita in aliam sententiam detortum facile agnoscis. Multis enim olim incredibile id est visum, quod ex illa latronis petitione et Christi promissione, quales Lucas refert, colligas, latronem statim post obitum in paradisum h. e. in regnum coelorum cum Christo ingressum esse; quoniam sibi persuasum habuerunt cum Tertulliano, *terra adhuc salva nemini patere coelum.* Idem sensit auctor hujus narrationis, quem alibi jam monuimus hac mente commentum de paradiso illo terrestri probavisse. Ne igitur paradisus confunderetur cum regno coelorum sive per illum hoc intelligeretur, latronem precantem facit: *domine, quando regnabis, ne obliviscaris mei.* Ceterum per se verba *ὅτε* vel potius *ὅταν βασιλεύσῃς* sensu nihil differunt ab illis *ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου*, si cum Grotio aliisque *ἐν τῇ βασιλείᾳ σου* idem esse putas quod *εἰς τὴν βασιλείαν σου.* Sic olim jam locum intelle-

Jesu crucifixi, et credidi eum esse creatorem omnium creaturarum et regem omnipotentem, et deprecatus sum eum dicens: Memor esto mei, domine, quando veneris in regnum tuum! Statim suscipiens deprecationem meam dixit mihi: Amen, dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Et dedit mihi hoc signum crucis dicens: Haec (*al.* Hoc)

---

etum esse testantur codd. B. L. et verss. Copt. et Latt. Vid. Griesbach. ad l. l. Lucae. Interpres Lat. nostri ev. fere consentit cum Lat. vers. ant. Lucae: *Domine, memor esto* (vers. vulg. *memento*) *mei, cum veneris in regnum tuum.* Vid. Sabatier. — *Ἀμὴν ἀμὴν σήμερον λέγω σοι, μετ' ἐμοῦ κτλ.*) Cod. Vat. his praemittit voculam *ὅτι*, quae a cod. Par. recte abest. A Lucae textu XXIII, 43. noster differt geminata voce *ἀμήν*, qua Christus in evangelio Joannis saepius utitur, et transposito adverbio *σήμερον*. Illam observavi etiam a nonnullis patribus, qui hoc Salvatoris dictum laudant, geminari velut a Cyrillo Alex. Opp. Tom. I. P. 1. p. 69. et 620. Tom. IV. p. 466. et ab Ambrosio in Ps. 36. col. 812. et in Luc. col. 1529. Quod non factum est auctoritate codicum. Nam aliis locis iidem semel ponunt *ἀμήν*. Hoc autem adv. *σήμερον* alii quoque etsi non transposuerint, tamen itidem ad praecedentia verba *λέγω σοι* interpunctione mutata referri voluerunt. Commemorat hanc distinctionem primus quod sciam Hesychius presbyt. Hierosol. sec. V. *quaest.* 49. *Πῶς ἡ ὑπόσχεσις τοῦ κυρίου πρὸς τὸν λῃστὴν πεπλήρωται, ὅτι σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ; μετὰ γὰρ τὸν σταυρὸν ὁ Χριστὸς εἰς ᾅδου ἐπὶ ἐλευθερίᾳ τῶν νεκρῶν παραγίνεται· ἔδει δὲ καὶ τὸν λῃστὴν* (sc. *παραγίνεσθαι εἰς ᾅδου*) *ὑπεύθυνον ὄντα τῷ νόμῳ τῆς φύσεως.* Hujus *ἀπορίας λύσις* est. *Τινὲς μὲν οὕτως ἀναγινώσκουσιν· ἀμὴν λέγω σοι σήμερον· καὶ ὑποστίζουσιν· εἶτα ἐπιφέρουσιν, ὅτι μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. ὡς ἂν εἴποι τις, ὅτι ἀμὴν λέγω σοι σήμερον ἐν τῷ σταυρῷ ὢν, ἔσῃ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ.* Ipse non videtur consentire, sed animadvertit nihil contrarium sequi, etiamsi vulgaris distinctio retineatur, cum servator noster *τῇ ἀπεριγράπτῳ αὐτοῦ θεότητι* non solum in inferno adfuerit, sed et in paradiso una cum latrone et in inferno et cum patre et in sepulcro, utpote cuncta replens. Vid. Cotelerii Eccles. Graecae monum. Tom. III. p. 38. sq. Praeter Hesychium notetur scholion, quod Matthaei ad Luc. ev. p. 475. edidit. *Ἄλλοι δὲ τὸ ῥητὸν ἐκβιάζονται. λέγουσι γὰρ, δεῖν ὑποστίζοντας ἀναγινώ-*

τὸν σταυρόν μου ἦλθον εἰς τὸν παράδεισον, καὶ εὑρὼν

σκειν· ἀμὴν λέγω σοι σήμερον, εἶθ' οὕτως ἐπιφέρειν τὸ μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ· ὡς εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον δοκεῖν ἀφορᾷν τὴν ὑπόσχεσιν. ἀδύνατον γάρ φασιν εἰσεληλυθέναι αὐτὸν νῦν εἰς τὸν παράδεισον, τοῦ ἀποστόλου περὶ τῶν ἀπ' αἰῶνος δικαιωθέντων διὰ πίστεως λέγοντος· ὅτι οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. Hebr. XI, 39. 40. Eadem legis in Theophanis Ceram. hom. 27. p. 207. ed. Scors. et in Theophylacti Comment. ad Luc. p. 534. ed. Paris. Scriptores plurimos, qui contra istam *ψευδερμηνείαν* recentiori tempore a Socinianis probatam disputarunt, a Wolfio in Curis et a Koechero in Analect. ad Luc. XXIII, 43. et in Thiessii Comment. ad evv. Vol. II. p. 95. indicatos habes, quibus adde Bynaeum *de morte Christi* lib. III. p. 383. Quid autem veteribus in illo Christi dicto fuerit offensioni, intelligitur ex Hesychii quaestione et scholio illo. Scilicet Christus eo die, quo exspiravit, descendit ad inferos. Qui igitur, inquiunt, potuit eodem tempore cum latrone in paradiso esse? Nemini, si scripturae sacrae fides est, ante rerum consummationem et judicium extremum plena coelestis felicitatis praemia rependuntur. Quomodo ergo potuit id latroni promitti, quod omnibus piis negatum est? Accessit quod haeretici resurrectionem negantes abuterentur Salvatoris verbis, velut Chrysostomus serm. VII. in Genesin Opp. Tom. IV. p. 680. ed. Montfauc. Venet. id tradit de Manichaeis. *Οἱ Μανιχαῖοι ἐπιλαβόμενοι τοῦ τόπου τούτου φασίν· εἶπεν ὁ κύριος, ἀμὴν κτλ. οὐκοῦν ἀντίδοσις ἤδη γέγονε τῶν ἀγαθῶν καὶ περιττὴ ἡ ἀνάστασις; — εἰ γὰρ ἦν σωμάτων ἀνάστασις, οὐκ ἂν εἶπε. σήμερον κτλ. ἀλλ' ἐν τῷ καιρῷ τῆς συντελείας, ὅταν σωμάτων ἀνάστασις ᾖ.* Similiter olim Evangelici theologi eadem adhibuerunt contra pontificios ad exstinguendum purgatorium. Ista autem aliaque offendicula variis conatibus veteres removere studuerunt. Quibusdam dictum illud tam absonum visum est, ut id ab adulteratoribus evangelii adjectum suspicarentur, teste Origene in Joan. p. 421. ed. Huet. *οὕτω δὲ ἐτάραξέ τινας ὡς ἀσύμφωνον τὸ εἰρημένον, ὥστε τολμῆσαι αὐτοὺς ὑπονοῆσαι προστεθεῖσθαι τῷ εὐαγγελίῳ ἀπό τινων ῥᾳδιουργῶν αὐτὸ τό· σήμερον μετ' ἐμοῦ κτλ.* Ex horum numero fuit Marcion, qui notante Epiphanio haer. 42. schol. 72. *παρέκοψε τό· σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.* Huic fortasse comma displicuit propter Judaicam regni divini appellationem, cum ipse a Christo redemtos minime in illud coelum dei V. T. duci vellet; vel quod Christianos e Judaeis noverat paradisum intellige-

portans ambula in paradiso, et si non dimiserit te ingredi

---

terrestrem. Nonnulli verba Jesu in hunc modum distinxerunt, ut σήμερον cum antecedentibus conjungerent; quibuscum nostrum auctorem antea composuimus. Alii interpretando ex illis difficultatibus se expediverunt, et vocabula σήμερον et παράδεισος alio significatu acceperunt. Sic Origenes l. l. monet, voc. σήμερον secundum profundiorem sensum in scriptura saepius praesens tempus in totum seculum extendere, ἐπὶ ὅλον παρατείνειν τὸν ἐνεστηκότα αἰῶνα. Idem est scholium Titi in ed. Matthaei p. 476. Alii eodem non tempus, sed τὸ ἀδιάπτωτον καὶ ἀμετάθετον τῆς ὑποσχέσεως notari putant, *promissionis firmitatem*. Vid. Theophylactus et Theophanes ll. ll. atque scholiastes apud Matthaeium p. 475. Eorum autem, qui paradisum negant dici regnum coeleste, pars cogitat de sede animarum piarum apud inferos sive de sinu Abrahami, alii de paradiso nescio quo intelligibili vel spiritali, plerique de illo paradiso Adami extra et supra hanc terram constituto. Primam sententiam a recentioribus interpretibus praeeunte Grotio ad Luc. XXIII, 43. exornatam respicit Augustinus ep. 187. (57. ed. Erasm.) *ad Dardanum*, qua praecipue illa Christi verba illustrantur. *Si ergo secundum hominem, quem verbum deus suscepit, putamus dictum esse: Hodie mecum eris in paradiso, non ex his verbis in coelo existimandus est esse paradisus. Neque enim ipso die in coelo futurus erat Christus Jesus, sed in inferno secundum animam, in sepulcro autem secundum carnem. — Restat igitur, ut in inferno intelligatur esse paradisus, ubi erat eo die futurus secundum humanam animam Christus.* Ipse sensum esse censet multo expeditiorem, si secundum id quod deus erat ubique praesens, Christus illa dixisse accipiatur. Conf. Philonem Carpasiae episcopum *in Canticum Canticorum* c. VI. v. 1. (*Tunc enim hortum seu paradisum triumphator ingressus est, cum ad inferos penetravit.*) et Claudianum Mamertum *de statu animae* libr. III. c. 9. Alterius opinionis ancipitis, quae cum tertia cognata est, defensorem habes Theophanem l. l. ad quem vid. Scorsus. Nimirum haud pauci, e. g. Chrysostomus et Augustinus, felicitatem sanctorum ante ultimum judicii diem suspensam esse rati locum requietis, quo animae eorum usque ad tempus illud resurrectionis et remunerationis ac proinde felicitatis detineantur, non accuratius definiunt, vel de ejus situ et habitu fluctuant. Paradisum igitur, qui latroni promissus, volunt esse illum locum invisibilem sive spiritalem, ubi animae requiescant. Qui tertiam opinionem amplexi sunt, eos ad cap. XXV. de paradiso disqui-

τὸν ἀρχάγγελον Μιχαὴλ εἶπον αὐτῷ· ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ ἐσταυρωμένος ὧδέ με ἀπέστειλεν· ἄγαγέ με τοίνυν ἐν τῇ πύλῃ τῆς Ἐδέμ. Καὶ ἰδοῦσα ἡ φλογίνη ῥομφαία τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἤνοιξέ μοι καὶ εἰςῆλθον. Εἶτά φησι

---

rentes indicavimus. Alii denique, qui σήμερον *hodie* et παράδεισον *regnum coeleste* significare concedunt, aliis commentis utuntur. Quod ad regnum attinet, latronem opinantur in hoc quidem receptum esse, sed nondum supremam felicitatem attigisse. Vid. Theophylact. l. l. De tempore autem aut somniant Christum prius in paradisum introduxisse latronem, tum ad inferos esse delapsum; aut statuunt eodem tempore Christum, qui deus esset, et in paradiso cum latrone et apud inferos fuisse. Illud miraberis in mentem venisse Origeni l. l. scribenti: ἡμεῖς δὲ φαμεν ἁπλούστερον μὲν, (*secundum simpliciorem quidem sensum,*) ὅτι τάχα πρὶν ἀπελθεῖν εἰς τὴν λεγομένην καρδίαν τῆς γῆς ἀποκατέστησεν εἰς τὸν παράδεισον τοῦ θεοῦ τὸν εἰπόντα αὐτῷ· μνήσθητί μου κτλ. Inde eadem repetit Pseudo-Titus Bostrensis ad Luc. XXIII, 43. in Biblioth. PP. Graecolat. Tom. II. p. 835. extr. Hoc vero multis arrisisse facile credes, inter quos Hesychium et Augustinum nominasse satis habemus. Nolumus enim diutius his bonorum patrum meditationibus recensendis immorari, a quibus Ambrosius in Lucae XXIII, 43. sapienter abstinuit dictum Christi his tantum adstruens verbis: *Vita est enim esse cum Christo; ideo ubi Christus, ibi vita, ibi regnum.* Cum nostri auctoris fabula si comparamus dictum Christi, facile animadvertimus, ad consensum utriusque demonstrandum necessariam potius fuisse vocum μετ' ἐμοῦ omissionem, quam adverbii σήμερον transpositionem. Etenim latronem ante Adamum patriarchasque a Christo ex inferis eductos in paradisum terrestrem intromissum esse fabulatur; Christum vero nec ducem illius, nec paradisi incolam facit. Utrum istam dissonantiam neglexerit, an nescio quo alio sensu verba acceperit, non vacat disquirere. Auctor *quaest. ad orthod.* qu. 75. sanctorum latronisque animas in paradiso diem resurrectionis et remunerationis exspectantes frui ait συντυχίᾳ τε καὶ θέᾳ τῶν ἀγγέλων, κατ' ὀπτασίαν δὲ καὶ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ. Videtur hoc dici de interna quadam visione, quae discernitur a θέᾳ κατὰ τὴν ἐννοηματικὴν sive ἐννοητικὴν αἴσθησιν. — τὸν ἀρχάγγελον Μιχαὴλ) Sicut cap. XXV. Christus perhibetur Adamum sanctosque in paradisum introducendos Michaeli

angelus custos paradisi, ostende illi signum crucis, et dices ad eum, quia Jesus Christus, filius dei, qui nunc crucifixus est, transmisit me. Cum hoc fecissem, dixi ad angelum custodem paradisi (*al. add.* haec omnia. Qui cum haec a me audivit,) statim aperiens introduxit me et col-

---

tradidisse, ita hoc loco latro ab eodem τὴν πύλην τῆς Ἐδὲμ (codd. Ἐδὲν) sibi aperiri flagitat. Pias enim animas Michael angelique ψυχοπομποὶ sub ejus signis merentes (Apoc. XII, 7.) deducunt. Targum Cant. IV, 12. *Non possunt ingredi paradisum nisi justi, quorum animae eo feruntur per angelos.* Thanchuma p. 145. 1. *Quo tempore Israelita abit in domum aeternam, angelus praefectus horto Edenis, qui accipit omnem filium Israelis circumcisum, introducit eum in hortum Edenis.* Reschith Chocma cap. 3. *Michael, qui est summus sacerdos, offert animas justorum.* Inde Luc. XVI, 22. Lazarum legimus ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον Ἀβραάμ.. Item Enochum, quem noster cap. XXV. a deo, et interpres Lat. cum Pseudo-Jonathane ad Gen. V, 24. verbo domini translatum dicunt, Samaritanus interpres ab angelo assumtum fingit et Chrysostomus hom. 138. Tom. V. p. 877. ὑπ' ἀγγέλων μετατεθῆναι refert, qui etiam alibi sanctorum animabus in coelum ascendentibus ἀγγέλους δορυφόρους statuit. Euthymius Zigabenus adeo Eliae πυρίνῳ ἅρματι jugales angelos jungit: *Οἱ κατὰ τὸν Ἠλίαν ἔμπυροι ἵπποι οὐ φύσιν εἶχον ἵππων, ἀλλὰ σχῆμα μόνον, ἄγγελοι θεοῦ τυγχάνοντες.* Alii quoque interpretes 2 Regg. II, 11. specie currus ignei et equorum igneorum angelos apparuisse tradunt. Vid. Biblioth. PP. Max. Tom. VI. p. 1002. et Grotius ad l. l. In *hist. Josephi Arab.* c. XI. et XII. Josephus, cui angelus domini indicavit jam instare mortis horam, his deum adit precibus: *Mittas quaeso mihi Michaelem summum angelorum tuorum sanctorum principem: maneatque mecum, donec egredietur anima mea misera ex aerumnoso hoc corpore* (ut fiat illud) *sine molestia, sine terrore et impatientia.* Similis invocatio Michaelis in Sophronii orat. Biblioth. PP. Max. Tom. XII. p. 210. *Iterum, Michael, te oro, ut e vitae hujus curriculo exituro laetus pacatusque appareas, meque sub honorato alarum tuarum velamine abscondas, atque ex angustiis obscurisque inferorum locis ereptum in loca tabernaculi admirabilis constituas deducens usque ad domum dei.* Moribundis igitur et animabus separatis Michael ejusque angeli varia praestant of-

πρός ἐμὲ ὁ ἀρχάγγελος· *Περίμεινον μικρόν· ἔτι ἔρχεται καὶ ὁ προπάτωρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων Ἀδὰμ μετὰ τῶν δικαίων, ἵνα εἰςέλθωσι καὶ αὐτοὶ ἐντός. Καὶ νῦν ἰδὼν ὑμᾶς ἦλθον εἰς ἀπάντησιν ὑμῶν.* Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἅγιοι ἐβόησαν μεγάλῃ φωνῇ πάντες· *Μέγας ὁ κύριος ἡμῶν καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ.*

---

ficia. Vid. ep. Jud. v. 9. Nostro autem loco Michael simul paradisi custodis munere fungitur, et repraesentat *τὴν φλογίνην ῥομφαίαν* Gen. III, 24. de qua Origenes Opp. Tom. II. p. 497. sq. *ἀδύνατον ἦν παρελθεῖν τὰ τεταγμένα φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς. τίς ἠδύνατο τὴν φλογίνην ῥομφαίαν ποιῆσαι διελθεῖν τινα;* Tum de Christo viam aperiente: *ὁδός ἐστιν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, ἵνα γένηται, ἐὰν διέλθῃς διὰ πυρὸς, φλὸξ οὐ κατακαύσει σε. ποῖον πυρὸς ἔταξε τὰ χερουβὶμ καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς.* Conf. supra c. XIX. et not. p. 690. sq. Alia ratione Judaei *angelum excidii* vel *mortis* מלאך חחבלה sive מלאך המות ante paradisum excubantem fingunt, scilicet ne quis vivus ingrediatur. Ejus tamen excubias elusisse dicuntur nonnulli, velut R. Jehoschua ben Levi. Conf. Eisenmenger Tom. II. p. 302. sq. Rabbini nonnulli illum angelum nomine proprio דומה vocant. Alii vero hunc Dumah esse volunt principem gehennae, cuius in manum impiorum animae eo deducendae tradantur. Vid. Eisenmenger Tom. II. p. 332. sq. et 349. et Schoettgen *Hor. hebr.* ad Luc. XVI, 22. Similes partes in scriptis Rabbinicis et Talmudicis Asmodaeo sive Sammaeli dari docent Vindet *de statu vitâ functorum* p. 45. Eisenmenger Tom. I. p. 821. sqq. col. p. 351. et Lightfoot *Hor. hebr.* ad Luc. XI, 15. Variae sunt fictiones et appellationes ejusdem personae. De Satana principe, passim etiam commentariensi Tartareo nos ipsi supra diximus eumque alio loco Michaeli archangelo opponi observavimus. Id etiam hoc loco tenendum. Nempe ut est duplex via, altera ad paradisum, altera ad gehennam; ita duplex angelorum coetus bonorum et malorum pias et impias animas in destinatam ipsis sedem deducentium ibique detinentium. Illis praeest Michael, paradisi custos; his Satanas, Tartari dominus. Sic auctor *quaest. ad orthod.* qu. 75. *μετὰ δὲ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον εὐθὺς γίνεται τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων ἡ διαστολή. ἄγονται γὰρ ὑπὸ τῶν ἀγγέ-*

locavit me ad dextram paradisi dicens: Ecce modicum sustine, et ingredietur omnis generis humani pater Adam cum omnibus filiis suis sanctis et justis Christi, domini crucifixi. Haec omnia verba latronis audientes omnes patriarchae una voce dixerunt: Benedictus dominus omnipotens, pater aeternorum bonorum et pater misericordiarum, qui talem gratiam peccatoribus tuis dedisti, et in gratiam paradisi reduxisti et in tua pinguia pascua: quia haec est spiritualis vita certissima. Amen, Amen.

λων εἰς ἀξίους αὐτῶν τόπους· αἱ μὲν τῶν δικαίων ψυχαὶ εἰς τὸν παράδεισον, αἱ δὲ τῶν ἀδίκων ψυχαὶ εἰς τοὺς ἐν τῷ ᾅδῃ τόπους. — *ἄγαγέ με*) Codd. *ἀγαγόν με.* In vers. Lat. angelus paradisi custos latronem dicitur *ad dextram* sive sec. cod. Cors. *ad dextram partem paradisi* collocasse, qui est locus honoris. — *Περίμεινον μικρόν·*) Cod. Vat. *Περίμεινον νῦν καιρόν.* Cum illa scriptura consentit interpr. Lat. *Ecce modicùm sustine.* Paulo infra *et justis Christi domini crucifixi* verba pauca exciderunt, si fides cod. Cors., in quo haec leguntur *et justis post triumphum et gloriam ascensionis Christi domini crucifixi.*

CAPVT XXVII.

Ταῦτα πάντα εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν ἡμεῖς οἱ δύο αὐτάδελφοι, οἳ καὶ ἀπεστάλημεν παρὰ Μιχαὴλ τοῦ ἀρχαγγέ-

---

Cap. XXVII. *οἱ δύο αὐτάδελφοι,*) De hac voce vid. not. ad cap. XVII. p. 668. Sunt filii Simeonis, fratres germani, quorum nomina Latinus interpres indicavit ut supra cap. XVII. Variam eorum scripturam ad pag. 672. notavimus. Latinum textum nos h. l. aliter distinximus ac Fabricius, qui post v. *audivimus στιγμὴν τελείαν* posuit. Apparet enim nomina illa rectius cum praecedentibus jungi. Sic cod. Hal. *Haec sunt omnia divina mysteria, quae vidimus et audivimus ego Karinus et Leucius fratres germani. Sed amplius* etc. Ed. Lips. *Haec sunt divina sacra mysteria, quae vidimus ego Carinus et Leucius frater meus. Sed amplius.* Similiter cod. Havn. *Haec — audivimus nos Carinus et Leoncius fratres genuini. Amplius.* etc. Quod sequitur *sumus permissi* pro *permissum est nobis*, obiter observamus non prorsus insolens esse. Paulo infra vv. *quos a mortuis resuscitavit secum* nisi dicta sunt de fratribus (h. e. reliquis sanctis,) quibuscum Leucius et Charinus resurrectionem domini Hierosolymis celebrare jubentur, rectius ed. Lips. dat. *qui vos a mortuis res. secum.* Eadem ed. in fine seq. enuntiationis *referre sua mysteria.* Haec mysteria sunt, quae supra relata legimus a cap. XVIII. Charinus enim et Leucius postquam narrationem scribendo absolverunt, affirmant se dicto Michaelis obedivisse, qui jusserit ipsos cum fratribus resurrectionem Christi Hierosolymis orationibus celebrare, alias vero silere, usque dum dominus ipse permiserit sua mysteria referre. Id igitur nunc factum esse credes. Vid. cap. XVII. et not. ad pag. 669. sq. — *κηρύξαι τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν,*) Supra cap. XVII. legimus, Simeonis filios, haud ita pridem defunctos, fuisse inter sanctos cum Christo resuscitatos, de quibus Matth. XXVII, 52. tradit, eosdemque Arimathia, ubi tum commorarentur, Hierosolymam esse arcessitos et in synagoga a summis sacerdotibus interrogatos, quomodo et a quonam resuscitati sint. Hinc narrationem de rebus Christi apud inferos gestis deque sanctis in paradisum translatis perscripserunt, cui finem jam imposituri profitentur, sese illarum rerum testes a Michaele archangelo missos esse ad resurrectionem domini annuntiandam. Scilicet veteres eo spectasse pu-

CAPVT XXVII.

Haec sunt divina et sacra mysteria, quae vidimus et audivimus, ego Karinus et Leucius. Amplius non sumus permissi enarrare caetera mysteria dei, sicut contestans Michael archangelus dixit nobis: Euntes cum

---

tarunt illam sanctorum resurrectionem, ut Judaeis persuaderetur Jesum vere resurrexisse et verum esse Messiam, quippe cujus tempore evenerit, quod ab ipsis exspectatum esset, Messiae tempore mortuorum aliquos resuscitatum iri. Epiphanius versus finem orationis *in sepulcrum Christi* p. 275. *Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τοῦ δεσπότου λέγοντος*, (scil. cum ab inferis liberaret sanctorum animas) *ἀνίστανται σὺν αὐτῷ ὁ ἐν αὐτῷ ἡνωμένος Ἀδὰμ καὶ συνίσταται καὶ ἡ Εὔα, καὶ ἄλλα πολλὰ σώματα πίστει ἀπ' αἰῶνος κεκοιμημένα ἀνέστησαν κηρύττοντα τοῦ δεσπότου τριήμερον ἀνάστασιν.* Conf. textum Lat. hujus cap. Tota autem fabula nititur ista opinione Judaica de resurrectione justorum cum primo Messiae adventu conjuncta, de qua ad extr. cap. XXII. jam diximus. Hanc enim *ἀνάστασιν τῶν δικαίων*, quam cum clade diaboli in abyssum detrusi et vinculis coerciti Apocalypseos auctor cap. XX. futuram sperat inter initia regni millenarii, noster secundum traditionem Matth. XXVII, 52. sq. jam evenisse sumit, atque cum descensu Christi ad inferos copulat. Inde Christus ad inferos delapsus perhibetur Satanam vicisse victumque hadi usque ad secundum adventum suum custodiendum tradidisse, animas justorum ex orco liberasse ipsisque corpora restituisse, et sic eosdem in vitam revocatos, in Jordane baptizatos et Hierosolymis visos per Michaelem archangelum in paradisum curavisse deducendos, ut ibi *τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος* opperientes futurae coelestis felicitatis sensum jam praegustarent. Mirum sane est commentum, nec tamen prorsus inauditum. Similia, partim ex theologia Judaica repetita, a doctoribus veteris ecclesiae passim traduntur maxime ad l. l. Matth. illustrandum. Ex his ut potiora afferamus, primum quidem de resurrectione illa sanctorum cum descensu Christi ad inferos conjuncta idem visum esse aliis nemo demirabitur, cum utrumque factum facillima conjectura connectatur. Sic Thaddaeus apostolus in apocrypho apud Euseb. hist. eccl. I, 13. doctrinam de Christo profitetur *πῶς ἐσταυρώθη, καὶ*

λου, καὶ ἐτάχθημεν κηρύξαι τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν, πρότερον δὲ ἀπελθεῖν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ βαπτισθῆναι·

κατέβη εἰς τὸν ᾅδην, καὶ ἀνέστη καὶ συνήγειρε νεκροὺς τοὺς ἀπ' αἰώνων κεκοιμημένους, καὶ πῶς κατέβη μόνος, ἀνέβη δὲ μετὰ πολλοῦ ὄχλου πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ. Similiter interpolator epist. Ignatii ad Trallianos c. 9. πολλὰ γάρ, φησι, σώματα τῶν κεκοιμημένων ἠγέρθη τῶν μνημείων ἀνεῳχθέντων· καὶ κατῆλθεν εἰς γῆν μόνος, ἀνῆλθε δὲ μετὰ πλήθους. Et Cyrillus Hieros. catech. XIV. c. 9. τοῦ μόνου μὲν καταβάντος εἰς ᾅδην, πολλοστοῦ δὲ ἀναβάντος· κατῆλθε γὰρ εἰς τὸν θάνατον, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη δι' αὐτοῦ. Praeter hos Hilarius Comment. in Matth. cap. 33. §. 7. *Et multa corpora sanctorum dormientium resurrexerunt: illuminans enim mortis tenebras et infernorum obscura collustrans in sanctorum ad praesens conspicatorum resurrectione mortis ipsius spolia detrahebat.* Num Judaei Christi aetate pariter resurrectionem justorum a descensu Messiae ad inferos suspensam fecerint, quod Bertholdtus *Christologiae* §. 34. et 35. asseveravit, dubitare licet. Deinde de hominibus ipsis cum Christo resuscitatis plerique veterum cum nostro consentiunt. Nam sicut Judaeorum magistri sperarunt, temporibus Messiae Adamum, patriarchas, prophetas aliosque viros sanctos recentioris memoriae e sepulcris suis prodituros esse, ita Christiani teste Matthaeo c. XXVII. crediderunt hanc spem eventu comprobatam esse. De illis vid. Eisenmenger *Judaismi detecti* Tom. II. p. 901. sqq. et Schoettgenius in *Hor. hebr.* Tom. II. p. 569. et in libro: *Jesus der wahre Messias* p. 802. sqq. Ex his primus Ignatius ep. ad Magnes. c. 9. οἱ καὶ οἱ προφῆται μαθηταὶ ὄντες τῷ πνεύματι ὡς διδάσκαλον αὐτὸν προσεδόκων· καὶ διὰ τοῦτο ὃν δικαίως ἀνέμενον, παρὼν ἤγειρεν αὐτοὺς ἐκ νεκρῶν. Alii apud Tertullianum *de anima* c. 55. *Immo, inquis, in paradiso, quo jam tunc et patriarchae et prophetae, appendices dominicae resurrectionis, ab inferis migraverint.* Secundum hanc opinionem olim antiquissimum illud additamentum libri Jobi γέγραπται δὲ αὐτὸν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ κύριος ἀνίστησιν sic interpretati sunt: *scriptum est autem ipsum resurrecturum esse cum quibus dominus* (h. e. Christus) *resurgit*; quod si Judaei auctoris est, rectius interpretaberis *ipsum resurrecturum esse cum illis, quos dominus* (h. e. deus) *resuscitat.* Vid. Dav. Otto Wahrendorff *de resurrectione Jobi cum Setero facta*, Goett. 1738. Wetstenius ad Origenis ep. ad Africanum

fratribus vestris in Hierusalem [et] eritis in orationibus clamantes et glorificantes resurrectionem domini Jesu Christi, quos a mortuis resuscitavit secum. Et cum nemine hominum eritis loquentes et sedebitis ut muti, usque dum veniet hora, ut permittat vobis ipse dominus referre suae divinitatis mysteria. Nobis autem jussit Michael archangelus ambulare trans Jordanem in locum

---

Opp. Tom. I. p. 14. et Sabatier Bibl. Lat. Tom. I. p. 908. sq. Eadem de causa fortasse notissima fabula de Adamo Hierosolymis in Golgatha sepulto pluribus placuit, ne quis hunc numero resuscitatorum excludere posset propterea quod Matthaeus l. l. nonnisi Hierosolymis et in vicina regione sepulcra aperta esse tradere videretur. Auctores istam fabulam commendantes indicat Vossius *Harmoniae Evang.* lib. II. c. 6. §. 16. Sanctos autem homines non ita pridem defunctos, velut Simeonis filios, cum Christo resurrexisse, qui scilicet suis adhuc probe noti de reliquis testimonium reddere et rei fidem facere possent, praeter alios Epiphanius narrat in *Ancorato* c. 102. *καὶ οὐκ εἶπεν, ἀνέστη μέρος τῶν σωμάτων τῶν ἁγίων, ἀλλὰ σώματα τῶν ἁγίων, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς, οὐκ ἄλλοι ὄντες παρὰ τοὺς τετελευτηκότας, ἀλλ' ἐπιγινωσκόμενοι παρὰ τῶν ἰδίων οἳ οὐ πρὸ χρόνου ἦσαν τετελευτηκότες.* Inde nonnulli mediae aetatis fabulatores Zachariam et Joannem baptistam, Simeonem grandaevum, Joachimum et Annam in illo sanctorum coetu fuisse suspicati sunt. Quanquam ab aliis dubitatum est, velut a sancta Birgitta de resurrectione Annae, nimirum propter asservatas corporis ejus reliquias. Vid. Guil. Cuperus in Actis SS. Tom. V. Julii p. 258. sq. Denique quod noster refert sanctos cum Christo vitae redditos in paradisum Adami translatos esse, id quidem a vulgari sententia aberrat. Plerique enim eosdem aut in coelum cum Christo assumtos, aut in terra relictos iterumque mortuos esse arbitrati sunt. Illam opinionem praeivit Origenes, qui comment. in Matth. p. 303. ed. Huet. primus, quod sciam, *τὴν ἁγίαν πόλιν* Matth. XXVII, 53. de Hierosolyma coelesti interpretatus est; hanc Chrysostomi auctoritas hom. 40. in 1 Cor. XV. aliisque locis praecipue Graecis commendavit. Utriusque auctores recensent Tillemontius *Memoires* Tom. I. p. 451. ed. Par. Benedictini ad Hilarii tract. in Ps. II. Tom. I. p. 45. ed. Veron. et Calmetus dissert. *de resurrectione ss.*

λου, καὶ ἐτάχθημεν κηρύξαι [illegible] *ἄλλων ἐπ-*
πρότερον δὲ ἀπελθεῖν ἐν τῷ [illegible] *ἤλθομεν καὶ*

κατέβη εἰς τὸν ᾅδην, καὶ [illegible] . XXVII, 51-
αἰώνων κεκοιμημένους, [illegible] . Inter hos for-
πολλοῦ ὄχλου πρὸς τὸν [illegible] notati, et Clemens
Ignatii ad Trallianos [illegible] cis hanc rem tangit: vel
μημένων ἠγέρθη τῷ [illegible] *ν, πολλὰ τῶν κεκοιμημένων*
γῆν μόνος, ἀνῆλθ [illegible] *μετατεθειμένων τάξιν.* Certe in
XIV. c. 9. *τοῦ* [illegible] tio hominum cum Christo vitae re-
ἀναβάντος· κα [illegible] ar. Disertis vero verbis auctor quaest.
τῶν κεκοιμημ [illegible] ad nostrum accedit. Totus locus perquam
Comment. [illegible] Docet nos quaestio proposita varias veterum
ctorum [illegible] atthaei conjecturas et opiniones. Nonnullis of-
mortis [illegible] quod ibi *σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων* excitata
ad pra[illegible]tur et apparuisse multis, movitque hoc suspicionem
trahe[illegible]natis aut attulit dubitationem de perfecta resurrectione, ut
stor tantum corpora sanctorum, non conjuncta cum animabus
B[illegible]s, resuscitata esse opinarentur; quod obiter observamus re-
[illegible]entiori tempore denuo in mentem venisse Samueli Crellio in *cogitationibus novis de primo et secundo Adamo* P. II. §. 76. Ab aliis vero, quibus revera animata corpora sanctorum resurrexisse persuasum fuit, disceptatum est, utrum iterum obierint aut statim aut aliquando post, an in immortalitate maneant, et ubi, h. e. in coelo an in paradiso. Auctor ipse in responsione iis assentitur, qui sanctos hosce morti quidem non iterum obnoxios, attamen coelestis beatitatis nondum participes in paradiso, in quo Enoch et Elias et probus latro collocati, commorari ibique futuram immortalitatem et gloriam, ad quam hactenus solus Christus pervenenerit, exspectare arbitrantur. Conf. quaest. 75. et 76. et quae nos super origine et causis commenti de paradiso ad cap. XXV. disseruimus. Apparet igitur fabulam de sanctis a Christo ex inferis liberatis, cum ipso resuscitatis et in paradisum deductis nostro non esse prorsus peculiarem; etsi doctrina de resurrectione justorum, quam prodit fabula, et fictiones, quibus exornata est, vix alibi reperiantur. — *μετὰ καὶ ἄλλων ἀναστάντων νεκρῶν.*) Fortasse excidit articulus *τῶν*. Nam reliqui resuscitati a mortuis, quibuscum se in Jordane baptizatos esse narrant Simeonis filii, haud dubie sunt *Adamus* illique omnes a Christo ex inferis educti, quos cap. XIX. Michael archangelus praedixit a Messia in vitam revocatos *aqua et spiritu*

ubi sunt multi, qui nobiscum re-
ium resurrectionis Christi domini:
ssi sumus, qui surreximus a
alem pascha domini cum
stimonium resurrectio-
sumus in sancto Jorda-
uli stolas albas. Et post tres
(*al.* celebrationis paschae) domini

Vid. not. p. 697. sq. Inde suspiceris, supra cap. XXV. narrationem e mente hujus scriptoris non ita am esse, ac si animae ex inferis Christo duce egressae a in paradisum introductae sint; sed id non prius factum esse, quam sancti corporibus refictis cum Christo resurrexissent, et baptizati Hierosolymisque visi essent. Quanquam fabula de Christo sanctos ex inferis in paradisum deducente cap. XVIII—XXVI. non satis congruit cum fictionibus, quae hoc loco coll. cap. XVII. ad istam fabulam cum praecedente libello connectendam proponuntur, neque disertis verbis id, quod nos e totius narrationis cohaerentia sumsimus, docetur, sanctos cum Christo resuscitatos esse eosdem illos in paradisum translatos. Latinus textus ineptis interpolamentis magis etiam obscuratus est, ut prorsus alia commenta exhibere videatur. Ibi Leucius et Charinus *tradunt*, se cum omnibus, qui resurrexerint, in Jordane baptizatos stolisque albis indutos esse et per tres dies Hierosolymis cum parentibus (?) celebrasse pascha domini: hoc tempore peracto illos jam nubibus raptos et trans Jordanem perductos esse in locum pinguem et opimum, ubi a nemine videantur, se vero eodem mox ambulaturos esse sive translatum iri. Haec igitur est fictio, Leucium et Charinum reliquis sanctis abductis remansisse diutius, scilicet ut Arimathia Hierosolymam arcessiti Judaeos le descensu Christi ad inferos deque resurrectione ejus certiores icerent; quod diserte in ed. Lips. post vv. *Et post tres dies — nemine visi sunt* indicatur hoc additamento: *Nobis autem dictum est a Michaele archangelo, quatenus in civitate Arimathia orationibus perseveraremus.* Vid. cap. XVII. Inde vero colliendum, illos fratres nondum fuisse in paradiso, nisi forte credas s ante resurrectionem ibi fuisse. Attamen asseverarunt se visse quae de paradiso narravissent. Aeque alienum est a tota

λου, καὶ ἐτάχθημεν κηρύξαι τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν, πρότερον δὲ ἀπελθεῖν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ βαπτισθῆναι·

κατέβη εἰς τὸν ᾅδην, καὶ ἀνέστη καὶ συνήγειρε νεκροὺς τοὺς ἀπ᾽ αἰώνων κεκοιμημένους, καὶ πῶς κατέβη μόνος, ἀνέβη δὲ μετὰ πολλοῦ ὄχλου πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ. Similiter interpolator epist. Ignatii ad Trallianos c. 9. πολλὰ γάρ, φησι, σώματα τῶν κεκοιμημένων ἠγέρθη τῶν μνημείων ἀνεῳχθέντων· καὶ κατῆλθεν εἰς γῆν μόνος, ἀνῆλθε δὲ μετὰ πλήθους. Et Cyrillus Hieros. catech. XIV. c. 9. τοῦ μόνου μὲν καταβάντος εἰς ᾅδην, πολλοστοῦ δὲ ἀναβάντος· κατῆλθε γὰρ εἰς τὸν θάνατον, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη δι᾽ αὐτοῦ. Praeter hos Hilarius Comment. in Matth. cap. 33. §. 7. *Et multa corpora sanctorum dormientium resurrexerunt: illuminans enim mortis tenebras et infernorum obscura collustrans in sanctorum ad praesens conspicatorum resurrectione mortis ipsius spolia detrahebat.* Num Judaei Christi aetate pariter resurrectionem justorum a descensu Messiae ad inferos suspensam fecerint, quod Bertholdtus *Christologiae* §. 34. et 35. asseveravit, dubitare licet. Deinde de hominibus ipsis cum Christo resuscitatis plerique veterum cum nostro consentiunt. Nam sicut Judaeorum magistri speraruut, temporibus Messiae Adamum, patriarchas, prophetas aliosque viros sanctos recentioris memoriae e sepulcris suis prodituros esse, ita Christiani teste Matthaeo c. XXVII. crediderunt hanc spem eventu comprobatam esse. De illis vid. Eisenmenger *Judaismi detecti* Tom. II. p. 901. sqq. et Schoettgenius in *Hor. hebr.* Tom. II. p. 569. et in libro: *Jesus der wahre Messias* p. 802. sqq. Ex his primus Ignatius ep. ad Magnes. c. 9. οὗ καὶ οἱ προφῆται μαθηταὶ ὄντες τῷ πνεύματι ὡς διδάσκαλον αὐτὸν προσεδόκων· καὶ διὰ τοῦτο ὃν δικαίως ἀνέμενον, παρὼν ἤγειρεν αὐτοὺς ἐκ νεκρῶν. Alii apud Tertullianum *de anima* c. 55. *Immo, inquis, in paradiso, quo jam tunc et patriarchae et prophetae, appendices dominicae resurrectionis, ab inferis migraverint.* Secundum hanc opinionem olim antiquissimum illud additamentum libri Jobi γέγραπται δὲ αὐτὸν ἀναστήσεσθαι μεθ᾽ ὧν ὁ κύριος ἀνίστησιν sic interpretati sunt: *scriptum est autem ipsum resurrecturum esse cum quibus dominus* (h. e. Christus) *resurgit;* quod si Judaei auctoris est, rectius interpretaberis *ipsum resurrecturum esse cum illis, quos dominus* (h. e. deus) *resuscitat.* Vid. Dav. Otto Wahrendorff *de resurrectione Jobi cum Servatore facta.* Goett. 1738. Wetstenius ad Origenis ep. ad Africanum

fratribus vestris in Hierusalem [et] eritis in orationibus clamantes et glorificantes resurrectionem domini Jesu Christi, quos a mortuis resuscitavit secum. Et cum nemine hominum eritis loquentes et sedebitis ut muti, usque dum veniet hora, ut permittat vobis ipse dominus referre suae divinitatis mysteria. Nobis autem jussit Michael archangelus ambulare trans Jordanem in locum

---

Opp. Tom. I. p. 14. et Sabatier Bibl. Lat. Tom. I. p. 908. sq. Eadem de causa fortasse notissima fabula de Adamo Hierosolymis in Golgatha sepulto pluribus placuit, ne quis hunc numero resuscitatorum excludere posset propterea quod Matthaeus l. l. nonnisi Hierosolymis et in vicina regione sepulcra aperta esse tradere videretur. Auctores istam fabulam commendantes indicat Vossius *Harmoniae Evang.* lib. II. c. 6. §. 16. Sanctos autem homines non ita pridem defunctos, velut Simeonis filios, cum Christo resurrexisse, qui scilicet suis adhuc probe noti de reliquis testimonium reddere et rei fidem facere possent, praeter alios Epiphanius narrat in *Ancorato* c. 102. *καὶ οὐκ εἶπεν, ἀνέστη μέρος τῶν σωμάτων τῶν ἁγίων, ἀλλὰ σώματα τῶν ἁγίων, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς, οὐκ ἄλλοι ὄντες παρὰ τοὺς τετελευτηκότας, ἀλλ' ἐπιγινωσκόμενοι παρὰ τῶν ἰδίων οἳ οὐ πρὸ χρόνου ἦσαν τετελευτηκότες.* Inde nonnulli mediae aetatis fabulatores Zachariam et Joannem baptistam, Simeonem grandaevum, Joachimum et Annam in illo sanctorum coetu fuisse suspicati sunt. Quanquam ab aliis dubitatum est, velut a sancta Birgitta de resurrectione Annae, nimirum propter asservatas corporis ejus reliquias. Vid. Guil. Cuperus in Actis SS. Tom. V. Julii p. 258. sq. Denique quod noster refert sanctos cum Christo vitae redditos in paradisum Adami translatos esse, id quidem a vulgari sententia aberrat. Plerique enim eosdem aut in coelum cum Christo assumtos, aut in terra relictos iterumque mortuos esse arbitrati sunt. Illam opinionem praeivit Origenes, qui comment. in Matth. p. 303. ed. Huet. primus, quod sciam, *τὴν ἁγίαν πόλιν* Matth. XXVII, 53. de Hierosolyma coelesti interpretatus est; hanc Chrysostomi auctoritas hom. 40. in 1 Cor. XV. aliisque locis praecipue Graecis commendavit. Utriusque auctores recensent Tillemontius *Memoires* Tom. I. p. 451. ed. Par. Benedictini ad Hilarii tract. in Ps. II. Tom. I. p. 45. ed. Veron. et Calmetus dissert. *de resurrectione ss.*

ὅπου καὶ ἀπελθόντες ἐβαπτίσθημεν μετὰ καὶ ἄλλων ἀναστάντων νεκρῶν. Εἶτα καὶ εἰς Ἱεροσόλυμα ἤλθομεν καὶ

---

patrum quo tempore Christus rediit ad vitam, ad Matth. XXVII, 51—53. Attamen non desunt, quibus similia placuerint. Inter hos fortasse fuerunt illi a Tertulliano *de anima* c. 55. notati, et Clemens Alex., qui Strom. VI. p. 764. ed. Pott. paucis hanc rem tangit: *καὶ μὴν καὶ σώματα, φησὶ τὸ εὐαγγέλιον, πολλὰ τῶν κεκοιμημένων ἀνεστάσθαι· εἰς ἀμείνω δῆλον ὅτι μετατεθειμένων τάξιν.* Certe is quoque de statu quodam medio hominum cum Christo vitae restitutorum cogitasse videtur. Disertis vero verbis auctor *quaest. ad orthodoxos* qu. 85. ad nostrum accedit. Totus locus perquam memorabilis est. Docet nos quaestio proposita varias veterum de narratione Matthaei conjecturas et opiniones. Nonnullis offensioni fuit, quod ibi *σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων* excitata esse dicantur et apparuisse multis, movitque hoc suspicionem phantasmatis aut attulit dubitationem de perfecta resurrectione, ut sola tantum corpora sanctorum, non conjuncta cum animabus suis, resuscitata esse opinarentur; quod obiter observamus recentiori tempore denuo in mentem venisse Samueli Crellio *in cogitationibus novis de primo et secundo Adamo* P. II. §. 76. Ab aliis vero, quibus revera animata corpora sanctorum resurrexisse persuasum fuit, disceptatum est, utrum iterum obierint aut statim aut aliquando post, an in immortalitate maneant, et ubi, h. e. in coelo an in paradiso. Auctor ipse in responsione iis assentitur, qui sanctos hosce morti quidem non iterum obnoxios, attamen coelestis beatitatis nondum participes in paradiso, in quo Enoch et Elias et probus latro collocati, commorari ibique futuram immortalitatem et gloriam, ad quam hactenus solus Christus pervenenerit, exspectare arbitrantur. Conf. quaest. 75. et 76. et quae nos super origine et causis commenti de paradiso ad cap. XXV. disseruimus. Apparet igitur fabulam de sanctis a Christo ex inferis liberatis, cum ipso resuscitatis et in paradisum deductis nostro non esse prorsus peculiarem; etsi doctrina de resurrectione justorum, quam prodit fabula, et fictiones, quibus exornata est, vix alibi reperiantur. — *μετὰ καὶ ἄλλων ἀναστάντων νεκρῶν*.) Fortasse excidit articulus τῶν. Nam reliqui resuscitati a mortuis, quibuscum se in Jordane baptizatos esse narrant Simeonis filii, haud dubie sunt Adamus illique omnes a Christo ex inferis educti, quos cap. XIX. Michael archangelus praedixit a Messia in vitam revocatos aqua et spiritu

opimum et pinguem, ubi sunt multi, qui nobiscum resurrexerunt in testimonium resurrectionis Christi domini: quia tantum tres dies permissi sumus, qui surreximus a mortuis, celebrare in Hierusalem pascha domini cum viventibus parentibus nostris in testimonium resurrectionis Christi domini: et baptizati sumus in sancto Jordanis flumine accipientes singuli stolas albas. Et post tres dies celebrantes pascha (*al.* celebrationis paschae) domini

---

baptizatum iri. Vid. not. p. 697. sq. Inde suspiceris, supra cap. XXIV. et XXV. narrationem e mente hujus scriptoris non ita accipiendam esse, ac si animae ex inferis Christo duce egressae statim in paradisum introductae sint; sed id non prius factum esse, quam sancti corporibus refictis cum Christo resurrexissent, et baptizati Hierosolymisque visi essent. Quanquam fabula de Christo sanctos ex inferis in paradisum deducente cap. XVIII—XXVI. non satis congruit cum fictionibus, quae hoc loco coll. cap. XVII. ad istam fabulam cum praecedente libello connectendam proponuntur, neque disertis verbis id, quod nos e totius narrationis cohaerentia sumsimus, docetur, sanctos cum Christo resuscitatos esse eosdem illos in paradisum translatos. Latinus textus ineptis interpolamentis magis etiam obscuratus est, ut prorsus alia commenta exhibere videatur. Ibi Leucius et Charinus tradunt, se cum omnibus, qui resurrexerint, in Jordane baptizatos stolisque albis indutos esse et per tres dies Hierosolymis cum parentibus (?) celebrasse pascha domini: hoc tempore peracto illos jam nubibus raptos et trans Jordanem perductos esse in locum pinguem et opimum, ubi a nemine videantur, se vero eodem mox ambulaturos esse sive translatum iri. Haec igitur est fictio, Leucium et Charinum reliquis sanctis abductis remansisse diutius, scilicet ut Arimathia Hierosolymam arcessiti Judaeos de descensu Christi ad inferos deque resurrectione ejus certiores facerent; quod diserte in ed. Lips. post vv. *Et post tres dies — a nemine visi sunt* indicatur hoc additamento: *Nobis autem dictum est a Michaele archangelo, quatenus in civitate Arimathia in orationibus perseveraremus.* Vid. cap. XVII. Inde vero colligendum, illos fratres nondum fuisse in paradiso, nisi forte credas eos ante resurrectionem ibi fuisse. Attamen asseverarunt se vidisse quae de paradiso narravissent. Aeque alienum est a tota

ἐτελέσαμεν τὸ πάσχα τῆς ἀναστάσεως. Νῦν δὲ μὴ δυνάμενοι ἐνταῦθα διάγειν ἀπερχόμεθα. Καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς καὶ ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ παναγίου πνεύματος εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν. — Ταῦτα γράψαντες καὶ ἀσφαλισάμενοι τὰ βιβλία ἔδωκαν τὰ ἡμίση τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τὰ ἡμίση τῷ Ἰωσὴφ καὶ τῷ Νικοδήμῳ· καὶ αὐτοὶ παραυτίκα ἐγένοντο ἄφαντοι εἰς δόξαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

---

fabula, quod scribunt se *cum parentibus suis* (cod. Hal. et ed. Lips. add. *adhuc*) *viventibus* pascha Hierosolymis celebrasse, quorum in locum potius substituas patres, h. e. patriarchas et prophetas, cum Christo resuscitatos. Denique locus ille trans Jordanem pinguis et opimus (ed. Lips. *trans Jordanem in locum optimum*) utrum paradisus sit, quod e collata Vers. Lat. cap. XXVI. extr. conjicias, an de alio nescio quo fabulator somniaverit, nolumus disceptare. Id autem minime dubium est, quia ille ecclesiasticam suae aetatis consuetudinem temere hic expresserit, praecipue quod sanctos paschatos tempore baptizatos stolisque albis indutos esse fingit. Constat enim seculo secundo jam solemne hoc habitum esse tempus baptismi conferendi teste Tertulliano de baptismo cap. 19. et seculo quarto moris fuisse, ut neophyti candida veste ornarentur eaque per hebdomada paschalem uterentur. Vid. Eusebius de vita Constantini IV, 62. et not. Valesii ad h. l. Fortasse tamen simul h. l. id respiciendum est, quod pii in coelo vestibus albis indui dicuntur, velut Apocal. VI, 11. VII, 9. 13. sq. XIX, 8. coll. III, 4; quae Enoch. LXI, 18. *vestes vitae* appellantur et 4 Esr. II, 39. 44. 45. *tunicas immortales.* Conf. Ewaldus comment. in Apocal. p. 127. Inde Gregorius M. *Moralium* lib. XXXV. c. 9. *Ante resurrectionem sancti singulas stolas accipiunt, quia sola animarum beatitudine perfruuntur. In fine autem mundi binas habituri sunt: quia cum mentis beatitudine etiam carnis beati gloriam possidebunt.* Quibuscum confer, quae h. l. in ed. Lips. leguntur: *accipientes singulas stolas candidas.* Vid. etiam not. ad cap. XXVI. Praeterea nescio an interpres Latinus etiam hoc ex sui temporis more addiderit, pascha dominicum *per tres dies* a sanctis celebratum esse; unde decernas hunc Latinum textum non ante seculum undeci-

reperti (*al.* rapti) sunt a nubibus omnes, qui nobiscum resurrexerunt: perducti sunt trans Jordanem et jam a nemine visi sunt. Haec sunt quanta nobis jussit dominus referre vobis. Et date illi laudem et confessionem, et poenitentiam agite, et (*fort.* ut) misereatur vestri. Pax vobis ab ipso domino Jesu Christo. Amen. — Et postquam compleverunt omnia scribentes in singulos tomos chartae, surrexerunt. Karinus autem quod scripsit, dedit in manus Annae et Caiphae et Gamalielis. Similiter et Leucius quod scripsit in tomum chartae, dedit in manus Nicodemi et Joseph. Et subito transfigurati sunt candidati nimis, et non sunt visi amplius. Scriptae au-

---

mum vel duodecimum editum esse. Nam antiquissimum illius moris documentum est, quod Bertholdus Constantiensis in chronico refert, Gebhardum Constantiae episcopum in hebdomada majore ante pascha ann. 1094. magnam synodum ibi celebrasse in eaque statuisse, ut tam in hebdomada pentecostes quam in hebdomada paschali tres tantum dies festivi celebrarentur. Vid. Harduini Acta concil. Tom. VI. Part. 2. p. 1707. Nec protinus id ab universa ecclesia observatum est. Vid. du Fresne Gloss. med. et inf. Latin. s. v. *pascha*. — *ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς*) Cod. Vatic. *ἡ ἀγ. τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς*, uti 2 Cor. XIII, 13. in paucis codd. legitur. Vid. Griesbach. ad h. l. — *τοῦ παναγίου*) Vatic. *τοῦ ἁγίου*. Ante hanc vocem videtur excidisse *ἡ κοινωνία*. — *ἔδωκαν τὰ ἥμισῃ τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τὰ ἥμισῃ τῷ Ἰωσὴφ*) Birch. e cod. Vat. *εδωκαν υμισυ τῳ Ιωσηφ*. Etiam in cod. Par. vitiose scriptum *ὕμισιν*. Lat. textus aliam exhibet fictionem. Vid. not. ad cap. XVII. extr. p. 673. Verbum *ἀσφαλίζεσθαι* idem significare videtur, quod alibi *σφραγίζεσθαι*. De *tomis chartae* in vers. Lat. vid. not. p. 635. — *ᾧ ἡ δόξα εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων.*) Cod. Vat. horum verborum loco dat *ἀμήν*. Inepte epilogus *εἰς δόξαν κτλ.* praecedentibus verbis annexus est, ac si dicatur, Simeonis filios hominum oculos effugisse translatos in sedem gloriae Christi. Sed haec non fuit mens scriptoris. Quare post *ἄφαντοι* interpungendum videtur. Vers. Lat. *Et subito transfigurati sunt candidati nimis*, (*λευκοὶ λίαν* ut

tem eorum inventae sunt aequales, nihil majus aut minus vel in litera una. Ista omnia admiranda Karini et Leucii dicta audiens omnis synagoga Judaeorum ad invicem dixerunt: Vere ista omnia a domino sunt facta, et benedictus dominus in secula seculorum. Amen. Et exierunt omnes cum magna sollicitudine, cum timore et tremore, et percusserunt (*al.* percutientes) pectora sua, et abierunt unusquisque in propria sua. Haec omnia, quae dicta sunt a Judaeis in synagoga eorum, statim Joseph et Nicodemus annuntiaverunt praesidi, et ipse Pilatus scripsit omnia quae gesta et dicta sunt de Jesu a Judaeis, et posuit omnia verba in codicibus praetorii sui publicis.

Marc. IX, 3.) *et non sunt visi amplius.* Nimirum perducti sunt, sicut ipsi praedixerant, trans Jordanem in locum illum opimum et pinguem. Cod. Hal. *Et subito transfig. sunt, et non comparuerunt ultra.* Havn. *Et sub. transfig. sunt et candidi facti nimis, et non sunt visi amplius.* Seqq. *Scriptae autem etc.* rectius ed. Lips. *Scripta autem eorum inventa sunt aequalia: nihil majus vel minus in uno quam in altero.* Cod. Hal. *nihil minus vel majus litera una in uno quam in alio.* Havn. *nihil minus unus et nihil majus alius scripserat.* Extrema pars capitis Latini adjecta est ad auctoritatem et fidem horum Pilati Actorum confirmandam. Vide prologum evangelii p. 493. Textus ed. Lips. a nostro multum differt. *Judaei ergo postquam haec scripta viderunt, legerunt et intellexerunt, turbati, commoti et confusi in se dixerunt: Vere, vere, vere. Quia ista infallibiliter a deo facta sunt: et benedictus sit deus in secula seculorum. Amen. Haec enim omnia Jesum dei filium esse testantur; quod tamen ut fateamur, absit a nobis. Posthaec exierunt omnes Judaei de templo cum magna sollicitudine, tremore, timore ac pavore, percutientes pectora sua, et abierunt unusquisque ad propria.* (εἰς τὰ ἴδια ut Act. XXI, 6.) *Haec autem omnia quae dicta sunt* etc. Si reliquis codd. et edd. fidem habemus, ἀπιστία synedrii assessorum narratione Leucii et Charini ita victa est, ut uno ore resipiscentes confiterentur, Jesum e mortuis resuscitatum revera esse dei filium. Contra ed. Lips. docet, Judaeis quidem de Jesu Christo persuasum esse,

CAPVT XXVIII.

Posthaec ingressus Pilatus templum Judaeorum congregavit omnes principes sacerdotum et scribas et legis doctores, et ingressus est cum eis in sacrarium templi,

sed tantam eorum fuisse improbitatem et contumaciam, ut nollent fateri, quod testatum ipsis esset. Haud dubie is, qui textum ed. Lips. sic interpolavit, recordatus erat, historia teste illos Judaeorum proceres minime Jesum Christum publice professos esse. Praeterea obiter observamus falso in ed. Lips. scribi, *Judaeos omnes de templo exiisse*, cum supra cap. XVII. etiam in hac ed. legatur, solos Judaeorum principes in synagoga congregatos fuisse; nisi forte Judaei, ut in evangelio Joanneo saepius, sunt proceres Judaeorum, et synagoga dicitur consessus synedrii in templo in conclavi לשכת הגזית dicto. Vid. Relandus Antiquit. Hebr. P. II. cap. 7. §. 8. Conf. not. ad cap. 28. Cod. Havn. desinit in verbis *unusquisque in propria sua redierunt*.

Cap. XXVIII. Hoc caput, quod in cod. Hal. et edd. princ. Lips. Gryn. Fabric. aliisque legitur, ab aliena manu serius additum videtur. Abest enim a textu Graeco, a codd. Einsidl. Cors. Havn. aliisque et a vers. anglosax. et francogall. Accedunt argumenta interna, velut quod ex cap. XXVII. extremo textus Latini cum prologo libelli collato apparet, illum fuisse Pilati Actorum exitum. Alia deinceps ad singulos quosdam capitis locos notabimus, quorum varias scripturas e cod. Hal. et ed. Lips. ad textum Fabricianum supra positum afferemus. — *principes sacerdotum*) Ed. Lips. post haec verba inserit *et grammaticos*. Cod. Hal. *Posthaec ingressus Pilatus templum convocavit omnes Judaeos* (i. e. proceres Judaeorum) *et grammaticos, et ingressus est* etc. Grammatici haud dubie sunt γραμματεῖς, scribae. Vers. Alex. semel Jes. XXXIII, 18. ποῦ εἰσιν οἱ γραμματικοί; et vers. Lat. antiqua *ubi sunt grammatici?* Ibi hebraica vox סֹפֵר de notario castrensi vel militari usurpata. Mediae aetatis scriptoribus γραμματικοί, *grammatici* dicuntur viri literati et eruditi quivis, et passim etiam scribae sive notarii hoc nomine significantur. Vid. Cangius in Glossariis s. hh. vv. — *in sacrarium templi,*) Sacrarium templi Hierosolymitani non esse potest nisi sanctum sanctorum; uti etiam in templis Christianorum sic dici-

et jussit, ut omnes januae clauderentur, et dixit eis: Auditum habemus, quod quandam magnam bibliothecam

---

tur locus; ubi altare est et sacerdotes consistunt. Vid. Cangius in Gloss. s. h. v. et Augustius *Archaeologiae Christianae* Tom. XI. p. 3[illegible]. sqq. Hac igitur fictione, qua auctor Pilatum ethnicum nemine impediente in sanctum sanctorum ingressum esse perhibet, insignem rerum Judaicarum ignorantiam prodit. Sed fortasse indoctus fabulator ne respexit quidem partes et structuram templi Hierosolymitani, et cogitavit de sacrario, quod alias dicitur diaconicum sive secretarium, eidem adstructo. Etenim in secretariis ecclesiarum scimus nonnunquam conventus episcoporum et sacerdotum olim habitos esse, qualem hunc fingit auctor Synedrii assessorum a Pilato convocatum. Vid. Augustius l. l. p. 401. sq. et Baronius ad a. 451. Tom. VI. p. 145. ed. Antverp. Sic sacrarium quodammodo esset loco conclavis, in quo Talmudistae Synedrium consedisse tradunt. — *quod quandam magnam bibliothecam habetis in templo isto:*) Voces *in templo isto* om. cod. Hal. Bibliothecae nomine libros Vet. et N. T. a scriptoribus sequioris aevi saepius appellatos esse docent Cangius in Gloss. s. h. v., Joh. Martianaeus proleg. I. ad Bibliothecam divinam Hieronymi et Lambecius Biblioth. Vindob. lib. II. p. 403. et p. 747. ubi ad finem Apocalypseos in codice quodam biblico haec verba adjecta se invenisse dicit: *Explicit Bibliotheca.* Praeter has Fabricius in paralipomenis ad ev. Nicod. haec ad nostrum locum contulit: Georgius Syncellus p. 249. *Ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Μακκαβαϊκῶν γέγραπται, ὅτι Νεεμίας ἐπισυνάξε τὰς προφητικὰς βίβλους καὶ τῶν βασιλέων καὶ ἄλλων θείων γραφῶν βιβλιοθήκην κατεβάλλετο.* Sedulius praefat. ad Macedon. *Nec Hieronymi divinae legis interpretis et coelestis bibliothecae cultoris exempla te pudeat imitari.* Carolus Magnus lib. I. c. 13. de imaginibus: *Ecce Hebraica veritas eundem patriarcham deum adorasse ad caput lectuli clamat: ecce Latinorum bibliotheca eum etc.* In Euthalii prologo ad Actus App. pro *τὴν Παύλου βίβλον* Zacagnius Monum. vet. p. 405. testatur in codice Lulliano legi *τὴν Παύλου βιβλιοθήκην.* Intelliguntur autem eo in loco S. Pauli epistolae. Inde Fabricius hic respici putat scripta Mosis et prophetarum: aliam bibliothecam in templo Judaeorum frustra quaeri. At vero auctor fabulae haud dubie statuit plures libros in illa bibliotheca fuisse repositos. Nam infra ipse septuaginta nominat, inter quos primo loco collocat illum colloquia Michaelis archangeli cum

habetis in templo isto: propter hoc rogo vos, ut ante

Setho continentem, librum puta pseudepigraphum Sethi vel parvam Genesin. Vid. not. p. 685. Hoc commentum fortasse derivatum est ex 4 Esdr. XIV, 44—47. *Scripti sunt autem* (scilicet Esdra dictante) *per quadraginta dies libri ducenti quatuor.* (vers. Arab. *quatuor et nonaginta.*) *Et factum est, cum complevissent quadraginta dies, locutus est altissimus dicens: Priora* (Arab. add. *volumina viginti quatuor*) *quae scripsisti, in palam pone, et legant digni et indigni. Novissimos autem septuaginta conservabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo.* Ibi si numeros versionis Arabicae probamus, verosimile est, septuaginta libros, quos Esdras nonnisi sapientibus populi legendos tradere jubetur, intelligi secretos sive apocryphos, contra illa volumina viginti quatuor palam ponenda esse scripturae canonicae V. T., quam igne absumtam Esdras per dei afflatum refertur restituisse. Vid. Irenaeus adv. haer. III, 25. Tertullianus de habitu muliebri cap. 3. Clemens Al. Strom. lib. I. p. 392. ed. Pott. Quod plerique veteris ecclesiae doctores praeeunte Origene ap. Euseb. h. e. VI, 25. tantum viginti duos libros V. T. numerant, nihil huic conjecturae obstat, cum numerus iste ad arbitrium constitutus sit, ut tot essent libri, quot Hebraicae linguae elementa. Conf. Joannes Damasc. de orthod. fide IV, 17. Si Pico Mirandulano in Apologia p. 82. Opp. fidem habemus, is ipse LXX libros illos evolvit Cabbalae mysteria illustrantes. Vid. Sixtus Senensis Biblioth. sanctae lib. II. p. 63. et Petrus Crinitus lib. XXV. de honesta disciplina cap. 3. Putabimus igitur bibliothecam in templo Hierosolymitano ex auctoris sententia constitisse libris sacris V. T., quos etiam Epiphanius de pondd. ac mens. c. 4. et Joannes Damasc. l. l. in arca positos fuisse tradunt, et LXX secretis. In eadem servata est etiam historia Josephi fabri lignarii secundum prologum libelli p. 4. Hanc magnam auctor dixit bibliothecam ex suae aetatis modulo, quae auro, licet et gemmis onusta deportari tamen potuit a quatuor ministris. Divisio V. et N. T. in LXX libros, quam Cassiodorus divin. lect. c. 14. et Isidorus Hispal. de offic. eccles. lib. I. c. 11. commemorant, cum fictionibus Esdrae et nostri fabulatoris non est componenda, nisi quod docet numerum septuagenarium Christianis perinde ut Judaeis egregie placuisse. Verba illius sunt: *Tertia vero divisio est inter alias in codice grandiore conscripto, qui habet quaterniones nonaginta quinque. In quo LXX interpretum translatio*

nos praesentetur. Et cum deportassent illam bibliothecam magnam a quatuor ministris, auro et gemmis pretiosis ornatam, dixit Pilatus ad omnes: Adjuro vos per deum patrem vestrum, qui fecit ac jussit templum istud aedificari, ne verum mihi taceatis. Vos nostis omnia, quae scripta sunt in ista bibliotheca; sed nunc dicitote, si vos in scripturis invenistis istum Jesum, quem crucifixistis, esse filium dei venturum pro salute generis humani, et in quantis annis temporum debuisset venire, manifestate mihi. Ita conjurati Annas et Caiphas jusserunt exire de sacrario caeteros omnes, qui cum ipsis erant, et ipsi clauserunt omnes januas templi et sacrarii, et dixerunt ad Pilatum: Conjurati sumus a te, judex, per aedificationem templi istius, veritatem et rationem manifestam tibi facere. Postquam crucifiximus Jesum ignorantes dei filium esse, putantes per aliquod carmen

---

V. T. in libris quadraginta quatuor continetur: cui subjuncti sunt N. T. libri viginti sex, fiuntque simul lib. LXX. *in illarum palmarum numero praesagati, quas in mansione Helim invenit populus Hebraeorum. — Et cum deportassent — ornatam,*) Rectius ed. Lips. *Et cum apportaretur ipsa bibliotheca a quatuor ministris auro et argento ornata.* Eadem cum cod. Hal. *dicite* pro seq. *dicitote. — manifestate mihi.*) Cod. Hal. om. — *judex,*) Ed. Lips. et cod. Hal. *judex bone. — per aedificationem*) Ed. Lips. *per aedificatorem. — Postquam — ad templum istud.*) Ed. Lips. *Postquam crucifiximus Jesum ignorantes ipsum filium esse dei viventis in secula, putantes ipsum per aliquod carmen et arte diabolicâ virtutes facere, fecimus synagogam magnam in templo isto.* De magia Christo blaspheme a Judaeis impacta conf. cap. I. et II. et notata ad pag. 504. sq. et 524. sq. Lactantius institut. divin. IV, 15. *Veniamus ad opera illa miranda, per quae, cum essent ea coelestis indicia virtutis, magum Judaei putaverunt.* Ibid. V, 3. *Fecit mirabilia: magum putassemus, ut et vos nunc putatis, et Judaei tunc putaverunt, si non illa ipsa facturum Christum prophetas omnes uno spiritu praedicassent.* Conf. Ab-

facere eum virtutes, fecimus synagogam magnam ad templum istud. Et conferentes ad invicem signa virtutum, quae fecerat Jesus, multos ex genere nostro testes invenimus, qui dixerunt post passionem mortis vivum se vidisse, et duos testes, quorum corpora Jesus a mortuis resuscitavit, vidimus. Qui multa mirabilia, quae fecit Jesus in mortuis, annunciaverunt nobis, quae in manibus nostris scripta habemus. Nostraque consuetudo est, quod omni anno ante nostram synagogam aperientes istam sanctam bibliothecam testimonium dei exquirimus. Et invenimus in libro primo de septuaginta, ubi locutus est

---

diae Hist. Apost. lib. I. c. 9. ubi Simon in oratione Christum appellat magum, et Augustin. de consensu Evangelist. lib. I. c. 8. sqq., quo loco memorantur, qui Christo tribuerunt libros ad Petrum et Paulum de artibus magicis. De synagoga sive consessu Synedrii in templo habito vid. ad extr. cap. XXVII. — *Et conferentes* etc.) Ed. Lips. *Et conferentes ad invicem sapienter et mature de signis virtutum, quas fecerat Jesus, multos ex genere nostro testes invenimus fide dignos dicentes, Jesum post passionem vivum se vidisse, loquentem cum discipulis suis audivisse, et altitudinem coeli penetrantem vidisse. Et duos testes, quos Jesus dei filius a mortuis suscitavit, vidimus, conjuravimus cum ipsisque locuti sumus. Qui multa mirabilia, quae fecit Jesus inter mortuos et apud inferos, dixerunt vel annuntiaverunt nobis, quae omnia in manibus nostris scripta, interpretata et declarata habemus. Nostra enim consuetudo est* etc. Cod. Hal. haec om. Ibi oratio Annae et Caiphae sic mutilata legitur. *Conjurati sumus a te, judex bone. Postquam crucifiximus Jesum ignorantes dei filium, putantes per aliquod carmen facere miracula, sicut consuetudo est, quod omni anno ante templum accipientes istam bibliothecam et testem* (sic) *dei exquirimus, et invenimus* etc. Observa *ante templum* scribi, ubi in nostro et Lips. ed. textu *ante synagogam* legitur. Quod ad argumentum attinet, apparet hic respici, quae supra cap. XIV. et sqq. narrata sunt. De illa vero, quam fingit auctor, solemni librorum sacrorum perscrutatione quotannis fieri solita non memini me alibi legisse. — *Et invenimus in libro primo de septuaginta*, sqq.) Vid. not. ad cap.

Michael archangelus ad tertium filium Adae, primi hominis, de quinque millibus et quingentis annis, in quibus venturus esset de coelis dilectissimus dei filius Christus: et adhuc consideravimus, quia forsitan iste est deus Israel, qui dixit ad Moysen: *Fac tibi arcam testamenti in longitudinem cubitorum duorum et semis, in altitudinem cubiti unius et semis, in latitudinem cubiti unius et semis.* In his quinque cubitis et semis intelleximus et cognovimus in fabrica arcae veteris testamenti, quia in quinque millibus annorum et semis venturus esset Jesus Christus in arca corporis, et sic Scripturae nostrae testantur, ipsum filium dei esse et dominum et regem Israel. Quia post passionem ejus nos principes sacerdotum admirantes signa,

XIX. p. 692. sqq. Ibi etiam de loco Exod. XXV, 10. diximus. Vers. vulg. *Arcam de lignis setim compingite, cujus longitudo habeat duos et semis cubitos: latitudo cubitum et dimidium: altitudo cubitum similiter ac semissem.* Cod. Hal. hanc particulam *et adhuc consideravimus — regem Israel* omittit. — *Quia post passionem ejus* etc.) Textum Fabricianum depravatum retinuimus. E collato cod. Hal. et ed. Lips. possit sic restitui: *Quia* (i. e. Nam) *post passionem — matris Jesu, et invenimus eum ex semine David esse: computantesque invenimus ab Adam usque ad diluvium annos* etc. Ed. Lips. *Quia post passionem ejus nos principes sacerdotum et seniores plebis Judaeorum admirantes signa, quae per eum fiebant, confestim aperuimus bibliothecam istam cum magna sollicitudine et ingenti labore ac summa diligentia multum attente exquirentes omnes generationes ab Adam usque ad generationem Joseph et Mariae. Et invenimus generationem Joseph et Mariae, matris Jesu Christi, ex semine David esse: computantesque invenimus omnia quae fecit dominus deus, quando fecit coelum et terram et primum hominem, omnium hominum patrem, Adam.* Reliqua ibi omissa, uti etiam in ed. pr., quacum Lips. prorsus consentit. Cod. Hal. *Et passionem ejus nos admirantes et signa, quae faciebat, propter eum aperientes bibliothecam, exquirentes generationes ab Adam usque ad Mariam et Joseph, invenimus ab Adam usque ad diluvium duo millia annorum quadringentos et*

quae propter eum flebant, aperuimus bibliothecam istam, exquirentes omnes generationes usque ad generationem Joseph et Mariae, matris Jesu, computantes ex semine David esse, invenimus ea, quae fecit dominus et quando fecit coelum et terram et primum hominem Adam usque ad diluvium, anni duo millia ducenti et duodecim. Et a diluvio usque ad Abraham anni nongenti duodecim. Et ab Abraham usque ad Moysen anni quadringenti triginta. Et de Moyse usque ad David regem anni quingenti decem. Et a David usque ad transmigrationem Babylonis anni quingenti. Et de transmigratione Babylonis usque ad incarnationem Christi anni quadringenti. Et fiunt simul quinque millia et semis; et sic apparet, quod Jesus, quem crucifiximus, Jesus Christus dei filius est, verus et omnipotens deus. Amen.

---

duodecim annos: a diluvio ad Abraham quadringentos et viginti duos: ab Abraham ad Moysen annos quadringentos triginta: de Moyse ad David regem ducentos decem: a David ad transmigrationem Babylonis annos ducentos: a transmigratione ad incarnationem Jesu Christi annos quadringentos triginta et octo. Et hi anni simul juncti fiunt quinque millia et semis. Ita explicit liber in cod. Hal. Calculus historicus in utroque textu falsus est. Numeri enim annorum in nostro textu indicati si computantur, prodeunt anni 4964, desunt igitur anni 536. Codicis autem Hal. numeri tantum 4112 annos efficiunt, ut ad numerum 5500 annorum complendum debeant addi anni 1388. De vitiis istius calculi emendandis non est operae pretium disquirere, cum tota haec appendix indoctum et futilem prodat auctorem.

Et post haec Pilatus scripsit epistolam ad urbem Romam Claudio dicens:

Pontius Pilatus regi Claudio suo salutem!

Nuper accidit et quod ipse probavi, Judaeos per invidiam (se) suosque posteros crudeli condemnatione punisse.

Et post haec Pilatus etc.) His verbis praemissis in cod. Einsidl. evangelio Nicodemi, quod ibi cap. XXVII. finitur, subjuncta est ista Pilati epistola. Similiter in cod. Corn. *Posthaec ipse Pilatus scripsit epistolam ad urbem Romam Claudio imperatore dicens.* Cod. Hal. pone cap. XXVIII. haec habet: *Quae sequuntur, non creduntur pertinere ad evangelium Nicodemi, quanquam sub eadem narrationis serie in nonnullis exemplaribus reperiantur adscripta. Et post haec* etc. Recte id a scriptore cod. Hal. observatum est. In plerisque codd. mss. evangelii Nicodemi, quos ego quidem evolvi, epistola Pilato adscripta subjicitur, sed non in omnibus. Inde etiam ab edd. principe, Lips. Gryn. aliisque abest. Eadem vero exstat etiam in *Anacephalaeosi* sive in epitome, quae libris quinque *de excidio Hierosolymitano* sub nomine *Hegesippi* editis subjicitur, et alium recentiorem quam libri illi quinque auctorem agnoscit, uti recte notatum a Joan. Frid. Gronovio Obs. in script. eccles. p. 265. et a Caveo in hist. liter. script. eccles. p. 265. Ibi fol. 66. verso ed. Colon. a. 1530. haec leguntur: *Intulerunt itaque parricidales manus, atque auctorem vitae interficiendum ad Pilatum deduxere, reluctantemque ceperunt perurgere judicem, in quo tamen non excusatur Pilatus, sed Judaeorum amentia coacervatur.* (al. *dementia coacervatur.*) *Quia nec ille adjudicare debuit quem reum minime deprehenderat, nec isti sacrilegium parricidio geminare, ut ab his, qui ad redimendos et sanandos eos sese obtulerat, damnaretur. Quamvis enim idem Pilatus manus laverit dicens: Mundus ego sum a sanguine justi hujus, vos videritis: nequaquam tamen minus exstitit reus, qui gloriam dominicae agnoscens resurrectionis praedicare invitus studuit, sed credere perfidus contemsit, sicut testatur ejusdem epistola Caesari in hunc modum directa: Pontius Pilatus Claudio* etc. Praeterea refertur illa epistola in Chronico Martini Poloni lib. IV. p. 118., in Ivonis Carnotensis excerptis chronicis, et paucis mutatis in libro Pseudo-Marcelli *de actibus Petri et Pauli et magicis artibus Simonis Magi*, quem Franc. Maria Florenti-

De quo cum promissum haberent patres eorum, quod illis deus eorum mitteret de coelo sancto suo, (*al.* sanctum suum,) qui eorum merito rex diceretur, et haec

---

nius in Martyrologium vetus Romanum sive Hieronymianum (Lucae a. 1668.) edidit, p. 105. Neque differt multum exemplar epistolae, quod Bartholomaeus Chassanaeus in parte IV. catalogi gloriae mundi p. 98. sq. edidit. Baronius autem in Annalibus ad a. Ch. XXXIV. num. 223. eam ex Pseudo-Hegesippo descripsit, non ex Vaticana Bibliotheca, ut tradit Antonius Van Dalen in diss. de Actis Pilati ad calcem libri de Oraculis p. 611. Indidem Michael Neander in Apocryphis Catechesi Lutheri parvae Graecolatinae (Basil. 1564. et 1567.) subjunctis p. 410. Nic. Glaserus in Apocryphis Hamburg. 1614. editis p. 60. et Fabricius in Cod. apocr. Aliam ἔκδοσιν, cujus dictio multo est elegantior, habes in priore Orthodoxographorum editione a Joan. Heroldo curata Basil. 1555. fol. ac deinde in altera Grynaei a. 1560. Tom. I. Lat. epistolas complectente pag. 2. Eandem vulgavit Sixtus Senensis Biblioth. sanctae lib. II. p. 100. ubi de Pontio Pilato agit, professus se in vetustis Bibliothecae Vaticanae monumentis eam reperisse. (Sixti Sen. opus hoc primum lucem adspexit Venetiis a. 1566.) Ex Orthodoxographis vel Sixti Bibliotheca repetierunt Marianus Victorinus in indice ad Hieronymi Opera, verbo *Pilatus*, Jo. Reiskius de imaginibus Christi p. 154. et Val. Ern. Loescherus in novantiquis relationibus A. 1702. p. 245. Nos jam ad textum cod. Einsidl., quem supra describendum curavimus, textus codd. Cors. et Hal., Hegesippi, Marcelli, Chassanaei et Sixti Sen. conferemus. — *regi Claudio suo*) Cors. *Claudio regi.* Hal. *regi Claudio.* Heges. *Claudio.* Sixt. *Cl. Tiberio Neroni imp.* Recte. Tiberius e Claudia gente patricia fuit, unde per jocum pro Claudio dicebatur a quibusdam *Caldius*, ut *Biberius* pro *Tiberio*, et pro *Nerone Mero.* Vid. Sueton. c. 1. et 42. in ejus vita. — *se suosque*) Male Einsidl. et Hal. om. *se.* Post voc. *posteros* Marc. inepte inserit *Jesum.* — *punisse.*) Chass. *peremisse.* — *De quo cum*) Heges. *Denique cum.* Chass. *Cum enim.* Voces *de quo* non habent, quo referantur. — *quód illis deus* etc.) Chass. *quod deus illorum mitteret per virginem sanctum suum filium, qui rex eorum merito diceretur, hunc me praeside misit in Judaeam. Quem cum vidissent* etc. — *sancto suo,*) Rectius Heges. *sanctum suum.* Marc. *filium suum.* — *et haec*) Videtur esse vitium scripturae pro *et hunc se*, ut Heges. Marc.

(*al.* hunc se) promiserit per virginem missurum ad terras: istum itaque me praeside in Judaeam deus Hebraeorum cum misisset, et vidissent eum Hebraei caecos illuminasse, (leprosos mundasse, paralyticos curasse, daemones ab hominibus fugasse, mortuos etiam suscitasse.) imperare ventis, ambulasse siccis pedibus super undas maris, et multa alia signa miraculorum fecisse: et cum multi de populo Judaeorum filium dei illum esse crederent, invidiam contra eum passi sunt principes sacerdotum, scribae et Pharisaei Judaeorum, et tenentes eum mihi praesidi tradiderunt, et alia pro aliis mihi de eo mentientes dixerunt, asserentes istum magnum esse et contra legem eorum agere. Ego autem verbis eorum

---

aliique legunt. — *ad terras:*) Hal. *in terris.* Id. *ita* pro sec. *itaque.* — *istum itaque* etc.) Marc. *Iste itaque me praeside in Judaea cum venisset, et audissent eum* etc. — *Hebraei*) Alii om. — *etiam suscitasse,*) Hal. om. *etiam.* Marc. *auctoritate suscitasse.* Quae nos in parenthesi posuimus, in cod. Einsidl. omissa esse credas secundum collationem in Hessii Biblioth. Hist. bibl. Tom. I. p. 482. — *imperare ventis,*) Heges. Marc. Chass. aliique *imperasse ventis.* Hal. haec transponit post vocc. *undas maris.* — *signa miraculorum*) Heges. om. haec. Marc. et Chass. *mirabilia.* — *et cum — crederent,*) Cors. *cum multi de pop. Jud. hunc filium dei esse crediderunt.* Heges. et Chass. *cum omnis populus Judaeorum eum filium dei esse diceret.* Marc. *Hunc cum omnis* etc. — *principes sacerdotum, scribae et Pharisaei Judaeorum,*) Heges. Marc. Chass. *principes Judaeorum.* — *et tenentes eum mihi praesidi tradiderunt,*) Cors. om. *eum.* Heges. Chass. et Marc. *et tenuerunt eum mihique* (Marc. *et mihi*) *tradiderunt.* — *et alia pro aliis*) Marc. add. *multa.* — *verbis eorum*) Heges. aliique om. In Orthodoxographis et Sixti Bibliotheca prior epistolae pars sic legitur. *Nuper contigit, cujus rei ipse testis esse possum, Judaeos sese ipsos posterioresque suos universos per invidiam crudeli damnatione perdidisse. Cum enim ex oraculorum promissis majorum ipsorum auctoritate receptis hoc exspectarent, ut deus illorum per virginem juvenculam mitteret, qui jure rex

credidi ita esse, et flagellatum tradidi illum arbitrio eorum. Illi autem crucifixerunt eum ligno, et mortuum sepelientes custodes posuerunt, militibus praetorii mei monumentum ejus custodientibus, et signantes monumentum. Die tertia resurrexit de monumento. In tantum autem exarsit iniquitas Judaeorum, ut darent pecunias militibus meis dicentes: Dicite, quia discipuli ejus corpus ejus per noctem furati sunt. Milites autem mei cum accepissent pecunias, tacere veritatem non potuerunt

---

eorum diceretur, hunc me praesente misit in Judaeam. Is, quod omnibus notum est, coecis visum restituebat, leprosos mundabat, resolutos nervis curabat. Viderunt quoque ipsum daemonia abegisse atque obsessos spiritibus immundis liberasse. Mortuos item ex sepulcris ipsis resuscitavit; obediebant ipsi ventorum turbines, siccis pedibus mare inambulabat. Fecit alia quoque permulta miracula, ut vulgo etiam inter Judaeos et plebem dei filius diceretur. Principes vero sacerdotum aemulatione et livore instincti adversabantur illi, captumque illum mihi tradiderunt, ementitis sceleribus eum reum facientes: magum appellabant atque legis eorum desertorem et contradictorem. Quibus persuasionibus seductus ipse fidem querelis eorum adhibui flagellatumque ipsis tradidi, ut pro arbitrio in eum animadverterent. — Illi autem — de monumento.) Textus Einsidl. h. l. corruptus est. Hal. *Illi autem crucifixerunt eum in ligno, et mort. sepel. cust. posuerunt. Militibus - custodientibus et signantibus die tertio de monumento resurrexit vivus.* Cors. *Illi autem crucif. eum, et sepelientes custodes posuerunt milites praetorii mei, et signantes monumentum abierunt. Ille autem militibus meis custodientibus die tertio resurrexit.* Heges. Marc. Chass. *Illi autem crucif. eum et sepulto* (Marc. et Chass. *sepulcro*) *custodes adhibuerunt. Ille autem militibus meis custodientibus die tertio resurrexit. — In tantum*) Hal. *Tantum.* Chass. *In tantum autem adversus eum. — iniquitas Judaeorum,*) Hal. *iniquitas eorum.* Heges. Marc. Chass. *nequitia Judaeorum. — ut darent — dicentes:*) Heges. *ut darent pecuniam custodibus et dicerent.* Marc. *ut darent pecuniam eis dicentes. — corpus ejus per noctem furati sunt.*) Heges. *corpus ipsius rapuerunt. — Milites autem — dixerunt.*) Eadem paucis

(*al. add.* ejus) quod factum est, sed de sepulchro (eum) resurrexisse testificati sunt et a Judacis pecunias (se) accepisse dixerunt. Ideo suggero regi, ne quis aliter mentiatur, et aestimans (*al.* aestimes) credere mendaciis Judaeorum. Direxi potestati vestrae omnia, quae gesta sunt de Jesu in praetorio meo.

---

mutatis codd. Hal. et Cors. exhibent: Ille *Milites – tacere non potuerunt veritatem ejus, quod factum est, sed de sepulcro testati sunt eum surrexisse, et a Jud. pec. se accepisse dixerunt.* Heges. *Sed cum* (Marc. *Et custodes cum*) *accepissent pecuniam, quod factum fuerat*, (Marc. *quid factum fuerit*,) *tacere non potuerunt. Nam et illum surrexisse testati sunt se vidisse, et se a Judaeis pecuniam accepisse. — Ideo suggero — Judaeorum.*) Pro *aestimans* rectius Hal. *aestimes.* Heges. *Haec ideo ingessi, ne quis aliter mentiatur, et aestimet credendum mendaciis Judaeorum.* Fortasse haec non sunt epistolae, sed auctoris Anacephalaeoseos verba. Certe sic visum Neandro ea omittenti. Argumento id esse possit, epistolam ex Anacephalaeosi in codices evangelii Nicodemi et alia mediae aetatis monumenta transscriptam esse. Quod si putamus, alteram ἔκδοσιν in Orthodoxographis probabile est recentiorem habere auctorem, qui elegantiam Latini sermonis in Romani procuratoris epistola desiderari nollet. Hujus autem posterior pars his concepta est verbis: *Crucifixerunt igitur illum, et sepulcro, quo conditus erat, custodes adhibuerunt, inter quos etiam ex meis militibus nonnulli erant, qui tertio die ipsum a mortuis resurgentem viderunt. Nequitia autem Judaeorum magis hoc facto exarsit, numeraruntque magnam pecuniarum vim ipsis militibus, quatenus discipulos ipsius noctu corpus rapuisse praedicarent. Acceperunt hi quidem pecunias, nihilominus tamen publice ubique professi sunt atque testantur, se visiones angelorum vidisse, ac Jesum illum a mortuis vere resurrexisse. Haec autem ideo scripsi, ne quis nugis ac mendaciis Judaeorum, si de re gesta aliter loquantur, fidem adhibeat. Vale. — Direxi*) Hal. vitiose *Dixerunt.* Extrema haec verba, quibus cod. Hal. *Valete* addit, in solis Evangelii Nicodemi codicibus leguntur, et haud dubie a librario sunt adjecta.

Pontius Pilatus, Judaeae procurator, Tiberio Caesari Imperatori S. P.

De Jesu Christo, quem tibi plane postremis meis declaraveram, nutu tandem populi acerbum, me quasi invito et subnitente, supplicium sumtum est. Virum hercle ita pium, ita severum nulla ante aetas habuit nec habitura est. Sed mirus exstitit ipsius populi conatus omniumque scribarum et principum ac seniorum consensus, suis prophetis more nostro Sibyllis contra monentibus, hunc veritatis legatum crucifigere, signis supra naturam apparentibus, dum penderet, et orbi universo philosophorum

---

Pontius Pilatus etc.) Alteram hanc Pilati epistolam, etsi ea a nemine, quod sciam, cum Nicodemi evangelio conjuncta est, placuit tamen praesenti loco subjungere, qualem Abrahamus Gronovius ex codice Bodlejano Taciti eruit et in praefatione ad editionem hujus scriptoris Lugd. Bat. 1721. 4. vulgavit. Ante Gronovium eandem luci dederunt Barth. Chassanaeus in parte IV. Catalogi gloriae mundi p. 99. (quod opus saepius excusum post editionem Venetam 1571. ut Francof. 1586. 1603. Genev. 1617. 1649. et denique Colon. 1690. fol.), et Florentinius in Martyrol. vetus Hieronym. p. 113, qui testatur se reperisse illam a notatore quodam in antiqua pagina cum aliis memoratu dignis hinc inde excerptis scriptam circa a. 1480. Ex Florentinio repetendam curavit Fabricius. Ibi epistolae superscriptum est: *Pilatus Tiberio Caesari salutem.* — *et subnitente,*) Fortasse scribendum *renitente* vel *subrenitente*, cujusmodi verbis decompositis scriptores sequioris aetatis passim utuntur. Florent. *et subticente.* Chass. rectius *et subtimente.* — *ita severum*) Chass. *ac severum.* Florent. *ac sincerum.* — *principum ac*) Florent. haec om. — *more nostro Sibyllis contra monentibus,*) Chass. et Florent. *et more nostro Sibyllis praemonentibus.* Quare Fabricius ad h. l. notavit ista: In Sibyllinis, quae hodie habemus et qualia veteres legerunt Christiani, diserta exstant de Christi crucifixione testimonia, sed quam diserta tam etiam conficta ac supposititia. Quale est lib. I. p. 188. *ἀλλ᾽ ὅταν ἐκπετάσῃ χεῖρας κτλ.* lib. VI. p. 347. *ὦ ξύλον ὦ μακαριστὸν, ἐφ᾽ οὗ θεὸς ἐξετανύσθη*, quem versum tanquam Sibyllinum laudat etiam Sozomenus lib. II. c. 1. Vide et lib. VIII. Sibyll. p. 383. sq. — *crucifigere,*) Florent. *crucifixere.* Id. add.

judicio lapsum minitantibus. Vigent illius discipuli, opere et vitae continentia magistrum non mentientes, immo in ejus nomine beneficentissimi. Nisi ego seditionem populi prope aestuantis exoriri pertimuissem, fortasse adhuc vir ille nobis viveret: etsi tuae magis dignitatis fide compulsus, quam voluntate mea adductus pro viribus non restiterim, sanguinem justum, totius accusationis immunem, verum hominum malignitate inique, in eorum tamen, ut scripturae interpretantur, exitium venundari et pati. Vale V. Cal. April.

---

etiam post voc. *signis*. — *Vigent*) Chass. male *Urgent*. Fabric. ad h. l. Haec non potuere scribi, nisi aliquo tempore post festum pentecostes, ut recte observat Tillemontius Tom. I. memor. ad hist. eccles. p. 735. Et tamen qui hanc epistolam supposuit vult videri statim postridie passionis eam exaratam a Pilato ante Christi resurrectionem, cujus ideo nullam mentionem facit. — *populi prope aestuantis exoriri*) Chass. om. *prope*. Florent. vitiose *populi prope extuant* verbo *exoriri* omisso. Pro *extuant* Fabricius in textu *aestuantem* scripsit et in nota etiam *extantem* legi posse suspicatur. — *in eorum tamen*,) Male Florent. *famen* pro *tamen*, de quo Fabricius haec adnotavit: Forte ut flamen a flando, sic *famen* a fando ponitur pro sermone ac voluntate Judaeorum Christum accusantium et ad mortem rapientium. Ita sensus fuerit, Pilatum agnoscere, quod non satis pro viribus restiterit, quo minus sanguis justus et innocens effunderetur, sed passus fuerit ad hominum malignorum vocem quantumvis iniquam Christum duci ad supplicium. Recte Fabricius auspicatus est *famen* pro *sermone* sive *verbo* poni. Hoc enim vocabulum in scriptoribus medii aevi passim sic legitur. Vid. Cangius in Gloss. sub v. *famen*, Barthius ad Guilelmi Britonis Philippida p. 110. et Daumius ad Columbani carmina (annexa Catonis distichis Cygneae 1672.) p. 260. Attamen quivis facile videt, vocem ab hoc contextu alienam alteramque scripturam *tamen* unice veram esse. Secundum sententiam illam Fabricius etiam male explicuit verba *ut scripturae interpretantur*, i. e. *ut ex actis, quae addidi, prolixius intelliges*. Videntur potius respici ab impostore dicta et vaticinia Scripturae de Judaeorum Χριστοκτόνων exitio. — *V. Cal. April.*) Chass. et Florent. Quarto Nonas Aprilis. Secundum nostrum textum epistola scripta tertio post passionem Christi die. Vid. not. p. 496. sq.

Ἐπιστολὴ Ποντίου Πιλάτου πρὸς τὸν βασιλέα Τιβέριον περὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἧς ἡ ἐπιγραφὴ ἔχει οὕτως·

Ἐπιστολὴ Ποντίου κτλ.) Duplex hujus Pilati ad Tiberium epistolae sive relationis exstat ἔκδοσις, una e cod. Par. 770. primum a Fabricio et iterum a Birchio evulgata, altera e cod. Vindob. ab eodem Birchio prolata. Nos hanc solam exhibemus emendatam, quantum fieri potuit, e duobus codd. Par. 1019. A. et 1331, qui cum Vindob. plurimum consentiunt. Praeter enim quam quod libellus ipse obscurum habet auctorem sequioris aetatis, et utraque ἔκδοσις eandem omnino refert fabulam verbis tantum diversis, textus ille cod. Par. 770. adeo depravatus et vitiis deformatus est, ut qui tertium typis totus exscribatur indignus sit. Nos quidem cum exemplari Fabriciano parum accurate transscripto denuo codicem diligenter contulimus et praeterea similem huic textum cod. Par. 929. ad menda, quibus scatet, tollenda adhibuimus, sed minime ea omnia tollere et scripturam, quae intellectum haberet, ubivis restituere potuimus. Satis igitur habemus locos selectos istius ἐκδόσεως cum Vindobonensi componere. Designabimus autem cod. Par. 770. litera A., cod. 929. lit. B. et cod. 1019 lit. C. Codice 1331. perpaucis locis utemur. In cod. A. libellus inscriptus est: Ἀναφορὰ Πιλάτου τοῦ ἡγεμόνος περὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πεμφθεῖσα Τιβερίῳ Καίσαρι ἐν Ῥώμῃ. Initium hoc: Ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις σταυρωθέντος (Fabr. παθόντος) τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τοῦ ἡγεμόνος τῆς Παλαιστίνης καὶ τῆς Φοινίκης ταῦτα ἐν Ἱεροσολύμοις γεγόνασι τὰ ὑπομνήματα τὰ κατὰ τοῦ κυρίου πραχθέντα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. Ὁ δὲ Πιλάτος μετ' οἰκίας (Fabr. μετοικίας) αὐτοῦ ἀναφορὰν ἐξέπεμψεν αὐτοῦ (Fabr. αὐτῷ) τῷ Καίσαρι ἐν τῇ Ῥώμῃ γράψας οὕτως· Κρατίστῳ, σεβαστῷ (Fabr. σεβασμιωτάτῳ) καὶ φοβερωτάτῳ Τιβερίῳ Καίσαρι Πιλάτος ὁ τὴν ἀνατολικὴν διέπων ἐπαρχίαν. Μηνύειν κέχρημαι κτλ. Voce μετοικίας Fabr. significari putavit *provinciam* et interpretatus est h. l. *Sed et Pilatus ex provincia sua scripto retulit Romam ad imperatorem his verbis.* Sed nusquam μετοικία, quae est *sedis mutatio* et *exilium*, legitur pro ἐπαρχίᾳ. Codicis scripturam μετ' οἰκίας αὐτοῦ interpretaberis *cum domo sua* sive *cum domesticis suis*. Horum vero mentio aliena est ab hoc loco. Utraque igitur scriptura idoneo sensu caret. In cod. B. titulus apocryphi est: Ὑπομνήματα πραχθέντα περὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-

Ἀναφορὰ Ποντίου Πιλάτου ἡγεμόνος τῆς Ἰουδαίας πεμφθεῖσα Τιβερίῳ Καίσαρι εἰς Ῥώμην.

Κρατίστῳ, σεβασμίῳ, φοβερῷ, θειοτάτῳ Αὐγούστῳ Πιλάτος Πόντιος ὁ τὴν ἀνατολικὴν διέπων ἀρχήν.

Μηνῦσαι κέχρημαι πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν διὰ τῆς δέ μου τῆς γραφῆς, φόβῳ πολλῷ καὶ τρόμῳ συνεχόμενος, κράτιστε

στοῦ ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τοῦ ἡγεμόνος τῆς Ἰουδαίας, ἅπερ αὐτὸς ὁ Πιλάτος ἐξέπεμψε διὰ ἰδίας ἀναφορᾶς Αὐγούστῳ Καίσαρι ἐν τῇ Ῥώμῃ. Principii haec sunt verba: Ἐν ἔτει ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, βασιλέως Ῥωμαίων, καὶ Ἡρώδου τοῦ υἱοῦ Ἡρώδου, τῆς Ἰουδαίας (ἐν) ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ, ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς αὐτῆς [sic] Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ ἀρχιερέων τῶν Ἰουδαίων Ἄννα καὶ Καϊάφα· καὶ ὅσα μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὸ πάθος τοῦ Ἰησοῦ ἱστόρησε Νικόδημος τὰ πεπραγμένα τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι, συνέταξεν ὁ αὐτὸς Νικόδημος γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις σταυρωθέντος τοῦ Ἰησοῦ καὶ Ποντίου Πιλάτου ἡγεμονεύοντος τῆς τε Παλαιστίνης καὶ τῆς Φοινίκης. Ταῦτα δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις γέγονε τὰ ὑπομνήματα, (ἃ) δι' ἀναφορᾶς ἰδίας ἀνέπεμψεν Αὐγούστῳ Καίσαρι ἐν τῇ Ῥώμῃ γράψας οὕτως ὁ Πιλάτος· Σεβαστῷ, θειοτάτῳ, φοβερῷ Τιβερίῳ Αὐγούστῳ Καίσαρι Πιλάτος ἀνατολῆς τελωνάρχης. Μηνῦσαι κέχρημαι κτλ. De verbis Ἐν ἔτει — γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς vid. not. ad ev. Nicod. p. 494. sqq. Ibi pro anno XVIII. Tiberii ponitur annus XV. Pilatus h. l. falso appellatur τελωνάρχης *portitorum praefectus*. In cod. C. cum Vindob. collato desunt verba ἧς ἡ ἐπιγραφὴ — εἰς Ῥώμην. Ibidem praescriptio epistolae haec: Τιβερίῳ Καίσαρι κρατίστῳ, σεβαστῷ Πιλάτος κτλ. — Κρατίστῳ,) Κράτιστος est *potentissimus*, ut in fine epistolae τὸ σὸν κράτος *potestas tua*. Titulus hic fuit virorum principum, de quo vid. Heumannus in Biblioth. Brem. Class. IV. p. 492. sqq. Theophylactus ad Luc. I, 4. κράτιστος, ἐπὶ τῶν ἀρχόντων καὶ ἡγεμόνων. Voces σεβάσμιος et σεβαστός respondent Latinae *augustus*. Illa saepius utitur Herodianus. De titulo imperatorio θειότητος, *divinitatis* vid. Cangius in Gloss. Graec. et Dan. Morhofius *de divinitate principum* p. 83. sqq. dissert. ejus

βασιλεῦ, τὴν τῶν ἐνισταμένων καιρῶν ῥοπήν, καθὼς τὸ τούτων τέλος ὑπέδειξε. Ταύτην γάρ διϊόντος μου τὴν ἐπαρχίαν, ὦ δέσποτα, κατὰ πρόσταξιν τῆς σῆς γαληνότητος, ἥτις ἐστὶ τῶν ἀνατολικῶν πόλεων μία καλουμένη Ἱεροσόλυμα, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους καθίδρυται, συναχθὲν πᾶν πλῆθος Ἰουδαίων παραδεδώκασί μοι ἄνθρωπόν τινα Ἰησοῦν λεγόμενον, πολλὰ καὶ ἄπειρα ἐγκλήματα φέροντες κατ' αὐτοῦ· οὐκ ἠδυνήθησαν δὲ ἔν τινι λόγῳ ἐλέγξαι αὐτόν. Μία δὲ ἦν αἵρεσις αὐτῶν κατ' αὐτοῦ, ὅτι

---

junctim editarum. Epithetis vero φοβερός et φοβερώτατος vix credas a quoquam imperatorem compellatum esse. — πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν) Imperatores Romanos ab Antonini Pii tempore εὐσεβεῖς appellatos esse supra ad ev. Nicod. p. 579. observavimus. Conf. Reiskius ad Constantinum Porphyrogen de ceremoniis aulae Byzant. lib. I. p. 328. ed. Bon. De titulo γαληνότητος, serenitatis paulo infra posito conf. Caugius in Gloss. Graec. et Latin., Suicerus in Thes. eccles. s. v. γαληνός et Heumannus in Poecile T. II. p. 484. sqq. Hos titulos Tiberii et Pilati temporibus nondum in usu fuisse satis constat. Idem valet de nominibus βασιλεύς et δεσπότης. Ab illo imperatores et magistratus tum abstinuisse jam monuimus ad pag. 579. Hoc autem certe ab Augusto repudiatum esse Zonaras aliique tradunt. Vid. Cangius s. v. δεσπότης. — τῆς γραφῆς,) Cod. 1331. τῆς ἀναφορᾶς. Id. paulo post τὰ τῶν ἐνισταμένων καιρῶν, καθῶς τὸ τέλειον τῶν ἐνεστώτων ἀνέδειξε καιρῶν. Pilatus pronuntiat, se his literis imminentium temporum momentum (ῥοπὴν) significaturum esse, quemadmodum horum (i. e. praesentium sive proxime praeteritorum) temporum exitus monstraverit. In cod. A. hic locus prorsus corruptus, ut intellectu careat. Cod. B. haec om. — Ταύτην γὰρ κτλ.) Cod. A. Ἐν ταύτῃ (Fabr. Ἐνταῦθα) γὰρ ἥνπερ διέπω ἐπαρχίαν, ἥτις μία τῶν πόλεων κέληται Ἱερουσαλὴμ, ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων παρέδωκάν οἱ ἕνα ἄνθρωπόν τινα λεγόμενον Ἰησοῦν, πολλὰ ἐγκλήματα κατ' ὐτοῦ ἐπιφερόμενοι, ἅπερ οὐκ ἠδυνήθησαν τῇ συστάσει τῶν λόγων ἐλέγξαι. Fortasse μία τῶν πόλεων est πρώτη τῶν πόλεων. — Ἵρεσις) Vindob. male εὕρεσις. Dicuntur Judaei in hoc conspirasse omnes, quod Jesus sabbato feriandum non esse docuisset.

τὸ σάββατον ἔλεγε μὴ εἶναι ὀρθὴν τούτων σχολήν. Πολλὰς δὲ ἰάσεις ἐπετέλεσεν ἐπ᾽ ἀγαθοῖς ἔργοις ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος· τυφλοὺς ἐποίησε βλέπειν, λεπροὺς ἐκαθάρισε, νεκροὺς ἤγειρε, παραλυτικοὺς ἰάσατο, μὴ δυναμένους τὸ σύνολον κινεῖσθαι, εἰ μὴ μόνον ἔχοντας φωνὴν καὶ τὴν τῶν ὀστέων ἁρμονίαν, καὶ πάρεσχεν αὐτοῖς δύναμιν τοῦ περιπατεῖν τε καὶ τρέχειν, ῥήματι μόνῳ ἐπιτρέψας. Ἄλλο τε δυνατώτερον πρᾶγμα ἐποίησεν, ὅπερ ἦν ξένον καὶ παρὰ τοῖς θεοῖς

Vid. ev. Nicod. cap. I. Cod. A. *Μία δὲ τοῖς αὐτοῖς αἴρεσις ἦν, ὅτι τὸ σάββατον αὐτοῖς ἔλεγεν ὁ Ἰησοῦς μὴ εἶναι σχολὴν* (Fabr. *μὴ ἐν σχολῇ*) *παρατηρεῖσθαι*. B. *ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ, μηδὲ σχολὴν εἶναι* (fort. add. *ἔλεγεν*) *ἀγαθῶν ἔργων*. In nostro textu *τῷ σαββάτῳ* pro *τὸ σάββατον* scribendum videtur, *sabbato non esse justum horum* i. e. *Judaeorum otium, non recte eos a bonis operibus cessare.* — *ἐπετέλεσεν*) Vindob. *ἐπιτελεῖ*. C. *ἐπετέλει*. Id. Vindob. deinceps *καθαρίζει*, (C. *καθαρίζων*,) *ἐγείρων* et *ἰώμενος*, ubi nos constanter *ἐκαθάρισε*, *ἤγειρε* et *ἰάσατο* dedimus. Cod. A. *Πολλὰς γὰρ ἰάσεις ἐπετέλεσεν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ* (B. add. *τοῦ σαββάτου*,) *τυφλοὺς ἐποίησεν ἀναβλέπειν, χωλοὺς περιπατεῖν, νεκροὺς ἀνέστησε, λεπροὺς ἐκαθάρισε, παραλυτικοὺς ἰάσατο, μὴ δυναμένους τὸ σύνολον* (B. *τὸ σῶμα κινῆσαι*,) *μήτε ὁρμὴν τοῦ σώματος μήτε νεύρων στάσιν ἔχοντας, εἰ μὴ μόνον* (Fabr. male *οὐ μόνον*) *φωνὴν καὶ ἁρμονίαν, καὶ παρεῖχεν αὐτοῖς δύναμιν τοῦ περιπατεῖν καὶ τρέχειν, ῥήματι μόνῳ τῷ ἀσθενεῖ ἐπιτρέψας*. (B. *τὸ ἀσθενὲς ἀποστρέψας*). Extrema haec falso Fabricius interpretatus est: *curavit paralyticos, qui plane debiles essent, neque vires ullas corporis aut nervorum firmitatem haberent: his omnibus non modo vocis usum et harmoniae percipiendae, et facultatem ambulandi et currendi reddidit, solo verbo praecipiens infirmis, sed et aliud* etc. Verbis enim *μὴ δυναμένους* – *ἁρμονίαν* describitur morbus paralyticorum, quo ossium et membrorum compages (*ἁρμονία*) non dissolvatur, nervi vero resolvantur, ut voluntarius corporis vel singularum ejus partium motus impediatur. Similes veterum medicorum locos Wetstenius ad Matth. IV, 24. et Winerus in libro *Biblisches Realwörterbuch* p. 776. laudarunt. Id autem h. l. offendit, quod cum ossium compage vocis usus conjungitur et paralyticis servari dicitur. Hoc enim hominem paralysi privari posse nemo negaverit. Exemplum habes 1 Macc.

ἡμῶν· νεκρόν τινα Λάζαρον τεταρταῖον ἐκ νεκρῶν ἀνέστησε, λόγῳ μόνῳ κελεύσας ἐγερθῆναι τὸν τεθνηκότα, διεφθαρμένον ἤδη ἔχοντα τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν ἑλκογενήτων σκωλήκων, καὶ τὸ δυςῶδες ἐκεῖνο σῶμα τὸ κείμενον ἐν τῷ τάφῳ ἐκέλευσε τρέχειν· καὶ ὡς ἐκ παστοῦ νυμφίος, οὕτως ἐκ τοῦ τάφου ἐξῆλθεν εὐωδίας πλείστης πεπληρωμένος. Καί τινας ἀφειδῶς δαιμονιζομένους καὶ τὰς οἰκήσεις ἐν ἐρημίαις ἔχοντας

IX, 55. Nec qui in N. T. παραλυτικοὶ commemorantur, eorum aliquis loquens inducitur. Sed fortasse auctor praecipue respexit narrationem Joan. c. V. de aegroto ad piscinam Bethesda decumbente et cum Jesu colloquente, quem veterum plerique paralysi laborasse opinati sunt. Liceat etiam suspicari, voc. φωνήν olim a textu abfuisse, cum in cod. B. haec tantum legantur εἰ μὴ μόνην τὴν ἁρμονίαν. Voculas εἰ μὴ μόνον h. l. transferas *sed tantum*, quod Matth. XII, 4. recte fieri negat Fritzschius. Phrasin ἐπ' ἀγαθοῖς ἔργοις paulo supra positam eo significatu accipias, quo opponatur vocibus ἀπὸ κακῶν πράξεων ev. Nicod. c. I. — νεκρόν τινα — ἐκέλευσε τρέχειν·) B. τεταρταῖον νεκρὸν ἀνέστησε λόγῳ μόνῳ καλέσας αὐτόν· τοῦ τεθνεῶτος τὸν ἰχῶρα ἔχοντος, καὶ διαφθαρέντος ἐκ τῶν γενομένων σκωλήκων τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τὸ δυσῶδες τοῦ κυνὸς ἔχοντος· ὃν ἰδὼν (ἐν) τῷ τάφῳ κείμενον, τοῦτον λόγῳ ἀνέστησε καὶ ἐκέλευσε τρέχειν. Vox ἰχώρ significat saniem. De varia ejusdem significatione vid. C. Hofmanni Var. Lect. p. 281. sq. et Foesii Oeconom. Hippocratis p. 292. In nostro textu epitheton ἑλκογένητος repetas ex parabola de Lazaro paupere ἡλκωμένῳ Luc. XVI, 20. 21. cum narratione de Lazaro in vitam revocato confusa. — καὶ ὡς ἐκ παστοῦ) Voculam καὶ e cod. C. adjecimus. De voce παστός vid. not. ad Acta Thomae p. 14. sq. — πλείστης) Vindob. vitiose πλήρης. — Καί τινας κτλ.) B. Καὶ [ξένον εἶπεν ἕτερον·] τινὰς δαιμονιζομένους πονηρῶς καὶ τὴν κατοίκησιν ἐν ἐρημίαις ἔχοντας καὶ σαρκοτρόφους τῶν ἰδίων ὄντας καὶ ἑρπετοῖς καὶ θηρίοις συναναστρεφομένους ἐν ταῖς ὕλαις, καὶ τούτους διὰ λόγου σώφρονας ἀνέδειξε, σοφοὺς δὲ καὶ συνετοὺς κατέστησε, καὶ ἐποίησεν οἰκήτορας πόλεων, καὶ ἐνδόξους γενέσθαι παρεσκεύασε, καὶ τὰ πνεύματα ἀκάθαρτα ἐν αὐτοῖς ὀλέθρῳ δεινῷ κατορύξας βυθῷ θαλάσσης κατεπόντισε. Pro συναναστρεφομένους etiam C. συναναστρεφομένους. Id. om ὡσεὶ ante πόλεων, et πνευμάτων dat, cujus

καὶ σαρκοφαγοῦντας τῶν ἰδίων μελῶν καὶ τοῖς ἑρπετοῖς καὶ τοῖς ἀγρίοις θηρίοις συναναστρεφομένους οἰκήτορας κατέστησεν [ὡςεὶ] πόλεων ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις; καὶ διὰ λόγου σώφρονας ὑπέδειξεν αὐτοὺς καὶ συνετοὺς, καὶ ἐνδόξους γενέσθαι παρεσκεύασε τοὺς ὑπὸ ἀκαθάρτων πνευμάτων ἐνοχλουμένους, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς δαίμονας ἐν ἀγέλῃ χοίρων ἐκπέμψας εἰς θάλασσαν ἀπέπνιξεν. Ἄλλον πάλιν τινὰ ξηρὰν ἔχοντα χεῖρα, τὸν [πόθοντα] βίον ἐν λυπῇ κεκτημένον καὶ μηδὲ ἥμισυ σώματος ἔχοντα ὑγιὲς, λόγῳ μόνῳ παρέστησεν ὑγιῆ. Καὶ γυναῖκα αἱμοῤῥοοῦσαν ἐπὶ χρόνοις πολλοῖς, ὡς ἐξ αὐτῆς τῆς ῥύσεως τοῦ αἵματος πᾶσαν τὴν τῶν ὀστέων ἁρμονίαν φαίνεσθαι, καὶ [μήτε ὅμοιον ἀνθρωπίνης φύσεως τοῦ σώματος (fort. τὸ σῶμα) ἐπιφερομένην, ἀλλὰ] ὑέλου δίκην διαυγάζειν, [καὶ ὡς νεκρὰν ἀποκειμένην ἀπὸ αἵματος ῥύσεως·] καὶ γὰρ πάντες ἰατροὶ ἀνελπίστως αὐτὴν ἀπεπτάμενοι οὐκ ἐθεώρουν, οὐκ ἦν γὰρ ἐν αὐτῇ δήπου τις σωτηρίας ἐλπίς· τότε γ' οὖν παρερχομένου τοῦ Ἰησοῦ ἰσχὺν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐπισκιάσεως αὐτοῦ ἥψατο ὄπισθεν τοῦ κρα-

---

loco Vindob. male δέσποτα. — τὸν πόθοντα βίον ἐν λυπῇ κεκτημένον) Pro πόθοντα quid restituendum sit nescio. C. καὶ ἐν λυπαῖς ζῶντα. B. Πάλιν δὲ ἄλλος ὑπῆρχε ξηρὰν ἔχων τὴν χεῖρα, οὐ μόνον δὲ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τὸ ἥμισυ μέρος τοῦ σώματος ἀπολιθωθὲν ὑπῆρχε τοῦ ἀνθρώπου· μήτε πλάσιν ἀνδρὸς ἢ σώματος ἔχων διαστολήν· κἀκεῖνον λόγῳ ἰασάμενος παρέστησεν ὑγιῆ. — Καὶ γυναῖκα κτλ.) Textus hujus loci laciniosus est et male consutus. Quae uncinis inclusimus, a cod. C. absunt. Ex eodem ὑέλου δίκην scripsimus pro vitioso βαιλουδικην, quod Birchius e Vindob. edidit. Scilicet Pilatus refert, foeminam illam sanguinis profluvio laborantem ita emacuisse, ut ossium compages oculis pateret et vitri instar ipsa pellucida esset. — δήπου τὶς σωτηρίας ἐλπίς·) Sic C. Male Vindob. σωτηρίας δέσποτα ἐλπίς. — ἰσχὺν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐπισκιάσεως αὐτοῦ) Hanc scripturam codd. A. et B. praetulimus Vindob. textui συμβαλοῦσα διὰ τῆς ἐπισκέψεως αὐτοῦ. —

σπέδου τῶν ἱματίων αὐτοῦ, καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἀνεπληρώθη ἡ δύναμις τοῦ σώματος αὐτῆς, καὶ γέγονεν ὑγιὴς ὡς μηδὲν κακὸν ἔχουσα, καὶ ἤρξατο δρομαίως τρέχειν εἰς τὴν αὐτῆς πόλιν Πανεάδα. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἶχον. Κατεμήνυον δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ἐκτελεῖν ταῦτα τῷ σαββάτῳ τὸν Ἰησοῦν. Ἐγὼ δὲ καὶ παρὰ τοὺς θεοὺς, οὓς σεβόμεθα, μείζονα κατενόησα θαυμάσια παρ' αὐτοῦ γεγονότα. Τοῦτον οὖν Ἡρώδης καὶ Ἀρχέλαος καὶ Φίλιππος καὶ Ἄννας καὶ Καϊάφας παραδεδώκασί μοι σὺν παντὶ τῷ λαῷ πρὸς τὸ ἐτάσαι αὐτὸν, πολλὴν στάσιν κινήσαντες κατ' ἐμοῦ περὶ ὧν κατηγόρουν αὐτοῦ. Ἐν πρώτοις δὲ φραγελλώσας αὐτὸν οὐδεμίαν εὗρον αἰτίαν περὶ ὧν ἔλεγον κατ' αὐτοῦ. Λοιπὸν οὖν παρέδωκα τοῦτον πάλιν αὐτοῖς, ὃν καὶ σταυρώσαντες, σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, τοῦ ἡλίου κρυβέντος τελείου καὶ τοῦ πόλου σκοτεινοῦ φαινομένου ἡμέρας οὔσης, ὥστε ἄστρα μὴ] φανῆναι, ἀλλ' ὅμως τὴν τηλαυγότητα ἐσκοτισμένην

εἰς τὴν αὐτῆς πόλιν Πανεάδα.) Vindob. *Σπανίαν*. Nostram conjecturam confirmant, quae ad ev. Nicod. c. VII. p. 560. seq. notavimus. C. haec om. A. et B. ex alia traditione *εἰς τὴν αὐτῆς πόλιν Καφαρναούμ*. — *Κατεμήνυον*) Vindob. vitiose *κατέμεινον*. *Καταμηνύειν* est *deferre*. — *περὶ ὧν ἔλεγον*) Vindob. *περὶ αὐτοῦ ὧν ἔλεγον*. C. recte om. *αὐτοῦ*. — *ὃν καὶ σταυρώσαντες, σκότος ἐγένετο*) Sic cod. C. In Vindob. pro *ὃν* legitur et *ἐγένετο* desideratur. Fortasse plura post v. *σταυρώσαντες* exciderunt. Cod. A. Ἐκέλευσα οὖν τοῦτον σταυρωθῆναι, πρῶτον φραγελλώσας αὐτὸν μηδεμίαν αἰτίαν εὑρὼν κατ' αὐτοῦ κακῶν ἐγκλημάτων ἢ πράξεων. Ἅμα δὲ ἐσταυρώθη, σκότος ἐγένετο κτλ. *Jussi igitur prius flagellatum in crucem agere, licet nullam causam in eo maleficiorum criminumque reperi. Simulatque autem crucifixus est, tenebrae terram opplevere etc.* — *τελείου*) C. *τελείως*. — *μὴ φανῆναι*) C. om. *μὴ*. Recte. Dicitur sol prorsus obscuratus esse meridie, ut astra comparerent. Sequentia in Vindob. corrupta sunt *ἀλλ' ὅμως τηλαυγότητα σκοτινομένης οὔσης*. Quae sana est scriptura cod. C., quam nos in textum recepimus. Etenim non possunt haec verba recte conjungi cum prae-

ἐχούσης, ὡς οὐδὲ ὑμετέρα εὐσέβεια, οἶμαι, ἀγνοεῖ, ὅτι ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ ἧψαν λύχνους ἀπὸ ἕκτης ὥρας ἕως ὀψίας. Ἡ σελήνη δὲ ὡς αἷμα οὖσα ὅλην τὴν νύκτα οὐ διέλειπε, καίτοιγε παμπληθοῦς αὐτῆς τυγχανούσης. Καὶ ὅλος ὁ κόσμος ἐσαλεύετο ὑπὸ ἀνεκδιηγήτων σημείων, καὶ ἔμελλε πᾶσα ἡ κτίσις ὑπὸ τῶν καταχθονίων καταπίνεσθαι· ὡσαύτως δὲ καὶ ὅπερ εἶχον ἁγίασμα τοῦ ναοῦ αὐτῶν σχισθῆναι ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. Βροντὴ δὲ πάλιν καὶ ἦχος μέγας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐγένετο, ὥστε πᾶσαν τὴν γῆν [ἡμῶν] σαλευθῆναι καὶ τρέμειν. Ὤφθησαν δὲ ἐν αὐτῷ τῷ φόβῳ νεκροὶ ἀναστάντες, ὡς αὐτοὶ ἑωρακότες οἱ Ἰουδαῖοι εἶπον· ὅτι εἴδομεν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ τοὺς δώδεκα Πατριάρχας τοὺς προτετελευτηκότας [μετὰ Μωσέα] πρὸ δισχιλίων πεντακοσίων ἐτῶν, καὶ ἑτέρους πολλούς· καὶ Νῶε

---

cedentibus ἡμέρας οὔσης. Quare scribendum videtur ἔχειν vel ἔχοντα pro ἐχούσης h. s. *ut astra comparerent, attamen horum quoque splendor caligine obduceretur.* Eodem sensu A. σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην τοῦ ἡλίου μέσον τῆς ἡμέρας (B. μέσης ἡμέρας) σκοτισθέντος καὶ τῶν ἄστρων φανέντων, ἐν οἷς λαμπηδὼν (Fabr. male λαμπεδόσιν) οὐκ ἐφαίνετο. — παμπληθοῦς) Fortasse παμπλήρους vel πάνυ πλήρους. Narrat, *lunam per totam noctem veluti sanguine suffusam fuisse, etsi plena esset.* A. σελήνη δὲ τὸ φέγγος ὡς αἱματίζουσα διέλειπε. — ἡμῶν) Recte om. C. Id. σαλεύεσθαί τε καὶ τρέμειν. — καὶ τοὺς δώδεκα — ἐτῶν,) C. καὶ τοὺς δώδεκα πατριάρχας τοὺς πρὸ Μωσέως δισχιλίων πεντακοσίων ἐτῶν. In nostro textu μετὰ Μωσέα corrigendum putarem μετὰ Μωσέως *cum Mose*, si opportunum viderem his vocibus locum. Nam A. et B. Mosen patriarchis adjungunt in vitam revocatis. Ὤφθησαν (B. Ὤφθη) δὲ ἐν αὐτῷ τῷ φόβῳ νεκροὶ ἀναστάντες, (B. νεκρῶν ἀνάστασις,) ὡς αὐτοὶ οἱ Ἰουδαῖοι μαρτυρήσαντες εἶπον, ἐν ᾧ (B. rectius ἐμαρτύρησαν καὶ εἶπον εἶναι) Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ τοὺς δώδ. πατρ. καὶ (B. om. καὶ τοὺς δώδ. πατρ. καὶ) Μωϋσῆν καὶ Ἰωάννην (B. rectius Ἰὼβ) τοὺς προτελευτήσαντας κτλ. Vid. not. ad ev. Nicod. c. XXVII. — καὶ Νῶε — φανερῶς.) C. om. —

εἴδομεν ἐν σώματι φανερῶς. *Τὰ δὲ ἄστρα καὶ ὁ Ὠρίων* θρήνους ἐποίουν ὑπὲρ τῶν Ἰουδαίων διὰ τὴν παρ' αὐτῶν γενομένην παρανομίαν. *Μετὰ δὲ τὸ σάββατον* περὶ τρίτην ὥραν τῆς νυκτὸς ὁ ἥλιος ὤφθη, οἷος οὐδέποτε [ὤφθη, οὐδὲ οὐδέποτε οὕτως] ἔλαμψε, καὶ πᾶς ὁ οὐρανὸς ἐφαιδρύνθη. *Καὶ ὡς ἀστραπαὶ* χειμόνος ἐπέρχονται, οὕτως ἄνδρες ὑψηλοί τινες κοσμήσεως στολῆς καὶ δόξης ἀνεκδιηγήτου ὑπάρχοντες ἐφαίνοντο ἐν τῷ ἀέρι, καὶ πλῆθος ἀναρίθμητον ἀγγέλων κραζόντων· ὁ σταυρωθεὶς Χριστὸς ἀνέστη θεὸς ὤν. Καὶ φωνὴ ἠκούετο ὥσπερ μέγεθος βροντῶν λέγουσα· δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· ἀνέλθατε οἱ ἐξ ᾅδου, οἱ δεδουλωμένοι ἐν τοῖς καταχθονίοις τοῦ ᾅδου. Ἐκ δὲ τῆς φωνῆς αὐτῶν πάντα τὰ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ ἐσαλεύοντο, καὶ πέτραι διεῤῥήγνυντο, καὶ χάσματα ἐγένοντο μεγάλα ἐν τῇ γῇ, ὥστε καὶ τὰ τῆς ἀβύσσου φανῆναι· καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων νεκρῶν ἐξανέστησαν, ἄχρι πεντακοσίων. Καὶ περιεπάτει πᾶν πλῆθος καὶ ἀνύμνει τὸν θεὸν μετὰ φωνῆς μεγάλης λέγον· ὁ ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν πάντας τοὺς νεκροὺς ἡμῶν ἐζωοποίησε, καὶ τὸν ᾅδην συλήσας ἐνέκρωσε. Πᾶσαν οὖν

Μετὰ δὲ τὸ σάββατον) Rectius C. *Μιᾷ δὲ τῶν σαββάτων.* d. om. seqq. verba *ὤφθη, οὐδὲ οὐδέποτε οὕτως.* Nota auctorem secuí Latinorum traditionem de tempore resurrectionis Christi. Vid. ot. ad ev. Nicod. p. 645. — *καὶ πᾶς ὁ οὐρανὸς*) Male Vindob. *καίπερ οὐρανός.* Textus cod. C. desinit in verbis *Καὶ ς ἀστραπαί.* — *ἐπέρχονται, οὕτως*) Haec in Vindob. omis-ı e cod. 1331. supplevimus. A. *ὥσπερ* (B. add. *δὲ*) *ἀστραπαὶ ρνας χειμόνος ἐπέρχονται, οὕτως ἐφάνησαν ἄνδρες ἐν ὑψηλῇ στο-ῇ καὶ δόξῃ μεγάλῃ* (B. *ἐφαίνοντο ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐν στολῇ μεγάλῃ ιὶ ἔνδοξοι*) *ὑπάρχοντες, πλῆθος ἀναρίθμητον κράζοντες, καὶ φω-ιὶ ἠκούοντο ὥσπερ παμμεγέθους βροντῆς· ὁ σταυρωθεὶς ἀνέστη ριστός.* (B. *ὁ σταυρωθεὶς θεός ἐστι.*) — *οἱ δεδουλωμένοι*) od. 1331. *οἱ δεδεμένοι.* — *ὁ ἀναστὰς — ἐνέκρωσε.*) Vi-

τὴν νύκτα ἐκείνην, ὦ δέσποτα βασιλεῦ, τὸ φῶς οὐκ ἐπαύετο. Τῶν δὲ Ἰουδαίων πολλοὶ ἀπέθανον καὶ κατεποντίσθησαν καὶ κατεπόθησαν τοῖς χάσμασιν ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, ὥστε μηδὲ τὰ σώματα αὐτῶν φανῆναι· ἐκείνους δὲ λέγω, δέσποτα, μὴ φανῆναι τῶν Ἰουδαίων τοὺς κατὰ τοῦ Ἰησοῦ λέγοντας· [ὥστε δοκεῖν με φαντασίαν τινὰ θεωρεῖν ἐκ νεκρῶν ἀρχαίων τοὺς πολλούς, οὓς οὐδέποτε ἡμεῖς ἐθεασάμεθα.] Μία δέ τις συναγωγὴ κατελείφθη ἐν Ἱεροσολύμοις, ἐπεὶ πᾶσαι αἱ συναγωγαὶ ἐκεῖναι αἱ γενόμεναι κατὰ τοῦ Ἰησοῦ κατεποντίσθησαν. Τῷ γ᾽ οὖν φόβῳ ἐν ἐκστάσει γενόμενος καὶ πολλῷ τρόμῳ συσχεθεὶς κατὰ ταύτην τὴν ὥραν ἐπιτάξας γράψαι τὰ πραχθέντα παρ᾽ αὐτῶν πάντων ἀνήγαγον τῷ σῷ κράτει.

---

detur hoc esse carmen ecclesiasticum. Simile est troparium illud Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, θάνατον θανάτῳ πατήσας, καὶ τοῖς ἐν τοῖς μνήμασι ζωὴν χαρισάμενος. Praeterea saepius in libris Graecorum ecclesiasticis Christus praedicatur ὁ τὸν θάνατον vel τὸν ᾅδην σκυλεύσας et νεκρώσας. — ὥστε δοκεῖν — ἐθεασάμεθα.) Birchius e cod. Vindob. sic ὥστε δοκον με φαντασια τινα θεωρειν εκ νεκρων αρχαιωτα τους πολλους οὓς ουδεποτε ἡμεις εθεασωμεθα. Videntur haec verba, sicut a nobis emendata sunt, supra pone vv. ἄχρι πεντακοσίων collocanda esse. In codd. A. et B. ista libelli pars tot scripturae vitiis deformata est, ut literas et syllabas, non verba cohaerentia et intellectum habentia legas. — ἀνήγαγον τῷ σῷ κράτει.) Hic finis epistolae in cod. Vindob. Sequentia e codd. A. et B. descripta sunt, in quibus Pilati epistolae subjungitur ista παράδοσις Πιλάτου, libellus ab insulso homine misere conscriptus, cujus variam in codd. scripturam non est operae pretium accuratius recensere. Exhibemus igitur textum cod. A. a Birchio jam editum, ope cod. B. quantum fieri potuit, emaculatum. Quibus locis altero hoc codice usi simus, (sunt autem permulti,) si quis velit cognoscere, is Birchianum exemplar cum nostro textu conferre potest.

Φθασάντων δὲ τῶν γραμμάτων ἐν Ῥώμῃ καὶ ἀναγνωσθέντων, ἅπαντες ἔνθαμβοι ἐγένοντο, ὅτι διὰ τὴν τοῦ Πιλάτου παρανομίαν τὸ σκότος καὶ ὁ σεισμὸς ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην. Καὶ θυμοῦ πλησθεὶς ὁ Καῖσαρ ἐκπέμψας στρατιώτας ἐκέλευσε δέσμιον ἀγαγεῖν τὸν Πιλάτον.

Παράδοσις Πιλάτου.

Καὶ ἀχθέντος αὐτοῦ ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει ἀκούσας ὁ Καῖσαρ, ὅτι παρέστη ὁ Πιλάτος, ἐκάθισεν ἐν τῷ ναῷ τῶν θεῶν ἐπὶ πάσης τῆς συγκλήτου καὶ σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι καὶ παντὶ τῷ πλήθει τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Καὶ ἐκέλευσεν ἐν προόδῳ στῆναι τὸν Πιλάτον, καί φησιν ὁ Καῖσαρ πρὸς αὐτόν· Τί τοιαῦτα ἐτόλμησας, δυσσεβέστατε, εἰς τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον, ἑωρακὼς τηλικαῦτα σημεῖα παρ' αὐτοῦ; κακὴν πρᾶξιν τολμήσας ὅλον τὸν κόσμον διὰ τῆς σῆς παρανομίας ὤλεσας. Ὁ δὲ Πιλάτος ἔφη· Αὐτόκρατορ βασιλεῦ, ἐγὼ ἀναίτιος τούτου τυγχάνω, οἱ δὲ προπετεῖς καὶ οἱ αἴτιοι τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων εἰσί. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἔφη· Καὶ τίνες οὗτοι; Λέγει ὁ Πιλάτος· Ἡρώδης καὶ Ἀρχέλαος καὶ Φίλιππος, Ἄννας καὶ Καϊάφας καὶ ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν. Λέγει αὐτῷ ὁ Καῖσαρ· Τίνος ἕνεκεν τῇ βουλῇ ἐκείνων ἐξηκολούθησας; Καὶ ὁ Πιλάτος ἔφη· Στασιαστὸν καὶ ἀνυπότακτόν ἐστι τὸ ἔθνος αὐτῶν, μὴ ὑποτασσόμενον τῷ σῷ κράτει. Καὶ ὁ Καῖσαρ εἶπεν· Ἅμα παρέδωκάν σοι αὐτὸν, ὤφειλες ἐν ἀσφαλείᾳ ποιῆσαι αὐτὸν καὶ ἐκπέμψαι πρός με, καὶ μὴ πεισθῆναι αὐτοῖς καὶ σταυρῶσαι τὸν τοιοῦτον ἄνδρα δίκαιον ὄντα καὶ τοιαῦτα σημεῖα ἀγαθὰ ποιήσαντα, ἃ σὺ εἶπας διὰ τῆς σῆς ἀναφορᾶς· ἐκ γὰρ τῶν τοιούτων σημείων φανερὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Καὶ ταῦτα λέγοντος τοῦ Καίσαρος καὶ ὀνομάσαντος αὐτοῦ

τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν εἰδώλων τῶν θεῶν συνέπεσε, καὶ ἐγένετο ὡσεὶ κονιορτός· καὶ ὁ τόπος [δὲ] συνέπεσεν, ἔνθα ἐκαθέζετο ὁ Καῖσαρ μετὰ πάσης τῆς συγκλήτου αὐτοῦ. Ὁ δὲ δῆμος ὁ παρεστηκὼς τῷ Καίσαρι καὶ πάντες οἱ τῆς συγκλήτου αὐτοῦ ἅμα τῷ Καίσαρι ἔντρομοι γεγόνασι διὰ τὴν τοῦ ῥήματος ῥῆσιν καὶ (τὴν) πτῶσιν τῶν θεῶν αὐτῶν, καὶ πάντες φόβῳ συσχεθέντες ἀπῆλθον ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, θαυμάζοντες τὸ γεγονός. Καὶ ἐκέλευσεν ὁ Καῖσαρ μετὰ ἀσφαλείας φυλάττειν τὸν Πιλάτον, ὅπως γνῷ τὸ ἀληθὲς περὶ τοῦ Ἰησοῦ. Τῇ δὲ ἐπαύριον καθίσας ὁ Καῖσαρ ἐν τῷ καπιτωλίῳ, μετὰ πάσης τῆς συγκλήτου ἐπειρᾶτο πάλιν ἐπερωτᾷν τὸν Πιλάτον, καί φησιν ὁ Καῖσαρ· Λέγε τὸ ἀληθές, δυσσεβέστατε, ὅτι διὰ τῆς σῆς ἀσεβοῦς πράξεως, ἧς ἐπεχείρησας κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐνταῦθα ἐδείχθη τῶν κακῶν σου ἔργων ἡ πρᾶξις, τὸ τοὺς θεοὺς πτώσει ὑποβληθῆναι. (B. πτῶσιν ὑποβάλλειν.) Λέγε οὖν, τίς ἐστιν ἐκεῖνος ὁ σταυρωθείς, ὅτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ τοὺς θεοὺς ἀπώλεσεν. Ὁ Πιλάτος ἔφη· Καὶ μὴν τὰ ὑπομνήματα αὐτοῦ ἀληθῆ ἐστι· καὶ γὰρ ἐγὼ αὐτὸς ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων ἐπείσθην, ὅτι μείζων ὑπῆρχε πάντων ὧν σεβόμεθα θεῶν. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἔφη· Τίνος οὖν ἕνεκεν τοιαύτην τόλμαν καὶ πρᾶξιν ἐπήνεγκας κατ' αὐτοῦ, μὴ ἀγνοῶν τοῦτο; ἢ πάντως κακόν τι βουλόμενος περὶ τῆς ἐμῆς βασιλείας. Ὁ δὲ Πιλάτος ἔφη· Διὰ τὴν παρανομίαν καὶ στάσιν τῶν ἀνόμων καὶ ἀθέων Ἰουδαίων τοῦτο ἐποίησα. Θυμοῦ δὲ πλησθεὶς ὁ Καῖσαρ συμβούλιον ἐποίησε μετὰ πάσης τῆς συγκλήτου καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ κελεύει δόγμα γραφῆναι κατὰ τῶν Ἰουδαίων οὕτως· Λικιάνῳ τῷ τὰ πρῶτα τῆς ἀνατολικῆς χώρας ἐπέχοντι χαίρειν. Τὴν ἐν τοῖς παροῦσι καιροῖς γενομένην τόλμαν παρὰ τῶν τὴν Ἱερουσαλὴμ διοικούντων Ἰουδαίων [παράνομον πρᾶξιν] ἔγνων

ὡς θεόν τινα λεγόμενον Ἰησοῦν Πιλάτον κατηνάγκασαν σταυρῶσαι, διὰ τοιούτων πλημμελημάτων, δι᾽ ὧν ὁ κόσμος σκοτισθεὶς εἰς ἀπώλειαν εἵλκετο. Θέλησον οὖν σπουδαίως ἅμα πλήθους στρατιωτῶν παραγενέσθαι τοῖς ἐκεῖσε, καὶ αἰχμαλωτίσαι διὰ τούτου τοῦ δόγματος πάντας αὐτούς. Πειθαρχῶν οὖν τῷ δόγματι ἡμῶν κίνησον κατ᾽ αὐτῶν, καὶ τῆς Ἰουδαίας ἐκδίωξον αὐτούς, καὶ ὀλιγοστὸν τὸ ἔθνος αὐτῶν δεῖξον ἐφ᾽ ἅπασι μὴ ὀφθῆναι (B. add. ἐν ἀνέσει,) ἐπειδὴ πονηρίας μεστοὶ τυγχάνουσι. Καὶ τοῦ δόγματος τούτου φθάσαντος ἐν τῇ ἀνατολικῇ χώρᾳ Λικιάνος πειθαρχήσας τῷ φόβῳ τοῦ δόγματος ἀνάλωσιν παντὸς ἔθνους τῶν Ἰουδαίων ἐποίησε· τοὺς δὲ καταλειφθέντας εἰς τὴν διασπορὰν τῶν ἐθνῶν δουλεύειν παρέσχεν· ὥστε γνωσθῆναι τῷ Καίσαρι ταῦτα τὰ γεγεννημένα παρὰ Λικιάνου κατὰ τῶν Ἰουδαίων ἐν τῇ ἀνατολικῇ χώρᾳ καὶ ἀρέσαι αὐτῷ. Καὶ πάλιν ἔθετο ὁ Καῖσαρ ἐρώτησιν ποιῆσαι τοῦ Πιλάτου, καὶ κελεύει ἐνὶ ἄρχοντι ὀνόματι Ἀλβίῳ τὴν κεφαλὴν τοῦ Πιλάτου ἀποτεμεῖν, φήσας· καθὼς οὗτος ἐπὶ τὸν ἄνδρα τὸν δίκαιον τὸν λεγόμενον Χριστὸν, χεῖρας ἐπήγαγε, καὶ αὐτὸς ὁμοίως πεσεῖται τῆς σωτηρίας ἀποτευξόμενος. Ὁ δὲ Πιλάτος ἀπελθὼν ἐπὶ τὸν τόπον ηὔξατο σιωπῇ λέγων· Κύριε, μὴ ἀπολέσῃς με μετὰ τῶν πονηρῶν Ἑβραίων, ὅτι ἐγὼ κατὰ σοῦ χεῖρας ἐπενέγκαι οὐκ ἤθελον εἰ μὴ διὰ τὸ ἔθνος τῶν παρανόμων Ἰουδαίων, ὅτι στάσιν κατ᾽ ἐμοῦ ἐπήγαγον. Ἀλλὰ σὺ γινώσκεις, δέσποτα, ὅτι ἀγνοῶν ἔπραξα. Μὴ οὖν ἀπολέσῃς με, δέσποτα κύριε, (διὰ) τὴν ἁμαρτίαν μου ταύτην, ἀλλὰ ἐλέησόν με καὶ τὴν δούλην σου Πρόκλαν τὴν ἱσταμένην μετ᾽ ἐμοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ θανάτου μου, ἣν ἀνέδειξας προφητεῦσαι, ὅτι εἶχες σταυρῷ προσηλωθῆναι· μὴ ἐν τῇ ἐμῇ ἁμαρτίᾳ καὶ ταύτην καταδικάσῃς, ἀλλὰ συγχώρησον ἡμῖν, καὶ ἐν μερίδι τῶν δικαίων σου συναρίθμησον ἡμᾶς. cf. p. 520. H.

Καὶ ἰδοὺ τελειώσαντος τὴν εὐχὴν τοῦ Πιλάτου ἦλθε φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσα· μακαριοῦσί σε, Πιλάτε, πᾶσαι αἱ γενεαί, ὅτι ὑπὸ σοῦ ἐπληρώθη ταῦτα πάντα τὰ ὑπὸ τῶν προφητῶν εἰρημένα περὶ ἐμοῦ, καὶ σὺ δὲ αὐτὸς μάρτυς ἔσῃ· ἐν γὰρ τῇ δευτέρᾳ μου παρουσίᾳ ὀφθῆναι ἔχεις, ὅταν μέλλω κρίναι τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τοὺς μὴ ὁμολογήσαντας καὶ πιστεύσαντας. Καὶ ἐξετίναξε τὴν κεφαλὴν Πιλάτου πρέφεκτος, καὶ ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου ἐδέξατο αὐτήν. Ἰδοῦσα δὲ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Πρόκλα τὸν ἄγγελον ἐρχόμενον καὶ δεχόμενον τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ χαρᾶς πλησθεῖσα καὶ αὐτὴ παραυτὰ ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα αὐτῆς, καὶ ἐτάφη μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Πιλάτου, θελήσει καὶ εὐδοκίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

CODEX
EVANGELII JOANNEI
PARISIIS IN SACRO TEMPLARIORVM TABVLARIO ASSERVATVS.

PROLEGOMENA.

Collationem codicis evangelii Joannei, qui Parisiis in sacro Templariorum tabulario asservatur, ut huic volumini subjiceremus, auctores gravissimi nobis fuerunt viri beati, Frid. Muenterus, Selandiae episcopus, et Gregorius, episcopus olim Blesensis; quorum ille notitiam codicis primus, quod sciam, theologis singulari libello praebuit, hic in *Historia sectarum religiosarum* arcana Ordinis Templariorum post fata, ut fertur, superstitis protulit [1]).

1) *Fr. Muenteri Notitia codicis Graeci evangelium Joannis variatum continentis* Havniae a. 1828. edita est. Verba de isto evangelio in nostrum Codicem apocryphum recipiendo p. 28. leguntur. Alterius operis hic est titulus: *Histoire des sectes religieuses par M. Gregoire, ancien évêque de Blois.* Novae editionis auctioris tomus secundus, cui narratio de Templariis p. 392—428. inserta est, Parisiis a. 1828. prodiit. Ibi p. 417. habes, quae supra respeximus. *Quoique le manuscrit dont il s'agit paraisse sans utilité pour la critique biblique, les templiers feraient sans doute une chose agréable aux théologiens, s'ils consentaient à ce qu'il fût inséré dans l'édition nouvelle des apocryphes, que prépare le docteur Thilo, théologien de Halle.* Ceterum ne falso intelligas, quod diximus Gregorium arcana illius Ordinis Templariorum protulisse, monendum est, alios plures ante hunc partim chartas et statuta Ordinis edidisse, partim res ejus illustrasse. Hic vir doctus in Gallia *Thory* in *Actis Latomorum* (Paris. 1815.) Tom. I. p. 284. sq. exhibuit *Seriem chronologicam supremorum magistrorum militiae templi e tabula aurea et charta transmissionis excerptam*, et Tom. II. p. 139. sq. Statuta Ordinis. Idem

Nec profecto verendum nobis est, ne haec aliena videatur a Codice N. T. apocrypho appendix. Nam evangelium, quod liber ille manuscriptus exhibet, tot omissionibus, additamentis et interpolationibus a genuino Joannis opere differt, ut eodem jure, quo evangelium Lucae a Marcione adulteratum, apocryphis accenseatur. Quod autem illorum virorum auctoritati et sententiae obtemperare potuimus, id acceptum referimus amicitiae et benevolentiae S. V. Hohlenbergii, Theologiae in literarum universitate Havniensi professoris, qui ante hos sex annos Parisiis codicem hactenus latentem venia ab humanissimis possessoribus impetrata sedulo perlustravit et cum vulgato evangelii Joannei textu, qualis in editione Griesbachiana Lipsiensi legitur, summa ἀκριβείᾳ contulit. Is enim non tantum exemplar hujus collationis, quam Muenterus in libello supra memorato non integram reddidit, nobiscum communicavit, sed etiam plura de externa codicis forma ad nos perscripsit, quae ab illo praetermissa sunt.

His praemonitis primum codicem describamus, deinde de conformatione et origine textus, quem consilio et data opera falsatum esse apparet, disseramus. Fertur autem iste codex apographum esse libri vetusti in Atho monte asservati et seculo XII. exeunte scripti [2]. Vir

in *Histoire du Grand-Orient de France* (Paris. 1812.) Tom. I p. 214—225. de Templariis egit. Praeterea conf. libr. *Encyclopaedie der Freimaurerei* Tom. III. (Lips. 1828.) s. v. *Tempelherrnorden.*

2) Fidem hujus traditionis Templariorum nolim tueri. Muenterus et Gregorius notant, Villoisonium, cum bibliothecas monasteriorum in Atho monte exstructorum examinaret, illum codicem non invenisse. Muenterus tamen notationi suae haec su-

in palaeographicis studiis versati ipsum seculo XIII. exaratum esse judicarunt. Constat membranis formam quadram superantibus maximamque attingentibus. Literis scriptus est minusculis aureis ab exercitata quidem manu nec tamen elegantiae studiosa. Menda habet pauciora easque maximam partem ex confusione vocalium similium et ex usu itacismi orta. Pariter praestat scribae diligentia et accuratione in verbis interpungendis et praecipue in tonis ac spiritibus ponendis. Scripturam bene servatam dicas: aliquot tamen locis lectu est difficilior et uno folio alteram capitis noni partem a. v. 22. complectente sic affecta, ut aciem fugiat. Codex integer est nullumque desideratur folium. Idem ut in posterum illibatus conservetur, recentiori tempore oleo obductus et tegumento munitus est [3]).

---

lcit: *Forsitan quia haud amplius in ulla horum coenobiorum bibliotheca exstat. Haecce enim a pluribus inde seculis magna divitiarum suarum parte orbata esse, omnibus hujus rei peritis notum est. Multi quidem codices Mosquam migrarunt in bibliothecam S. Synodi, ultimo hujus metropoleos incendio omnes fere deati. In Occidentem quoque thesauri harum bibliothecarum delati eguntur. Namque Johannes Lascaris sec. XV. circiter* 200 *libros bibliothecas a Laurentio Magnifico conditas intulit, quae postin unum celeberrimae bibliothecae Mediceae corpus coaluerunt.* ortasse ista traditio cohaeret cum altera, quam Gregorius libri udati p. 402. tangit: *Les templiers déclarent — qu'on trouve des mpliers en Grèce, surtout au mont Athos, où ils existent, dit, secrètement.* Graeci hac de re interrogati et inter hos celeerrimus Coraius responderunt, se nullam prorsus ejus notitiam ibere.

3) Verba S. V. Hohlenbergii in literis ad nos datis haec sunt: *er bessern Erhaltung wegen ist die Handschrift mit Oel durchgen und vor einigen Jahren eingebunden worden.* Fatemur nos hunc olei usum hactenus ignotum fuisse.

Evangelium Joannis hoc codice contineri idque interpolatum et mutilatum, jam a nobis indicatum est. Restat vero, ut testemur reliqua scripta Joannis abesse. Error enim est Muenteri referentis, in eodem volumine etiam epistolas et apocalypsin legi. Haud dubie vir doctissimus in hunc errorem inductus est eo, quod cognovisset, scripta quae canon ecclesiasticus Joanni attribuit omnia singulari apud Templarios auctoritate valere, nec in sacro eorum tabulario codicem epistolarum et apocalypseos desiderari [4]). Hohlenbergius hunc non inspexit, cum credere posset asseverantibus textum ejus a vulgari paucis tantummodo minorisque momenti scripturae varietatibus discedere. Nec tamen, si Gregorio fides est, liber ille manuscriptus, de quo dicimus, solum Joannis evangelium exhibet, sed complectitur etiam *Leviticon*, gravissimum arcanae Templariorum disciplinae monumentum, vel certe duobus constat tomis, quorum priori Leviticon, alteri Joannis evangelium insit [5]). Eodem teste in fine manuscripti Graecis literis scripta reperitur series chronologica priorum quinque Magnorum Templi Magi-

---

4) Gregorius l. l. p. 416. *Les templiers admettent les psaumes, l'Apocalypse de saint Jean, comme type et allégorie (car ils nient la résurrection), les épîtres du même apôtre et ses évangiles.*

5) Gregorius p. 407. *Parmi les monumens déposés aux archives du temple, il en est deux autres dont on n'a pas fait mention, et qui méritent une notice spéciale. Un manuscrit grec en parchemin, format in-folio, dont les caractères sont tracés en or, contient le leviticon et les évangiles de saint Jean.* Idem de evangelio sive evangeliis Joannis p. 415. *C'est la seconde partie du manuscrit grec dont on a parlé etc.*

strorum, quorum postremus ibi Bertrandus de Montfort, dignitate hac donatus anno 1154 [6]).

Ipsum Joannis evangelium codex offert distributum in XIX. sectiones, quae singulae dicuntur *εὐαγγέλια*, sicut totus liber *Ἰωάννου εὐαγγέλια* inscribitur. Idem his sectionibus initium est, quod capitibus nunc usu receptis, si octavam excipias et quartam decimam a capitis XIII. v. 30. incipientem. Nam capita XX. et XXI. consulto omissa sunt, et capiti XIX. extremo subjecta est clausula. Pariter commatum sive versiculorum divisio plerisque locis fere aequalis est ei, quam nostrae editiones habent. Versiculi vero non distinguuntur vacuis spatiis et numeris appositis, sed tantummodo lineolis transversis, quas *διαζευκτικὰς* dicunt. Speciminis causa has lineolas servavimus et typis describendas curavimus in additamento longiori, quod pone cap. XVII. legitur. In fine cujusvis capitis lineolam sequitur minor trianguli figura, et infra hanc in medio spatio vacuo, quo capita disjunguntur, altera paulo major conspicitur. Extremis totius

6) Suspicor in his errorem admissum esse a beato Gregorio p. 417. sic tradente: *A la fin du manuscrit, on trouve également en grec la série chronologique des cinq premiers grands maîtres de l'ordre. Le cinquième est Bertrand de Montfort, installé en 1154.* Quintus enim vel sextus, sicut vulgo numeratur, Templi Magister fuit *Bertrandus de Branchefort.* Vide catalogum Magistrorum Templi in Cangii Gloss. med. et inf. Latin. s. v. *Templarii.* Codicem vero habere puto nomina Hugonis de Paganis, Roberti Burgundionis, Ebrardi de Barris, Bernardi de Tremelay et Bertrandi de Branchefort, ita ut ante Bernardum de Tremelay omissus sit Hugo, qui tantummodo in *Privilegiis Ord. Hospitaliorum* p. 10. memoratur. Idem etiam in catalogo Magistrorum Templi, qui in libro *L'art de vérifiér les dates* etc. *par Mr. de Saint-Alais* Tom. V. p. 336. sqq. legitur, non recensetur. Conf. *Acta Latomorum* Tom. I. p. 284.

libelli verbis tres istiusmodi figurae subscriptae sunt. Scilicet triangulum aequilaterale symbolum est Templariorum et quasi crucis signum. Denique notandum est, infimas paginas habere custodes.

Haec, quae de externa codicis scripturaeque forma accepimus, quid conferant ad originem ejus illustrandam aetatemque definiendam, continuo paucis exponamus. Primum autem dubitari vix potest, quin codex in usum eorum, quorum in manibus est, exaratus sit. Documento sunt nomina Magistrorum Templi libro subscripta et figurae triangulares singulis capitibus appictae. Deinde aeque certum videtur, codicem usui liturgico destinatum fuisse. Quonam enim alio significatu istis XIX. capitibus, in quae totum evangelium divisum est, nomen evangeliorum inscriptum esse putabimus, nisi vulgari illo, quo ἀναγνώσματα, *lectiones*, appellantur evangelia? Accedit, quod in initiis singulorum evangeliorum alia resecta sunt et immutata, quae in vulgato textu ad rerum continuationem pertinent vel orationi nectendae inserviunt, alia vero addita, ubi introitus desiderari videretur; perinde ut passim fit in initiis lectionum ecclesiasticarum, quae in editione N. T. Matthaeiana posteriori notata reperis[7]). Denique de aetate codicis ex textus distinctione

---

7) Sic evangelium secundum incipit γάμος ἐγένετο κτλ. omissis vocibus καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. Eadem fuit ἀρχὴ ἀναγνώσματος notante Matthaeio. Cap. III. v. 1. ἦν ἄνθρωπος om. δὲ, quod narrationi continuandae inservit. Pariter Havn. III. ap. Birch. evangeliorum pericopas lectionibus ecclesiasticis adaptatas continens ἄνθρωπός τις ἦν vocula δὲ om. Cap. IV. v. 1. om. ὡς. Lectio ecclesiastica ibi incipit a v. 5. ἔρχεται οὖν εἰς πόλιν, ubi Escur. 8. ap. Birch. et Mosqu. n. οὖν om. Cap. V. v. 1. om. μετὰ ταῦτα. Lect. eccl. incipit a verbo ἀνέβη, ita ut excidant μετὰ

probabilis fit conjectura, eum non ante seculum XIV. sed post hoc exaratum esse. Templariorum quidem traditio exemplar in Atho monte, ut fertur, servatum seculo XII. vindicat suppparemque apographo Parisiensi tribuit aetatem; quacum concinit, quod series Magistrorum Templi, quam libro subjunctam esse vidimus, non ultra seculum XII. producitur. Sed nemo facile in hac traditione propter ea acquiescendum esse putabit. A verisimi-

---

ταῦτα ἦν ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, καὶ. Cap. VI. v. 1. iterum om. μετὰ ταῦτα. Lect. eccles. ibi incipit a v. 5. Cap. VII. v. 1. pro μετὰ ταῦτα cod. καιρόν τινα. Evangelium VIII. incipit a cap. VIII. v. 2. ὄρθρου δὲ πάλιν Ἰησοῦς κτλ. Nomen Ἰησοῦς additum est propter lectionis initium. Vocula δὲ initio ev. III. deleta hic servatur. Item cap. XI. v. 1. et XIII, 1. Cap. IX. v. 1. om. καὶ παράγων, quae sejuncta ab antecedentibus vix satis recte intelligi posse viderentur. Eorum loco add. ὁ Ἰησοῦς. Lect. eccles. omisso καὶ incipit παράγων ὁ Ἰησοῦς εἶδεν. Cap. X. v. 1. scriptor plura praemisit, ut auditores cognoscerent, cujus essent verba sequentia et ad quos et qua de causa. Vid. collat. cod. Cap. XI. v. 1. voc. δὲ legitur, quam ibi Lectionaria om. Item cap. XIII. v. 1. Cap. XII. v. 1. οὖν om. Lect. eccles. incipit πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα ἦλθεν Ἰησοῦς. Evangelium XIV. incipit a verbis cap. XIII. v. 30. ὅτε Ἰούδας ἐξῆλθε, λέγει κτλ. Additum nomen Ἰούδας. Verba ὅτε ἐξῆλθε sic cum sequentibus juncta esse nota. Lect. eccles. longior, quae inscribitur εὐαγγέλιον α. τῶν ἁγίων παθῶν, incipit ibid. v. 31. εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. Νῦν ἐδοξάσθη. Fortasse haec fuit causa, cur scriptor ab hoc loco, non ab initio cap. XIV. evangelium inciperet. Evangeliis XV. et XVI., quibus continuantur orationes Christi, idem introitus sive exordia dedit, eaque satis inepta. Vide collat. cod. In primis capp. XVII. et XVIII. verbis nihil mutavit. Extremi vero evangelii h. e. cap. XIX. initium non intactum reliquit, sed voc. τότε οὖν delevit, et quae e narrationis serie supplenda putaret, adjecit sic scribens: Ὁ Πιλάτος ἀκούσας ὅ ἐζήτουν οἱ Ἰουδαῖοι, φοβηθεὶς ἔλαβε τὸν Ἰησοῦν καὶ ἐμαστίγωσε. Ista igitur omnia, quae in initiis evangeliorum omissa, addita et immutata reperimus, satis comprobant usum libri liturgicum.

litudine prorsus abhorret, illo jam tempore clericos Templariorum evangelio sic falsato usos esse, et codex ipse serioris aetatis indicium offert in ea, quam supra descripsimus, textus distinctione. Nam hodierna divisio scripturae sacrae in capita, quam scriptor haud dubie ante oculos habuit et in distinguendis evangeliis suis secutus est, debetur Hugoni de S. Caro, Romanae ecclesiae Cardinali, qui circa medium sec. XIII. floruit, vel certe ab hoc primum in Concordantiis Bibliorum usurpata celebritatem apud Latinos consecuta est [8]). In manuscriptis vero Graecis ea non reperitur, si excipias perpaucos eosque recentissimos, non e Graecia allatos, sed a Graecis e Byzantino imperio profugis vel a Latinis in Occidentis regionibus sec. XV. vel XVI. exaratos; quales sunt codex Montfortianus, codex Novi collegii Oxon. cum Montfortiano in multis conveniens, et codex Gogii, nunc, ut videtur Marshio, in bibliotheca publica Cantabrigiensi Kk. 5, 35. signatus. Vid. Wetstenius in Prolegomenis ad N. T. p. 51. et 52. et Marshius in Additamentis ad Jo. Dav. Michaelis introductionem in N. T. Tom. I. p. 471. vers. Germ. *Τίτλοι* et *κεφάλαια* in plerisque codicibus Graecis notata a capitibus istis multum differunt, nec ἀναγνώσματα, quorum varia fuit divisio, reperiuntur cum iisdem congruentia. Titulos evangelium Joannis habet XVIII., capitula vero CCXXXII. Numerum lectionum

8) Viri docti olim de auctore hujus capitum distinctioni non consenserunt. Jo. Crojus in observv. ad N. T. c. VII. p. 5 sq. eam jam Hieronymi et Augustini tempore in usu fuisse suspicatus est. Sed nulla affert argumenta idonea. Conf. Rumpaei Comment. crit. ad libros N. T. p. 146. sqq. Nunc plerique gloriam illius inventionis recte tribuunt Hugoni.

ecclesiasticarum dat index earum a Matthaeio in edit. pr. pag. 9. sqq. concinnatus. Haec igitur observatio non tantum codicis aetatem, quam tradunt, dubiam reddit, sed etiam originem, ut vix credas eum ex exemplari in Atho monte servato ibidem sec. XII. vel XIII. exacte transscriptum esse. Quod autem textus codicis etiam versiculis dispunctus est, quorum maxima pars cum nostris, qui Robertum Stephanum agnoscunt auctorem, convenit, inde nihil certi colligi potest. Exstant enim codices, in quibus similia orationis tmemata intervallis indicata sunt, velut praestantissimus ille Mosquensis cod. V. seculo VIII. scriptus, cujus specimen Matthaeius dedit in sua Apocalypseos editione et descriptionem in ed. epp. Pauli ad Thessalonicenses et ad Timotheum p. 265. sqq. Unde Rob. Stephanus ipse professus est, se in N. T. per versiculos distinguendo *vetustissima graeca latinaque ipsius Novi Testamenti exemplaria secutum esse.* Vid. praef. ejus ad edit. N. T. a. 1551. evulgatam.

Quae hactenus externam codicis scripturaeque formam spectantes de origine, aetate et usu ejusdem disputavimus, ea egregie confirmantur interna textus indole, de qua nunc dicendum est. Dividitur autem evangelium Templariorum in duas quasi partes, quarum de textu diversum est judicium. Una Joannem habet auctorem nec a libris manuscriptis, quos novimus, et editis plus differt, quam isti inter se differre solent. Altera iis constat locis, quibus interpolatoris sive falsarii manum alia auferentem, alia inferentem, alia denique immutantem e reliquorum codicum omnium dissensu agnoscimus.

Quod ad priorem attinet partem, primo aspectu patet, codicis nostri scriptorem textum reddere e variis

recensionibus posterioris aetatis citra delectum conflatum, qui proxime accedat ad vulgatum seu receptum textum, e recentioribus Byzantinae ἐκδόσεως codicibus maximam partem haustum. Exemplis non opus est id hic demonstrare, cum in collatione codicis, quam infra habes, ad editionem Griesbachii Lipsiensem instituta consensum illius cum vulgato textu plerisque locis jam adnotaverimus. Exemplar vero, quocum noster ita concordaret, ut inde transscriptus posset videri, non invenimus. Id tantum observavimus, cum aliquot lectiones, quas in plerisque aliis libris frustra quaeras, partim cum codicibus Mosquensibus a Matthaeio collatis, partim cum Latinis et Graeco-Latinis communes habere. Ex illarum numero sunt cap. XI. v. 1. ἀδελφῆς αὐτοῦ pro ἀδ. αὐτῆς. cap. XII. v. 47. καὶ ἐάν τις οὐκ ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων pro ἐάν τίς μου ἀκ. τῶν ῥημ., ubi quinque codd. ap. Matth. similiter negandi voculam addunt ἐάν τίς μου μὴ ἀκούσῃ. c. XVI. v. 33. ἐν ὑμῖν pro ἐν ἐμοί. c. XVIII. v. 8. ἄφετε αὐτοὺς ὑπάγειν pro ἄφετε τούτους ὑπάγειν. c. XIX. v. 21. add. ὅτι ante βασιλεύς εἰμι. Alterius generis lectiones habes c. XI. v. 44. c. XIV. v. 13 et 23. Passim etiam consensus cum cod. Vatic. notabilis est, velut c. VIII. v. 52. Conf. collat. cod.

De altera textus parte, h. e. de locis consilio et data opera falsatis difficilior est disquisitio et majoris momenti. Pertinet ea cum ad orationis genus, quo falsarius usus est praecipue in longioribus additamentis, tum ad historiam et doctrinam ipsam in locum ejus, quam genuinum et integrum Joannis evangelium dat, suppositam. Orationis genus sive dictio qualis sit et qualem prodat scriptorem, passim in adnotationibus ad singulos locos significavimus. Vid. not. ad c. I, 13. II, 8. 11. 15. IV, 50. VI,

2. 13. et 14. 21. 22. sqq. 42. 70. VII, 37. IX, 13. X, 1. XVII, 3. 26. XVIII, 2. XIX, 26. Hic summatim repetamus, eam ad barbariem vergere et mixtum ex purioribus atque recentioribus formulis colorem habere. Voces enim phrasesque reperiuntur peregrinae et novatae, formae verborum a linguae Graecae veteris analogia abhorrentes et ex consuetudine hodiernae vulgaris acceptae, denique constructiones verborum cum nominibus juncturaeque membrorum orationis itidem ab ἑλληνισμῷ alienae et partim infimae Graecitati peculiares, partim vitiosae. Praeter istos barbarismos et soloecismos facile observatur misera quaedam orationis male compilatae tenuitas et vilitas, ut arbitreris auctorem inopia sententiarum et verborum laborasse, vel in scribendo rudem ac tironem fuisse. Quocirca profecto dubitare liceat, utrum codex ab homine Graeco scriptus sit, an a Latino, h. e. Italo vel Gallo. Nam quod saepius delapsus est ille ad vulgarem hodiernae Graeciae linguam, propterea non necesse est Graecus fuerit. Potuit Italus vel Gallus veteris ἑλληνισμοῦ parum peritus itinere in Graeciam suscepto aliove cum Graecis commercio eorum formulis ita assuescere, ut inde nova cum veteribus confunderet, et in scriptione, qua Joanneum dicendi genus imitari vellet, invitus commisceret. Verumtamen meo quidem judicio σολοικοβάρβαρος nostri auctoris φράσις nullos habet Latinismos vel alios idiotismos exoticos a vulgari Graecorum sermone prorsus alienos, quibus ejusmodi suspicio confirmari possit [9]). Nec

---

9) Nimirum vulgaris Graecorum sermo ipse plurima vocabula et locutiones ab idiomate Latino, Italico, Gallico, Bulgarico et Turcico mutuatus est. Vid. dom. *du Cange praefatio ad Gloss.*

propterea quod in scriptore desideratur expedita Graece scribendi facultas, eum Graecum fuisse jure negetur, cum homini, qui vulgari Graecorum lingua utebatur nec veterem callebat satis, affectatio styli Joannei impedimento esse potuerit. In medio igitur relinquendum est, utrum Graecus ille fuerit an Latinus homo, in eoque subsistendum, quod extra omnem dubitationis aleam positum est, orationis genus in particulis evangelii insititiis conspicuum barbariem redolere linguae vulgaris, qualis hodie apud Graecos viget et scriptorem recentioris aetatis prodere.

Restat nunc, ut historiam et doctrinam Christi, quam evangelium interpolatum tradit, exploremus, qualis ea sit quidve ab apostolica differat, et cujusnam sectae placitis accommodata videatur. Qua in re ut brevitati serviamus, nec lectores conjecturarum ambagibus, quibus nos oberravimus, defatigemus, nolumus primum singula persequi doctrinae capita et de his quasi cum lectoribus deliberare, sed statim a sententia, quae nobis maxime probabilis vel potius sola vera videtur, exordiemur. Sicut autem plu-

---

med. et inf. Graec. de causis corruptae Graecitatis. Quos beatus Muenterus sibi visus est deprehendisse Latinismos, eos nullos esse demonstravimus. Vid. not. ad c. II. v. 22. c. VI. v. 20. et 70. c. X. v. 1. c. XVII. v. 3. 5. et 13. c. XIX. v. 26. Prorsus autem falsa est observatio Gregorii l. l. p. 415. *Plusieurs idiotismes prouvent que ce manuscrit a passé par des mains latines. La suppression fréquente de l'article, par exemple Ἰησοῦς au lieu de ὁ Ἰησοῦς, même au commencement d'un chapitre, est plus analogue au génie des langues occidentales que de la langue grecque.* Permultis enim locis articulus nomini *Ἰησοῦς* aliisque nominibus propriis praemissus est in nostro textu, quibus ab aliis codd. abest, nusquam vero omissus, ubi in aliis codd. omnibus vel plerisque legitur.

ribus argumentis jam docuimus, codicem Joanneum recentiori tempore exaratum esse et quidem in usum Templariorum, qui nunc sunt; ita statuimus evangelium, quod continet, adulteratum ex horum mysteriis emanasse, nec ex alio antiquiori exemplari fortasse haereticae familiae erroribus inserviente transscriptum esse. Nam etsi nonnulla reperiantur, quibus induci possis, ut inter Bogomilos aliosve haereticos hiscum conjunctos evangelii falsati auctorem quaeras, alia tamen plura ab istorum dogmatibus abhorrent. Arcana vero illorum Templariorum traditio et doctrina in Levitico exposita, cujus notitiam Gregorio debemus, ita cum evangelii nostri textu consentit, ut facile appareat hunc ad illam comprobandam et ementita Joannis auctoritate confirmandam interpolatum esse [10]).

---

10) B. Muenterus in libello supra laudato de Templariis plane tacet. Codicem in sacro tabulario *Christianorum, ut vocari cupiant*, *Johannitarum* asservari refert; quo illi nomine utuntur propterea quod Joanni, ut infra videbimus, principem inter Apostolos locum vindicant eumque tanquam patriarcham venerantur. Scilicet vir cautus noluit secreta prodere, quae tamen nunc palam facta sunt. Eadem de causa fortasse non aperte pronuntiavit, quid de codicis origine sentiret. Nam hoc tantum docet, eum nec Gnosticis, nec Paulicianis inserviisse, licet Gnosticismi nonnunquam vestigia appareant. Omnino negat ullam esse sectam Christianam, ad quam referri possit. Ceterum fidem habet traditioni, de qua supra diximus. Codicem in Atho monte, ut fertur, asservatum sec. XIII. exeunti adjudicat, supparemque antiquitatem Parisiensi apographo assignat. Ejus igitur patriam censet esse Orientem sive Graeciam. Attamen propter Latinismos, quos in additamentis sibi visus est indagasse, horum auctorem Latinum hominem fuisse suspicatur. Haec vero, quae viro doctissimo placuerunt, videntur ambigua esse nec satis cohaerere. Nam si Parisiensem librum apographum esse credimus exemplaris in Atho monte servati, necesse est etiam sumamus, illum hujus textum repraesentare; nisi forte id tantum ista traditione si-

Ut Bogomilos super fraude suspectos habeamus, primum nos movere possit, quod Joanni singularem cultum tribuisse videntur, consentientes cum nostro auctore, qui cap. XVII. extr. Christum ad Apostolos dicentem facit: Ἀλλ' Ἰωάννης ἔσεται ὁ πατὴρ ὑμῶν, ἕως ὅτου ἔλθῃ μετ' ἐμοῦ εἰς τὸν παράδεισον. Conf. etiam c. XIX. v. 26. Etenim teste Euthymio Zigabeno Panopliae tit. XXIII. §. 16. baptismum aquae in ecclesia catholica administratum Joannis baptismum vocarunt eique opposuerunt baptismum Spiritus, et hunc quidem ipsi initiandis contulerunt *evangelium Joannis capiti eorum imponentes*, Spiritum sanctum invocantes et orationem dominicam canentes vel recitantes [11]).

---

gnificatur, auctorem fraudis codice in Atho monte reperto usum esse. Quomodo igitur factum esse monstrabimus, ut Latinus homo sec. XIII. exeunte in monte sacro evangelium Joanneum ad normam doctrinae ab omnium haereticorum veterum placitis diversae corrumperet? Unde dicemus profectum esse istum falsarium? Quanam via opus ejus in Joannitarum tabularium delatum esse? His aliisque difficultatibus quivis lector libelli Muenteriani offendetur et dubitationibus quasi in diversas partes distrahetur, siquidem quae ibi de codice disputata sunt, una sententia comprehendere tentabit. Num vero credibile est, auctorem sagacissimum istas difficultates latuisse eumque nullam historiae rationem habuisse? Minime. Quare equidem suspicor illum reticuisse, quod animo obversaretur, codicem Joanneum scriptum esse a Templario, nimirum Latino homine, illo tempore, quo Templariorum ordo vel certe pars ejus a fide ecclesiae catholicae ad haeretica et impia dogmata aberasse dicitur. Haec sententia ipsa an verosimilis sit, infra disceptabitur.

11) Verba Graeca sunt: *Τὸ μὲν παρ' ἡμῖν βάπτισμα τοῦ Ἰωάννου λέγουσιν, ὡς δι' ὕδατος ἐπιτελούμενον, τὸ δὲ παρ' αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ διὰ πνεύματος, ὡς αὐτοῖς δοκεῖ, τελούμενον. Διὸ καὶ τὸν προσερχόμενον αὐτοῖς ἀναβαπτίζουσι, πρῶτα μὲν ἀφορίζοντες αὐτῷ καιρὸν εἰς ἐξομολόγησιν καὶ ἁγνείαν καὶ σύντονον προσευχήν. Εἶτα τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ, τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον ἐπιτιθέντες, καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς ἅγιον πνεῦμα ἐπικαλούμενοι, καὶ*

In peculiari hoc baptismi ritu id potissimum animum advertit, quod Bogomili Joannis evangelium separatum habuerunt a reliquis et hoc solum capiti initiandorum imposuerunt. Nam in ecclesia catholica quando ad caerimonias adhibentur evangelia, velut secundum antiquum morem jurandi εἰς τὰ προκείμενα εὐαγγέλια, *per proposita evangelia*, non unum alterumve seligitur, sed totus evangeliorum liber usurpatur. Nec omnino, si ab antiquissimis temporibus discedimus, singulorum evangeliorum exemplaria in usu fuerunt; quanquam, quod ad evangelium Joannis attinet, plerique mysticae theologiae fautores hoc εὐαγγέλιον πνευματικὸν tribus prioribus antiquius habuerunt, quippe in quo solo reconditiorem Christi doctrinam enarratam esse putarent. Proinde jure colligas ex illo ritu, Bogomilos non tantum de evangelii quarti praestantia consensisse eoque praecipue in lectionibus quoque ecclesiasticis usos esse, sed etiam propriam quandam opinionem de Joanne tanquam Apostolorum principe et perpetuo ecclesiae spiritalis patriarcha fovisse. Quae conje-

---

τὸ Πάτερ ἡμῶν ἐπᾴδοντες κτλ. Baptismum aquae plures sectae Gnosticae veteris et mediae aetatis repudiaverunt; sed nulla, quod sciam, praeter Bogomilos baptismum Spiritus per evangelium Joannis capiti initiandorum impositum administravit. Cathari Bogomilis similes baptismum hunc per impositionem manuum fieri debere docuerunt. Vid. *Evervini praepos. Steinfeldensis epist. ad Bernardum in Mabillonii Analect.* T. III. pag. 452. Conf. *Fuesslins Kirchen- und Ketzerhistorie der mittlern Zeit.* P. II. p. 323. Fuerunt tamen inter eos, qui in consolamento conferendo super capita initiandorum librum evangeliorum ponere, orationem dominicam septies dicere et deinde exordium evangelii Joannei v. 1—17. recitare solerent. Vid. *Ermengardi opusc. contra haereticos* etc. cap. XIV. in Biblioth. PP. Max. Tom. XXIV. p. 1612. Hi proxime ad Bogomilos accedunt.

otura nescio an confirmetur commento quodam Catharorum sive Manichaeorum mediae aetatis cum Bogomilis conjunctorum, de quo *Moneta adv. Catharos et Valdenses* lib. III. c. 2. *Sclavi vero dicunt, quod deus pater justorum tres angelos misit in mundum: unus ex eis formam mulieris accepit in mundo isto et hic dictus est Maria, alii vero duo viriles formas sumserunt, scilicet Christus et Joannes Evangelista — quem* (Joannem) *adhuc credunt Sclavi et qui duo ponunt principia, in illa forma existere quam assumpsit; et ideo dictum putant de eo, falso tamen: si eum volo manere, donec veniam. Hoc autem falso intelligunt de ultimo adventu Christi ad judicium universale* [12]. Certe hoc commentum docet, istos homines Joannem Christo propter angelicae naturae communionem comparasse et praecipuo cultu dignum habuisse. Itaque a verisimilitudine non abhorret, quae de Joanne

---

12) Fortasse isti homines, quos conjugium damnasse constat, Joannem etiam propterea, quod a conjugio se continuisse dicitur, in oculis tulerunt et angelum humana forma indutum praedicarunt. Faustus Manich. apud Augustinum lib. XXX. c. 3. *illum jam laudat inexpertem Veneris beatum Joannem.* Quod praeterea docuerunt Joannem *in ea, quam assumserit, forma adhuc existere*, h. e. nondum mortuum esse, id pluribus olim placuit. Vid. *Tillemont Memoires* Tom. I. p. 608. sqq. Alii contra nescio an somniaverint, angelum, qui in Joanne fuisset, postea etiam alias formas humanas assumsisse. Nam Tolosae sec. XII. princeps haereticorum Petrus Moranus se Joannem Evangelistam esse ipse dixit et ab aliis hoc nomine celebratus est. Vid. *Rogerus de Hoveden in Annall. rerum Anglic.* apud Baronium ad ann. 1178. n. 56. sqq. Ceterum illa opinio de angelica Mariae et Christi natura varie tradita est. Conf. *Rainerius contra Waldenses* cap. 6. *Quidam vero episcopus eorum — dixit pluries, quod b. Virgo fuerit angelus, et quod Christus non assumsit humanam naturam, sed angelicam seu corpus coeleste.*

in nostro evangelio cap. XVII. extr. coll. c. XIX. v. 26. leguntur, a Bogomilo scripta esse. Atvero videtur fraudis suspicionem ab istis haereticis amovere, quod Euthymius l. l. §. 1. diserte testatur, quatuor evangelia canonica ab iisdem recipi, et ibid. §. 21. narrat, se librum evangeliorum, quo doctor Bogomilorum uteretur, evolvisse et evangelia a canonicis nihil discrepantia reperisse. Sed facile falli potuit bonus vir. Ipse l. l. refert Bogomilos non tantum allegorica interpretatione Scripturae verba in suas opiniones detorquere, sed etiam domini dicta proferre, quae falso asserant in evangeliis legi. Fortasse igitur varia evangeliorum exemplaria habuerunt integra et falsata, quorum illis palam, his clam uterentur. Accedit, quod sectas Bogomilis finitimas evangeliorum canonicorum corruptionem sibi indulsisse et apocryphorum lectione gavisos esse testatum est. Sic inter Massalianos, quorum partem Bogomilos esse Euthymius tradit, Tychicus cum ceteras s. scripturas corrupit praveque interpretatus est, tum praecipue universum secundum Matthaeum evangelium. Vid. *Euthymii Zig. Victoria de Massalianis in Jac. Tollii Insignibus itinerarii Italici* p. 114. [13]). Idem crimini datur Catharis Tolosanis ab Henrico, abbate Claraevallensi, qui in epistola de istis

---

13) Graeca ibi leguntur: *Τυχικῷ τῷ τούτου* (Petri) *συμμύστῃ καὶ μαθητῇ, τῷ τὰς ἑτέρας μὲν θείας γραφὰς διαφθείραντι καὶ παρερμηνεύσαντι, κατ᾽ ἐξαίρετον δὲ ἅπαν τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον — ἀνάθεμα.* Praeterea ibid. p. 116. damnantur Massaliani, quod praeter scripturas *ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ παρὰ τῶν ἁγίων πατρῶν ἡμῖν παραδοθείσας* aliis libris sacris utantur. Inter hos praecipuus fuit *ὁ ἀσκητικός*, Massalianorum dogmata continens. Conf. etiam *formulam receptionis Manichaeorum* ibid. p. 146.

haereticis scribit: *In tantum praevaluerat pestis in terra, quod illi sibi non solum sacerdotes et pontifices fecerant, sed etiam Evangelistas habebant, qui corrupta et cancellata evangelica veritate nova illis evangelia cuderent* etc. Vid. Baronius ad ann. 1178. n. 35. Quid? quod compertum habemus teste Moneta Catharos apocrypho Joannis evangelio usos esse, et quod ejusmodi opusculum Pseudo-Joanneum ex actis Inquisitionis Carcassonensis in lucem protractum novimus [14]. Hoc quamvis nihil commune habet cum codice Parisiensi, documento tamen est, sectas mediae aetatis Gnosticas sive Manichaeas praecipue auctoritate Joannis, quem spiritalem doctorem reliquis Apostolis praeferrent, errores suos confirmare studuisse, et hoc consilio vel evangelium ejus adulterasse vel adeo libros commentitios sub nomine ejusdem protulisse. Quare hactenus non improbabile est, evangelium Joanneum a Bogomilorum doctore ad decreta sectae interpolatum esse.

---

14) Legitur id in libro: *Histoire des Albigeois et des Vaudois ou Barbets, avec une carte geographique des Valées — par J. Benoist.* Paris. 1691. Tom. I. pag. 283—296. Titulus est: *Faux Evangile, que les Heretiques ont attribué à Saint Jean, pour donner plus d'autorité aux erreurs abominables dont ils ont fait les points capitaux de leur religion.* Subjicitur haec notitia: *Cette pièce, qui est tirée de l'Inquisition de Carcassonne, et que les ministres ne vouloient pas rendre commune à tous les particuliers de leur secte, de crainte qu'étant devenue publique elle ne servist de titre pour les convaincre de tous les blasphèmes* etc. — *devroit être dans un éternel oubly* etc. Hoc evangelium peculiares istis haereticis sententias continet, maximam partem e Gnostica doctrina derivatas et variis Scripturae sacrae locis exornatas, quas auctor ex evangelio Joannis caeterisque evangeliis et e V. T. libris compilavit. Conscriptus est liber lingua Latina.

Alteram autem suspicionis causam in hoc ipso doctrinae, ad quam codex Joanneus conformatus est, cum Bogomilorum placitis consensu deprehendas. Bogomili enim, ut aliquot tantum fidei Christianae capita respiciamus, negarunt aeternitatem filii dei et docuerunt patrem *ἐν τῷ πεντακιςχιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἔτει ἐξερεύξασθαι τῆς ἑαυτοῦ καρδίας λόγον, τοῦτον δὲ τὸν υἱὸν καὶ θεόν* [15]). Idem placuisse credas interpolatori codicis, qui cap. I. v. 14. verba *καὶ ὁ λόγος* omittit sic quasi nervum incidens prologi, et dicta, quibus Christus se Abraamo priorem fuisse et ante mundum conditum exstitisse profitetur, cancellat vel immutat. Vid. VI, 62. VIII, 58. XVII, 5. et 24. Alios locos minus disertos, quibus tamen eadem inest vis, velut III, 13. VI, 46. VIII, 14. XVI, 28. alio

---

15) Conf. Euthym. l. l. §. 3. 4. et 8. Vulgata Graecorum plerorumque sententia est, Christum circa annum orbis conditi 5500. natum esse. Vid. not. ad ev. Nicod. p. 692. sq. Negant igitur Bogomili patrem verbum (*λόγον ἐνδιάθετον*) eructasse antequam homo Jesus nasceretur e Maria. Respexerunt Ps. XLV, 1. *Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν.* Eodem verbo usus est Theophilus ad Autol. lib. II. c. 10. *ἔχων οὖν ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐνδιάθετον ἐν τοῖς ἰδίοις σπλάγχνοις ἐγέννησεν αὐτὸν μετὰ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ἐξερευξάμενος πρὸ τῶν ὅλων.* Quod ibidem Euthymius narrat, Bogomilos *verbum et filium Michaelem archangelum esse contendisse*, id non intelligendum est, ac si commenti sint loco Christi Michaelem incarnatum esse. Voluerunt potius per Michaelem archangelum significari Christum. Ipsi enim laudarunt verba Jes. IX, 6. sec. LXX. *καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος.* Conf. Basilius contra Eunom. lib. II. p. 731. (ed. Par. 1638.) Praeterea notum est, ab antiquissimis patribus ecclesiae praeeunte Philone *λόγον* vocatum esse *ἄγγελον* et *ἀρχάγγελον*, a recentioribus vero Graecis Michaelem divinis laudibus celebratum esse, ut a Christo vix posset distingui. Vid. not. ad ev. Nicod. p. 691. 736. et 777. Cathari vero, de quibus supra dictum, revera aberrasse videntur ad commentum de Jesu Christo, angelo incarnato.

sensu licuit accipere. Illi Satanam fratrem Christi natu majorem blasphemarunt et ab eo, cum jam lapsus esset, mundum hominemque conditum esse contenderunt [16]). Hic quoque tali quodam errore inductus videtur, ut effata Evangelistae de mundo per Verbum sive per filium dei creato I, 3. et 10. nollet servari. Eadem de causa fortasse offensus est Servatoris dicto de ἀνθρωποκτόνῳ ἀπ' ἀρχῆς c. VIII. v. 44. Quanquam quod ibidem diabolus pater dicitur Judaeorum, haereticis acceptum fuisse putes, sicut iidem teste Euthymio §. 8. verba 1 Joan. III, 12. *Κάϊν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν* ad suam sententiam adhibuerunt. Bogomili Christum corpore spoliarunt ex materia constante, et, quod consequens est, eum hominum causa vere perpessum esse, quae perpessus esse legitur, negarunt. Adventus autem Christi ad homines nullam fuisse aliam causam dixerunt, quam ut tyrannus hujus mundi imperio suo in divinas animas exueretur, et ut homines docerentur, quomodo has ab impuris corporibus sevocare et deo quasi reddere possent [17]). Ejusdem

---

16) Vid. Euthym. l. l. §. 6. et 7.

17) De nativitate Christi haec fuit Bogomilorum sententia referente Euthymio §. 8. *Κατελθεῖν δὲ ἄνωθεν* (sc. *τὸν λόγον*) *καὶ εἰσρυῆναι διὰ τοῦ δεξιοῦ ὠτὸς τῆς παρθένου, καὶ περιθέσθαι σάρκα τῷ φαινομένῳ μὲν ὑλικὴν καὶ ὁμοίαν ἀνθρώπου σώματι, τῇ δ' ἀληθείᾳ ἄϋλον καὶ θεοπρεπῆ, καὶ ἐξελθεῖν αὖθις, ὅθεν εἰσῆλθε, τῆς παρθένου μήτε τὴν εἴσοδον αὐτοῦ γνούσης μήτε τὴν ἔξοδον, ἀλλ' ἁπλῶς εὑρούσης αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ κείμενον ἐσπαργανωμένον.* Haud dubie in his notandus est error Euthymii. Vix enim Bogomilos docuisse credas, *λόγον ἐξελθεῖν αὖθις, ὅθεν εἰσῆλθεν* h. e. *verbum, quod per aurem virginis dextram influxisset, per eandem rursum egressum esse.* Idem senserunt, quod pluribus Gnosticorum placuit, *λόγον* spiritali sive specioso corpore indutum per Mariam tanquam canalem transmeasse, et tan-

Gnostici dogmatis plura facile agnoscas indicia in evangelio Joannis truncato et corrupto. Etenim in hoc deside-

---

tummodo commentum de influxu Verbi per dextram Mariae aurem adiecerunt. Fortasse id hauserunt ex auditione ecclesiastica. Nam in *Paracletice* Graecorum p. 27. haec leguntur: *Ὁ γὰρ Ἐμμανουὴλ φύσεως μὲν πύλας ἤνοιξεν ὡς φιλάνθρωπος, παρθενίας δὲ κλεῖθρα οὐ διέῤῥηξεν ὡς Θεὸς, ἀλλ' οὕτως ἐκ μήτρας προῆλθεν ὡς δι' ἀκοῆς εἰσῆλθεν.* Eadem formula patres aliquot Graeci usi sunt, velut Gregorius Thaumaturgus sive quisquis est auctor orat. in annunciationem Deiparae a Ger. Vossio in illius operibus editae, Cyrus episc. Cotyaei et Proclus patriarcha Constantinopolitanus, quos Leo Allatius *de libris ecclesiasticis Graecorum* p. 300. sqq. laudavit, et ex hoc Suicerus Thes. eccl. Tom. II. col. 305. Etiam in Breviario Maronitarum notata est a theologis Romanis ista formula: *Verbum Patris per aurem Benedictae intravit.* Vid. Assemani Bibl. Orient. T. I. p. 91. Ibi simul habes Ephremi carmen: *Quemadmodum ex parvulo sinu illius* (Evae) *auris ingressa et infusa est mors: ita et per novam Mariae aurem intravit atque infusa est vita.* Nec Latini verecundati sunt sic loqui et in ecclesia cantare. Exempla Augustini, (serm. de tempore XXII. *Deus per angelum loquebatur, et Virgo per aurem impraegnabatur* —) Fulgentii vel Severini et Felicis Papae Leo Allatius l. l. protulit. His adde responsorium ab Agobardo *de correctione antiphonarii* cap. VII. jure meritoque explosum: *Descendit de coelis missus ab arce patris, introivit per aurem virginis in regionem nostram indutus stola purpurea, et exivit per auream portam lux et decus universae fabricae mundi.* Conf. supra ad *hist. de nativitate Mariae* not. p. 367. Quid? quod in concilio Nicaeno, si fides est Eutychio patriarchae Alex. in Annalibus p. 440., jam prodiit haereticus quidam Elianus, qui Verbum per aurem Virginis intrasse diceret. De origine et de sensu orthodoxo formulae nulla esse potest dubitatio. Significare voluerunt Mariam audita angeli annuntiatione statim utero concepisse, sicut Anastasius Sinaita serm. I. in annuntiat. B. Virginis ait: *ἅμα τε τῷ ἀσπασμῷ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο.* Conf. Protev. Jacobi cap. XI. *συλλήψῃ ἐκ λόγου αὐτοῦ.* Fortasse tamen Gnostici illam, sicut alias similes formulas paradoxas, Catholicis praeiverunt. De spelunca, in qua Bogomili Christum recens natum a Maria repertum crediderunt, vid. not. ad *hist. de nativ. Mariae*

rantur capp. XX. et XXI., quibus inesse constat Docetarum errori valde adversantia, nec admissa sunt vaticinia Christi de morte sua cruenta, VIII, 28. XII, 33. et XVIII, 32.; unde jure colligas, nec XII, 32., nec reliquos locos III, 14. I, 29. et 36. de morte Christi expiatoria auctorem codicis voluisse intelligi. Plura vero reperiuntur dicta, quibus *γνῶσις* sive *μάθησις* Christi tanquam summa virtus praedicatur, velut II, 11. 24. 25. III, 2. IV, 50., et omne ejus meritum de salute generis humani unice in divina doctrina ab ipso tradita ponitur. Conf. VI, 63. 70. Bogomili, ut supra jam monuimus, baptismum aquae repudiarunt a Joanne administratum eique opposuerunt baptismum Spiritus a Christo institutum. Sic etiam in codice Joanneo intactos habes locos de Joanne *ἐν ὕδατι* baptizante I, 26. 31. coll. v. 33., contra in colloquio Christi cum Nicodemo III, 5. voces *ἐξ ὕδατος* omissae sunt, et cap. IV. v. 2. totus excidit. Scilicet quis ibit infitias, Christum ipsum baptizasse, h. e. *Spiritu divino homines imbuisse?* Conf. c. XVII. extr. Denique Bogomilis persuasum fuit, suos non mori, sed tanquam in somno transmutari, et sine ullo labore hoc carnis indumentum exuere atque immortalem ac divinam Christi stolam induere, et praeeuntibus angelis et apostolis in patris regnum admitti: corpus vero, quod exuerint, in cinerem pulveremque dissolvi, nec unquam resuscita-

---

pag. 381. sqq. Quod iidem docuerunt Christum *ἀποθέμενον τὸ προσωπεῖον συσχεῖν τὸν ἀποστάτην καὶ παχεῖ καὶ βαρεῖ κλοιῷ καταδῆσαι καὶ ἐγκλεῖσαι τῷ ταρτάρῳ κτλ.*, id componas cum ev. Nicod. c. XXII. Mirum in modum isti homines fabulas vulgo creditas cum philosophicis Gnosticorum placitis commiscuerunt.

tum iri in vitam [18]). Pariter nostrum quoque de futura carnis resurrectione dubitasse inde apparet, quod VI, 39. 40. 44. 54. et XI, 24. formulam ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ aut delevit aut in locum ejus substituit alteram ἐν τῇ αἰωνίῳ ζωῇ, ut illi loci de Christo hominum mores emendante eosque quasi resuscitante ad vitam vere beatam commode possent explicari.

Sunt igitur haud pauca, quibus illa suspicio nititur. Nec ab eadem abhorrent, quae supra de aetate et patria codicis tradi vidimus. Etenim Bogomilos et Massalianos ἡσυχίας χάριν loca sola petiisse et monachorum more vestitos incessisse compertum habemus ex Euthymii *victoria de Messalianis* anath. VIII. et *Panopliae* tit. XXIII. §. 24. Scimus etiam inter ipsos monachos exstitisse, qui Bogomilorum erroribus faverent. Vid. Joh. Cinnami *hist.* lib. II. c. 10. et Allatius *de ecclesiae occid. et orient. perp. consensu* p. 678. sqq. Nec ista secta sec. XII. ab Alexio exstincta est, sed per sec. XIII. perduravit; quo seculo eam a Germano, patriarcha Constantinopolitano, duabus orationibus impugnatam esse scimus, et inter ecclesias Catharorum a Rainerio *contra Waldenses* cap. VI. enumeratas offendimus *ecclesiam Sclavoniae*, *ecclesiam Latinorum de Constantinopoli et ecclesiam Graecorum ibidem*, quas Bogomilorum sectae reliquias fuisse verosimile est [19]). Quare nemo omnino fieri potuisse negaverit, ut tales Hesychastae illo tempore in monasteriis montis sacri laterent, qui ibi otio suo ad Apostolicas paginas violandas et errores clam disseminandos abuterentur.

---

18) Vid. Euthym. l. l. §. 22.

19) Vid. Biblioth. PP. Max. Tom. XXV. p. 269.

Sed nolumus conjecturam istam pluribus argumentis fallacibus exornare. Tota textus, quem codex Paris. exhibet, conformatio sive corruptio non potest a Bogomilis repeti nec ab ulla veterum, quas novimus, sectarum. Minime enim isti haeretici cum scriptore codicis miraculis a Christo patratis denegarunt fidem [20]) nec de Jesu mysteriis Aegyptiorum et Graecorum initiato somniarunt. Omissionum vero, quas paulo ante ad eorum doctrinam revocavimus, longe alia esse potuit ratio et causa. Sume a temerario Naturalista evangelium Joannis ad mentem suam mutilari et interpolari. Nonne is quoque, etsi plurimum differt a Bogomilis, dicta de praeexistentia λόγου, de mundo per ipsum condito et de resurrectione carnis, item vaticinia Christi de morte sua cruenta et fortasse etiam historiam resurrectionis ejusdem expunget? Nonne idem, si quid operi Joanneo inserere placuerit, potissimum praeclaram Christi sapientiam et doctrinam lectoribus commendabit et hac sola eum humani generis Salvatorem censeri significabit? Ceterum quae de externa codicis forma disseruimus, nobis jam prorsus persuaserunt, eum in usum Templariorum exaratum esse, nec, quod nunc docebimus, dubitari potest, quin textus ipse, quem continet ille, ad Templariorum opiniones accommodatus sit.

---

20) Diserte Bogomili teste Euthymio §. 8. docuerunt, Jesum ποιῆσαι καὶ διδάξαι τὰ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἀνατασσόμενα, πλὴν ἐν φαντασίᾳ τοῖς ἀνθρωποπρεπέσιν ὑποκείμενον πάθεσι, σταυρωθέντα δὲ καὶ ἀποθανεῖν καὶ ἀναστῆναι κτλ. Iidem secundum allegoricam interpretationem Matth. III, 11. dixerunt *Christi calceamenta esse miracula, quae discipulis et turbis demonstraverit; haec igitur calceamenta Joannem non potuisse gestare, quippe qui nullo modo valeret ea miracula demonstrare.* Vid. ibid. §. 32.

Hoc igitur ut demonstremus, arcanam Ordinis disciplinam cum evangelio Joanneo, quod in sacro ejusdem archivo asservatur, contendamus. Continetur autem illa Levitico, libro Templariorum rituali, quo non tantum interiores ritus et sacra, praecipue quae ad initiationem spectant, describuntur, sed etiam summa doctrinae, quam initiati profitentur, exhibetur [21]). Nos capita ejusdem, sicut a Gregorio excerpta et enarrata sunt, persequamur, locosque evangeliorum Joannis singulis capitibus adaptatos continuo subjiciamus.

1) *Quidquid est, deus est; quaevis pars mundi pars est dei, nec tamen deus. In deum, quatenus in se est, mutatio non cadit; quatenus vero est in partibus mundi, quae continuis commutationum vicissitudinibus jactantur, mutationi fit obnoxius. Mundus non creatus est, sed initio caret. — Deus cum sit summa intelligentia, quaecunque existunt, hujus intelligentiae sive mentis divinae majorem minoremve particulam pro conditionis et sortis diversitate in se habeant necesse est; unde sequitur infinitam esse intelligentiarum varietatem, quibus in unum quasi corpus coagmentatis mundus et qui a mundo non*

---

21) Gregoire in *Hist. des sectes* Tom. II. p. 407. sq. *Le Léviticon est le rituel contenant l'exposé de la doctrine religieuse des initiés, ainsi que les formes liturgiques de reception des membres dans divers grades, qui sont au nombre de neuf, savoir: Lévite de la garde extérieure ou chevalier; — du parvis; — de la porte intérieure; — du sanctuaire; — cérémoniaire; — théologal; — diacre; — prêtre, docteur de la loi; — pontife ou évêque. Cette hiérarchie parmi les lévites est le symbole de l'hiérarchie établie parmi les intelligences.* Credas hujus hierarchiae conditores imitatos esse Dionysii Areopagitae hierarchiam ecclesiasticam et coelestem in novem ordines distinctam.

differt deus, continetur. Omnis autem intelligentiarum conformatio, modus et affectio ac concursus ab aeterno et immutabili lege justitiae et bonitatis divinae pendent [22]. In evangelio Joannis mutilando ista doctrina pantheistica id effecit, ut cap. I. v. 3. et 10. omitterentur, qui mundum per λόγον creatum esse probant. Eadem de causa etiam verba cap. IV. v. 24. πνεῦμα ὁ θεός expuncta esse videntur, et quae de mundi initio cap. XVII, v. 5. (πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι) et v. 24. (πρὸ καταβολῆς κόσμου) leguntur.

---

22) *Dieu est tout ce qui existe, chaque partie de ce qui existe est une partie de Dieu, mais n'est pas Dieu. Immuable dans son essence, Dieu est muable dans ses parties, qui, après avoir existé sous les lois de certaines combinaisons plus ou moins compliquées, revivent sous les lois des combinaisons nouvelles. Tout est incréé. — Dieu étant souverainement intelligent, chacune des parties qui le constituent est douée d'une portion de son intelligence en raison de sa destinée, d'où il suit qu'il y a une gradation infinie d'intelligences résultant d'une infinité de composés différens, dont la réunion forme l'ensemble des mondes. Cet ensemble est le grand tout ou Dieu, lequel seul a la puissance de former, modifier, changer et régir tous ces ordres d'intelligences, selon les lois éternelles et immuables d'une justice et d'une bonté infinies.* Vid. Gregoire ibid. p. 408. Unde hauserint Templarii haec placita, a quonam philosopho auctor Levitici profectus sit, difficile est conjectura assequi. Constat enim ab antiquissimis temporibus ad nostram usque aetatem plurimos fuisse, qui deum et mundum idem esse dicerent et varias mundi partes ac membra pro dei ipsius membris et partibus haberent. Similes his, quas Leviticon dat, formulas reperis in Stoicorum aliorumque Graeciae et Romae philosophorum scriptis. Conf. Thom. Gatackerus ad Marc. Antonin. lib. IV. §. 22. p. 110. Easdem vero etiam ad rationem disciplinamque Jordani Bruni vel Benedicti Spinozae revocare licet. Quanquam iste Pantheismus non videtur ita informatus esse, ut notionem dei a mundo distincti et libertatem moralem prorsus tollat; quod ex decretis, quae deinceps proponimus, colligas.

2) *Deus, ens infinitum, tribus constat potentiis: prima est existentia sive pater, altera actio sive filius, tertia intellectus sive spiritus, quorum hic ex illis prodit. Hae tres potentiae constituunt trinitatem, quae est potentia* (essentia) *infinita, unica et individualis* [23]). Ad hoc dogma plures evangelii loci interpolati respiciunt. Cap. XVII. v. 3. *Αὕτη δὲ ἡ ζωὴ συνίσταται τοῦ ζῆν ἐν σοὶ, ἐν τῷ υἱῷ σου καὶ ἐν τῷ πνεύματι, παρ' οὗ γνωρίζομεν καὶ*

---

23) Gallica, quae ad verbum reddidimus, haec sunt: *Dieu, être infini, se compose de trois puissances: le père ou l'existence, le fils ou l'action, l'esprit ou l'intelligence, produit de la puissance du père et du fils. Ces trois puissances forment une. trinité, une puissance infinie, unique et individuelle.* Ambigua in his est vox *puissance.* Possit ea, sicut Graeca vox *δύναμις*, significare ὑπόστασιν sive personam. Sed tota formula ab hoc significatu abhorret. Liquet enim pro tribus personis tantum tres potentias h. e. virtutes, habitus, respectus sive attributa in divinitate distingui. Mihi sensus formulae hic esse videtur: Deus quatenus in se *est* et causa sui, (cujus essentia involvit *existentiam*,) dicitur pater, natura naturans: quatenus ex naturae suae legibus *agit*, sive quatenus est causa rerum efficiens eaque immanens, dicitur filius, natura naturata: denique quatenus necessario ideam habet tam suae essentiae quam omnium, quae ex ejusdem necessitate sequuntur, quatenus est natura intelligens, dicitur spiritus; qui secundum ecclesiasticam Latinorum formulam ex patre et filio procedere fingitur, quoniam intellectus divinus ad utramque naturam spectat et in utraque est, naturante et naturata. Sic certe haec formula doctrinae illi pantheisticae consentanea est potuitque facile commentitia ejusmodi trinitas a Spinozae sectatore mente concipi. Haud exiguus est eorum numerus, qui trinitatem in divinis e ratione demonstrare vel cum ratione conciliare annisi sunt et hoc consilio similia commenta protulerunt, maximam partem ad errorem, quem olim in Sabellio damnavit ecclesia, propius accedentia. Nullum vero equidem novi, qui cum Levitici auctore de formula illa prorsus consenserit; licet non multum differant ab ea, sicut a nobis exposita est, quae nuper quidam de deo in se abscondito, manifestato et se cognoscente ac manifestante philosophati sunt.

ἐγνωρίσθημεν. Cap. V. v. 27. Καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς τοῦ πατρός ἐστι καὶ ὅτι ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς κρίνουσιν ἐν πνεύματι. Cap. XV. v. 15. Καὶ δώσω ὑμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅ ἐστι τὸ πνεῦμά μου ὡςεὶ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρός μου. Ibid. v. 26. Ὅταν δὲ ὁ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται κτλ. Conf. etiam cap. VI. extr. et XVII. extr. Vides spiritum sanctum scriptori esse intellectum divinum, qui et patri et filio competat ac propterea ex utroque procedere dicatur, itemque omnis intelligentiae fontem, ex quo summa Jesu sapientia et perfecta rerum divinarum cognitio cum Apostolis ad salutem humani generis communicata derivatur. Suspiceris inde prologum evangelii ab eodem sic expositum esse, ut λόγον spiritum esse declararet sive intellectum divinum, et hujus luce Jesum hominem perfusum fuisse diceret; sicut nostra aetate plures nihil discriminis inter τὸν λόγον et τὸ πνεῦμα intercedere statuerunt.

3) *Homo praeditus est libero arbitrio, sine quo nec virtus locum habet nec peccatum, nec praemia promereri potest homo nec poenas. Virtutes, in quibus pietas Christiana cernitur, sunt fides, spes et charitas, quarum haec summa est et hominis Christiani velut insigne. Praemia et supplicia quaenam futura sint et qualia et quis eorum terminus, nos latet. Id tamen probabile est supplicia non fore aeterna, sed omnes homines salute beatum iri* [24]).

---

24) *L'homme est doué de libre arbitre, condition indispensable pour mériter ou démériter. En conséquence le Leviticon proclame la doctrine des récompenses et des punitions futures. Les récompenses sont décernées à la pratique des vertus; ces vertus sont la foi, l'espérance, la charité, qui constituent la religion du*

4) *Unica tantum vera est religio, illa qua cognoscitur et colitur unicus deus, qui nullis neque temporis neque spatii limitibus cohibetur, sed infinitatem mundorum initio et fine carentium implet. Haec religio non nititur auctoritate miraculorum, quae potius erroris sive fraudis suspicionem movent. Quaecunque enim fiunt, aeterna et immutabili lege naturae ex infinito tempore necessario existentis et agentis contingunt. — Christiana religio nihil differt a naturali illa in mysticis sacris et templis Aegypti atque Graeciae tradita. Moses enim his mysteriis Aegyptiacis imbutus sacra et dogmata inde transtulit ad Hebraeos; nec tamen omnia vulgavit, sed ea, ex quibus vera religio aestimatur, solis Levitis superioris ordinis credidit. Cum vero hi cupiditatibus indulgentes suisque commodis servientes legem ipsis creditam, veram illam et aeternam, paulatim suis commentis ac superstitione corrupissent et obscurassent, Jesus Nazarethanus, vir divino ingenio, qui itidem in Aegypto*

Christ; mais la foi et l'espérance ne servant de rien sans la charité, et celle-ci pouvant, à la rigueur, tenir lieu des deux autres, tout homme qui est rempli de charité, possède la plénitude du christianisme. Delà ils concluent au salut de tous les hommes; le texte ne dit pas s'il faut excepter ceux qui n'ont pas la charité. „Comme il ne nous est pas donné de connaître, quelles peuvent être la nature, les modifications, la durée des récompenses, il en est de même de la nature et de la durée des peines.“ Quomodo Leviticii auctor ex eo, quod charitas sive amor summa sit omnium virtutum et complementum, conjecturam fecerit futurae omnium hominum salutis, fortasse intelliges ex Spinozae Ethices P. V. propos. 36. sqq. Nimirum quae hoc loco de libero arbitrio, de virtute et peccatis, ac de praemiis poenisque pronuntiantur, siquidem accurate a Gregorio reddita sunt, non concordant cum doctrina pantheistica nec videntur e vulgari verborum significatu et sensu intelligenda esse. Vide definitionem *vitae aeternae*, quam Leviticon dat, infra redditam.

omnibus etiam intimis mysteriis initiatus Spirituque sancto et potestate theocratica instructus erat, in Judaeam reversus in publicum prodiit. Sacerdotes quidem Judaeorum, quod mirum videri non potest, conspirarunt contra eum; ipse vero animo erecto humanitatis cultui humanique generis saluti prospiciens involucra et quasi vela, quibus obtendebatur veritas, discidit, praecepta illa summa, quibus quemvis alium sicut nosmet ipsos amare et communis humanitatis jus religiose observare jubemur, promulgavit, suamque doctrinam coelestem sacrificio h. e. sanguine suo sanxit ac consecravit, et religionem in naturae libro scriptam luce evangeliorum nunquam tenebris cessura illustravit. Initiamentum evangelicum et suprematum in ecclesia a se condita Jesus contulit Joanni, discipulo dilectissimo, et reliquis Apostolis, ne Juda quidem et Petro exceptis: quorum hic afflictum magistrum se nosse timidus pernegavit, ille detestabile proditionis crimen commisit. Ab Joanne continua est patriarcharum successio usque ad Theocletum, ad annum MCXVIII., *quo tempore Joannis locum in ecclesia occuparunt Magni Magistri Templariorum, qui hac de causa Joannitae vocari cupiunt* [25]).

---

25) *„Il n'y a qu'une seule et véritable religion, celle qui reconnaît un seul dieu éternel remplissant l'infini du temps et de l'espace." L'ordre de la nature est immuable, conséquemment toutes les doctrines que l'on voudrait étayer sur un changement de ces lois ne seraient fondées que sur l'erreur. — Elle n'est autre que la religion naturelle conservée dans les temples de l'initiation en Egypte et en Grèce. Moïse, profondément instruit dans les mystères égyptiens, transporta l'initiation et ses dogmes chez les Hébreux, en ne confiant qu'aux lévites d'un ordre supérieur les vérités de la religion; mais les passions et l'intérêt de ces lévites ayant altéré la loi primitive, Jésus de Nazareth, pénétré d'un esprit tout divin, après avoir reçu en Egypte tous les degrés*

In his Templariorum commentis quivis facile agnoscet causas et rationes plerorumque additamentorum, omissio-

---

de l'initiation, et avec eux l'esprit saint et la puissance théocratique retourna en Judée. Les prêtres juifs se liguent contre lui; mais Jésus, dirigeant ses hautes méditations vers la civilisation et le bonheur du monde, déchire le voile qui cachait aux peuples la vérité, leur prêche l'amour de leurs semblables, l'égalité en droit de tous les hommes devant leur père commun, consacre par un sacrifice divin ses dogmes célestes, et fixe pour jamais avec les évangiles la religion écrite dans le livre de la nature et de l'éternité. — Jesus conféra l'initiation évangélique et la suprématie sur l'église qu'il avait fondée à Jean, le disciple bien-aimé, et aux autres apôtres, sans en excepter Judas Ischariote et Pierre, dont l'un eut la lâcheté de le renier, et l'autre commit le crime affreux de le livrer à ses ennemis. Ainsi le patriarcat a été transmis, sans interruption, depuis Jean jusqu'à Théoclet, en 1118, *et depuis lors, jusqu'à présent, aux grands-maîtres de l'ordre des templiers qui par cette raison se disent Joannites ou chrétiens primitifs.* Plura in his sunt notabilia, quorum de origine et auctoritate uberior possit institui disquisitio. Quod ad nostram causam plurimum valet, id satis liquet, totam fabulam excogitatam esse ad hierarchiam arcanamque disciplinam Templariorum stabiliendam. Ubinam enim putabimus latuisse istos patriarchas, Joannis successores? Quis novit illum Theocletum? Ipsum nomen fraudis suspicionem movet. Est enim ex eo genere, quo olim mystas suos esse scimus. Quis ex Templariorum historia fide digna argumenta proferre potest, quibus comprobetur, Magnos eorum Magistros suprematum in ecclesia sibi arrogasse? Quae vero de unica vera religione ab antiquissimo tempore in mysteriis ore tradita, de Mose mysteriis Aegyptiis initiato, et de genuina ejus lege Levitis credita a Christi doctrina nihil differente narrantur, eadem ab aliis quoque jactata sunt. Similia his jam leguntur e. c. in Homiliis Clementinis II. et III. §. 42. 51. De Jesu sapientia Aegyptiorum imbuto non multum dissentiunt, qui eum ab Essenis institutum putarunt. Qui inter hos fuit Fridericus II., (*Oeuvres posthumes* Tom. XI. p. 94. ed. Berol.) eum suspicari possis opinionem Templariorum secutum esse, quibus adscriptus fuisse perhibetur. Gregoire l. l. p. 401. *En* 1738. *le prince royal de Prusse, plus connu ensuite sous le nom de Frédéric* II. *il avait été consacré à Remersberg.* (scrib. *Rheinsberg.*)

num et interpolationum, quibus codex Parisiensis ab aliis omnibus discedit. Nam quod ad personam Jesu Christi et res ab eo gestas attinet, ex Templariorum mente Judaei cap. VI. v. 62. et c. VII. v. 15. et 35. significant eum litteris sapientiaque Aegyptiorum et Graecorum, apud quos commoratus sit, imbutum esse; et Jesus ipse cap. VI. extr. profitetur se in templo quodam, haud dubie Aegyptio, in quo aeternae sapientiae panis asservetur, mysteriis initiatum et Spiritu sancto ac potestate theocratica ornatum esse, quae postea dicitur solemniter cum Apostolis communicasse. Vid. cap. XVII. extr. coll. XV, 15. 26. XVI, 13. Quocum cohaeret, quod idem cap. VI, 19. coll. VIII, 64. se venisse ait, ut Judaeorum doctores ἐπιστρέψῃ εἰς τὸν νόμον, ut legem, veram illam et aeternam, a Levitis obscuratam et corruptam renovaret. Inde saepius admirabilis Jesu γνῶσις sive μάθησις in dictis factisque conspicua praedicatur, omneque meritum ejus de salute generis humani in doctrina ponitur ab ipso tradita. Vid. II, 11. 24. 25. III, 2. IV, 50. VI, 63. et 70. XVII. extr. Nec tamen Jesu attribuitur rerum futurarum praescientia, nec omnino vaticinia, ut videtur, admittuntur. Expuncta enim sunt verba, quibus Christum se a Juda proditum, cruci affixum et post tres dies in vitam resuscitatum iri diserte praedixisse docemur c. II, 18—22. VI, 64. 70. et 71. XII, 33. et XVIII, 32. coll. VIII, 28. etiam XIII, 11. et 38. coll. XVIII, 27., nec minus vaticinia V. T. proprie sic dicta XII, 15. 16. XIII, 18. XIX, 24. 28. 36. 37. coll.

Sed probabilius est Friderico auctorem fuisse Voltarium in *Diction. philos.* s. v. *Esseniens*, et hunc ipsum vestigia legisse Deistarum Anglicanorum. Vid. H. Prideaux *A. und N. Test. in Connexion* etc. Tom. II. p. 449. vers. Germ.

XVII, 12.; licet alia prophetarum effata resque in V. T. narratae, quae tantummodo in memoriam lectorum rediguntur et quoquo modo ad sententias confirmandas vel similitudine illustrandas adhibentur, intacta relinquantur. Vid. XII, 37—41. XV, 25. III, 14. V, 46. VI, 31. 49. VIII, 56. Nimirum Jesus, vir sapientissimus, novit *πᾶν ὃ δύναται γνωστὸν γενέσθαι ἔξω καὶ ἔσω ἐν τῷ ἀνθρώπῳ*, minime vero omniscius fuit. Pariter nihil potuit efficere, quod humanas superaret vires et ab immutabili naturae lege abhorreret. Quare miracula, quae Jesus teste Joanne patrasse creditur, aut ambigue narrantur aut aperte sic proponuntur, ut nihil miraculosi in iis reperias, sed tantummodo eminentissimam et prorsus singularem illius *μάθησιν* sive *γνῶσιν* et *φιλανθρωπίαν* admireris. Vid. II, 1—11. 23. III, 2. IV, 45. et 48. sqq. V, 1—9. VI, 1—14. et 19—26. VII, 31. XI, 13—16. 23. XII, 1. 9. Nec servantur capp. XX. et XXI., quibus summum miraculum, resurrectio domini, comprobatur; quamquam in eo id potius est respiciendum, quod Templarii resurrectionem carnis omnino e disciplinae suae rationibus pernegant fieri posse et futuram esse, nec fidem habent iis, quae de fine saeculi in N. T. traduntur [26]). Cernitur hoc in formula *ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ*

---

26) Gregoire l. l. p. 415. *Ils admettent l'Apocalypse de saint Jean*, *comme type et allégorie*, *car ils nient la résurrection* etc. Nec de sola mortuorum resurrectione, sed etiam de animorum immortalitate, qualem nos animo informamus, dubitare videntur Templarii. Gregoire l. l. p. 410. „*Jésus*, *livré à ses ennemis*, *mourut pour soutenir la vérité*, *puis il retourna à la vie éternelle: et qu'est ce que la vie éternelle?* (Conf. ev. Joan. c. XIX, 26. verba Jesu ad matrem: *ἐπιστρέφω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον·*) *C'est la puissance dont est doué chaque être de vivre de sa vie propre et d'acquérir une infinité de modifications en se combinant sans cesse avec d'autres êtres*, *selon ce qui*

c. VI, 39. 40. 44. 54. XI, 24. aut prorsus omissa aut cum altera ἐν τῇ αἰωνίῳ ζωῇ commutata. His autem omnibus, quae ad sententiam Templariorum de Christo accommodata sunt, prorsus congruit, quod etiam loci aeternam filii dei ὑπόστασιν testantes interpolati et mutilati sunt. Vid. I, 14. III, 31. (?) VI, 62. VIII, 58. XVII, 5. et 24. De Apostolis eadem fere habet codex Joanneus, quae Leviticon. Nam Joannes cap. XVII. extr. honorifico nomine *patris* sive patriarchae Apostolorum omniumque Christianorum insignitur. Contra Petri cum domino colloquium c. XIII, 6. et 36. omittitur, itemque narratio de Petro gladium gestante et vulnus servo pontificis maximi infligente c. XVIII, 10. 26.; scilicet ne quis hunc primum inter Apostolos fuisse putet, eique gladii spiritalis potestatem vindicet ejusque successoribus. Judas vero post discessum cap. XIII, 31. sq. memoratum ad Jesum rediisse eique orationes capp. XIV—XVII. comprehensas habenti et Apostolos consecranti spirituque sancto instruenti affuisse significatur verbis insititiis cap. XIII, 35. et XVIII, 2. Fortasse etiam huc pertinet omissio verborum c. XIII, 27. τότε εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς, nisi ea potius componenda est cum litura v. 44. cap. VIII., ex qua, quod per se probabile est, colligas scriptorem codicis doctrinam de diabolo improbasse.

5) *Tres sunt ritus symbolici sacramentales: baptismus, qui fit oblatione aquae, symbolum castitatis et sanctitatis;*

---

est prescrit par les lois éternelles de la sagesse, de la justice et de la bonté infinie de la souveraine intelligence. Cum tali vita aeterna vix credas conjunctam esse praeteritorum recordationem. Verba Christi quae in ev. c. XVII. extr. leguntur: ἵνα ὅπου ἐγὼ ... ἦ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ, Templarii non possunt intelligere nisi de illa vita aeterna.

eucharistia, quae fit oblatione panis et vini, symbolum fraterni fidelium amoris; et sacerdotium sive potestas gubernandi vitam fidelium eosque docendi, quam Christus Apostolis tradidit his usus verbis, quae Graece repetuntur in consecratione Levitarum sacerdotum: Λάβετε πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται [27]. Extrema haec verba, quae in genuino ev. Joan. textu cap. XX, 22. 23. leguntur, in cod. Parisiensi, a quo capp. XX. et XXI. absunt, inserta reperiuntur additamento longiori ad extr. cap. XVII. Ibi Christus in consecratione Apostolorum (sacerdotum et legis doctorum) talia fatur: *Διδάξετε, ὃ ἐδίδαξα ὑμᾶς, ἵνα ὁ κόσμος γνώσῃ αὐτό· διὰ τοῦτο λάβετε τὸ πνεῦμα κτλ.* Prorsus igitur consentit codex Joanneus cum Levitico de sensu et usu illorum verborum. Etiam quod Christus cap. XVII. extr. traditur Apostoles *unxisse*, spiritu sancto, (*καὶ ἔχρισεν αὐτοὺς ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι*) accommodatum est ad ritus Templariorum, qui in initiationibus oleo consecrato utuntur [28]. Quod autem attinet ad baptismum, mireris in codice cap. III. v. 5. deleta esse verba ἐξ ὕδατος, cum Templarii non negent aquam esse materiam hujus

---

27) *Il y a trois rites symboliques sacramentels: 1) le baptême par l'oblation de l'eau, symbole de la nécessité d'être sans tache aux yeux du Seigneur; 2) l'eucharistie par l'oblation du pain et du vin, symbole de la charité qui doit unir les fidèles; 3) le sacerdoce, ou pouvoir de gouverner les fidèles et de leur communiquer les vérités de la religion, que Jésus Christ transmit à ses apôtres par ces paroles qui sont répétées en grec dans la consécration du huitième grade lévitique: Λάβετε πνεῦμα κτλ.* Octavus ordo Leviticus est sacerdotum sive doctorum legis, ut supra vidimus.

28) Vid. Gregoire l. l. p. 413.

sacramenti. Sed haud dubie noluerunt aquam cum spiritu componi, ne quis illi magicam tribueret vim vel secundum ecclesiasticum dogma eam quoquo modo conferre opinaretur ad id efficiendum, quod ex ipsorum mente solo spiritu, sola veritatis divinae cognitione effici potest [29]). Contra cap. IV. v. 2. expunctus esse videtur, ne quis de spiritali baptismo a Jesu ipso primum Apostolis aliisque sectatoribus collato dubitaret. Fortasse tamen ista Evangelistae observatio non certa quadam de causa omissa est, sed quoniam scriptor codicis eam sine auditorum detrimento omitti posse judicaret. Sic passim exciderunt vocum Hebraicarum ἑρμηνεῖαι rerumque Judaicarum, temporum et locorum notationes. Vid. I, 43. II, 1. 6. 11. III, 23. 24. IV, 25. 45. IX, 7. Etenim omnino ille hanc sibi sumsit licentiam omittendi non tantum ea, quae a Templariorum doctrina discreparent, sed etiam quae ipsi propter alias rationes, velut quod a persona Christi abhorrere viderentur, offensioni essent. Conf. II, 4. 5. 15. sqq. VII, 8.

6) *Omnis doctrinae disciplinaeque ratio continetur partim in iis, quae quasi per manus Levitarum, servorum dei, tradita sunt, partim in libris sacris ecclesiae Christianae, praecipue in* e v a n g e l i i s *epistolisque Joannis apostoli ac patriarchae in Templo integre servatis* [30]). Vides hic

29) Vid. Lud. Meieri praef. ad Opera posthuma Spinozae p. 10. (Numeri paginarum desiderantur.)

30) *La croyance des templiers est fondée, dit le Leviticon, sur deux autorités: la tradition et l'écriture. „Par la tradition, ils entendent la doctrine, les rites, les usages et les lois de discipline transmis depuis le commencement par l'organe des lévites, serviteurs de Dieu. L'écriture comprend les livres sacrés reconnus authentiques par l'église du Christ, et surtout les livres des*

diserte *evangelia*, h. e. codicem Joanneum in XIX. evangelia distinctum et *Ἰωάννου εὐαγγέλια* inscriptum, commemorari.

Hac collatione disciplinae Templariorum in Levitico expositae cum codicis Joannei textu jam evidentissime, puto, demonstratum est, evangelium Joanneum, quod hic exhibet, ad normam illius disciplinae mutilatum et interpolatum esse, ut Templarii facticia ejusdem auctoritate decreta et commenta sua aliquatenus confirmare possent. Fatendum enim est, fraudem sive fraudis opus consilio, quo susceptum est, parum respondere, et in auctore ingenium, Graecae linguae N. T. peritiam, doctrinam, dexteritatem, solertiam et circumspectionem desiderari, quibus opus erat ad fucum etiam peritioribus faciendum. Quonam vero tempore codex scriptus sit, difficile est exploratu. Falli eos, qui librum ante sec. XIV. scriptum putant, id quidem supra jam docuimus [31]). Sed curiosi lectores hac in sententia incertiore nec circumscripta nolent acquiescere. Dicamus igitur quantum fieri poterit brevissime, quid nobis videatur. Suspicamur nos et adulteratorem evangelii et architectum Levitici (nisi fuit unus idemque utriusque operis auctor) post initium sec. XVIII. vixisse. Rationes et causae, quibus adducti sumus

---

évangiles et des épîtres écrites par notre frère, père et seigneur, l'apôtre patriarche Jean, auquel soit honneur et gloire; livres tels qu'ils sont conservés dans le temple sans aucune altération, et qui renferment toute la doctrine de la religion catholique ou universelle." Vid. Gregoire l. l. p. 414. Coll. p. 422.

31) Gregoire l. l. p. 407. *Des hellénistes versés dans la paléographie, croient que ce manuscrit est du treizième siècle, d'autres le prétendent antérieur et remontent jusq'au siècle onzième.* Muenterus quoque codicem sec. XIII. exeunti tribuit.

ad hanc suspicionem, fuerunt hae. Primum nullo modo e monumentis historicis fide dignis probari potest, veterem Templi Militiam errores et commenta, qualia e Levitico enarravimus, fovisse; etiamsi concedatur, Templarios fuisse sec. XIII. et initio sec. XIV., qui e commercio cum Muhammedanis et cum sectis ecclesiae Orientalis opiniones impias et ab ecclesia damnatas hausissent ac magnos et in hierarchiam catholicam hostiles spiritus induissent [32]). Deinde prorsus incredibile est, sodalitatem Templariorum etiamnum Parisiis vigentem veteris Militiae progeniem esse, et continuam fuisse Magnorum Magistrorum seriem a Joanne Marco Larmenio, Jacobi de Molay successore, usque ad dominum Fabré-Palaprat, a. 1804. hac dignitate donatum. Quis enim credat, Templariorum Ordinem, si per totum hoc tempus, uti jactant, floruisset, Dominicanorum et Jesuitarum ad haereses investigandas sagacissimorum insidias vitare et impune tot et tantos errores, etiam de supremata in ecclesia, propagare potuisse? Quis non potius lubens assentiatur viris doctis et intelligentibus e Latomorum coetu, qui, cum quidam de Templariis Latomorum stirpis origine fabularentur, causa curiose cognita pronuntiarunt, Templariorum Ordinem sec. XIV. exstirpatum esse, nec certo Lato-

32) Constat sec. XIII. ineunte Parisiis vixisse Amalricum de Bena, Davidem de Dinanto aliosque, qui omnia unum sive deum esse traderent et ad suam sententiam de trinitate philosophantes similia proferrent illis, quae supra exposuimus. Eodem seculo etiam alias impias opiniones de Christo clam disseminatas esse, ex criminationibus, quibus adversarii in Fridericum II. imperatorem usi sunt, colligas. Sed nemo testimoniis historicis probare poterit, Ordinem Templariorum eadem similive opinionum pravitate infectum fuisse.

morum res originem habere a fictitiis Templariorum mysteriis [33]). Praeterea quae nobis innotuerunt de disciplina institutisque hodierni Templariorum Ordinis, de novem gradibus, de ritibus receptionis sive initiationis, de insignibus et titulis, quibus utuntur, honorificis deque aliis rebus hiscum conjunctis, ea omnia a veterum Templariorum institutis abhorrent illamque redolent aetatem recentiorem, qua multos viros bonos arcanis sacris operatos et mystica ejusmodi pompa impense delectatos esse scimus [34]). Ipse codex Joanneus, literis scilicet aureis exaratus et figuris triangularibus distinctus, belle congruit isti pompae. Denique etiam doctrinae formula in Levitico expressa, ad quam codicem Joanneum accommodatum esse demonstravimus, eandem prodere videtur aetatem. Differt enim iste pantheismus cum naturalismo conjunctus ab illo mystico e fontibus philosophiae Neoplatonicae derivato, quem doctoribus et sectis nonnullis veteris et

---

33) Respicimus potissimum acta in concilio Latomorum oecumenico, quod ad Aquas Guilielmi prope Hanoviam a. 1782. praeside Ferdinando, duce Brunsvicensi, celebratum est. Vide *Heinr. Zschokke's Schicksale der Freimaurer in Europa* Operum selectorum Tom. V. p. 314. sqq. Quae de Templariorum Ordine in Lusitania servato et sub nomine Equitum Jesu Christi latente traduntur, nihil veritati illius sententiae detrahunt. Vid. *Helyot's Gesch. aller Kloster- und Ritter-Orden* Tom. VI. p. 84. sqq. *Dupuy Hist. de la condemnation des Templiers* p. 481. sqq. et *Wilcke Gesch. des Tempelherrnordens* Vol. II. p. 42. 67. 70. sq.

34) Praeter Gregorii Historiam sectarum et acta Latomorum supra laudata vid. *Manuel des chevaliers de l'ordre du Temple*, cujus ed. III. Parisiis a. 1825. (anno Ordinis 707.) prodiit. Chartas et documenta proferri a Templariis antiquitatis speciem prae se ferentia nihil mirabitur, qui noverit, quibus artibus et praestigiis degeneres quaedam Latomorum sodalitates maxime in Gallia ad homines alliciendos usae sint.

medii aevi placuisse compertum habemus. Equidem nisi totus fallor, auctor Levitici partim respexit disputationes Naturalistarum Anglicorum et Gallicorum, qui solam religionem *in naturae libro scriptam* omniumque mortalium mentibus et animis infixam veram esse contendebant, partim sua hausit ex Spinozae decretis [35]. Omnia vero pla-

35) Viris intelligentibus hac de re fortasse jam persuasum est ex iis, quae supra disputavimus. Quare paucis hic argumenta, quibus suspicio nostra nititur, comprehendamus. 1) Levitici auctor deum cum universitate rerum miscet, omnino consentiens cum Spinoza, licet formulis utatur ad vulgarem popularemque sensum accommodatioribus eaque removere studeat, quae hominibus in Spinozismo molesta esse solent et offensioni. Cogita de libertate arbitrii et de immortalitate animorum. 2) Idem de trinitate divina sic philosophatur, et quod in Christo divinum fuerit, sic definit, ut haec commenta vix aliunde probabilius quam ex Spinozismo derivare possis. Spinoza quidem ipse nusquam, quod sciam, in Operibus de trinitate divina disseruit; quod dogma ad fidem catholicam pertinere haud dubie negavit. Vid. *Tractatum theologico-politicum* c. XIV. p. 163. ed. Hamb. Reperitur tamen locus in *Ethice* p. 46. Opp. posth., ex quo colligas, quamnam sententiam sub isto dogmate latere putaverit. Verba sunt: *quod quidam Hebraeorum quasi per nebulam vidisse videntur, qui scilicet statuunt, Deum, Dei intellectum resque ab ipso intellectas unum et idem esse.* Lud. Meierus vero, Spinozae amicus, in praefatione ad Opp. posthuma, qua disciplinam ejus cum Christiana consentire demonstrare studet, aperte significat spiritum sive intellectum dei (λόγον) id fuisse, quod in Christo divinum dicas. 3) Quod in Levitico et in evangeliis Joanneis Christi meritum de salute generis humani ex sola doctrina aestimatur, id prorsus consentaneum est Spinozae decretis. Is enim docet, summam hominum felicitatem, qua omnes aeque gaudere possint, in sola Dei sive veritatis cognitione consistere, et amorem dei intellectualem, qui ex hac cognitione oriatur, esse virtutem ipsam, virtutum summam. Vid. Ethices pars IV. pag. 184. 190. sqq. et pars V. p. 256. sq. et 263. sq. coll. praef. Meieri. 4) Quae de miraculis pronuntiantur, Spinozismum redolent. Vid. *Tract. theologico-polit.* c. VI. et *epist. ad H. Oldenburgium* XXI. XXIII. XXV. Resurrectionem Christi Spinoza in hac ultima epistola allegorice

cita, praecipue quae ad Christum pertinent et ad originem religionis ecclesiaeque Christianae, sic ille enarravit, ut mystis imaginaria hierarchia superbientibus, quales illo tempore in Gallia potissimum reperiebantur, non possent non placere. Quid? quod exstat libellus Cosmopoli (Londini) a MDCCXX. editus, *Pantheisticon* dico famosi Jo. Tolandi, quo formula celebrandae societatis pantheisticae exhibetur sive ratio conventuum describitur, quos Pantheistae per Britanniam, Galliam, Germaniam, Bataviam aliasque regiones inde a medio sec. XVII. dispersi agere finguntur [56]).

---

accipi vult, nescio an simili modo, quo Levitici auctor de vita aeterna, ad quam Christus reversus, respondet. Etiam quod loci de diabolo in evangelio expuncti sunt, ad ejusdem viri decreta revocare possis. Vid. Opp. posth. p. 272. et 612.

56) Libri rarissimi titulus est: *Pantheisticon, sive formula celebrandae Sodalitatis Socraticae, in tres particulas divisa; quae Pantheistarum sive Sodalium continent mores et axiomata: numen et philosophiam: libertatem et non fallentem legem neque fallendam. Praemittitur de antiquis et novis Eruditorum Sodalitatibus, ut et de Universo infinito et aeterno diatriba. Subjicitur de duplici Pantheistarum philosophia sequenda, ac de viri optimi et ornatissimi idea dissertatiuncula. Cosmopoli* MDCCXX. In formula illa auctor imitatur Liturgiam ecclesiae episcopalis in Anglia. Alternis dicunt seu cantant modiperator et respondentes ceteri. Sic ab initio particulae secundae pag. 54. *Mod.* Profanum arcete vulgus. *Resp.* Clusa tutaque sunt omnia. *Mod.* In mundo omnia sunt unum; Unumque est omne in omnibus. *Resp.* Quod omne in omnibus, Deus est; Aeternus ac immensus, Neque genitus neque interiturus. *Mod.* In eo vivimus, movemur et existimus. *Resp.* Ab eo natum est unumquidque. In eumque denuo revoluturum, Omnium ipse principium et finis. *Mod.* Carmen accinamus De natura Universi. *Mod.* et *Resp.* Quidquid est Hoc, omnia animat, Format, alit, auget, creat; Sepelit recipitque in sese omnia: Omniumque idem est Pater etc. — Absit vero, ut Templariorum Ordinem ab impio Tolando institutum

Propter has igitur causas mihi quidem nunc verosimile videtur, disciplinam institutaque illa Templariorum ac Leviticon et Joannea evangelia, in sacro eorum tabulario asservata, recentioris esse aetatis. Codex autem Joanneus ubi scriptus sit, utrum in Gallia, an fortasse in Oriente, jussu Templarii ibi commorantis, in dubio relinquendum est; licet reperiantur, ut supra monuimus, in quibus Graeci hominis manum agnoscas.

De collatione codicis ad exemplar Griesbachianum Lipsiense instituta, quam sequentes paginae exhibent, nihil est, quod supra dictis hic adjiciamus.

---

esse dicamus. Omnino est quod moneamus, Templarios, qui nunc sunt, Levitico et evangeliis Joannis non uti pro libris symbolicis, sed haec ab ipsis servari inter antiquitatis monumenta. Vid. Gregoire p. 422.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΑ.

Ἰωάννου εὐαγγέλιον πρῶτον.

Cap. I. v. 3. omittitur totus. — v. 4. om. τῶν ἀνθρώπων. Eadem om. Vatic. in textu, sed in margine addita habet a prima manu. — v. 5. αὐτῷ pro αὐτὸ. Vitium hoc est scripturae. — v. 10. om. totus. Apud Origenem T. III. p. 598. A. et C. desunt verba καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Vid. Matthaei in ed. pr. et post. — v. 11. αὐτοῦ pro αὐτὸν. Vit. scr. — v. 13. ἑνὸς ἀνθρώπου pro ἀνδρός. Haud dubie adulterator evangelii ἑνὸς ἀνθρώπου e consuetudine Graecorum recentiorum scripsit pro ἀνθρώπου τινός. Conf. XII, 18. Docet autem haec scriptura, quo sensu verba Joannis ille voluerit accipi. — v. 14. om. Καὶ ὁ λόγος. — v. 16. init. Καὶ secundum vulgatum textum pro Ὅτι. — v. 17. add. καὶ ante ἡ χάρις. Ibid. ἐδόθησαν pro ἐγένετο. — v. 18. om. πώποτε. — v. 26. om. ἐν ante ὕδατι. Vers. Lat. ant. *Ego quidem aquâ baptizo.* Vulg. *Ego baptizo in aqua.* — v. 27. sic habet οὗτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· οὗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος αὐτοῦ. Vulg. αὐτός ἐστιν pro οὗτός ἐστιν dat, et pron. αὐτοῦ ante τὸν ἱμάντα ponit. Sed in pluribus codd. οὗτος legitur. Vid. Matth. et Griesb. Pron. αὐτοῦ facile potuit transponi, sicut etiam Origenes III, 818. D. e Luca, Marco et Joanne laudat οὐκ εἰμὶ ἄξιος, ἵνα λύσω τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήμα-

τος αὐτοῦ. Griesb. om. οὗτός ἐστιν et ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν. — v. 28. add. ὁ ante βαπτίζων h. s. *ubi erat Joannes baptista.* — v. 29. βλέπει ὁ Ἰωάννης cum vulg. et vers. Lat. — v. 32. ὡσεὶ pro ὡς secundum vulg. — v. 33. εἴδῃς pro ἴδῃς. Vit. scr. — v. 42. ὁ Χρυστός pro Χριστός. — v. 43. add. δὲ post ἐμβλέψας cum vulg. Ibid. om. Κηφᾶς· ὃ ἑρμηνεύεται. — v. 44. post λέγει αὐτῷ add. ὁ Ἰησοῦς. Conf. Griesb. Vulg. ibi antea post ἠθέλησεν add. ὁ Ἰησοῦς. — v. 46. et 47. Ναζαρέτ pro Ναζαρέθ. Ibid. ὁ Φίλιππος, sicut in Vatic. ap. Birch. — v. 49. et 51. ὁ Ἰησοῦς pro Ἰησοῦς. —

Εὐαγγέλιον βον.

Cap. II. v. 1. om. Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. — v. 4. et 5. Λέγει αὐτῇ — ποιήσατε desunt. — v. 6. om. κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων. Ibid. vit. μετριτάς. — v. 7. Πληρώσατε τὰς ὑδρίας ὕδατι, καὶ φέρετε αὐτὰς πρὸς ἐμέ pro Γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατι. Similiter Chrysost. apud Matth. ἐμπλήσατε pro γεμίσατε. — v. 8. init. post Καὶ inserit ἐγγίζαντος αὐτοῦ τὸ ὕδωρ. Minus accurate h. Muenterus p. 28. scriptum esse refert καὶ ἐγγίζαντες (quod corrigi vult ἐγγίσαντες) αὐτοὺς τὸ ὕδωρ et p. 16. καὶ ἐγγίζοντες αὐτοῦ τὸ ὕδωρ. Ibidem hunc esse monet nominativum absolutum, quem adulterator evangelii ex usu sequioris Graecitatis aliquoties loco genitivi absoluti usurpaverit. Voluit igitur sumi ἐγγίζειν significatu activo *admovendi,* ut haec verba praecedentibus καὶ φέρετε αὐτὰς πρὸς ἐμέ responderent; quod fieri potest, si Genitivum αὐτοῦ pro adverbio loci vel pro dativo, quo caret recentiorum Graecorum lingua, accipias. Scripturam vero codicis si retinemus καὶ ἐγγίζαντος (ἐγγίσαντος) αὐτοῦ τὸ ὕδωρ, genitivos

habemus loco nominativorum *καὶ ἐγγίσας αὐτὸς τὸ ὕδωρ λέγει αὐτοῖς, cum propius accessisset ad aquam, (adstitisset ad hydrias,) dixit iis.* Ejusmodi genitivos absolutos saepius in libris apocryphis reperimus. Conf. Wineri Gramm. N. T. p. 170. not. De accusativo *τὸ ὕδωρ*, cujus loco exspectes *τῷ ὕδατι* vel *πρὸς τὸ ὕδωρ* vid. infra not. ad cap. VI. v. 21. Fortasse interpolator significare voluit Jesum, qui hydrias jussisset sibi apportari, aquam attingendo aliove modo effecisse id, quod miraculum videretur. Conf. simile additamentum cap. V. v. 8. *ἐγγίσας αὐτοῦ.* — v. 9. *οἱ ἀνθλήσαντες* scr. *ἀντλήσαντες* pro *οἱ ἠντληκότες.* — v. 11. init. *Ἐνταῦθα* pro *Ταύτην.* Ibid. om. *ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας.* Ibid. *τὴν μάθησιν αὐτοῦ* pro *τὴν δόξαν αὐτοῦ.* Muenterus p. 15. observat sic *μάθησιν* inusitato plane significatu pro *πολυμαθίᾳ* vel *σοφίᾳ* poni. Sed apud Plutarchum aliosque recentiores scriptores *μάθησις scientiam* sive *doctrinam* significat, et h. l. fortasse respiciendus est mediae aetatis scriptorum usus de magica mathesi. Vid. Cangius in Gloss. Graec. et Lat. s. h. v. — v. 15—23. *Καὶ ποιήσας — τὰ σημεῖα, ἃ ἐποίει* om. Eorum loco cod. haec habet *Ἤλεγξεν αὐτοῖς τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν, καὶ ἀπῆλθον· καὶ ἤρξατο διδάσκειν. Ἀκούοντες δὲ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ, τινὲς ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.* Nota inusitatam constructionem verbi *ἐλέγχειν* cum dativo personae. Fortasse *αὐτὸς* pro *αὐτοῖς* reponendum. — v. 24. *ἐπίστευσεν* pro *ἐπίστευεν.* Eadem scriptura in cod. Havn. ap. Birch. — v. 25. init. *καὶ γινώσκων πάντα* pro *καὶ ὅτι.* Ibid. *αὐτὸς δὲ ἐγίνωσκε πᾶν, ὃ δύναται γνωστὸν γενέσθαι ἔξω καὶ ἔσω ἐν τῷ ἀνθρώπῳ* loco verborum *αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.* Muenterus p. 17. *γνωστὸν γίνεσθαι* esse censet Latinismum, *notum fieri.* Sed

cum *γνωστὸν εἶναι* usurpetur, non video, quidni etiam *γνωστὸν γίνεσθαι* dici potuerit. Similiter apud LXX. *ἀκουστὸν εἶναι* et *ἀκουστὸν γίνεσθαι* Vid. Gen. XLV, 2. et Jes. XLVIII, 3. 20. Ipsa vero phrasis *γνωστὸν γίνεσθαι* legitur Act. I, 19. IX, 42. XIX, 17. Inde *Glos. Vetus: γνωστὸς γίνομαι, innotesco.*

Εὐαγγέλιον γον.

Cap. III. v. 1. init. om. *δὲ* — v. 2. *πρὸς τὸν Ἰησοῦν* pro *πρὸς αὐτόν*. Vulg. *τὸν Ἰησοῦν* Matthaei ex Evangeliariis assumtam credit. Ibid. *οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ θαύματα δύναται διδάσκειν* pro *οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς.* — v. 5. init. *ὁ Ἰησοῦς*. Ibid. om. *ὕδατος καὶ.* — v. 8. *καὶ οὐκ οἶδας* pro *ἀλλ' οὐκ οἶδας.* — v. 9. *ὁ Νικόδημος.* — v. 10. *ὁ Ἰησοῦς.* — v. 12. *πῶς εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, καὶ πιστεύσετε* pro *πῶς, ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε.* — v. 23. sic *Ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλήμ· καὶ πολλοὶ παρεγίνοντο καὶ ἐβαπτίζοντο.* — v. 24. om. totus. — v. 25. *μετὰ Ἰουδαίων* sec. vulg. pro *μετὰ Ἰουδαίου.* — v. 31. desunt verba *ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ· ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος ἐπάνω πάντων ἐστί.* Eadem om. cod. Havn. ap. Birch. fortasse propter *ὁμοιοτέλευτον.* — v. 36. *ἔχει τὴν ζωήν.* —

Εὐαγγέλιον δον.

Cap. IV. v. 1. om. *οὖν.* Ibid. *ὁ Ἰησοῦς* pro *Ἰησοῦς.* — v. 2. om. totus. — v. 5. *ὃ ἔδωκεν* sec. vulg. pro *οὗ ἔδωκεν.* In fine *αὐτοῦ* pro *αὐτοῦ.* — v. 10. init. *ὁ Ἰησοῦς.* — v. 13. *ὁ Ἰησοῦς.* — v. 14. om. *οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸ ὕδωρ, ὃ δώσω αὐτῷ.* Eadem in pluribus codd. propter *ὁμοιοτέλευτον* omissa sunt. Vid. Griesb. — v. 15.

ἐρχόμαι pro ἔρχομαι sicut plures codd. ap. Griesb. — v. 20. ἐν τούτῳ τῷ ὄρει sec. vulg. pro ἐν τῷ ὄρει τούτῳ. — v. 24. om. Πνεῦμα ὁ Θεός. — v. 25. om. ὁ λεγόμενος Χριστός. Conf. Schulz. in ed. Griesb. III. — v. 27. ἐθαύμασαν sec. vulg. pro ἐθαύμαζον. — v. 29. extr. ὁ Μεσσίας pro ὁ Χριστός. — v. 30. post Ἐξῆλθον cum vulg. add. οὖν. — v. 31. οἱ μαθηταὶ add. αὐτοῦ. Conf. Griesb. — v. 34. Ἐμοὶ pro Ἐμὸν. — v. 36. Καὶ ὁ θερίζων cum vulg. — v. 41. post ἐπίστευσαν add. εἰς αὐτὸν. Item plures ap. Griesb. — v. 42. extr. om. ὁ Χριστός, quae in pluribus codd., verss. et PP. desunt. — v. 44. ὁ Ἰησοῦς sec. vulg. pro Ἰησοῦς. — v. 45. om. πάντα et ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἑορτῇ· καὶ αὐτοὶ γὰρ ἦλθον εἰς τὴν ἑορτήν. Ultima καὶ αὐτοὶ κτλ. etiam duo codd. ap. Griesb. om. — v. 46. init. post οὖν ins. cum vulg. ὁ Ἰησοῦς. — v. 48. om. σημεῖα καὶ. — v. 50-54. extr. desunt. Eorum loco cod. haec dat: Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Πορεύομαι, ἵνα ὁ υἱός σου ζῇ· καὶ ἔζησε. (scr. ἔζησεν.) Ἔγνω ὁ πατὴρ πᾶσαν τὴν ἔκτασιν τῆς γνώσεως καὶ δυνάμεως τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐπίστευσεν αὐτὸς καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη. Τοῦτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς. De voce ἔκτασις Muenterus p. 15. *Ἔκτασις metaphorice loco μέγεθος inusitatum, vix unquam dictum reperies. Usurpatur de productione syllabae brevis in longam. Dicitur quoque ἔκτασις χειρῶν.* Similis est usus vocis theologicus, quo Marcellus ἔκτασίν τινα τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος ἔφησεν εἰς τὸν Χριστὸν ἐληλυθέναι, καὶ ταύτην θεὸν λόγον ἐκάλεσε. Vid. Theodoreti haer. fabul. comp. lib. II. cap. 10. et Hist. eccles. lib. V. cap. 11.

Εὐαγγέλιον ιον.

Cap. V. v. 1. om. Μετὰ ταῦτα. — v. 2. κολυμβήθρᾳ pro κολυμβήθρα. Si Griesbachio fides, hanc scripturam

Hammondo, Oleario et Paulo probatum frustra quaeras in codd. Gr. Inde Lueckius in comment. ad h. l. pronuntiat eandem conjecturae deberi. Editionum, in quibus legitur, prima fortasse est Elzeviriana illa praestantissima a. 1633. Pars testium, quibuscum alias noster consentit, h. l. habet προβατικὴ κολυμβήθρα voculis ἐπὶ τῇ omissis. — v. 3. add. καὶ ante ξηρῶν. Ibid. om. ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν. — v. 4. om. totus. Pariter ἐκδεχομένων — νοσήματι om. B. C*. 157. cod. reg. 2441. Copt. ms. Praeterea alii sola verba ἐκδεχομένων — κίνησιν om., alii his servatis tantummodo v. 4. om. vel asterisco notant vel obelo. Vid. Griesb. Recentiores vero codd. plerique et patres, velut Chrysostomus et Theophylactus, quibuscum noster concordare solet, totum locum habent. Possis igitur suspicari, adulteratorem evangelii h. l. exemplaria illa vetustiora secutum esse. Sed haud dubie is proprio Marte textum mutilavit, sicut idem fecit v. 7. contra omnium codd. fidem, offensus scilicet narratione miraculosa. — v. 5. pro τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη habet πολλὰς ἡμέρας. — v. 6. ὅτι ἀσθενὴς ἦν pro ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει. — v. 7. om. ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ. Ibid. sec. vulg. βάλλῃ pro βάλῃ. Tum om. ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγὼ, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει. — v. 8. post ὁ Ἰησοῦς add. ἐγγύσας αὐτοῦ, scr. ἐγγίσας αὐτῷ. Vid. not. ad c. II. v. 8. — v. 14. χεῖρόν τί σοι cum vulg. pro χεῖρόν σοί τι. — v. 15. οὗτος pro ὅτι. — v. 16. post οἱ Ἰουδαῖοι cum vulg. add. καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι. — v. 27. extr. loco verborum ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί dat ὅτι υἱὸς τοῦ πατρός ἐστι καὶ ὅτι ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς κρίνουσιν ἐν πνεύματι. — v. 29. sic habet καὶ ἐκπορεύσονται, οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες ἀναστήσονται ἐπὶ ζωῆς, καὶ οἱ τὰ φαῦλα πράξαντες ἀναστή-

σονται εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. Muenterus ἐπὶ ζωῆς recenset inter exempla impurae Graecitatis. Nobis reponendum videtur ἐπὶ vel εἰς ἀνάστασιν ζωῆς. — v. 35. ἀγαλλιασθῆναι cum vulg. pro ἀγαλλιαθῆναι. — v. 36. δέδωκε cum Vat. pro ἔδωκε. — v. 45. post πατέρα add. μου. — v. 46. bis πιστεύετε pro ἐπιστεύετε. —

Εὐαγγέλιον ς.

Cap. VI. v. 1. Ἀπελθὼν pro Μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν. — v. 2. sic Ἠκολούθησαν αὐτοῦ (pro αὐτῷ) πολλοί, ὅτι ἑώρων αὐτοῦ τὰς ἰατρίας, (leg. ἰατρείας,) ἃς ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων. Constructio verbi ἀκολουθεῖν cum Genitivo barbara est. Lingua Graecorum hodierna, uti supra ad c. II. v. 8. monuimus, Dativo caret ejusque loco utitur Genitivo et saepius Accusativo. Sic dicunt δὲν ἐμπορῶ νὰ σοῦ ἀκολουθήσω, *non possum te sequi*, et δὲν ἐμπορῶ νὰ σᾶς ἀκολουθήσω, *non possum vos sequi*. Conf. Simonis Portii Grammaticam Linguae Gr. vulgaris praemissam Cangii Glossario med. et inf. Graec. T. I. p. XXXIX. et Luedemanni L e h r b u c h d e r n e u g r i e c h. S p r a c h e p. 88. — v. 5—9. Ἰδὼν (in cod. deest verbum: in apographo vero sic legitur Ἰδὼν in initio versus) ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πολλοὶ ἠκολούθησαν, λέγει πρὸς τὸν Φίλιππον· Πόθεν ἀγοράσομεν ἄρτους, ἵνα φάγωσιν οὗτοι; Λέγει αὐτῷ εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἀνδρέας, ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου· Ἔστιν ἄνθρωπος, ὃς ὧδε ἔχει ἄρτους κριθίνους καὶ ὀψάρια. Reliqua omissa. Adv. ὧδε debebat post ἄνθρωπος collocari. — v. 10. deest. — v. 12. extr. vitiose ἵνα ἐάν τι μὴ ἀπόληται pro ἵνα μή τι ἀπόληται. — v. 13. et 14. Συνήγαγον οὖν, ἵνα διαμοιρίσωσι τοῖς πτωχοῖς. Καὶ ἐθαύμαζον τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· ἂν ἦν κύριος ἡμῶν, ἐσόμεθα ἀεὶ πλήρεις. Verbum διαμοιρίζω

pro διαμοιράομαι Muenterus lexicis ignotum esse notat, nomen vero διαμοιριστής apud Julium Pollucem legi. Fortasse διαμοιρίσωσι scriptum pro διαμοιρήσωσι. Nam saepius a scriptoribus mediae Graecitatis activa loco mediorum ponuntur. Sequentia post ἀλλήλους scribi debebant: οὗτος ἂν vel ἐὰν ᾖ κύριος ἡμῶν κτλ. hoc sensu: *hic si fuerit dominus sive rex noster, semper erimus saturi, numquam fame laborabimus.* — v. 19. ἐρχόμενον pro περιπατοῦντα et post θαλάσσης add. καίτοι διηγερμένης. [sic.] — v. 21. init. Ἤθελον ἐλθεῖν καὶ βοηθῆσαι αὐτὸν pro Ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον. Ibid. om. εἰς ἣν ὑπῆγον. Muentero βοηθεῖν τινα videtur esse Latinum *adjuvare aliquem.* Sed hodierni Graeci sic loquuntur, velut ἐβοήθησα τὸν φίλον μου μὲ ὅλην τὴν δύναμιν, *adjuvi amicum meum omnibus viribus.* Omnino notandum est recentiores Graecos, etiam eos, qui non utuntur vulgari lingua, passim abuti accusativo. Sic in Andreopuli narratione de Syntipa et Cyri filio e codd. Paris. a Boissonadio Paris. 1828. edita p. 20. legitur ἴχνη ἐντυχεῖν, p. 73. τὸν λέοντα ἔνευε, et p. 21. αὐτὴν συνεμίγνυτο. In eadem saepius προςομιλεῖν τινα et λαλεῖν τινα, ut subaudiatur praepositio πρός, etiam δοῦναί τινά τι, πωλεῖν τινά τι et similia. Loco Genitivi positus est accusativus p. 51. ἠράσθην αὐτήν, et pluribus locis post praepositionem ἀπό. Vid. notas editoris p. 174. sq. 187. et 210. — v. 22—26. Τῇ ἐπαύριον ἐκεῖνοι, οὓς ὁ Ἰησοῦς ἔθρεψε, καὶ (fort. add. οἳ) ἔμειναν (incertum in codice utrum ἔμειναν an ἔμεινεν legatur) εἰς τὸ πέρα (pro πέραν) μέρος τῆς θαλάσσης, εἰςῆλθον εἰς τὰ πλοιάρια καὶ ἦλθον εὑρεῖν Ἰησοῦν εἰς Καπερναούμ. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν· Ζητεῖτέ με οὐχ ὅτι διὰ τὴν ἀλήθειαν, ἣν διδάσκω ὑμῖν, ἀλλ᾽ ὅτι κτλ. Prius ὅτι debebat omitti. Constructio

verbi διδάσκειν cum dativo, quae iterum v. 42. reperitur, non prorsus insolens. Vid. not. ad ev. Thomae cap. IV. p. 285. Forma πέρα pro πέραν Graecis recentioribus usitata. Vid. Cangius in Gloss. s. h. v. et Luedemannus Gramm. Neogr. p. 100. Caeterum dictionem interpolatoris hoc loco esse pessimam quivis facile sentit. Interpretationem ejus Latinam addamus. *Postridie illi, quos Jesus cibo refecerat et (qui) substiterant in regione trans lacum sita, ingressi sunt navigia et profecti sunt, ut Jesum invenirent, Capernaumum. Dicit iis Jesus: Profecto quaeritis me non propter veritatem, quam vos doceo, sed quia* etc. — v. 28. ποιοῦμεν pro ποιῶμεν. Sic etiam alii codd. ap. Griesb. et plures edd. Ibid. ἐργαζόμεθα pro ἐργαζώμεθα. — v. 30. extr. ἐργάζεις vitiose pro ἐργάζῃ. — v. 32. deest οὐ ante Μωσῆς. Ibid. ἀλλὰ παρὰ τοῦ πατρός μου δέδοται ὑμῖν ὁ ἄρτος, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἀληθινός pro ἀλλ' ὁ πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν. — v. 36. om. καὶ ante ἑωράκατε. Vid. Griesb. — v. 37. ἐκβάλλω pro ἐκβάλω. — v. 39. post τοῦ πέμψαντός με cum vulg. add. πατρός. Ibid. ἐν τῇ αἰωνίῳ ζωῇ pro ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. — v. 40. init. om. γάρ. Ibid. ἐν τῇ αἰωνίῳ ζωῇ pro τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. — v. 42. verba οἴδαμεν — Ὅτι ἐκ bis leguntur in cod. Post v. καταβέβηκα, cujus loco cod. καταβέβηκεν, haec adduntur μήπως καθότι κατοίκησεν (κατῴκησε) παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἔρχεται ὁμιλεῖν πρὸς ἡμᾶς οὕτως; τί κοινόν ἐστι, ἅπερ (in apographo ὅπερ) ἐδιδάχθη παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ ἅπερ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐδίδαξαν ἡμῖν; Istorum verborum quis sit sensus, difficile est dictu. Priora interpreteris: *num forte, sicut* (vel *quoniam*) *habitavit apud Graecos, ab istis venit, ut hunc ad nos sermonem faciat?* Verba παρὰ τῶν Ἑλλήνων Muente-

rus p. 16. pro παρὰ τοῖς Ἕλλησι posita esse putat, ut cum praecedente κατοίκησα conjungantur. Nobis videntur ex attractione explicanda pro καθότι κατοίκησα παρὰ τοῖς Ἕλλησι, παρ' αὐτῶν ἔρχεται. Ad sententiam conf. c. VII. v. 35. Sequentia sicut leguntur, non intelligo. Fortasse pro κοινόν ἐστι scribendum καινόν ἐστιν; et alterum ἅπερ delendum. *Quid novi est? (Quid novi inest doctrinae ejus?) Quae didicit apud Aegyptios, nostri quoque patres nos docuerunt.* Quod attinet ad scripturam κατοίκησα, dubitare licet, num restituendum sit κατῴκησα. Recentiores enim Graeci, quibus annumerandus est auctor additamenti, saepius augmentum negligunt. Vid. Boissonade ad Syntipam p. 176. — v. 43. post Ἀπεκρίθη add. οὖν cum vulg. — v. 44. ἐν τῇ αἰωνίῳ ζωῇ pro ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. — v. 45. τοῦ θεοῦ cum vulg. pro θεοῦ. Ibid. post Πᾶς sec. vulg. add. οὖν. — v. 51. εἰς τὰ αἰώνια pro εἰς τὸν αἰῶνα. — v. 54. om. καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. — v. 58. ὁ ἀληθὴς ἄρτος pro ὁ ἄρτος. Ibid. post οἱ πατέρες ὑμῶν sec. vulg. add. τὸ μάννα. — v. 62. deest. — v. 63. post τὰ ῥήματα add. μόνα. — v. 64. om. ᾔδει γὰρ - παραδώσων αὐτόν. — v. 68. sec. vulg. Ἀπεκρίθη οὖν. — v. 69. sec. vulg. ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος pro ὅτι σὺ εἶ ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ. — v. 70. om. καὶ ἐξ ὑμῶν κτλ. usque ad finem capitis. Eorum loco leguntur haec καθὼς ἐνετάχθη [sic] μοι, ὁπόταν ἐδέχθην τὴν ἐξουσίαν ἄνωθεν τοῦ διδάσκειν ἐν πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ δῶσαι ὑμῖν μετὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν δύναμιν, ἣν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ παρὰ τοῦ πνεύματος ἐν τῷ ναῷ, ὅπου διατηρεῖται ὁ ἄρτος τῆς αἰωνίου σοφίας. Pro ἐνετάχθη Muenterus indicavit in cod. scriptum esse ἐνετάχθη idque verbum a Graecismo

alienum esse notavit, cujus loco προςετάχθη debuerit scribi, et totam phrasin καθὼς ἐνετάχθη μοι ex imitatione Latinae *sicut injunctum est mihi* ortam esse suspicatus est. Mihi hoc esse videtur vitium scripturae pro ἐπετάχθη. Sequentia ὁπόταν ἐδέχθην pro ὁπότε ἐδεξάμην, sicut infra c. XVI. v. 13. ὅταν δεχθῆτε pro ὅταν δέξησθε infimam Graecitatem sapiunt. Etenim recentiores Graeci ὅταν et ὁπόταν ponunt et cum indicativo sic construunt, ubi de certa quadam actione praeterita sermo est. Vide Luedemanni *Lehrbuch der neugriechischen Sprache* pag. 106. Iidem aoristo pass. ἐδέχθην utuntur pro ἐδεξάμην. Exemplum habes in historiola apud Luedemannum l. l. p. 140. *Μὲ ἐδέχθη μὲ μεγάλην περιποίησιν, excepit me liberalissime.* Significatu passivo legitur idem aoristus in Chron. Alex. ann. 4. Justini Senioris: καὶ δεχθεὶς Τζάθιος παρὰ τοῦ βασιλέως Ἰουστίνου ἐφωτίσθη κτλ. Pro δῶσαι falso Muenterus δώσω. Est infinitivus aoristi, quem lingua vulgaris ἔδωκα et ἔδωσα formavit. Conf. Wineri Gramm. N. T. p. 73. et Luedemanni l. l. p. 68. Infra ad finem cap. XVII. legitur similis aoristus γνώσῃ.

Εὐαγγέλιον ζον.

Cap. VII. v. 1. καιρόν τινα pro μετὰ ταῦτα. — v. 2. init. γὰρ pro δὲ. — v. 8. om. ἐγὼ οὐκ ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην. Causa omissionis fortasse ὁμοιοτέλευτον. Eadem in pluribus codd. Gr. et Lat. ap. Wetst. et Griesb. desiderantur. — v. 14. vit. δίδασκε pro ἐδίδασκε. — v. 15. post μὴ μεμαθηκώς add. εἰ μὴ τὰ γράμματα τῶν Ἑλλήνων. — v. 16. Ἀπεκρίθη οὖν. (Male h. l. οὖν in ed. Griesb. Lips. omissum est.) Ibid. om. καὶ εἶπεν. — v. 18. ὁ γὰρ ζητῶν male pro ὁ δὲ ζητῶν. — v. 19. post ποιεῖ τὸν

νόμον add. ἔρχομαι οὖν ἵνα ἐπιστρέψω ὑμᾶς εἰς τὸν νόμον. Muenterus falso εἰς τὸν κόσμον. — v. 21. 22. θαυμάζετε. Διὰ τοῦτο Μωσῆς. Sic interpungunt haud pauci PP. apud Griesb. et Matth. — v. 31. om. σημεῖα τούτων. — v. 33. Ὅτι pro Ἔτι. — v. 34. vit. εὑρίσατε pro εὑρήσετε. — v. 35. εὑρίσομεν pro εὑρήσομεν. Ibid. μὴ πάλιν εἰς τοὺς Ἕλληνας μέλλει πορεύεσθαι; Reliqua καὶ διδάσκειν τοὺς Ἕλληνας omissa. — v. 37. πρὸς ἐμὲ cum Vatic. ap. Birch. pro πρός με. — v. 39. ὅτι ἡ ὥρα τῆς ἐνδοξάσεως τοῦ Ἰησοῦ οὐκ ἐλήλυθεν ἔτι pro ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη. Voc. ἐνδόξασις observante Muentero in lexicis non reperitur, ἐνδοξάζειν vero apud LXX. et ἐνδοξασμός apud Symmachum leguntur. — v. 41. Post Ἄλλοι om. δὲ. Id. om. plurimi. — v. 42. Δαβὶδ pro Δαυῒδ. — v. 53. οἶκον αὐτοῦ pro οἶκον αὑτοῦ. Sequentia verba vers. 1. capitis octavi Ὁ δὲ Ἰησοῦς (pro Ἰησοῦς δὲ) ἐπορεύθη εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν referuntur ad evangelium septimum. —

Εὐαγγέλιον η^ον.

Cap. VIII. v. 2. post πάλιν inserit Ἰησοῦς. Ibid. καθήσας pro καθίσας. — v. 3. ἐπὶ μοιχείᾳ pro ἐν μοιχείᾳ. Ibid. vitiose κατηλειμένην pro κατειλημμένην. — v. 4. ταύτην εὕρομεν ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχευομένην pro αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη. — v. 5. ἡμῶν Μωσῆς pro Μωσῆς ἡμῖν. — v. 6. κατηγορίαν κατ' αὐτοῦ pro κατηγορεῖν αὐτοῦ. Ibid. post εἰς τὴν γῆν add. μὴ προςποιούμενος. — v. 9. extr. om. ἐν μέσῳ ἑστῶσα. Al. habent ἐν μέσῳ οὖσα vel ἐν μέσῳ αὐτῶν. Codicem, qui haec prorsus omittat, nusquam indicatum vidi. — v. 10. om. Ἡ γυνή. — v. 11. ante μηκέτι add. ἀπὸ τοῦ νῦν. Varias scripturas in hac pericopa de adultera notatas codex noster omnes communes habet cum aliis libris mss. — v. 12. αὐτοῖς ὁ Ἰη-

σοῦς pro ὁ Ἰησοῦς αὐτοῖς. — v. 14. init. ὁ Ἰησοῦς. Ibid. sec. vulg. καὶ ποῦ pro ἢ ποῦ. — v. 16. ἀλλὰ ἐγὼ pro ἀλλ' ἐγώ. — v. 19. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς cum vulg. — v. 20. post ἐλάλησεν cum vulg. add. ὁ Ἰησοῦς. — v. 26. παρ' ὑμῖν λαλεῖν pro περὶ ὑμῶν λαλεῖν. — v. 28. sic Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἐν ὀλίγῳ γνώσεσθε, ὅς ἐγώ εἰμι· καὶ ἀπὸ ἐμαυτοῦ οὐ ποιῶ οὐδὲν κτλ. Omissa igitur sunt Ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. — v. 31. om. αὐτῷ post πεπιστευκότας. Ibid. μένητε pro μείνητε. — v. 35. Καὶ ὁ δοῦλος pro Ὁ δὲ δοῦλος. — v. 36. οὕτως pro ὄντως. — v. 37. καὶ ζητεῖτε pro ἀλλὰ ζητεῖτε. — v. 39. cum vulg. ἦτε pro ἐστε. — v. 40. ὅς ἐγὼ ἀλήθειαν pro ὅς τὴν ἀλήθειαν. — v. 42. cum vulg. Εἶπεν οὖν. Ibid. ἀπὸ ἐμαυτοῦ pro ἀπ' ἐμαυτοῦ. — v. 44. deest totus. — v. 45. init. om. δὲ ὅτι. — v. 46. εἰ δὲ cum vulg. pro εἰ. — v. 48. cum vulg. Ἀπεκρίθησαν οὖν. Ibid. om. Σαμαρείτης εἶ σὺ καί. — v. 49. ὁ Ἰησοῦς. — v. 50. ὁ ζῶν pro ὁ ζητῶν. — v. 52. τὸν λόγον τὸν ἐμὸν pro τὸν λόγον μου. Ibid. θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ pro οὐ μὴ γεύσηται θανάτου. Pariter Vatic. ap. Birch. θανάτου (leg. θάνατον) οὐ μὴ θεωρήσῃ. Etiam Ev. 32. ap. Griesb. — v. 54. ὁ Ἰησοῦς. Ibid. Ἐγὼ ἐὰν pro Ἐὰν ἐγώ. — v. 55. καὶ οὐκ ἐγνώκατε αὐτόν· ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτὸν omissa sunt. — v. 58. ἐγὼ ἤμην πρὸ Ἀβραάμ pro πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. — v. 59. post ἐκ τοῦ ἱεροῦ cum vulg. add. διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρῆγεν οὕτως. —

Εὐαγγέλιον θον.

Cap. IX. v. 1. Ὁ Ἰησοῦς εἶδεν pro καὶ παράγων εἶδεν. — v. 2. vit. om. οἱ ante γονεῖς. — v. 7. om. ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος. — v. 8. τυφλὸς cum vulg. pro

προςαίτης. Ibid. om. ἔλεγον haud dubie ex incuria librarii. — v. 10. vit. ἀνανεώχθησαν pro ἀνεῴχθησαν. — v. 11. εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωὰμ cum vulg. pro εἰς τὸν Σιλωάμ. — v. 13. εἰς τοὺς Φαρισ. pro πρὸς τοὺς Φαρισ. Passim in PP. scriptis praep. εἰς loco praep. πρός ponitur, velut Theodoreti Tom. III. p. 716. ed. Hal. Saepissime vero a Graecis hodiernis sic usurpatur. — v. 14. ἐπέθηκεν pro ἐποίησεν. — v. 15. ἀνέβλεψε pro ἀνέβλεψεν. Ibid. ἐπέθηκέ μοι pro ἐπέθηκέ μου. Vid. Griesb. — v. 17. Λέγουσιν οὖν cum Vatic. aliisque. A versu 22. usque ad finem capitis codex vix legi potest, sed cum textu Griesbachiano consentire videtur in apographo. Duae tantummodo lectiones variantes observantur v. 28., ubi post Ἐλοιδόρησαν add. οὖν et v. 39. ubi post εἶπεν add. αὐτῷ.

Εὐαγγέλιον ιον.

Cap. X. v. 1. Ὁ Ἰησοῦς συναπαντήσας πάλιν τοὺς Φαρισαίους, οὗτοι ἔλεγον αὐτῷ· Πῶς ἀπεστάλθης παρὰ τοῦ θεοῦ; Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν ἀμὴν κτλ. De nominativis absolutis Ὁ Ἰησοῦς συναπαντήσας vid. ad cap. II, 8. Conf. XIII, 27. et XV, 1. Eodem modo Graeci hodierni semper nominativum absolutum ponunt loco casuum obliquorum. E. c. μισεύοντας ἐγὼ ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν ἔπεσεν ἡ στέγη τοῦ σπιτιοῦ σου, *discedente me ab ecclesia cecidit tectum tuae domus.* Conf. Sim. Portii l. l. p. XXXVIII. et Luedemannum l. l. p. 108. Falsam verbi συναπαντᾷν cum accus. constructionem Muenterus componit cum Latina phrasi *convenire aliquem.* Vid. not. ad c. VI. v. 21. Aoristo ἐστάλθην pro ἐστάλην recentiores Graeci utuntur. Vid. Luedemanni l. l. p. 71. — v. 6. om. ἦν, ἃ. Plures versa. ibi om.

τίνα ἦν. — v. 7. αὐτοῖς πάλιν pro πάλιν αὐτοῖς. — v. 8. cum multis codd. om. πρὸ ἐμοῦ. — v. 9. om. καὶ ἐξελεύσεται. — v. 17. καὶ ἐγὼ pro ὅτι ἐγώ. — v. 18. ἀπὸ ἐμοῦ pro ἀπ' ἐμοῦ. — v. 22. om. τοῖς ante Ἱεροσολύμοις. — v. 24. Σολομῶντος pro Σολομῶνος. — v. 26. Verba καθὼς εἶπον ὑμῖν ad h. versum trahit, ut puncto a sequentibus distinguenda sint. Conf. Griesb. — v. 34. deest ὑμῶν post νόμῳ. — v. 38. om. ὁ ante πατήρ. —

Εὐαγγέλιον ιαον.

Cap. XI. v. 1. ἐκ Βηθανίας pro ἀπὸ Βηθανίας. Ibid. αὐτοῦ pro αὐτῆς. Sic unus cod. n. apud Matth. p. 196. Similiter aliquot codd. Lat. ap. Blanch. et Sab. *sororum ejus*. — v. 7. post τοῖς μαθηταῖς add. αὐτοῦ. — v. 9. om. male Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς. Ibid. ὧραί εἰσι pro εἰσιν ὧραι. — v. 13—16. Εἰρήκει δὲ — ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ desunt. — v. 17. δὲ pro οὖν. — v. 19. περὶ τὴν Μάρθαν. — v. 20. cum vulg. ὅτι ὁ Ἰησοῦς. — v. 23. sic Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ὁ ἀδελφός σου ὑπνώτει. Εἶπον ἅπαντες· Ἀπέθανεν. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Εἰ μέντοι ἀπέθανεν, ἀναστήσεται. Pro vit. ὑπνώτει Muenterus scripsit ὑπνωται, quod non legitur in codice. Haud dubie scribendum est ὑπνώττει pro ὑπνώσσει, *dormit*. — v. 24. om. ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. — v. 25. init. Καὶ εἶπεν. — v. 38. ἔκειτο pro ἐπέκειτο. — v. 41. post τὸν λίθον cum vulg. add. οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος. — v. 43. init. om. Καί. — v. 44. Καὶ εὐθὺς ὁ τεθνηκὼς ἐσάλευσε pro Ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκώς. Voculas Καὶ εὐθὺς etiam cod. D. habet et codd. Lat. reddunt. Muenterus ad h. l. notavit: *Inusitatior est verbi σαλεύειν usus, sed in Simonis Portii dictionario Latino - Graeco - Barbaro et Literali (Paris. 1635.) relatum*

video inter Graeca Ῥωμαϊκά, quod sit idem ac κινεῖ. Equidem non video hujus adnotationis causam. Nam verbum σαλεύειν, quod proprie dicitur de navi ventorum et fluctuum vi agitata vel de mari procelloso, saepius translatum legitur ad quemvis motum praecipue vehementiorem indicandum, ut idem fere sit, quod κινεῖν; quocum etiam passim copulatur velut a Theodoreto in Ps. IX. Opp. Tom. I. p. 667. ed. Hal. τὴν γλῶσσαν οὐ κινεῖ καὶ σαλεύει. Hoc autem loco verbum neutrum est, nec ejusdem significatus, quo κινεῖσθαι. Indicat potius incessum Lazari manus pedesque fasciis vincti impeditum et vacillantem, sicut in Xenophontis Cyrop. lib. II. c. 4. §. 6. idem verbum fastuosi hominis incessum mollem pingit. Vid. Schneider. ad h. l. — v. 45. post τὴν Μαρίαν add. καὶ Μάρθαν. Ibid. post ἐποίησεν add. ὁ Ἰησοῦς cum vulg.

Εὐαγγέλιον ιβον.

Cap. XII. v. 1. init. om. οὖν. Ibid. ὅπου ἀνέστησε Λάζαρον ἐκ τοῦ τάφου pro ὅπου ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκὼς, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. — v. 9. om. ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. — v. 12. ὁ Ἰησοῦς. — v. 14. 15. et 16. desunt. — v. 17. sic Ἐμαρτύρησαν οὖν οἱ ὄντες μετ' αὐτοῦ, ὅτι τὸν Λάζαρον ἤγειρεν ἐκ τῶν νεκρῶν. — v. 18. ὅτι ἤκουσεν, αὐτὸν πεποιηκέναι ἓν σημεῖον pro ὅτι ἤκουσαν τοῦτο αὐτὸν πεποιηκέναι τὸ σημεῖον. Haud dubie ἓν σημεῖον idem quod σημεῖόν τι. Conf. ad cap. I. v. 13. — v. 26. ἐγὼ εἰμὶ pro εἰμὶ ἐγώ. Ibid. sec. vulg. add. καὶ ante ἐάν τις. — v. 27. post Νῦν add. οὖν. — v. 28. add. ἡ ante ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. — v. 30. ἡ βροντὴ γέγονεν pro ἡ φωνὴ γέγονεν. — v. 31. om. prius τούτου. — v. 33. deest. — v. 34. om. ὅτι ante δεῖ. — v. 35. sec. vulg. μεθ' ὑμῶν pro ἐν ὑμῖν. —

v. 38. om. καὶ ante ὁ βραχίων. — v. 47. οὐκ ἀκούσῃ pro μου ἀκούσῃ. Similiter quinque codd. ap. Matth. ἐάν τίς μου μὴ ἀκούσῃ. Sed fortasse in nostro textu nonnisi scripturae vitium est. — v. 50. om. καὶ οἶδα, ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστιν. —

Εὐαγγέλιον ιγον.

Cap. XIII. v. 3. post εἰδὼς add. δὲ. Ibid. om. ὁ πατὴρ, deinceps πρὸς θεὸν pro πρὸς τὸν θεόν. — v. 6—11. Ἔρχεται οὖν — καθαροί ἐστε desunt. — v. 15. δέδωκα pro ἔδωκα. — v. 18. deest. — v. 23. om. ἐκ ante τῶν μαθητῶν. — v. 26. βάψω τὸ ψωμίον καὶ ἐπιδώσω pro βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω. Similiter B. C. L. et Orig. βάψω τὸ ψωμίον καὶ δώσω αὐτῷ. Origenis locos laudat Matthaeius. Ibid. δέδωκε pro δίδωσιν. — v. 27. Καὶ λαβὼν τὸ ψωμίον ὁ Ἰούδας, λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὃ ποιεῖς κτλ. — v. 29. καὶ λέγει pro ὅτι λέγει. — v. 30. Λαβὼν δὲ pro Λαβὼν οὖν. Ibid. om. ἐκεῖνος. —

Εὐαγγέλιον ιδον.

Cap. XIII. v. 30. post Ὅτε add. Ἰούδας. — v. 33. ὑπάγω ἐγὼ sec. vulg. pro ἐγὼ ὑπάγω. — v. 35. om. ἐν ante ἀλλήλοις fortasse errore scribae. Continuo sequuntur haec καὶ ὑπέστρεψεν Ἰούδας, ὅπου ἦν ὁ Ἰησοῦς. Ἰησοῦς δὲ ἀκολουθῶν λέγει· Μὴ ταρασσέσθω κτλ., uti leguntur cap. XIV. v. 1. Nam v. 36. 37. et 38. desunt. — Cap. XIV. v. 10. om. ὑμῖν post λαλῶ. — v. 11. post ἐν ἐμοὶ cum vulg. add. ἐστιν. — v. 13. post ὅ,τι ἂν αἰτήσητε add. τῷ πατρί μου. Nota falsam verbi αἰτεῖν cum dat. constructionem. Fortasse hoc additamentum e vers. vulg. Quanquam etiam cod. reg. ap. Griesb. 33. habet τὸν πατέρα. — v. 17. extr. ἐν ὀλίγῳ add. ante ἔσται. — v. 18. om. ἔρχο-

μαι πρὸς ὑμᾶς. — v. 21. *ἀγαπήσεται* pro *ἀγαπηθήσεται*. — v. 22. *ὁ Ἰούδας*. Ibid. om. *καὶ* ante *τί* et *ὑμῖν* pro *ἡμῖν* scriptum. — v. 23. sec. vulg. *ὁ Ἰησοῦς*. Ibid. om. *τὸν* ante *λόγον*. Pro *ἐλευσόμεθα* et *ποιήσομεν* scriptum *ἐλεύσομαι* et *ποιήσομαι*. Eadem dat cod. D. — v. 26. *ὁ πατήρ μου δι' ἐμοῦ* pro *ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου*. Ibid. *ὅσα εἶπον* pro *ἃ εἶπον*. — v. 27. *τὴν εἰρήνην τὴν ἐμὴν* pro *εἰρήνην τὴν ἐμήν*. — v. 28. *ὅτι εἶπον· πορεύομαι* sec. vulg. pro *ὅτι πορεύομαι*. Ibid. *καὶ ὁ πατὴρ* pro *ὅτι ὁ πατήρ*. — v. 31. init. om. *Ἀλλ'*. Ibid. post *ἐντεῦθεν* additur tanquam clausula lectionis *καὶ ἐξῆλθον*. —

Εὐαγγέλιον ιε^ον^.

Cap. XV. v. 1. *Περιπατήσαντες οὖν καιρόν τινα, στρέψας πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς· Ἀκούσατε ἃ λέγω ὑμῖν· ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος κτλ.* Nota *στρέψας* pro *στραφείς*. — v. 6. add. *τὸ* ante *πῦρ*. — v. 9. *ἀγαπήσω* pro *ἠγάπησα*. — v. 14. om. *ἐγὼ* ante *ἐντέλλομαι*. — v. 15. om. *αὐτοῦ* ante *ὁ κύριος*. Ibid. *λέγω* pro *εἴρηκα*. In fine post *ἐγνώρισα ὑμῖν* add. *καὶ δώσω ὑμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅ ἐστι τὸ πνεῦμά μου ὡςεὶ* (cod. *ὡς εἰ*) *τὸ πνεῦμα τοῦ πατρός μου*. — v. 20. om. *μείζων*. — v. 22. post *νῦν δὲ* add. *καί*. — v. 26. sic *Ὅταν δὲ ὁ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, καὶ ὅπερ δώσω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρός μου, ἔλθῃ ἐν ὑμῖν, οὗτος* (cod. *οὗτο*) *μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ*. — v. 27. ad finem add. *Τότε ὁ Ἰησοῦς ἔπεσεν εἰς μεγάλην λύπην*. Conf. cap. XVI. init. —

Εὐαγγέλιον ις^ον^.

Cap. XVI. v. 1. *Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς ἑαυτὸν λέγει· Ταῦτα λελάληκα κτλ.* Respice verba ultima capitis prae-

cedentia. — v. 2. καὶ ἔρχεται pro ἀλλ' ἔρχεται. — v. 5. cum vulg. add. ὑμῖν post ποιήσουσιν. — v. 7. et 8. pro Ἐὰν γὰρ — ἐλέγξει haec habet Ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέρχομαι, ὁ παράκλητος οὐκ ἔλθῃ παντελῶς εἰς ὑμᾶς· ἀλλ' ἐλεύσεται ἐν ὑμῖν, ἐπειδὴ ἐγὼ ὑπάγω, ἐλέγξει κτλ. Fortasse ante ἐλέγξει inserendum καί. Muenterus prima verba v. 8. Καὶ ἐλθὼν ἐκεῖνος relinquit intacta. Sed in nostro collationis apographo deleta sunt. — v. 11. init. καὶ περὶ pro περὶ δέ. — v. 12. εἶχον pro ἔχω. — v. 13. sic Ὅταν δεχθῆτε τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὅπερ ἐστὶ τὸ πνεῦμά μου, ὁδηγήσει ὑμᾶς κτλ. De v. δεχθῆτε vid. not. ad c. VI. v. 70. — v. 15. post ἐμά ἐστι add. καὶ πᾶν ὃ ἔχω τῷ πνεύματί ἐστι. Omissa sunt Διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. — v. 19. init. post Ἔγνω sec. vulg. add. οὖν. — v. 25. sec. vulg. ἀλλ' ἔρχεται ἡ ὥρα pro ἔρχεται ὥρα. Ibid. om. ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν. — v. 28. vit. ἐλύλυθα. — v. 33. ἐν ὑμῖν pro ἐν ἐμοί. Memorabilem hanc scripturam Matthaeius in unico cod. Moscov. lit. x. signato deprehendit. —

Εὐαγγέλιον ιζον.

Cap. XVII. v. 2. post δώσῃ male om. αὐτοῖς. — v. 3. sic Αὕτη δὲ ἡ ζωὴ συνίσταται τοῦ ζῆν ἐν σοί, ἐν τῷ υἱῷ σοῦ καὶ ἐν τῷ πνεύματι, παρ' οὗ γνωρίζομεν (cod. γνωρίζωμεν,) καὶ ἐγνωρίσθημεν. Muenterus verba priora obscura esse observat eaque poni putat pro αὕτη δέ ἐστιν ἡ ζωὴ τὸ ζῆν. Συνίσταται vero esse Latinorum *constat*. Nobis errore scribae omissa videtur praepositio ἐκ ante τοῦ ζῆν, vel scribendum ἐν τῷ ζῆν. Saepius legitur συνίστασθαι ἐκ τινός, *oriri ex aliqua re*. Interpretamur igitur locum sic: *Haec autem vita* (sc. aeterna, vere beata)

oritur ex eo sive constat eo, quod vivamus in te, in filio tuo et in spiritu, a quo cognoscimus et cogniti sumus. Deus scilicet, quatenus est vel dicitur *πνεῦμα*, fons est omnis *ἀληθείας* et *γνώσεως* idemque *καρδιογνώστης*. Ad phrasin *γνωρίζειν παρά τινος* conf. 2 Tim. III, 14. Act. XXIV, 8. De verbis passivis cum praep. *παρά* compositis vid. Bastius ep. crit. p. 156. et 235. — v. 5. *ἣν εἶχον* pro *ᾗ εἶχον*. Ibid. loco verborum *πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι* dat *αἰωνίως*. Mireris Muenterum scripturam *ἣν εἶχον*, *quam habui*, inter Latinismos referre. Est hoc documentum imperitiae et temeritatis scribae textum Joanneum corrigere gestientis. — v. 12. om. *ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ*. — v. 13. *παρά σε* pro *πρός σε*. Hic quoque Muenterus sibi visus est deprehendere Latinismum *παρά σε ἔρχομαι*, *ad te venio*. Sed frustra. Passim *πρός* et *παρά* confunduntur ab imperitis scribis. Conf. Bastius in Comment. palaeogr. p. 837. et 934. — v. 21. add. *καὶ* ante *καθὼς*. — v. 24. *δέδωκας* pro *ἔδωκας*. Ibid. *ἀπ' ἀρχῆς* pro *πρὸ καταβολῆς κόσμου*. — v. 25. om. *καὶ* ante *ὁ κόσμος*. — v. 26. ad finem post *ἐν αὐτοῖς* haec addita leguntur: *ὑψώσας δὲ τὰς χεῖρας εἶπεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· ἰδοὺ ὅτι ἡ ὥρα ἦλθε τοῦ πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατὴρ πιεῖν. ἀπέρχομαι πρὸς τὸν πατέρα μου τὸν πέμψαντά με — καὶ λέγω ὑμῖν πάλιν, πέμπω ὑμᾶς, τηρεῖτε τὰς ἐντολάς μου — διδάξετε* (scr. *διδάξατε*) *ὃ ἐδίδαξα ὑμᾶς· ἵνα ὁ κόσμος γνώσῃ* (sic pro *γνῷ*) *αὐτό· διὰ τοῦτο λάβετε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἂν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, ἂν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. — ἠκούσατε ὃ εἶπον ὑμῖν· οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· ὁ παράκλητός ἐστιν ἐν ὑμῖν, διδάξετε* (scr. *διδάξατε*) *ἐν τῷ παρακλήτῳ — καθὼς ὁ πατήρ μου ἀπέστειλέ με, οὕτως ἀποστέλλω ὑμᾶς — ἀμὴν λέγω ὑμῖν,*

αὐτὸς εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. ἀλλ' Ἰωάννης ἔσται ὁ πατὴρ ὑμῶν· ἕως ὅτου ἔλθῃ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ. καὶ ἔχρισεν αὐτοὺς ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Typis describenda haec dedimus sicut in codice leguntur scripta et distincta. Nonnisi accentus aliquot omissos superscripsimus et falso positos correximus. Pro ὑψοῦν τὰς χεῖρας Luc. XXIV, 50. et 1 Tim. II, 8. legitur ἐπαίρειν τὰς χεῖρας, et in patrum scriptis τὰς χεῖρας ἐκτείνειν vel αἴρειν εἰς τὸν οὐρανόν. Illam phrasin vix alibi reperias. Sequentia maximam partem ex evangelio Joannis desumta sunt. Vide modo XVIII, 11. et XX, 23. et 21. Ad ultima verba καὶ ἔχρισεν κτλ. conf. Act. X, 31.

Εὐαγγέλιον ιηον.

Cap. XVIII. v. 1. sec. vulg. τῶν Κεδρὼν (fort. κέδρων) pro τοῦ Κεδρὼν. — v. 2. et 3. Ἰούδας εἰδὼς αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ἀπῆλθε πάλιν, καὶ λαβὼν μετ' αὐτοῦ τὴν σπεῖραν καὶ ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας ἐπανέρχεται μετὰ φανῶν κτλ. Notandum h. l. est, quod in isto codice supra cap. XIII. extr. Judas dicitur ad Jesum rediisse. Quare fortasse εἰδὼς pro ἰδὼν positum *cum videret*, quae verba etiam a scribis saepe confunduntur ex usu recentiorum Graecorum, quibus εἶδα est aoristus verbi βλέπω. In textu vulgato sane legitur ᾔδει δὲ καὶ Ἰούδας, ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, τὸν τόπον. Inde si εἰδὼς est *cum sciret*, supplendum post αὐτὸν part. ὄντα vel εἶναι. — v. 8. ὁ Ἰησοῦς. Ibid. ἄφετε αὐτοὺς pro ἄφετε τούτους. Sic etiam tres codd. ap. Matth. — v. 10. et 11. desunt. — v. 13. ὑπήγαγον pro ἀπήγαγον. Ibid. Ἄννα pro Ἄνναν. — v. 15. om. ὁ ante ἄλλος. — v. 16. τῷ θυρωρῷ pro τῇ θυρωρῷ. — v. 17. om. Μὴ ante καὶ σύ. In fine pro signo interrogandi punctum ponitur. — v. 20. ἐν τῇ συναγωγῇ. Ibid ὅπου πάντοτε sec. vulg. pro ὅπου πάν-

oritur ex eo sive constat eo, quod vivamus in te, in filio tuo et in spiritu, a quo cognoscimus et cogniti sumus. Deus scilicet, quatenus est vel dicitur πνεῦμα, fons est omnis ἀληθείας et γνώσεως idemque καρδιογνώστης. Ad phrasin γνωρίζειν παρά τινος conf. 2 Tim. III, 14. Act. XXIV, 8. De verbis passivis cum praep. παρά compositis vid. Bastius ep. crit. p. 156. et 235. — v. 5. ἣν εἶχον pro ᾗ εἶχον. Ibid. loco verborum πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι dat αἰωνίως. Mireris Muenterum scripturam ἣν εἶχον, *quam habui*, inter Latinismos referre. Est hoc documentum imperitiae et temeritatis scribae textum Joanneum corrigere gestientis. — v. 12. om. ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ. — v. 13. παρά σε pro πρός σε. Hic quoque Muenterus sibi visus est deprehendere Latinismum παρά σε ἔρχομαι, *ad te venio.* Sed frustra. Passim πρός et παρά confunduntur ab imperitis scribis. Conf. Bastius in Comment. palaeogr. p. 837. et 934. — v. 21. add. καὶ ante καθώς. — v. 24. δέδωκας pro ἔδωκας. Ibid. ἀπ' ἀρχῆς pro πρὸ καταβολῆς κόσμου. — v. 25. om. καὶ ante ὁ κόσμος. — v. 26. ad finem post ἐν αὐτοῖς haec addita leguntur: ὑψώσας δὲ τὰς χεῖρας εἶπεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· ἰδοὺ ὅτι ἡ ὥρα ἦλθε τοῦ πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατὴρ πιεῖν. ἀπέρχομαι πρὸς τὸν πατέρα μου τὸν πέμψαντά με — καὶ λέγω ὑμῖν πάλιν, πέμπω ὑμᾶς, τηρεῖτε τὰς ἐντολάς μου — διδάξετε (scr. διδάξατε) ὃ ἐδίδαξα ὑμᾶς· ἵνα ὁ κόσμος γνώσῃ (sic pro γνῷ) αὐτό· διὰ τοῦτο λάβετε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. — ἠκούσατε ὃ εἶπον ὑμῖν· οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· ὁ παράκλητός ἐστιν ἐν ὑμῖν, διδάξετε (scr. διδάξατε) ἐν τῷ παρακλήτῳ — καθὼς ὁ πατήρ μου ἀπέστειλέ με, οὕτως ἀποστέλλω ὑμᾶς — ἀμὴν λέγω ὑμῖν,

σῦν εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. ἀλλ' Ἰωάννης ἔσεται ὁ πατὴρ ὑμῶν· ἕως ὅτου ἔλθῃ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ. καὶ ἔχρισεν αὐτοὺς ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Typis describenda haec dedimus sicut in codice leguntur scripta et distincta. Nonnisi accentus aliquot omissos superscripsimus et falso positos correximus. Pro ὑψοῦν τὰς χεῖρας Luc. XXIV, 50. et 1 Tim. II, 8. legitur ἐπαίρειν τὰς χεῖρας, et in patrum scriptis τὰς χεῖρας ἐκτείνειν vel αἴρειν εἰς τὸν οὐρανόν. Illam phrasin vix alibi reperias. Sequentia maximam partem ex evangelio Joannis desumta sunt. Vide modo XVIII, 11. et XX, 23. et 21. Ad ultima verba καὶ ἔχρισεν κτλ. conf. Act. X, 31.

Εὐαγγέλιον ιηον.

Cap. XVIII. v. 1. sec. vulg. τῶν Κεδρῶν (fort. κέδρων) pro τοῦ Κεδρών. — v. 2. et 3. Ἰούδας εἰδὼς αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ἀπῆλθε πάλιν, καὶ λαβὼν μετ' αὐτοῦ τὴν σπεῖραν καὶ ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας ἐπανέρχεται μετὰ φανῶν κτλ. Notandum h. l. est, quod in isto codice supra cap. XIII. extr. Judas dicitur ad Jesum rediisse. Quare fortasse εἰδὼς pro ἰδὼν positum *cum videret*, quae verba etiam a scribis saepe confunduntur ex usu recentiorum Graecorum, quibus εἶδα est aoristus verbi βλέπω. In textu vulgato sane legitur ᾔδει δὲ καὶ Ἰούδας, ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, τὸν τόπον. Inde si εἰδὼς est *cum sciret*, supplendum post αὐτὸν part. ὄντα vel εἶναι. — v. 8. ὁ Ἰησοῦς. Ibid. ἄφετε αὐτοὺς pro ἄφετε τούτους. Sic etiam tres codd. ap. Matth. — v. 10. et 11. desunt. — v. 13. ὑπήγαγον pro ἀπήγαγον. Ibid. Ἄννα pro Ἄνναν. — v. 15. om. ὁ ante ἄλλος. — v. 16. τῷ θυρωρῷ pro τῇ θυρωρῷ. — v. 17. om. Μὴ ante καὶ σύ. In fine pro signo interrogandi punctum ponitur. — v. 20. ἐν τῇ συναγωγῇ. Ibid ὅπου πάντοτε sec. vulg. pro ὅπου πάν-

τερ. — v. 22. Ταῦτα καὶ pro Ταῦτα δὲ. — v. 23. τί με vitiose pro τί με. — v. 25. post Ἠρνήσατο cum Theophylacto aliisque add. οὖν. — v. 26. om. συγγενὴς ὢν οὗ ἀπέκοψε Πέτρος τὸ ὠτίον. — v. 27. om. καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησεν. — v. 30. παραδεδώκαμεν pro παρεδώκαμεν. — v. 31. om. αὐτῷ ante οἱ Ἰουδαῖοι. — v. 32. deest. — v. 36. ὁ Ἰησοῦς. — v. 37. post Σὺ λέγεις add. ἀφ' ἑαυτοῦ. Conf. v. 34.

Εὐαγγέλιον ιθον.

Cap. XIX. v. 1. Ὁ Πιλάτος ἀκούσας ὃ ἐζήτουν οἱ Ἰουδαῖοι, φοβηθεὶς ἔλαβε τὸν Ἰησοῦν καὶ ἐμαστίγωσε. — v. 4. Ἐξῆλθεν οὖν. — v. 12. vitiose Καίσσαρος et Καίσσαρι. — v. 13. εἰς τὸν τόπον pro εἰς τόπον. Ibid. Γαβαθᾶ pro Γαββαθᾶ. — v. 16. extr. ἀπήγαγον sec. vulg. pro ἤγαγον. — v. 19. verba Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων majusculis literis uncialibus in cod. scripta sunt. — v. 21. add. ὅτι ante βασιλεύς εἰμι. Pariter unicus cod. ap. Matth. — v. 24. om. Ἵνα ἡ γραφὴ — κλῆρον. — v. 26—30. loco verborum λέγει τῇ μητρὶ — παρέδωκε τὸ πνεῦμα haec tantum habet λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ· Οὐ κλαίεις· ἐπιστρέφω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ἰδοὺ ὁ υἱός σου· οὗτος τηρήσει τόπον ἐμόν. Εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ· Ἰδοὺ ἡ μητήρ σου. Εἶτα κύψας τὴν κεφαλὴν παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Falso scripsit Οὐ κλαίεις. Debebat scribere aut μὴ κλαῖε vel μὴ κλαύσῃς, aut certe οὐ κλαύσῃ vel ex usu scriptorum N. T. οὐ κλαύσεις. Nam vix verba illa textus sic possunt accipi: *Non lacrymaris: recte hoc facis. Ego enim revertor* etc. Phrasin τόπον τηρεῖν Muenterus recenset inter Latinismos. Sed in scriptoribus Graecis mediae et infimae aetatis saepius reperitur ea, unde τοποτηρητής, *vicarius*, et τοποτηρησία, *vicariatus* et *legatio*, et verbum composi-

tum τοποτηρεῖν. Itaque etsi phrasis ex imitatione Latinae *locum tenere* orta sit, non tamen poterit ex ejus usu colligi, interpolatorem fuisse hominem Latinum. — v. 35—37. desunt. — v. 38. init. om. δὲ. Ibid. om. *καὶ ἐπέτρεψεν ὁ Πιλάτος. Ἦλθεν οὖν καὶ ἦρε τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.* — v. 40. *ἐν ὀθονίοις* pro *ὀθονίοις*. Versui 42. subjungitur clausula: *Ἰωάννης ὁ μαθητὴς, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, μαρτυρεῖ περὶ τῆς ἀληθείας τούτου τοῦ γράμματος, ὅπως ὑμεῖς πιστεύσητε καὶ διδάξητε.* — Δ

Δ Δ Δ

Explicit Evangelium Johannis.

LIBER S. JOANNIS APOCRYPHUS [1]).

Ego, Johannes frater vester, particeps in tribulatione, et in regno caelorum ut essem particeps, cum recubuissem

1) Quod supra p. 836. commemoravimus opusculum Pseudo-Joanneum, ex Actis Inquisitionis Carcassonensis a Dominicano Jo. Benoist in *Histoire des Albigeois* etc. Tom. I. p. 283—296. editum, id hoc loco visum est denuo viris doctis offerre. Rarissima sunt in Germania istius Historiae exemplaria. Quapropter a plerisque, qui recentiori aetate de haeresi Catharorum disseruerunt, libellum illum apocryphum ignoratum videmus. Quamquam is propter primae editionis raritatem jam in utilissima collectione: *Fortgesetzte Sammlung von alten und neuen theologischen Sachen* a. 1734. p. 703—713. iterum typis descriptus est. Ad illustrandam originem et historiam libelli, de quo nemo hactenus disquisivit, plurimum conferunt, quae in manuscripto exemplari notata fuisse traduntur verba: *Hoc est secretum Haereticorum de Concorezio portatum de Bulgaria a Nazario, suo episcopo, plenum erroribus.* Haud dubie haec sunt verba catholici viri, sed fide digni. Primum enim ea traditio confirmatur testimonio Raineri *contra Waldenses* cap. VI. Biblioth. PP. Max. Tom. XXV. p. 271., ubi de propriis opinionibus ecclesiae Concorezensis agit et hujus Nazarii mentionem facit. *Quidam vero*, inquit, *episcopus eorum et antiquissimus Nazarius coram me Rinhero et multis aliis dixit pluries, quod Beata Virgo fuerit angelus, et quod Christus non assumsit humanam naturam, sed angelicam sive corpus coeleste; et dixit, quod habuerit hunc errorem ab Episcopo et Filio Majore ecclesiae Bulgariae jam fere elapsis annis LX.* Deinde doctrina libelli cum dogmatibus Concorezensium peculiaribus concordat, quae cum dogmatibus Albanensium et Bagnolensium composita praeter Rainerum recenset Peregrinus Priscianus a Muratorio in Antiquitatibus Ital. medii aevi Tom. V. p. 93. editus et a Fuesslinio in libro: *Kirchen- und Ketzerhistorie der mittlern*

supra pectus Domini nostri Jesu Christi, et dixi: Domine, quis est qui tradet te? Et respondens dixit: Qui intingit manum mecum in catino. Tunc introivit in eum Satanas et quaerebat, ut traderet me. Et dixi: Domine, antequam Satanas caderet, in qua gloria persistebat apud patrem tuum? Et dixit mihi: In tali gloria erat, quod ordinabat virtutes caelorum: ego autem sedebam apud patrem meum. Ipse erat ordinans omnem imitatorem patris, et descendebat de coelo in infimum et ascendebat ab infimis usque ad thronum invisibilis patris. Et observabat gloriam, quae erat moventis coelos, et cogitavit sedem suam ponere super nubes coelorum et volebat altissimo similis esse. Et cum descendisset in aërem, ad angelum aëris dixit: aperi mihi portas aëris, et aperuit ei portas aëris. Et petens deorsum invenit angelum, qui tenebat aquas, et dixit ei:

Zeit Tom. II. p. 315. sqq. illustratus. Denique etiam reperiuntur, ex quibus conjicias, libellum sive doctrinae formulas, quas continet, ab ecclesia Catharorum Bulgariae et Graeciae, h. e. a Bogomilorum reliquiis, originem traxisse. Potiora quaedam deinceps ad singulos locos adscribemus. Fortasse etiamnum Graecum hujus opusculi exemplar exstat. Nam inter Graecos codices mss, qui olim apud Nanios, Patricios Venetos, asservati et postea in Biblioth. S. Marci translati sunt, codex chartaceus sec. XVI. num. CXXVIII. continet *narrationem apocrypham de interrogationibus S. Joannis et responsionibus Christi Domini*, cujus initium: *Προσελθὼν ὁ ἅγιος Ἰωάννης τῷ κυρίῳ εἶπεν.* Vid. Jo. Aloys. Mingarelli Catalogum Bonon. a. 1784. editum p. 298. De ementito opusculi auctore Joanne ab illis haereticis prae reliquis Apostolis honorato diximus supra p. 832. sqq. Hac vero de editione nostra id praecipue monendum habemus, nos interpunctionem permultis locis correxisse, quae tam perversa erat, ut textus vix intelligi posset. Vitia scriptoris grammatica emendare nostrum non fuit. Haec igitur intacta reliquimus, velut *blandiendo angelos*, *tremebit*, *laci* pro *lacus* aliaque. Passim in ipso textu conjecturas posuimus parentheseos notis distinctas. Adnotationibus partim locos aliquot obscuriores illustravimus, partim consensum auctoris cum ecclesia Concorezensi et Bogomilorum secta commonstravimus.

aperi mihi portas aquarum, et aperuit ei. Et transcendens invenit universam faciem terrae coopertam aquis. Et transcendens subtus terram invenit duos pisces jacentes super aquas, et erant sicut boves juncti ad arandum, tenentes totam terram invisibilis patris praecepto ab occasu usque ad solis ortum. Et cum descendisset, invenit nubes pendentes, tenentes pelagum maris. Et cum descendisset deorsum, invenit suum ossop, quod est genus ignis, et postea non potuit descendere deorsum propter flammam ignis ardentis. Et reversus est Satanas retrorsum, et replevit semitas, et introivit ad angelum aëris et ad eum, qui super aquas erat, et dixit eis: haec omnia mea sunt; si audieritis me, ponam sedem meam in nubibus et ero similis altissimo, et tollens aquas de superiori firmamento isto caetera loca maris congregabo, et post hoc non erit aqua super faciem universae terrae, et regnabo vobiscum in secula seculorum. Et haec dicens angelus (*fort.* angelis) ascendit ad caeteros angelos usque ad quintum coelum, et ita dicebat ad singulos; quantum debes domino tuo? Ipse dixit centum choros (coros) tritici. Et dixit ei: accipe calamum et atramentum, et scribe sexaginta. Et aliis dixit: et tu quantum debes domino tuo? Qui respondit, centum cados olei. Et dixit: sede et scribe quinquaginta. Et ascendens ad omnes caelos ita dicebat usque ad quintum coelum, blandiendo angelos invisibilis patris. Et exivit vox de throno patris dicens: quid facis, negator patris, seducens angelos; factor peccati, cito fac quod excogitasti. Tunc praecepit pater angelis suis dicens: tollite vestimenta eorum. Et tulerunt vestimenta eorum angeli et thronos eorum et coronas eorum, (*fort. add.* et haec eripuerunt) omnibus angelis, qui eum audierunt [2]. Et interrogavi Dominum: Quando Sa-

2) Quae Dominus h. l. Joannem docet de statu originali et lapsu diaboli deque corruptione angelorum, *imitatorum patris,*

tanas cecidit, in quo loco habitavit? Et respondit mihi: Pater meus transfiguravit eum propter superbiam suam, et ablatum est lumen ab eo, et facta est facies ejus sicut ferrum calefactum, fuitque facies ejus sicui tota (*fort.* tota sicut) hominis; et traxit cum cauda tertiam partem angelorum dei, et projectus est de sede dei et de villicatione coelorum. Et descendens Satanas in firmamentum hoc nullam requiem potuit facere sibi nec iis, qui cum eo erant. Et rogavit patrem dicens: patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. Et misertus ei pater, et dedit ei

---

eadem prorsus Bogomilis placuerunt teste Euthymio Zigabeno Panopl. tit. XXIII. §. 6. *Dicunt daemonem, qui a Servatore appellatus est Satanas, filium esse ipsum quoque dei patris, et vocari Satanaël, et filio verbo natu majorem esse praestantioremque utpote primogenitum, fratres igitur esse. Sed Satanaël domus esse procuratorem et secundas post patrem partes obtinere, eademque stola et habitu indutum esse, et ad ejus dexteram considere in solio et secundam habere dignitatem; qua quidem ebrium stulteque sublatum de defectione cogitasse arreptaque quondam occasione ministras tentasse Potestates, ut excusso ministerii jugo se sequerentur et secum in patrem consurgerent. Et ad istius modi nugas confirmandas ex Lucae evangelio parabolam afferunt villici iniquitatis, qui debita minuit debitoribus. Hunc enim esse Satanaël et de hoc fuisse scriptam eam parabolam. Angelos igitur, quos memoravimus, sperantes se laboriosi ministerii onere levatum iri, et magnis aliis promissis fuisse deceptos. P o n a m enim, dicebat, t h r o n u m m e u m i n n u b i b u s e t e r o s i m i l i s a l t i s s i m o. Proditioni igitur et insidiis consensisse. Qua quidem re animadversa deum illos e coelo omnes detrusisse.* Graeca dat Wolfii *historia Bogomilorum* pag. 76. Simul ex his elucet scriptoris nostri consensus cum doctrina Concorezensium, qui auctore Rainero l. l. *bene sentiunt de uno principio tantum.* Nam Albanenses et Bagnolenses duo rerum principia esse statuerunt. — Locum *de duebus piscibus jacentibus super aquas* repetimus ex fabula de Behemoth et Leviathan, quae IV. Esdr. VI, 47—52. legitur. Cujusnam linguae sit vox *ossop*, alii videant. Extrema verba indicant, jubente deo angelos Satanam secutos a fidis patris ministris spoliatos esse illis ornamentis, quibus in statu gratiae gavisi essent.

requiem et his qui cum eo erant, quodcunque vellet, usque ad septem dies. Et sic sedit in firmamento, et praecepit angelo qui erat super aërem, et qui erat super aquas, et elevaverunt terram sursum, et apparuit arida: et accepit coronam angeli (*fort.* angelus), qui erat super aquas. Et de medietate fecit lumen lunae et de medietate lumen stellarum, et de lapidibus fecit omnes militias stellarum. Et dehinc fecit angelos ministros suos secundum ordinem formae altissimi, et praecepto invisibilis patris tonitrua, pluvias, grandines et nives. Emisit angelos ministros suos super ea, et praecepit terrae, ut produceret omne altile et omne reptile et arbores et herbas; et praecepit mari, ut produceret pisces et aves coeli [3]. Et praeterea excogitavit et fecit hominem ad similitudinem ejus vel sui, et praecepit angelo tertii coeli intrare in corpus luteum. Et tulit de eo et fecit aliud corpus in formam mulieris, et praecepit angelo secundi coeli introire in corpus mulieris. Angeli vero ploraverunt videntes in se formam mortalem, et esse (*fort. add.* se) dissimiles forma. Et praecepit opus carnale facere in corporibus luteis, et non intellexerunt facere peccatum. Sententiator malorum ita cogitavit cum ingenio suo, ut faceret paradisum; et introduxit homines. Et praecepit adducere et plantavit diabo-

3) Eadem de mundi creatione docuisse Concorezenses testatur Rainerus l. l. *Item confitentur, quod deus ex nihilo creavit angelos et quatuor elementa; sed errant credendo, quod diabolus de limo dei creaverit omnia visibilia sive hunc mundum.* Simile Bogomilorum commentum refert Euthymius l. l. §. 7. *Medietas* videtur esse τόπος μεσότητος Valentinianorum et quae in eo est materia subtilior. Alia h. l. obscura sunt et fortasse vitiose scripta, velut quod diabolus *de lapidibus fecisse* dicitur *omnes militias stellarum.* Bonacursus in libro: *Vita haereticorum s. manifestatio haeresis Catharorum* a D'Acherio edito *Spicilegii Vet. Script.* Tom. I. p. 209. *Ipsum diabolum credunt esse solem, lunam dicunt esse Hevam, et per singulos menses dicunt eos fornicari, ut vir cum aliqua meretrice. Omnes stellas credunt esse daemones.*

lus arundinem in medio paradisi, et ita celavit ingenium suum diabolus nequam, ut ipsi non cognoscerent deceptionem ejus. Et intrabat et loquebatur ad eos dicens: de omni fructu, qui est in paradiso, comedite, de fructu vero scientiae boni et mali nolite comedere. Verumtamen introivit diabolus in serpentem nequam, et seduxit angelum, qui erat in forma mulieris, et effudit frater ejus concupiscentiam peccatorum, et fecit concupiscentiam suam cum Eva in cantu serpentis. Et ideo dicuntur filii diaboli et filii serpentis facientes concupiscentiam diaboli patris eorum usque ad consummationem hujus seculi. Et iterum effudit diabolus in angelo, qui erat in Adam, venenum suum et concupiscentiam, quae generat filios serpentis et filios diaboli usque ad consummationem hujus seculi [4]). Et postea ego Joannes interrogavi Dominum dicens: Quo-

4) Corpora humana diabolum habere opificem, animasque humanas esse spiritus illos angelicos cum diabolo propter apostasiam de coelo praecipitatos, haec fuit Catharorum plerorumque sententia. Rainerus l. l. *Item credunt, quod diabolus primo formaverit per se corpus hominis et in illud infuderit primum angelum, qui in modico peccaverat.* Bonacursus l. l. p. 208. *Dicunt etiam eundem diabolum Adam de limo terrae fecisse et quendam angelum lucis in eo summa vi inclusisse.* Conf. Eckberti *sermones adv. Catharorum errores* Biblioth. PP. Max. Tom. XXIII. p. 602, et Petri Monachi Vallium Cernaji *hist. Albigensium* in Duchesne Scriptor. hist. Francorum Tom. V. p. 556. Ex his illustrabis etiam verba infra sequentia: *De caducis angelis de coelo ingrediuntur* etc. Comparari potest Origenis doctrina de animabus libertate arbitrii olim abusis et propterea in corpora crassiora detrusis. Quae vero traduntur de peccato primorum hominum ejusque causa efficiente, facile quivis intelligit spectare ad nuptias damnandas quippe a diabolo institutas. Verba *et effudit frater ejus concupiscentiam peccatorum* dubitari potest, utrum intelligenda sint de diabolo, an de angelo Adami corpus animante, fratre angeli in corpus Evae intromissi. Certe Bogomili fabulati sunt Satanaëlem ipsum ante Adamum cum Eva consuetudinem habuisse. Vid. Euthymius l. l. §. 7. De Catharis Bonacursus l. l. *Hevam dicunt fecisse, cum qua concubuit et inde natus est Cain.*

modo dicunt homines, Adam et Evam a deo creatos esse et in paradiso positos servare praecepta patris, et morti traditi sunt? Et dixit mihi Dominus: Audi Joannes, dilecte patris mei, insipientes homines ita dicunt in praevaricatione patrem meum corpora lutea fabricare; sed spiritu sancto omnes virtutes coelorum fecit, et sancti propter praevaricationem inventi sunt habentes corpora lutea mortalia, et ideo morti traditi sunt. Et iterum ego Joannes interrogavi Dominum: Qualiter homo incipit esse in spiritum in corpore carnali? Et dixit Dominus ad me: De caducis angelis de coelo ingrediuntur in corporibus mulierum, et accipiunt carnem de concupiscentia carnis, et nascitur spiritus de spiritu et caro de carne, et ita consummatur regnum Satanae in hoc mundo et in omnibus gentibus. Et dixit mihi: Pater meus permisit ei regnare septem diebus, quae sunt septem saecula [5]). Et interrogavi Dominum et dixi: Quid erit in tempore hoc? Et dixit mihi: Ex quo cecidit a gloria patris diabolus et suam gloriam noluit, [*fort.* voluit,] sedit super nubes, et misit ministros suos angelos ignis urentes ad homines infra ab Adam usque ad Henoc, ministrum suum. Elevavit Henoc super firmamentum, et ostendit deitatem suam, et praecepit ei dari calamum et atramentum: et sedens scripsit sexaginta septem libros. Et praecepit, ut adduceret eos in terram et tradidit (*fort.* traderet) eos filiis suis. Et deposuit Henoc libros in terram, et tradidit eos filiis suis [6]). Et coepit eos docere facere formam sacri-

5) Suspicor ante haec verba *Et dixit mihi: Pater* etc. excidisse interrogationem Joannis de tempore sive de *consummatione* regni Satanae. Responsio Christi docet, auctorem finem mundi ad annorum septem millia protraxisse. Vid. Cotelerius ad Barnabae epist. cap. XV. p. 44. ed. Amstel. Supra deus dicitur diabolo *requiem dedisse* sive potestatem faciendi, *quodcunque vellet*, usque *ad septem dies.*

6) Fabula de LXVII. libris auctore diabolo ab Henocho scriptis unde hausta sit, nescio. Scriptores Arabes triginta tantum

ficiorum et mysteria injusta, et ita abscondebat regnum coelorum ante homines. Et dicebat (*scil.* diabolus) eis: Videte, quod ego sum deus vester, et non praeter me alius deus. Ideo misit me pater meus in mundo, ut notum faciam hominibus, ut cognoscant malum ingenium diaboli. Et tunc cum cognovisset, quod descendi de coelo in mundum, misit angelum, et accepit de tribus linguis, (*scr.* lignis) et dedit ea ad crucifigendum me Moisi, qui (*scr.* quae) nunc mihi servantur [7]). Sed ei hic nunc prae-

---

volumina Henocho ab altissimo demissa esse tradunt eumque primum fuisse calamographum referunt. Vid. Fabricii Cod. Pseudepigr. V. T. Tom. I. p. 31. et 216. Libros Henochi ab Orientalibus celebrari docet etiam D'Herbelot Biblioth. Orient. Tom. II. p. 294. sq. vers. Germ. Vetus Testamentum a Catharis reprobatum et patriarchas prophetasque cum Mose a plerisque eorum relatos esse inter damnatos satis constat. Concorezensium sententiam exponunt Rainerus l. l. et Peregrinus Priscianus propos. XXVIII–XXXV. De Bogomilis conf. Euthymium l. l. §. 10. et 11.

7) Locus obscurissimus et haud dubie corruptus. Id quidem apparet, auctorem de diabolo, Judaeorum numine, loquentem continuo indicare velle, hunc ipsum etiam effecisse, ut Christus per Mosen, h. e. per Judaeos et legem Mosaicam cruci affigeretur. Sed quid opinabimur *de tribus linguis?* Num fortasse recordabimur trium linguarum, quibus conscriptus fuit titulus crucis? Equidem conjicio scriptum fuisse *de tribus lignis* et postea *quae nunc mihi servantur;* quam conjecturam commendat neutrum pronominis *ea.* At quaenam sunt, quaeres, haec tria ligna, de quibus angelus accepit a diabolo et dedit Judaeis, ut ex iis crux domini compingeretur? Respondeo cupressum esse et pinum et cedrum. Ex his enim compactam fuisse crucem Christi vetus est traditio, quae orta videtur ex accommodatione loci Jesaiae LX, 13. *Καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου πρὸς σὲ ἥξει ἐν κυπαρίσσῳ καὶ πεύκῃ καὶ κέδρῳ ἅμα, δοξάσαι τὸν τόπον τὸν ἅγιόν μου.* Sic in Paracletica p. 41. *ὡράθης ὑψούμενος ἐν κυπαρίσσῳ, δέσποτα, καὶ τῇ πεύκῃ καὶ κέδρῳ δι' ἀγαθότητα.* Ibid. pag. 62. *ἐν κυπαρίσσῳ καὶ πεύκῃ καὶ κέδρῳ ὑψώθη ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ.* Conf. etiam pag. 69. et 158. Aliorum scriptorum dicta, Bedae in Collectaneis, Joannis Chrysostomi de veneratione crucis, Alexandri monachi, Anastasii Sinaitae et Joannis Cantacuzeni retulit et examinavit Gret-

nunciabat deitatem (*fort. add.* et) populo suo, et praecepit legem dari filiis Israel, et eduxit eum per siccum maris medium [8]). Cum cogitaret Pater meus mittere me in mundum, misit angelum suum ante me, nomine Maria, ut acciperet me [9]). Ego autem descendens intravi per auditum et exivi per auditum [10]). Et cognovit Satanas, princeps hujus mundi, quia descendo quaerere et salvare qui perierant, et misit angelum Heliam prophetam baptisantem in aqua, qui dicitur Joannes baptista [11]). Helias autem interrogavit principem hujus mundi: quomodo pos-

---

serus *de cruce* lib. I. cap. 5. His Nicolaum Metropolitam Corcyrensem et Michaelem Psellum addidit Leo Allatius *de libris ecclesiasticis Graecorum* p. 306. sq. Vides istam traditionem Graecis potissimum placuisse. Quare confirmatur illa notitia de libello nostro e Bulgaria vel a Bogomilis allato, qui itidem secundum Euthymium §. 14. *ἀτιμάζουσι τὸν θεῖον σταυρὸν ὡς ἀναιρέτην τοῦ Σωτῆρος.*

8) Sensus horum verborum est, diabolum coram Mose et Israelitis titulum dei usurpasse et ab his pro deo habitum esse; eundem fuisse auctorem legis et miraculorum Israelitis ex Aegypto egredientibus patratorum. Vid. Peregrinus Priscianus l. l.

9) Hic est error ille Nazarii ab episcopo Bulgariae acceptus, quem supra legimus a Rainero notatum.

10) Perquam notabilis h. l. est concentus auctoris cum Bogomilis, qui teste Euthymio Zigab. §. 8. docuerunt, *κατελθεῖν ἄνωθεν* (sc. *τὸν λόγον*) *καὶ εἰσρυῆναι διὰ τοῦ δεξιοῦ ὠτὸς τῆς παρθένου — καὶ ἐξελθεῖν αὖθις, ὅθεν εἰσῆλθε.* Temere nos supra p. 838. de fide Euthymii haec referentis dubitavimus.

11) Peregrinus Priscianus propos. XXV. et XXVI. refert Albanenses et Bagnolenses omnes, Concorezensium vero nonnullos tantum docuisse, *Joannem Baptistam malum fuisse* et *non fuisse hominem carnalem,* (h. e. angelum.) De altera propositione non satis recte disserit Fuesslinius l. l. p. 325. Conf. Petrus Mon. *historiae Albigensium* cap. II. *Joannem Baptistam unum esse de majoribus Daemonibus asserebant.* De priori consentit Raineruș l. l. *Item multi ex eis modo bene credunt de B. Joanne Baptista, quem olim omnes damnabant.* Bogomilorum de Joanne judicium Euthymius §. 30—32. affert.

sum scire? Tunc ipse dominus dixit: super quem videris Spiritum descendentem sicut columbam, et manentem super eum, ipse est, qui baptisat in Spiritu sancto in remissionem peccatorum; ipse poteris eum perdere et salvare. Et iterum ego Joannes interrogavi Dominum: Potest homo salvus esse per baptismum Joannis sine tuo baptismo? Et respondit Dominus: Nisi ego baptisavero in remissionem peccatorum, per baptismum aquae nemo potest videre regnum caelorum [12]): quia ego sum panis vitae descendens de septimo coelo, et qui manducant carnem meam et bibunt sanguinem meum, isti filii dei vocabuntur. Et interrogavi Dominum et dixi: Quid est manducare carnem meam et bibere sanguinem meum? Et dixit mihi Dominus: Ante ruinam diaboli cum omni militia sua a gloria patris in oratione orando sic glorificabant patrem in orationibus, dicendo: Pater noster, qui es in coelis, et ita omnia cantica eorum ascendebant ante sedem patris. Et cum cecidissent, postea non possunt glorificare Deum in oratione ista [13]). Et interrogavi Do-

---

12) Haec verba male sic interpuncta erant: *Nisi ego bapt. in rem. peccatorum per baptismum aquae, nemo* etc. Concorezenses aliique Cathari cum Bogomilis docuerunt, *spiritum sanctum non dari in baptismo aquae.* Vid. Peregrinum Priscianum propos. XXIII. et quos supra p. 832. sq. laudavimus.

13) Sola oratione dominica Bogomilos et Catharos usos esse aliasque precandi formulas contemsisse docent Euthymius §. 19. et Peregr. Priscianus propos. LIX. Hanc *εὐχὴν θεοδίδακτον* a Graecis dictam ipsos angelos in statu gratiae recitasse fingit auctor, nunc vero lapsos non posse eadem glorificare deum. Fortasse animo ejus obversata est illa superstitiosa opinio de vi orationis dominicae daemones fugantis et mala averruncantis, quam supra p. 647. obiter commemoravimus. Ad totum vero locum hunc illustrandum faciunt verba Raineri l. l. *Fractio panis est quaedam benedictio panis Catharorum, quam ipsi quotidie faciunt tam in prandio quam in coena. Fit autem haec panis fractio tali modo: Cum egressi sunt ad mensam Cathari sive Catharae, tunc stantes omnes dicunt: Pater noster* etc.

minum: Quomodo Joannis baptismum omnes recipiunt, tuum vero baptismum non omnes recipiunt? Et respondens Dominus: Quia opera illorum mala sunt et non veniunt ad lumen. Discipuli Joannis nubunt et ducuntur ad nuptias; mei autem discipuli nec nubunt nec nubentur, sed sunt sicut angeli dei in coelo [14]). Ego autem dixi: Si enim est peccatum cum muliere, non expedit homini nubere. Dixit autem Dominus ad me: Non omnes capiunt verbum hoc nisi hi, quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de utero matris sic nati sunt: et sunt eunuchi, quos eunuchisaverunt homines; et sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum coelorum. Qui potest capere, capiat. Ego autem interrogavi Dominum de die judicii: Quod signum erit adventus tui? Et respondens dixit mihi: Cum consummabitur numerus justorum, scilicet numerus coronatorum justorum caducorum, et tunc solvetur Satanas de carcere suo, habens iram magnam, et faciet bellum cum justis, et clamabunt ad Dominum voce magna. Et statim praecepit (*scr.* praecipiet) Dominus angelo, ut tuba canat. In tuba vox archangeli de coelo audietur versus ad inferna. Et tunc obscurabitur sol, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent, et solventur quatuor venti de fundamentis suis, et tremere facient terram et mare et montes et colles simul. Et tremebit statim coelum et obscurabitur sol, qui lucebit versus ad quartam horam. Tunc apparebit signum filii hominis et omnes sancti angeli cum eo, et

---

14) Joannis baptismus est baptismus aquae in ecclesia catholica, cui opponitur baptismus spiritalis Catharorum. Quod igitur plerique omnes ad illam accedant, hujus rei causa esse dicitur diabolica hominum pravitas et libido, quae abhorreat a castitatis lege observanda. Loco Matth. XXII, 30. etiam Bogomili usi sunt. Euthymius §. 39. *Confirmantesque coelibatus rationem afferunt sermonem domini, qui in resurrectione, inquit, neque nubent neque ducent uxores. Resurrectionemque poenitentiam et vitam Evangelicam interpretantur.*

ponet sedem suam super nubes, et sedebit super sedem majestatis suae cum duodecim Apostolis super duodecim sedes gloriae suae. Et aperientur libri, et judicabit universum orbem et fidem quam praedicaverat. Et tunc mittet filius hominis angelos suos, et colligent electos ejus a quatuor ventis a summis coelorum usque ad terminos eorum, et deducent eos quaerere [*sic*]. Tunc mittet filius dei malos daemones, ut mittant omnes gentes ante se, et dicet ad eos: venite, qui dicebatis, manducavimus et bibimus et recepimus quaestum hujus modi. (*fort.* mundi.) Et posthaec iterum inducuntur, et statim stabunt omnes ante tribunal, timentes omnes gentes. Et libri aperientur vitae, et manifestabunt omnes gentes impietatem suam. Et glorificabit justos in patientia eorum et opera bona gloria et honor et incorruptio: servantibus mandata angelica et obedientibus injuste, ita et indignatio et tribulatio et angustia apprehendet eos. Et deducet filius dei electos suos de medio peccatorum et dicet ad eos: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Tunc peccatoribus dicet: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus. Et caeteri videntes novissima abscissione projicient peccatores in infernum praecepto invisibilis patris. Tunc exient spiritus de carceribus non credentium, et tunc vox mea audita erit, et erit unum ovile et unus pastor. Et exiet de inferioribus terrae obscurum tenebrosum, quod est tenebrosum gehennae ignis, et comburet universa usque ad aërem firmamenti ab inferioribus. Et erit Dominus in firmamento usque ad inferiora terrae. Sicut (*fort.* Si) homo habens triginta annos [15]) levaret lapidem et mitte-

---

15) *Homo habens triginta annos* est vir perfectus. Sic in Ebrardi libro *contra Waldenses* sive potius Catharos cap. XVIII. e verbis Pauli ad Ephes. IV, 13. isti haeretici *affirmant*, *quod in specie viri perfecti et in aetate XXX. annorum ad judicium ve-*

ret deorsum, vix per tres annos fundum attingeret: tanta est profunditas laci et ignis, ubi peccatores habitabunt. Et tunc ligabitur Satanas et omnis militia ejus, et mittetur in lacum ignis. Et deambulabit filius dei cum electis suis desuper firmamentum, et claudet diabolum ligans eum insolubilibus vinculis fortibus. Cum peccatores plorantes et lugentes dicent: absorbe nos, terra, et operi nos morte; et tunc fulgebunt justi sicut sol in regno patris eorum. Et deducet eos ante sedem patris invisibilis dicens: ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi deus; juste, mundus te non cognovit, ego autem cognovi te in veritate, quia tu me misisti. Et tunc respondebit pater filio suo dicens: fili dilecte mi, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, *qui negaverunt* me et dixere: nos dii sumus et praeter nos non est alius deus; qui prophetas tuos ceciderunt *et justos* tuos persecuti sunt, et tu persecutus es eos in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Et tunc sedebit filius dei a dextris patris sui, et praecipiet pater angelis suis, et ministrabit [*sic*] eis, et ponet eos in choros angelorum, ut induat eos indumentis incorruptibilibus, et dabit eis coronas immarcessibiles et sedes immobiles: et deus in medio erit. Et non esurient neque sitient amplius, neque cadet super illos sol neque ullus aestus. Et absterget deus omnem lacrymam ab oculis eorum et regnabit (*fort. add.* filius) cum patre sancto suo, et regni ejus non erit finis in secula seculorum [16].

---

niamus et mulieres suum permutent sexum. Vid. Biblioth. PP. Max. Tom. XXIV. p. 1562.

16) In hac particula de adventu domini deque judicio extremo reperiuntur, quae vix credas sic a Catharis tradita esse.